P P
4843



BIBLIOTHEQUE
DE TOULOUSE

¶ Venale habetur in uico ſancti Iacobi apud ſanctum benedictum ſub ſigno ſancti Georgii.

1520.

¶ REVERENDISSIMO IN CHRISTO PATRI ET DOMINO/D. GEORGIO CARDINALI AMBOSIANO/LEGATO FRANCIE/ IVDOCVS CLICHTOVEVS HVMILLIMVM OBSEQVIVM.

MOn mediocre preſtat hominibus beneficiū / Reipublice eccleſiaſtice princeps eminentiſſime: qui ſolem illis conſpicuum reddit que ob oculorum imbecillitatem / ualidioremq; radiorū iactū in ſuo orbe contueri firma acie haudquaq̄ poſſent: in ſubiectis autē corporibus diffuſum & multiformē facile conſpicātur. maxime ubi quippiam acceſſerit adiumenti: qđ nebulas/caligineſq; interceptas diſpulerit. Quod ideo dictū uelim: quia ſacra inter eloquia & potiſſimū euāgelia / Ioannes deo imprimis dilectus diſcipulus ſolari ſplēdore radians/de ſumma Chriſti diuinitate ceteris tāto ſublimius locutus eſt: quanto ceteris ſyderibus ſol rutilantius emicat. Quo factum eſt ut non ab re deiloquentiſſimus Dionyſius illum euangelii ſolē nūcupauerit. & Ezechiel in ſacra myſteriorum uiſione/eundē aquile perſimilem deſcribit: quod reliquis altiore uolatu ſeſe ad celeſtia ſuſtulerit/irreuerberatoq; & minime trepidante mentis obtutu illuſtre celi hauſerit iubar. Verū cum non poſſet hic eximius diuinitatis fulgor a Ioanne deprōptus plane cōprehendi/ob inſignem ſue claritatis eminentiā: beatiſſimꝰ pater Cyrillus urbis Alexādrine patriarcha / diuine ſapiētie dux & moderator egregius/noſtre fragilitati conſulens/radios illius multiplices lucida ſuorū commentariorū explicatione nudauit / effuſoſq; latius et expanſos nobis ſpectabiles effecit. Quantam uero ſincere diuinorum cognitionis lucem omnibus afferat/quotue impietatis hac ſua elucidatione tenebras eliminet: cuiuis legenti in promptu obuiumq; protinus erit. Vt ſtrennuus enim Chriſti ueritatiſq; miles in Ebionitas/Sabellianos/Arrianos/Eunomianos / Macedonianos et reliquam patris mendacii cateruam claſſica cōcinit/arma mouet/ſpicula librat/et inſtructiſſimam ducit aciē: ſacrarū litterarum teſtimoniis rationibuſq; acerrimis luci fugas ipſos & errorū magiſtros omnis inuadens/profligans et in fugam agens. Ceterum huic tanto propugnatori et anteſignano mutilum quiddam et mancum in hac ſua militia temporum (ut crediderim) iniuria interuenit: nunq̄ profecto ſatis deplorandum. qđ e duodecim primos dumtaxat quattuor et totidē poſtremos commētariorū eius libros habemus. quattuor uero intermedii: nec apud latinos nec apud grecos/ab iis qui eam quā potuere uigilantiā adhibuerūt reperti ſunt. Nam et in illa inſigni Rome pontificia bibliotheca quinquies / ter quidem latine et bis grece cōſcripti uiſuntur / et ubiq; et eiſdem in locis trunci ac mutili. ut ab eo didici: qui eius rei fideliter ueſtigāde curā adhibuit. Vnde cōſentaneū eſt aut uetuſtate aut iniuria hominū (ut pleraq; alia p̄clara authorū uo lumina) deperiſſe. Verūtamen ſatius eſt uel intermiſſam habere ſolis ſubfulgētiā: q̄ ſemper dēſis uerſari in tenebris. Et cui non datur integrā poſſidere margaritā: nō parui ducere debet/ſi uel fragmēta illiꝰ colligere poſſit ex quibꝰ quāti momenti precii q; foret integra gemma/dilucide coniectet. Itaq; ad publicam

omnium ueritatis et lucis amatorum frugem / Theologis uiſum eſt quibus hoc ſacrum communicatum eſt opus: ut exeat in lucem / & tuo quidem nomini nuncupatum. Sed cur id? Ob hoc profecto / quia preter cetera preſtantiſſime uirtutis tue monumenta / id quoq; preſtitiſti: ut ex tua biblioteca exemplar pro tua benignitate communicatum intellexerint / ex quo hec publica deſumpta eſt editio / non ſolum eccleſie Gallicane equiſſima legationis functione / ſed & diuiniſſimarum litterarum liberaliſſima communicatione proſpicere curans. Q̄d autem nuncupationis & gratificationis munus mihi commiſerint: id non incōſulto / neq; illi feciſſe / neq; arroganter ſuſcepiſſe uidebor: ſi conſideraverint me iampridem reuerendi in Chriſto patris antiſtitis Claromontani fratris tui addictū clientulum: et inſtituendis cum ſcientia tum moribus inclyte familie ueſtre claris natalibus aliquot adoleſcentulis deſignatum. Itaq; circunſpectiſſima ſecunda (ut ſic dixerim) a ſummis utriuſq; gladii principibus authoritas tua intelligat ſe non tam a me q̄ a cetu Theologorum imo a Cyrillo ipſo / neq; tam aliis q̄ a ſuis ornari muneribus. Pariſius / ſexto idus Auguſtas. M D VIII.

¶ CYRILLI PATRIARCHE ALEXANDRINI SVPER EVANGELIVM IOANNIS GEORGIO TRAPEZONTIO INTERPRETE LIBER PRIMVS.

PROLOGVS CYRILLI.

EXQVISITA PROFECTO EST DIVINITVS QVE DEluxa omnium euangeliſtarum doctrina. Nam cum quaſi ab alta ſpecula cuncta circūſpiciat: auditorum undiq; commodum ita diligenti ſtudio colligit / ut qui ueritatem diuinorum ſitiunt dogmatum (ſi recto animo ſcripturarū ſenſum inquirunt) facile quicquid eis conferat / in ea inueniant. Nō enim illis qui temeraria inueſtigatione / humaniſq; potius rationibus q̄ authoritate ſcripture gaudēt / gratia ſpiritus (quippe que in malignā Sapiētia. animam nō ingreditur: nec precioſiſſimas gemmas ſuas in pecorū inuolui pe- 1 dibus patitur) ſed ſimpliciorib⁹ ueritatem infundit mentibus. que cauillationi Mathe. bus nullis ſtudentes: non parua cum ueneratione / dexterum atq; regium iter 7 ſequuntur. Cōfiſus enim ut eſt apud Solomonem graditur: qui ſimpliciter am- Prouer. bulat. Cum ergo mirabilis / excelſaq; ſanctorū enangeliſtarū doctrina ſit (non 10 enim ipſi ut ſaluator dicit: ſed ſpiritus patris in ipſis loquitur) Ioānis euangeliū / Mathe. ſi quis ſublimitatem mentis atq; acumen conſideret / et q̄ magnus ſit ſententia- 10 rum in eo cumulus cogitet: longe omnium non iniuria preſtantiſſimum ducet. Nam etſi diuinorum dogmatū expoſitio equaliter omnibus propoſita ſit / atq; ad eundem quaſi calcem curriculo diligenter omnes ferantur: ſic tamen diuerſa eis oratio eſt / ut quamuis in unam urbem peruenerint / in magnificentiores tamen edes alius alio ingreſſus eſſe mihi uideatur. Nam cum ceteri exquiſitiſſime Genealogiā ſaluatoris / aut ab Abraam in Ioſeph deſcēdētes / aut ab Ioſeph Mathe. in Adā uſq; aſcendentes conſcripſerint: ſolū Ioannem uidere licet nō multum 1 his laboraſſe / ſed feruenti animo ultra q̄ homini poſſibile ſit uolare uoluiſſe / ac Lucas. ineffabilem uerbi generationem / uerbis exprimere auſum fuiſſe. Nec ignora- 3 bat gloriam domini omnem orationem omnemq; mētem humanam ſuperare: uixq; poſſe humana uoce / diuina ſignificari. Verū quia neceſſe iam erat / quaſi palmo celum metiri / ac humana humilitate in altiſſima prouehi / ne malignis doctoribus ſi nulla diſcipulorum domini uoce a prauitate ſua coercerentur / latus in ſimpliciores ſit aditus: uigilantiſſime ad diuinorum dogmatum fundamētum uolauit. In principio erat uerbum magna exclamans uoce. et uerbum erat
» apud deum. & deus erat uerbum. hoc erat in principio apud deum. Verum cū
» equum ſit omnia que ad ueritatem conferunt libenter ſuſcipere / ut more apis e multis atq; uariis ad unum confluentibus / dulces ſancti ſpiritus fauos congluti- nemus: nō erit ab re quod a ſtudioſiſſimis quibuſdam accepimus / breuiter preponere. Aiunt enim poſt ſaluatoris noſtri crucem / atq; in celis aſcenſum: falſos quoſdam paſtores / doctoresq; pernicioſos quaſi truculētas feras / ex corde ſuo Hieremī. non ex ore domini loquentes ut ſcriptum eſt / in gregem dominicū irruiſſe. qui 23 non cordis ſui ſolummodo ut diximus: uerumetiam ſui patris diaboli uidelicet i. ad corī. doctrinam / eccleſie tradere conabantur. Si enim nemo poteſt anathema Iheſu 12

Actus 17 Baruch. 3 Esaias. 57 Psalmus. 73

dicere/nisi in beelzebub: quomodo illi a doctrina diaboli alieni fuerũt/ qui unigenitum dei uerbum/in quo mouemur omnes et sumus / tunc primum extitisse impie affirmabant/cum ab intemerata uirgine carnem assumpsit / et secundum scripturam in terra uisus est/et cum hominibus conuersatus? Ad quos ceterosq; omnes qui eternam ineffabilemq; generationem filii negare audẽt: iure illud propheticum dicetur. uos autem accedite huc filii inquit/semen adulterorum et fornicarie: super quẽ lusistis et super quẽ dilatastis os & eiecistis linguã? Non enim ex bono animo bona uerba proferũt: sed perniciosi uenenum sufflant serpentis. de quo psalmista oratione ad deum conuersa clamat. Tu cõfregisti capita draconis. Quoniam igitur non contemnenda inter fideles erat turbatio/simpliciorumq; animas pestis (multis a ueritate ad nugas illorum labentibus) contagione depopulabatur: qui firmiores erant ad saluatoris discipulum Ioannem profecti/ rem omnem et imminens ecclesie periculum diligẽter explicarunt/et periclitantibus/manum porrigere rogarũt. Hac re commotus Ioannes par esse putauit: tam presentibus q̃ futuris / huius euangelii conscriptione consulere. Itaq; quecunq; ad carnem domini pertinebant: aliis latius aut dicta aut dicenda pretermisit. Ipse uero acerrime quasi robustissimus iuuenis/ in insaniam hereticorum insultans exclamat.

¶ Quod eternus/& ante ſecula unigenitus dei filius. Cap.I. Authori=

IN principio erat uerbū.quid igitur ad hec/qui nouiſſimū nobis fi= tate con=
lū ita eſſe p̄dicāt:ut nec deus quidē eſſe credaſ/q̄d inq̄ dicere poſ= futat he=
ſunt. Nō erit tibi deus recēs ſcriptura clamat.quō autē nō erit re= reticos.
cens:ſi nouiſſimis natus temporibus eſt? Quomodo etiā non men Pſalmus.
tiebatur dicēs ad iudeos. Amē dico uobis anteq̄ Abraā fieret: ego 80
ſum? Neminē enī fugit:multis ſeculis poſt abraā/a ſanctiſſima uirgine chriſtū Ioannes.
natum fuiſſe. Si ergo in nouiſſimo unigenitus natus eſt ſeculo:quomodo in pri 8
cipio ipſum fuiſſe/ueritatē habebit? Sed nugas eorū etiā ex ſequētibus refutabi
1 mus. ¶ Illud uero & ſubtilius enodeſ:quod euangeliſta dixit/In principio erat Ratione
uerbū,p̄cipio nēpe/ſi quidē diffinitionē p̄cipii retinet:nihil antiqus eſt.Nūq̄ confutat
enī principii p̄cipiū poterit excogitari.Nā ſi aliud q̄dā āte p̄cipiū intelligiſ:
2 excidet profecto/nec erit uere p̄cipiū. ¶ Preterea ſi āte uere p̄cipiū aliud in=
ueniri poterit:in infinitū nobis erit procedendū/aliud ſemper ante aliud querē
tibus/nec in uno ſimpliciter principio cōſiſtētibus.quare ne infinita q̄rētes inex
plicabilis nobis fiat cōſideratio/ q̄ nunquā poſſit in exitū puenire:nec principiū
p̄cipii dabim⁹/nec filiū in tēpore a patre genitū cōcedemus.ſed eternaliter cū
3 patre ipſum eſſe cōfitebimur. ¶ Si enī in p̄cipio erat:q̄ mens poterit unq̄ ultra
illud erat/cōuolareſ Aut quādo illud erat/mēte ita tenebimus: ut cogitationes
noſtras nō antecedatſ merito igitur ſtupore perculſus clamat Eſaias. Genera= Eſaias.
tionem autē eius quis enarrabitſ quia ſublata eſt a terra uita eius.tollitur enim 53
profecto a terra generationis unigeniti ratio.omnem enim mentem excedens/
omnemq; rationem humanam ſuperans:ineffabilis eſt.quomodo igitur factū
creatumq; nonnulli afferuntſ cum mens noſtra ratione ac tempore creata om=
nia facile circunſcribat/generationem uero unigeniti nullo modo comprehen=
4 dere queat. ¶ In principio inquit erat uerbum.Principium ſane temporis nul=
lo pacto poſſumus in unigenito dei filio intelligere.qui enim ante cuncta ſe=
5 cula eſt: eius eterna ſubſtātia eſt. ¶ Preterea cum ad exitum peruenire diuina
recuſet natura (eodē enī ſemp modo ſe habet / iuxta illud. Tu aūt idē ipe es et Pſalmus
anni tui nō deficiēt)a quonā principio / tēporis ſpaciis mēſurato filius incipietſ 101
qui ueluti natura de⁹ ac ideo uere clamās ego ſū uita /puenire in exitū nō poteſt Ioannes.
6 ¶ Principiū enī tēporis quātitate ſignificatū: nūq̄ in ſeipſo ſic eſſe poteſt / imo 14
uero nec intelligi quidē/ ut finem et exitum ſuū non reſpiciat, quaſi enim ad fi
nem/principiū dicimus/et finem rurſus quaſi ad principium referētes nūcupa
7 mus. ¶ Quoniā igitur ante ſecula filius eſt: in tēpore genitus eſſe non poteſt/
ſed eſt ſemper in patre quaſi in fonte.ſicuti ab ipſo dictum eſt:ego ex patre exi
8 ui ac ueni. ¶ Quaſi enim fontem patrem intelligimus:in quo uerbū ēſt ſapien Ioannes.
tia/uirtus/character/ſplendor / & imago eius exiſtens.quare ſi nullum unq̄ e= 8
rat tempus/quando abſq; ſapientia/uirtute / charactere/ſplendore/ac deniq;
imagine ſua erat pater:fateri neceſſe eſt coeternū & eſſe filium/ qui ſapientia/
uirtus/& cetera patris eterni eſt.quomodo enim character/aut quomodo ima=
go exquiſitiſſima patris eſt: niſi pulchritudinem illius perfecte conſecutus ſit /
cuius imago eſtſ non eſt autem abſurdum:quod diximus in patre filium tanq̄
in fonte intelligendum eſſe. Nihil enim aliud nomē fontis nobis ſignificat/q̄ ut

Declaratio paradigmatū

ex quo. filius uero in patre et ex patre eſt/ nō profluēs foras: ſed aut quaſi a ſole ſplendor: aut quaſi ab igne inſita ſibi caliditas. In his enī exēplis unum ab uno produci/ & ambo couſempiterna ſic eſſe conſpicimus: ut aliud abſq; alio nec eſſe poſſit/ nec nature ſue rationē retinere. Quomodo enī erit ſol: ſplēdore priuatus? uel quomodo erit ſplendor: niſi ſol ſit a quo defluat? ignis uero quomodo erit: calore carens? uel calor unde manabit: niſi ab igne aut ab alio forſan non procul a ſubſtantiali qualitate ignis diſiecto? Sicut igitur que ab iſtis profluūt ſimul cum illis ſunt unde profluunt/ ac ſemper unde fluant oſtendūt: ſic in unigenito intelligendum eſt. ex patre enim eſſe intelligitur: ſed in patre etiā eſſe creditur. Non alienus natura neq; poſt patrem natura ſecundus: ſed in ipſo patre ſemper & cum ipſo/ & ex ipſo ſecundum ineffabilis generationis modum. Dicitur autē filii principiū pater a ſcriptura: nulla prorſus alia ſignificatione q̄ ut ex quo. Quod pſalmiſta de ſecūdo ſaluatoris noſtri aduentu ſpiritu ſācto gratia cōmotus oſtendit: ſic ad filium dicens. Tecum principiū in die uirtutis tue in ſplēdore ſanctorū tuorū. dies enī uirtutis filii illa eſt in qua orbē terrarum iudicaturus/ mērita ſingulis ſecundum opera ſua retribuet. Venturus autem ſic eſt: ut et ipe in patre ſit & pater in ipſo. Ita eternum ei principium pater eſt: ſola (ut diximus) illa ſignificatione ut ex quo. qm̄ ex patre eſt. In principio inquit erat uerbum ¶ Multa nobis atq; uaria undiq; ueritatem dogmatum indagantibus/ principii ſignificatio ſubiicit. recte namq; ſaluator inqt. Scrutamini ſcripturas/ quia in ipis uos putatis uitā eternā habere. & ipe ſūt q̄ teſtimonium perhibēt de me. Videtur igitur principii hic nomine: beatus euāgeliſta patrē ſignificare. Hoc enī modo ſup oia/ natura diuina collocabitur: ſi omne qđ creatū eſt/ ſub pedibus ei? intelligatur. Vt quaſi omnibus inſidēs que creauit: omnia foueat atq; conſeruet. in hoc igitur qđ omniū principiū eſt/ quodq; ſup oia eſt: in hoc inq̄ principio uerbū erat/ nō cum omnibus ſub pedibus eius/ ſed abſq; creatis uniuerſis. quaſi coetern? arboris fruct? in ipo eſt naturaliter/ locum (ut ita dixerim) genitoris naturā poſſidēs. Idcirco cum liber ſit/ libero patre genit?: omniū rerū principium ſecū habet. Quod inde maxie approbatur: quia ut dixim?/ tūc primū eſſe incepiſſe nōnulli dei uerbum impie cōtendebant: cum ex intemerata uirgine tēplum hoc hois propter ſalutē noſtrā aſſūpſit. Quod ſi ita: eſſet creatus/ & ei? eſſet nature quā omnes res habēt q̄ a nihilo producte ſūt. nec domini: ſed ſerui uocabulum ei uere applicaretur. Nulla enī creaturarū: creatoris dei ac dñi ſeruitutē recuſat. nihil omino factū eſt: quod principio & poteſtati diuine nō ſubiacet. q̄ Solomō ſignificās/ dicebat cū iuſticia ſedem principii preparari. Parata enim ualdeq; ad iuſticiam decora: principii oim ſedes. eſt q̄nā uero ſedes illa eſt/ de q̄ mō dicitur: ipm deū dicētē audias. celum mihi eſt ſedes. Celū igitur ſancti uidelicet ſpiritus/ quos & angelos appellare ſolemus: ad iuſticiā ſeruitutemq; paratiſſimi ſunt. Quāobrē ne una cum aliis creaturis ſubiectū deo patri filium putes/ ac quēadmodum alia in ſeruilem locum deducas/ nuperrime ac in tempore natum exiſtimans (ſic enim neceſſario creatura eſſet) non iniuria diuinus euāgeliſta Ioannes uehemētius huiuſmodi cogitationes expellens: ab omni ſeruili conditione filium uendicat. atq; a libera omniq; principante ſubſtantia emanare oſtendit/ et in ipſa eum natura

p ſalmus 109

Ioannes, 5

Prouer, 8

Eſaias. 66

liter esse asserit dicēs. In principio erat uerbū. ¶ Principii autē uocabulo cōmodissime uerbū erat / cōnectit: ne solū decorus uerū etiā eternū / & ante scla filius intelligatur. in profūdissimā enim atq; incomprehēsibilē generationē que cūcta superat tpa / erat istud / cogitātis sentētiam adducit. Eratenim per se indeterminate prolatū / nullis unq̄ terminis circūscribetur: cum natū sit scrutantē sēper intellectū precedere. adeo ut quocūq; arbitreris quasi ad ultimū existum & quietē ipsū erat iam peruenisse: inde superioris cursus initiū statim factum esse uideatur. Erat igitur uerbum in pricipio illo scilicet quod super omnia est / unde iēm uerbū est dnicā naturaliter possidēs maiestatē. Quod si ita est sicuti certe est: quō factus aut creatū filius putabitur? aut quō si de uerbo id est de filio dei unigenito uere ac absolute erat p̄dicat? poterit unq̄ nō erat p̄dicari? ¶ Quod patri consubstantialis filius cū sit: in propria tamen hypostasi est / similiter et pater. Sentētiā. cōsilium gnomen

Cap. II.

ET uerbū erat apud deū. Inanē iā et procul a ueritate sētentiā illorū ostēdit: qui ex nihilo productū filiū arbitrātur. Quare quēadmodū optimus solertissimusq; agricola cū oēs ab horto eradicare uepres desideret / diligēter lōgis rastrorū dētibus radices euellit: sic beatissimus quoq; Ioannes acutissime ac solertissime germinaturas cōspiciens falsas hereticorū opiniones / hoc euāgelio quasi rastris eas euertit / ac in recta fide studiosum conseruat lectorem. Nam cum mentis oculos diuina gratia illūminatos haberet: non ignorabat uēturos homines quosdā / qui unū ac eundē patrem & filiū esse / ac solis sanctissimā trinitatē nominibus / non hypostasibus prius distingui dicere auderēt. Vt igitur pater uere & non filius / & filius rursum proprie filius & nō pater intelligatur: quasi ad presentem iam que futura erat hereticorum prauitatem accinctus / ad id quod dictum est in principio erat uerbum / in deo scilicet patre / sicut iam diximus / statim adiunxit. Et uerbum erat apud deum. Necessario autem ubiq; ac exactissime erat / repetiit: ut eternam uerbi generationem exprsseus designaret. Cum autem apud deum / uerbum esse predicet: unum quidem esse filium subsistentemq; in se ipso / et unū rursus deū patrē apud quē uerbū est / apertissime ostēdit. Quomodo enī quod unum numero est: ipsum apud seipsum esse intelligetur? ¶ Sed nō erit abs re: latius ac exquisitius falsitatem huius perniciose opinionis ostēdere. Consubstātialis quidē filius patri / & pater filio recte creditur, adeo enī sūma in eis identitas est: ut in filio patēr / & in patre filius cōspiciatur. qui enim uidet me saluator inquit / patrē meum uidet. Et rursus. Ego in patre / & pater in me est. Quod cum ita sit: non tamē idcirco aut filius in propria hypostasi / aut rursus pater per seipsū subsistere negabitur. nec sūma illa identitas / personas id est hypostases confūdet, nec qm̄ unū substātia sūt pater & qui ex eo est filius: idcirco numero etiā unū erūt / sed natura quidē eadē in utroq;. proprie autē & uere uterq; subsistit. Ita enim pater uere pater / & filius uere filius erit: cōnumeratoq; sācto spiritu / plenitudinem sancta trinitas / maiestatemq; suā consequetur, ¶ Preterea / si qui est filius / ipse quoq; pater est: q̄ ratio uarietatē nominū induxit? Si enī nullo modo genuit: quare pater uocatur? aut quō filius dicitur: si genitus a patre nō est? Hāc enī nomina ipa sētētiā / necessario nobis declarāt. Quare

De diuīs hypostasibus.

Ioannes. 14

Psalmus. 2

quoniam genitum a patre ſcriptura predicat/& ueritas ita ſe habet qđ neceſſa-
rio a generante genitum re ipſa diſtinguitur: tam filius per ſeipſum q̄ pater ue-
Philipp. re ſubſiſtit. ¶ Accedit qđ beatus Paulus ad philippēſes in forma dei eſſe filium
2 nec rapina conſecutum ut ſit equalis deo affirmat. nonne igitur neceſſe eſt aliū 3
eum eſſe qui non rapina equalitatē dei cōſecutus eſt/aliū ipſum in cuius forma
eſſe cognoſcitur? non ſunt ergo idē numero pater & filius/ſed ſubſiſtit uterq;:
& alter in altero propter identitatē ſubſtātie inſpicitur. & eſt alter ex altero: fi-
Ioannes. lius a patre uidelicet. ¶ Saluator quoq; idipſum nobis aperiēs: ego inquit & pa- 4.
10 ter unum ſumus. niſi enim uterq; ſubſiſteret: non ſumus/ſed ſum unum ego
& pater dixiſſet. Verum quoniam plurali numero ſumus unum dixit: commo-
diſſime tam unitatem nature/q̄ pluritatem perſonarum oſtendit. Nunq̄ enim
Geneſis de uno: ſumus/etiā ſi diſrumpantur heretici/predicari poterit. ¶ Inſuper uer- 5
1 ba dei ſcriptura recitat dicentis: faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudi-
nem noſtrā. Si ergo in unum numero trinitas ſancta contrahitur/ut impii con-
tendunt: quis eſt qui dicit/& ad quē dicit/faciamus hominē ad imaginē noſtrā?
Aut cur noſtrā/& non meam imaginem ſcriptū eſt? faciamus igitur plurali nu
mero dictū/& imaginem noſtram adiectū ideo eſt: ut clara magnaq; hac uoce/
tu audire atq; intelligere queas trinū eſſe perſonarum in ſancta trinitatē in una
Ad heb, ſubſtantia numerum. ¶ Adde qđ ſplendor patris quaſi lumen e lumine filius 6
1 appellatus: quomodo alius q̄ pater non erit? Quod enim ſicuti ſplendor ema-
Ioannes, nat: ab alio non a ſeipſo neceſſario emanabit. Cū uero ex patre exiuiſſe/de ſe
16 dicat filius atq; uenisſe/ac rurſus ad patrē ſe proficiſci oſtendat: quomodo non
alia q̄ pater erit hypoſtaſis? Nulla enim ratio patitur: ut quod ab alio effluxit ab
Mathe. eo a quo effluxit non diſtinguatur. ¶ Preterea in patrē et filiū & ſpiritum ſan- 7
28 ctum credentes ſaluamur. Idcirco ad diſcipulos Chriſtus inquit. Euntes docete
omnes gētes baptiſantes eos in nomine patris/& filii/& ſpiritus ſancti. Quod
ſi una hypoſtaſis atq; perſona/horum nominum diuerſitate intelligitur: quare
nō in unitatē/ſed in trinitatem baptiſari fideles uoluit? Manifeſtū igitur eſt in
trinitatē nos ideo baptiſari: qm̄ ad eum numerū/perſonarū ratio exit. que qui-
dem perſone quia in identitate nature cognoſcuntur: in unum deum credim?/
Geneſis, & unū deū pie adoram?. ¶ Ad hec per ira dei ſodomitarū urbes exuſtas fuiſſe 8
19 ſcriptura narrat. Pluit inquit dns a dño ignem ac ſulphur. Hec enim pars cali-
Pſalmus, cis eius/eis cōſeruatur: qui talia cōmittunt flagitia. quis igitur dns a dño ignem
10 deſcēdere fecit? patet quia pater per filiū omnia peragit. brachium enim & uir-
Eſaias tus patris/filius cū ſit: ipſe in ſodomitas ignē immiſit. Quod ſi dns a dño ignē
53 pluit: quomodo alius a patre filius/& pater a filio nō eſt? cū enī dicitur dominus
a dño/unus ex uno profecto ſignificatur. ¶ Adde quod prophetie commotus 9
ſpiritu quo futura preuidebat beatus ille pſalmiſta/quoniā nō aliter humanum
poſſet ſaluari genus/q̄ per apparentiā filii dei cognoſcebat: idcirco mitti ad nos
illum qui ſolus a ſeruitute in libertatem poſſet nos uendicare orabat/ad deum
Pſalmus, ac patrē dicēs. Emitte lucē tuā et ueritatem tuā. Quenā uero iſta ſit tā lux q̄ ue
42 ritas/ipſum audi filiū. Ego ſū lux iquit/& ego ſum ueritas. qđ ſi lux & ueritas
Ioannes. patris unigenitus uidelicet filius eius/ab eo ad nos mittitur: quomodo alius q̄
8 pater non eſt? Et ſi id: quomodo ipſe per ſe non ſubſiſtit? quamus unum cum

patre sit identitate substātie. Qđ si unus Pater & filiꝰ numero esset: nōne orās Ioannes.
ꝓpheta / ueni ad nos lux atq; ueritas dixisset? Cū uero emitte dixerit: patet qa 14
diuinitus istitutꝰ aliū mittere / aliū mitti / missionisq; modū ut deū decet itelligebat. ¶ Postremo ꝑ filiū uniuersa uisibilia atq; iuisibilia: & scripture facta testātur. & oēs credimꝰ / q ueritati pietatiq; diuinorū dogmatū adheremus. Scrutemur ergo diligenter quid ista uox per filium / possit. Nōne ilico alium esse q facit / aliū per quē facit demōstrat? Ita cū per filiū cuncta fieri scriptū sit: due persone proculdubio designātur. quomodo enim unus numero proprie atq; uere per filiū cuncta creasse dicitur: si nulla prorsus alia persona itelligitur? Nihil ad hec arbitror aduersarios / si scripturā admittunt: respondere posse. Per filium sane a patre cūcta fieri & scriptura ꝑdicat: et nos credimus. Quomodo igitur necesse nō est patrē per se / ac filium similiter subsistere? Nō enim idētitas substantie leditur, si trinitatem personarum sancte atq; pie fatemur.

Ad colos 1

Ad heb. 1

¶ Qđ deus nullo pacto minor aut dissimilis patri filius est. Cap. III.

ET deus erat uerbū. Non ignorauit diuinus euangelista uēturos posterioribus seculis nōnullos / q deitatē filii negātes / nō natura deū uerbū patris / sed quasi adulterinū ac nomine solūmodo deū cōtenderēt: q filiū deūq; appellatū qdē / nō autem uerū deum putarēt. Quod ꝑcipue Arriani iudaicā impietatē in animo cōcipiētes: passi mihi uidentur. A tenebroso enim eorū corde: nō uiuificans pietatis uerbū / sed mortificās diaboli doctrina profluit. dolosa oīno est lingua eorū: & uerba oris eorū quasi iacula. ¶ Quemadmodū igitur si hoc pacto aduersus euangelistā contēdissent. q̄q̄ apud deum uerbū sit (credimus enim hoc tibi dicenti) ac alius pater / alius persona filius sit: non sequitur tamē hinc eiusdem cum patre ipsum esse substantie. Quare cū unum deum predicare scripturā inueniamus: patri solūmodo id nomen uere attribuimus / apud quē erat uerbum. Quasi ergo hec dicturos audiēs: nō modo inquit uerbū erat apud deū / uerumetiam deus erat. Sic quoniā apud patrē inquit est / per seipsum subsistit. quoniā uero deus est / & ex deo patre: consubstantialis patri & natura deus esse intelligitur. Cum enim una dei natura omnibus creditur: non potest profecto sanctissima trinitas identitate substantie non contineri. deus igitur erat uerbum / non nuperrime factū sed eternum. q̄q̄ qui deus est: is necessario eternaliter est. Quod enim in tempore factum est / aut quod a nihilo productum reperitur: id natura deus esse non potest. dei autem uerbum quoniam eternum est / et quoniam deus est: patri consubstantiale omnino est. Quibus ergo suppliciis digni non sunt: qui minorem quodammodo aut dissimilem genitori unigenitum arbitrantur? qui eo impietatis profecti sunt: ut in medium hec proferre non dubitent / parum de rebus tam magnis attendentes. ¶ Nullo enim modo minorem patre filium esse: rationibus multis atq; firmissimis a fonte scripturarum scaturientibus discemus. Multis enim atq; uariis filium dei / nominibus nuncupare solent. Virtus enim dei et sapientia est: ut paulus ostendit. Christus inquit dei uirtus est & sapientia. Veritas etiam et lux et iusticia est: ut in psalmis scribitur. Emitte lucem tuam et ueritatem tuā. Et rursus. In tua iusticia uiuifica me. Pater enim in christo fideles uiuificat. Consilium etiam dicitur: iuxta illud. Consilium autem

Arriani.

Qđ filius cōsubstātialis patri.

Deuter. 6

i. ad cori. 1

Psalmus 42

Psalmus 118

118 Psalmus. 32 Virtus sapientia lux. Veritas iusticia consiliū. Arriani. 1. ad cori. 8 Ioannes. 1 Ad phili. 2 Ioannes. 3 Ad phili. 2 Esaias. 48

domini in seculum manet. Quoniam igitur hec omnia filius & dicitur & est: uirtus uidelicet / sapientia / lux / ueritas / iusticia / & consilium patris: dicant nobis Arriani quomodo patre minor est? Aut quomodo si minor est: perfecte sapiēs pater / perfecte lux / perfecte ueritas / perfecte iustus est? Sed nec cōsilii quidem perfecti pater erit: si minor eo filius est. Perfectus autē pater et est et creditur, quia oīa que habet perfecte habet. Perfectus etiā filius / sapiētia / uirtus / lux / ueritas / iusticia / & consilium patris. Quomodo igitur patre minor est: quo pater perfectus est? ¶ Preterea si cū minor sit patre filius: a ceteris creaturis / & nobis adorat / duos colere deos inueniemur. Nullo enim modo idētitate nature / impfectus ideſt minor filius cū perfecto patre cōtineri poterit. Magna uero diuersitate a seipsis ea deciduntur: que ratione nature diuersa diſſeparantur. Fides autē nostra nullū deorum numerū suscipit: sed unus est deus pater / & ad eandē unitatē filius una cū spiritu sancto conscēdit. Quō igitur minor: q substātia perfecto patri naturaliter atq; absolute unitur? ¶ Ad hec plenitudo filii dicitur. a plenitudine inquit eius / oēs accepimus. Quomodo igitur perfecto patre minor: si ipse plenitudo est? Non enim possunt in eodem simul subiecto que inter se contraria sunt inueniri. ¶ Insuper si cū minor patre sit filius uniuersa replet: ubi excellētior magnitudo patris locabit? licet eni aduersus furētes quasi de corporibus loqui: q̄q̄ nō sumus nescii maius et minus longe aliter in rebus incorporeis q̄ in corporibus intelligi. ¶ Preterea si super omne nomen deus est / cuius cum heres filius sit / perfectus tamen non est quia minor: nichil magni est super omnia esse. non erit igitur magnū quiddam deus. quod quoniā plenū est insanie atq; furoris: necesse est filium qui cū deus sit super omne nomē est / perfectum confiteri. ¶ Accedit quod de filio Ioannes ait. Quia non ex mensura dignis hominibus spiritū prebet. Immensus ergo filius est: in quo mēsura nō est. Quomodo igitur minor qui immēsus est? ¶ Preterea si filius quidē minor est / pater autē maior: nō eadē profecto mēsura / sed magis quidē pater q̄ filius / min⁹ uero filius q̄ pater nos sanctificabit. Quare spiritus quoq; in quo sanctificamur / simplex nō erit. quippe q minor in filio / maior uero in patre necessario erit. Ita perfectius a patre q̄ a filio sanctificabimur. magna certe amētia his uerbis ineſt. unus eni spirit⁹ sanctus est. una pfecta sanctificatio / q̄ a patre per filiū naturaliter p̄betur. Nō est igitur filius / qui eandē cū perfecto patre habet operationē / quiq; genitoris spiritū ut propriū bonū non aliter certe q̄ ipse genitor habet: nō est inquā patre aliquo modo minor. ¶ Adde quod in forma et equalitate patris secundū Paulū filius est. Quomodo igitur minor eo erit? Nequaq̄ eni hominis assumptio / propter quā se humiliasse filius dicit: maiestate ac pfectione deitatis / filiū denudauit. Nā & humiliauit se factus homo: ueniet tamen in maiestate atq; gloria patris. Quomodo igitur i maiestate atq; gloria patris est: qui eo minor est? presertim cū deus magna uoce per prophetam iam dixerit. Non dabo gloriam meam alii. ¶ Interrogandi sunt ergo omnes qui aduersus filium impii sunt / imo etiam aduersus patrem (qui enim filium non honorat: is nec patrem quidē honorat) utrū cum minor sit patre filius / ut ipsi credūt / cōsubstantialis patri est an nō? Nam si cōsubstantialis est: mēte capti uidebuntur / qui minorē esse opinantur. quecūq; enim eiusdē nature atq; substātie sunt

quãtum ad rationem ſubſtantie pertinet: nullo modo maius & minus ſuſcipiũt: hoc autem eſt quod querimus. Sin uero conſubſtantialem eſſe negabunt / quod eos facere conſequens eſt quia minorem dicunt: erit omnino a ſubſtantia patris alienus. Quomodo igitur gloriam eius habebit? Aut quomodo honor et regnũ ipſi datũ eſt ut Daniel aſſerit? Vel ergo deus pater mẽtitur / qui ſe gloriam ſuã alii daturum pernegat: aut ſi uerus eſt ſicuti certe eſt / et gloriam ſuam filio ſuo dedit / neceſſe eſt eiuſdem eſſe ſubſtantie filium qui fructus ideſt genimen patris eſt. Qđ ſi ita eſt: quomodo minor q̃ pater erit / qui eiuſdem nature cum eo
10 eſt? ¶ Ad hec ſi cum pater omnipotens ſit / filius quoq; omnipotens eſt? quomodo minor eſt? Nunq̃ enim poterit perfecto imperfectus / ſecundum potentiam exequari. ¶ Si etiam pater dominus eſt / et filius quoq; ſimiliter: nonne furor erit minorem appellare? Si enim minor eſt: libertas dominationiſq; dignitas / minor ſit in eo q̃ in patre neceſſe eſt. Quomodo ergo dominus eſt: qui do-
12 minationis dignitatem plenam non habet? ¶ Pater preterea lux: et filius ſimiliter. quare ſi minor eſt / perfecte lux non erit / & deprehendetur aliquo modo a tenebris. ac ita falſitatis uicium euãgelio accommodabitur. Dicitur enim. Et te-
13 nebre eum non comprehenderunt. ¶ Vita etiam filius: ſicuti et pater eſt. Quo modo ergo minor? aut quomodo fideles qm̃ Chriſtus in interiore homine habitauit / uiuũt: ſi filius perfecta uita nõ eſt? Si enī nõ perfecta uita eſt quo uiuim⁹? : non omnino uiui / ſed mortui quodãmodo ſumus. Hec abſurda et inconuenientia toto animo fugientes: perfectum eſſe filium / et perfecto patri ſecundũ ſubſtantiam equalem confitemur. ¶ Accedit ſi minor eſt filius q̃ pater / et propterea non cõſubſtãtialis: nec filiũ quidem eum eſſe / nec omnino deum neceſſe eſt Quomodo enī uere filius erit: ſi ex patre genitus non eſt? Aut quomodo deus
15 erit: qui non eſt ex deo naturaliter? ¶ Credimus autem omnes in filium. erramus igitur omnes / nec uerum deum adhuc cognouimus. Quod quoniã abſurdum eſt: qui credunt in filium / illi etiam in patrem pie credunt & in ſpiritũ ſanctum uidelicet. Non eſt ergo alienus a patre filius / nec minor eo / ſed unum cũ eo. quoniam ex eo ſecundum naturam / ac ideo equalis ei atq; perfectus. Nam ſi ex deo patre unigenitus filius uere effulſit: etiam nolentes cõfiteri oportet ex ſubſtãtia naturaq; patris ipſum eſſe. Id enī filiatio uera ſignificat. Quomodo ergo minor / qui ex ea ſubſtãtia naturaliter profluit: in qua nihil minus aut maius / ſed omnia pfecta inueniũtur? Quod ſi ex ſubſtãtia patris ſecundũ naturã non eſt: nec uere quidem filius erit. quare nec pater / uere pater. Si enim filius nõ eſt / propter quem pater / pater eſt: quomodo patrẽ eſſe intelligemus? ſed deus uerus pater eſt. Id enim ubiq; diuina ſcriptura clamitat. quare filius / uere filius eſt & a patre naturaliter. non eſt ergo minor patre q ex eo eſt. & quia ex eo: id-
16 circo ei omnino conſubſtantialis. ¶ Preterea paternitatis nomen nõ a nobis in deũ: ſed a deo in homines defluxit. Ab eo enim & in celo & in terra omnis paternitas eſt: ut Paulus ait. Cuius imitatione quadã atq; ſimilitudine: nos qui ad imaginem eius facti ſumus / patres appellamur. Dic igitur queſo / quare nos patres filiorum noſtrorum ſecundum naturam ſumus: ſi exemplari cuius imitatione id habemus / hoc nõ ineſt? Quomodo autem paternitatis nomen a deo in alios defluxit: ſi deus uere pater non eſt? Nã ſi ita eſt: non a deo in nos / ſed a nobis in

Daniel. 7

Ioannes. 1

Ad ephe. 3

deum paternitatis nomen aſcendit/eritq; deus non re/ſed ad ſimilitudinẽ no-
ſtram pater appellatus. Mẽtitur ergo ueritatis teſtis:qui tã in celo q̃ in terra om
2.ad cori nem paternitatẽ a deo eſſe teſtatur.ſed nõ mentitur ille in quo Chriſtus loque-
13 batur.Paternitatis ergo nomen a deo in nos defluxit.quare uerbum patris ſe-
cundũ naturam ab eo eſt. genuit autem non minorẽ neq; diſſimulẽ ſibi.quoniã
et nos qui patris nomen inde per incarnationem aſſecuti ſumus: equales nobis
ſecundum rationem nature/non inequales filios edere poſſumus.Quas ob res
non armentur cauillationibus aduerſus ueritatem hereticinec nudis uerbis fi-
lium dei fateantur/nec ex ſubſtãtia patris eſſe pernegent. ¶Quomodo enim 17
uere filius: qui filius natura non eſt? aut ergo ſimulationis huius uelamina ꝓii-
ciant/ac nec deũ nec filiũ confitentes nudo(ut dicitur)capite blaſphement.aut
ſi auctoritate ſcripturarũ / & doctrina ſanctorũ uicti filiũ confiteãtur.minorẽ
patre non dicant.Nam ſi deus erat uerbum:qua ratione minus ſuſcipietur? Nã
neq; filius hominis ea ratione qua homo eſt/minor patre eſt. Nullo enim modo
homo homine minor aut maior inquantũ homo:nec aliud quicq̃ minus aut ma-
ius eo eſſe poteſt/cuius ſubſtantie atq; nature rationem ſuſcipit. Quare ſi filꝰ
uere filius eſt:neceſſe eſt a patris ipſum ſubſtantia confiteri.unde ſi pater natu
ra deus eſt:et qui ex eo genitꝰ eſt filius/natura deus/neceſſario cuncta illius na-
ture propria poſſidens. Quomodo igitur deus deo ea ratione qua uterq; deus
eſt/minor erit? ¶Dicite queſo:unde ad hoc pueniſtis? aut quomodo id ita eſſe 18
credidiſtis? Non enim uideo qua ratione minorem patre filium putatis.An tem
pore id dicitis? Sed ante ſecula filius eſt/et ſeculorum ipſe eſt conditor.nec con
tineri tempore poteſt:qui in tempore natus non eſt. An quantitate? Sed incor-
porea natura nullam unq̃ ſuſcipiet quantitatem.quomodo igitur minor:ſi his
minor non eſt? Gloria forſan/uirtute et ſapientia dicetis? Exponatis igitur no-
bis quãtus qualiſq;(ut ita dixerim)in iſtis eſt pater:ut ad illud mẽſuratus a uo-
bis filius minor reperiatur. Aut ſi incomprehenſibilis/immẽſaq; gloria/uirtus
et ſapientia patris eſt: qua uos ratione menſi audetis minorem filium dicere/ac
inſita naturaliq; ſibi dignitate quantum in uobis eſt eum priuare? minus enim
menſuratione maioris/que collectione minoris fit:comprehẽditur. Cum igitur
immẽſa ſit dignitas patris:unde minorem eſſe filium didiciſtis? Iure igitur atq;
uere de huiuſmodi hereticis quod uulgo fertur/poſſumus exclamare. Amẽtes
inſaniq; aduerſarii noſtri. Quomodo enim nõ inſaniunt? cum neq; quid dicãt
nec de quibus diſceptent intelligant.Hec nos dicere illud commouit:quod deũ
de deo filium ex patre natum confitentes / minorem eſſe patre contendunt.
¶Qua ex re multa nefaria/etiam auditu horribilia conſequuntur. Nã ſi filius 19
cum natura deus ſit/minus aliquo modo ſuſcipit:erit neceſſario aliquid maius
deo.Quod ſi ita eſt:pater etiam ipſe quoniam natura deus ſit / progredi poſſe
ad maius intelligetur.Nam ſi tam pater q̃ filius deus eſt/& deo aliquid maius in
telligitur patre quoq; maius aliquid intelligetur.Quod ſi adhuc non ſuſcepit:
tame ſuſceptiuꝰ eſt.quod per filiũ/qui eius imago eſt:ita eſſe oſtẽdetur. Quo-
Ad colo. modo autem potentia huiuſmodi erit in deo:que in actum adhuc non exiuerit?
1 ſed magna in his cogitationibus blaſphemia ineſt.Nunq̃ enim maius aut minus
pater ſuſcipiet quoniã natura deus eſt. quare nec filius:cũ et ipſe ſimiliter deus

21 ſit. ¶ Ad hec ſi cum ex deo patre ſecundum naturã filius ſit / aut dignitate aut
ſubſtantia aut quouis modo minor eſt: non tantum ipſe deprimitur / quantum
ſubſtantia unde eſſe creditur dehoneſtatur. Nam cum omnia que generant / ſi
milia ſibi equaliaq; ratione ſubſtãtie producãt: ſola diuina natura minus ſeipſa
generabit. Sed natura patris nullius uicii eſt ſuſceptiua / bona uero que in nobis
ſunt: multo pfectius in eo ut in primitiuo a quo ad nos defluunt q̃ in nobis ſunt.
non ergo minorem ſe filium generabit / ſed equalem ac conſubſtantialem: ne
qui naturam humanam in infinitum excedit / non parum deficere ab eo bono
22 quod aliis largit? eſt / comperiatur. ¶ Adde quod equalem ſe deo patri. Chriſt? Ioannes.
oſtendens: qui me uidet ad diſcipulos ait / uidet et patrẽ meum. Si ergo talis na- 14
tura eſt / ut qui eum intellexerit / patrẽ intellexerit / ut ipſe aſſerit: quomodo mi-
23 nor? ¶ Si enim in ſeipſo patrem oſtendit nullo ſubintellecto diſcrimine (uide-
tur enim in immutabili ſua imagine pater) minus ipſum / quod filio ineſt ſecun-
dum hereticos / patri etiam neceſſario inerit. quod omnino impoſſibile eſt. fili?
ergo / in quo ut per imaginem pater conſpicitur: ſicuti pater omnino perfectus
eſt / alioquin nũq̃ uere dicere filius potuiſſet: omnia que habet pater / mea ſunt.
Et rurſus ad ipſum patrem uerſa oratione. Omnia mea inquit tua ſunt: & tua Ioannes.
mea. Si ergo minor patre filius eſt / & filio pater maior ut heretici ſentiunt: qñ 16
que filii ſunt patris ſunt / & que patris filii / minus ipſum quod in filio eſt: patri Ioannes.
etiam inerit. & econuerſo: maius ipſum quod in patre eſt / filio quoq; neceſſario 17
accommodabit. Nichil ergo prohibebit patrem quoq; minorem filio credere &
filium patre maiorem. Que omnia cum abſurdiſſima ſint: neceſſe eſt equalem
omnino patri filiũ eſſe / cum omnia que patris ſunt: cõmunia ſibi cum filio ſint.
24 Quare ſi pater perfectus eſt: filius quoq; perfectus eſt. ¶ Sed dicant nobis qui
eternũ ignẽ in caput ſuũ preparantes / diuinorumq; dogmatũ euertentes ueri-
tatem / uarias ad decipiendos ſimpliciores / cauillationes exagitant: utrum cum
maior filio pater ſecundũ eos ſit / melior quoq; eſt an non? Nã ſi nullo pacto me
lior eſt: neq; filius quidẽ minor eo erit. Sin uero melior / quod eos dicere conſe-
quens eſt: cuius rei gratia pater nõ equalẽ ſibi / ſed minorem genuit filiũ? Nam
cum melius erat equalem ſibi ſecundũ omnia generare: quid enim prohibuit?
Prohibẽs enim illud quicquid fuit: maius patre neceſſario confitebũtur. Quod
ſi nihil prohibuit / ſed ipſe pater quãuis non ignorauerit melius eſſe equalẽ ſibi q̃
minore parere filium / minorem tamẽ genuit q̃ uoluit: liuor eum detinuit / ne fi-
lio daret quã potuit equalitatẽ. ita pater aut ui / aut inuidia minorem filium ge-
nuiſſe uidebitur. que quoniã procul ab immortali / diuinaq; abſunt natura: fatẽ
25 dum eſt equalem ſibi / patrẽ in omnibus filium genuiſſe. ¶ Preterea ipſe ſalua- Ioannes.
tor dixit ſeipſum in patre / & patrem in ipſo eſſe. Palam autem omnibus eſt nõ 14
tanq̃ corpus in corpore / aut in uaſe / & in loco / alterum in altero eſſe: ſed identi- Veritas
tate ſubſtantie immutabili & ſimilitudine ac unitate nature. quemadmodum ſi imago
quiſpiam cũ formam ſuã in imagine aſpiciat / & exquiſitam imaginis ſimilitudi Dulcedo
nem admiratus clamet: ego in hac ſum & ipſa in me. aut quẽadmodũ ſi dulciſ- mel.
ſima mellis qualitas de ſeipſa diceret: ego i melle ſum & mel ſimiliter in me. Aut Caliditas
ſi calor ignis qui et naturaliter ineſt diceret: ego in igne ſum & ignis in me. Sigu- Ignis.
la enim que dicta ſunt / unũ ab uno ſunt: & quãuis diſtinguãtur / unũ tamẽ na-

tura ſunt/et alterum in altero eſt. Sic igitur imo uero in infinitū ſublimius propter identitatē ſubſtantie/& qm̄ character& imago patris ſummā identitatem patris gerit:pater in filio eſt. Quomodo igitur audent dicere minorē eſſe filiū? aut quomodo maior pater in minore filio erit? Neceſſe eſt enim ſi in eo eſt: ut equalis in equali et perfectus in perfecto ſit.

¶ Aduerſus eos qui audēt dicere aliud eſſe interius atq; inſitum naturaliter in deo uerbum:et alium qui a ſcripturis filius dei dicitur/que pernicioſa opinio Eunomianorum dicitur fuiſſe. Cap.IIII.

HOc erat in principio apud deū. Cum hoc erat in principio dicit euāgeliſta breuiſſime ſub hac demonſtratione ſuperiora repetere uidetur. quaſi magna uoce clamans/hoc dico uerbū quod in principio erat/hoc quod apud patrē erat / hoc quod erat deus ex deo: hoc inquā & non aliud eſt de quo librū iſtum conſcribimus. Nam quoniā diuinitus futura proſpiciēs:nō ignorauit ut mihi quidē uidetur / et uere uidetur ut arbitror/futuros nōnullos laqueos mortis ad barathrū inferi ſimpliciores detrudentes. qui ad dānationē ſuā aliud audeāt dicere interius atq; inſitū deo patri uerbū/aliū filiū:& uerbū dei per qđ cūcta deus creauit iteriori atq; inſito ſimillimū / ut quaſi uerbū uerbi & imago imaginis/& ſplendor ſplēdoris intelligatur. Tales inquā hereticos qui hec dicturi eſſent/futuros proſpiciēs: cū iā determinauerit breuiter unū/ſolumq; eſſe uerū et ex deo/& in deo/& apud deū uerbū/miro quodā modo atq; diuino uelociter intulit. Hoc erat in pricipio apud deū, ſicut filius uidelicet apud patrē/ſicut inſitū atq; iterius/ſicut ex ſubſtātia patris/ſicut unigenitū:hoc inqt / quia nullū aliud ſcđm eſt. Sed ut ipietas iſta pateat aptius/utq; facilius quaſi a uenenoſo ſerpēte / oēs ab ea fugiāt:ne latere poſſit/rationes ſuas ꝓſtringamus. ut liq dius refutate/ueris ſcripturarū rationib⁹/quas ſapiētia dei nobis cōceſſerit:nullā pniciē eccleſie dei afferāt. ¶ Vnigenitus iquit dei filius nō eſt ꝓprie ipſum dei uerbū: ſed interius atq; inſitū dei patris uerbū in ipſo deo eſt ſemꝑ. q autē ex ipſo genit⁹ eſſe filius dicit̄:is iterius illud uerbū ſuſcipiēs/cūcta ab eo dicit/atq; ideo ad ſimilitudinē eius uerbū eſt/& etiā nūciatur. ¶ Hāc puerſam ſententiā ſuā:rationib⁹ poſtea fimare conat̄/ ut cathenis pctōrū ſuorū (ut dicit̄) miſer cōſtringatur. Si uerbū iquit naturale/interius / atq; inſitū deo patri ipſe filius eſt/& eſt cōſubſtantiale genitori: quid ꝓhibebit ne pater uerbū ſit/& uocetur? ¶ Deide ſi uerbū filius dei eſt/nec preter ipſum aliud eſt/quo uerbo inquit pater ad filiū dixit/fili⁹ meus es tu/ego hodie genui te? Cū enim omne qđ dicitur/uerbo nō aliter dicatur: patet nō abſq; uerbo ita patrē ad filiū fuiſſe locutū. ¶ Ipſe quoq; ſaluator/ſcio patrē ait:& uerbum eius ſeruo. Et rurſus. Verbū qđ auditis nō eſt meum:ſed eius qui me miſit. Qm̄ igitur uerbo pater filiū alloquit̄ & ipe quoq; filius fatet̄ mō quia p̄ris uerbū ſeruat/mō quia nō ſuū ſed p̄ris uerbū ludei audiebāt:quō proculdubio non erit cōcedendū aliū eſſe filiū/q̄ interi⁹atq; inſitū id eſt i motu intelligēdi uerbū/quo ſuſcepto/& eo plenū prolatū uerbū & ſubſtātie patris expreſſiuū:uerbum uocat̄/& dei fili⁹? ¶ Talia uecors ille mala ſibi cōnect̄it nec uerēt̄ ſcripturis omnibus repugnare:ut illud in eo ueritatem habuiſſe uideatur / cum in profundū malorum impius uenerit/tunc omnia deſpicit. In eum nanq; dei atq; hominum

Impia eunomii ſententia.

Argumēta huius ipietatis.

Prouer. 5

Pſalmus. 2

Ioannes. 8

Ioannes. 14

Refutatio et increpatio hereticorum.

Cap.

inimicus ſeipſum amētie fundū immerſit:ut ueritatis rationes depellens/inanes
ſuas cogitationes ſequatur,Id enim omnino eſt unigenitus dei filius:& uerbum Prouer.
eius/quod a ſequentibus facile poteſt cognoſci. quāuis etiā ea q̄ perſpicua ſunt: 18
difficilia cognitu hereticis ſint. Quomodo enī in malignā animā ſapientia in- Sapiētia.
gredietur? Quid autē malignius iſtis unq̄ excogitari poterit? qui ut ſcriptum 1
eſt/auditū ſuū a ueritate auertūt/& ad ſuarū cogitationū fabulas ita cōfluunt: 2.ad tīo.
ut iure illud ſcripture in eos dici poſſit. Ve qui prophetatis a corde ueſtro/ & nō 4
ab ore domini. Quis enim ab ore dñi loquens:anathema dicit Ieſus? quod nōnul Hieremi.
li faciunt:aduerſus pietatis dogmata inſultātes(ſicut quidā propheta dicit) cō- 23
nia recta peruertētes. ſed ad illos quidem non iniuria dicemus. O qui dereliqui- 1.ad corī.
ſtis/uias rectas/ut ambularetis in uia tenebrarum. nos autem equū eſt; ad cele- 12
ſtem doctorem clamare,Conuerte oculos noſtros:ne uideant uanitatem. uani- Micheas
tas enim & nuge uere ſunt:que ab imperitia eorum innouantur. ¶ Non enim 3
quia uerbū aliud in ſeipſo haberet:filius patris uerbū conſeruare aſſerebat/nec Petri.
quaſi pedagogū quēdam ſecum afferens ad nos/una cum eo ueniſſe unq̄ affir- 2
mauit. Sed ſicut ille qui ſolus ſecundum naturam in patre eſt/quiq; ſimiliter in Pſalmus.
ſeipſo nulla re penitus intercedēte/patrē habet:ego inquit in patre / & pater in 118
me eſt/non aliud quoddā uerbū interius atq;/inſitum/ſed ego ipſe inquit in pa Prime ca
tre ſum, ¶ Quomodo igitur inquit intelligēdū eſt;quod ad Iudeos dixit. Ego uillatiōis
patris uerbū ſeruo. docebat ſaluator duriſſimū Iudeorū populum/& paulatim dilutio,
a legali obſeruatiōe Iudēs liberare/ſepenumero clamabat ego ſum ueritas. Ac Ioannes.
ſi diceret:excutite legis o Iudei iugū/ſuſcipite cultū/ſpiritale/umbras atq; figu 14
ras procul abiicite: & ueritatem iam preſentem ſequimini. Sic ueritas quidem Dilutio
clamabat. Illi autem parum credentes; ſi a deo eſſet iſte / dicebant non ſolueret tertie,
ſabbata. ita eum criminabātur / qui peccatum penitus ignorauit. Ad hec igitur Ioannes.
ille reſpondens(ne ſi apertius longe ſe abeſſe a peccato dixiſſet;furore incitarē- 8
tur/ſoli deo id conuenire dicentes) occultius qm̄ homo & ſub lege factus eſt/uer Ioannes.
bum ſe patris cōſeruare aſſeruit, ut oſtēderet nulla in re quicq̄ ſe dicturum aut 14
facturū/qđ preter uoluntatē patris eſſet. Peccatū enī trāſgreſſione legis cōmit- Ioannes,
titur. Ipſe uero cū natura deus ſit;lōge ab oī delicto aberat. Quare nemo iure 9
increpare poterat eū;qui cū ſecūdū naturā legis auctor ſit/aſſūptione hominis Ad gala.
ſub lege factus eſt. ¶ Scire autē patrē ſe dicit nō ſimpliciter ſicuti homines quia 4
deus eſt;ſed quia ipſe ex patre eſt / ipſam ſe patris naturam ſcire confirmat,Ita
quēadmodū īmutabilē eſſe patrē cognouit;ſic ſe quoq; īmutabilē eſſe inſinuat/
q̄ ex īmutabili patre eſt. īmutabilis aūt cū ſit;deliquere nullo pacto poteſt. Qua
re Iudeorū accuſatio/q̄ aduerſus deū patrē ipſum p̄dicare putabāt;inanis omo
erat & falſa. Seruat enī uerbū patris/& naturaliter longe a peccato abeſt; q̄ ſcit
patrē ſimiliter longe a delicto abeſſe/cui ut uerus filius cōſubſtātialis eſt, ¶ Sed
age iā ad illud ueniam? quod pater ad filiū dicere a ſcriptura introducit:ex ute
ro ante luciferū genui te, Nō enim idcirco quia hec ad filiū pater loquitur;aliud Dilutio
innatū patri uerbū/& alium eſſe filiū intelligere debemus. Sed illud primo ſcia- ſecunde
mus/nobiſcunq; diligenter uoluamus quod myſteria nobis in ſpiritu predicens Pſalmus,
propheta perſonam induit filii/acita ſe audiuiſſe a patre aſſerit;filius meus es 109
tu, Non ergo que ſecūdum humanum habitum ac poteſtatē oratio ſuſcipitur: Pſalmus.

duo nos uerba intelligere compellet. Sed nostris moribus dispensationem ser=
monis attribuentes:non iniuria imbecillitati humane nature huiusmodi locutio
nis uerba accõmodabimus. Quippe qui nec uerbis exprimere:nec mẽte / diui=
na mysteria cõcipere possimus,superat enim diuina res/& uerba & ingenium
nostrũ.unde fit ut multa non ut dicuntur / sed ut rebus cõuenit intelligantur.
Hec qui recte dici negãt:cũ generare patrem ex utero audiãt / uterũ & dolores
partus intelligãt.Sed respondebunt:nihil aliud in deo uterum significare q̃ pro
priam filii ex eo generationem.Sic igitur pie illud etiã si humano more conscri=
ptum sit/intelligatur/& omnis prestigiosa cauillatio dissoluetur,¶ Sed ad hoc
iam satis dictũ est:nunc ardentius in cetera insurgamus/ac sua ratione prepo=
Cauillus. sita fluẽtem heresis magno impetu amnẽ retrudamus. Nisi aliud inquit insitũ/
atq; interius dei uerbũ sit q̃ filius unigenitus/qui eius imitatione uerbũ appella=
tur:erit necesse fateri patre quoq; uerbum esse/uerbumq; uocari oportere / qa
filio suo qui uerbum & est & nuncupatur consubstantialis esse conceditur,Hec
Dilutio ille.¶ Nos uero ad hec dicimus:nullam esse rationem que cogat/quia pater uer 1
pariter bo suo consubstantialis sit/ idcirco ipsum quoq; uerbũ appellari.non enim que
& confu= eiusdẽ nature sunt/in alterutrũ mutari possũt:ut a multitudine aut a dualitate
tatio. in unitatẽ cõtrahantur.Nã & pater noster Adã filio suo cõsubstantialis fuit:nec
idcirco in filiũ ipse decidit/nec filiꝰ in locũ patris ascẽdit.ita cũ pater filio eiusdẽ
substantie sit:proprietatẽ suam retinet/quẽadmodũ & filius,Qui enim ex pa=
tre est:is filius esse intelligitur.ille uero q genuit:pater dicit̃ Qđ si cõsubstantia
litas nullũ esse iter cõsubstãtialia discrime uos cogit cõfiteri:quid induxit iudicẽ
Ezechiel. oim nõ punire patrẽ pro filio/nec a filio suppliciũ pro patre sumere? Aĩa inquit
18 q̃ peccauit ipsa morietur:nec pater peccatũ filii eius assumet. Vides quãuis cõsub=
stãtialis pater filio suo sit:nõ tamẽ que alter peccauit ex altero expostulari, Cur
igitur putas qm̃ cõsubstantiale uerbũ deo patri sit/deũ quoq; patrẽ uerbũ esse
appellandũ? Deus enim pater semper pater est: & uerbũ eius.& quia uerbum
idcirco filius/semper filius.Aliter in peiori esse statu diuina q̃ nostra intelligerẽ=
tur,Quia summa identitas inter patrẽ & filiũ secundũ naturã est(imago enim
exquisitissima & character persone patris/filius est)idcirco ad discipulos eiꝰ di=
Ioannes. cebat, Qui me uidet/uidet & patrẽ meũ, Si ergo quia hec ita se habeant / nihil
14 prohibebit patrẽ uerbũ ac filium dicere/& intelligetur filius in patris locũ ascẽ=
Psalmus, disse:attribuant̃ sibi uerba illa ut ipse ad patrẽ dicat/ex utero ante luciferũ ge=
109 nui te.quo facto ita omnia cõfundetur/ut sanctissima consubstantialisq; trini=
tas/que semper trinitas est/ad unitatem contrahatur.Et sic quod unicuiq; triũ
personarũ proprie inest/consubstantialitatis ratione destruetur:natureq; iden
titas / personarum distinctionem euertet: quod omnino absurdum est. non
ergo quia consubstantialis pater uerbo suo est: idcirco uerbum ipse erit. sed
erit semper idipsum quod est / immutabiliter pater. ¶ Ad hec si omne uerbũ: 2
alicuius uerbum est/eius uidelicet qui lingua loquitur / aut eius qui corde cogi=
tat / est autem pater uerbum quoniam uerbo suo consubstantialis est: erit ipse
uerbũ suiipsius / aut potius nullius/& sic nec erit omnino aliquid.quomodo eni
erit uerbum:nisi alicuius sit uerbum? quamuis ergo consubstantialis uerbo suo
pater sit:nunq̃ tamẽ ipse in uerbum decidet/sed erit semper pater/sicut & uer=

bum ſuum ſemper filius eſt. ¶ Preterea longe ab omni mutatione ac alteratio=
ne ſemper diuina abeſt natura: quomodo ergo pater in uerbū mutabitur? Non
enim erit ipſe pater: niſi ſeruet quod erat. Quare ſi nephariū eſt mutationem
diuine nature accōmodare: nunq̄ pater in uerbū mutabitur / ſed erit immutabi Ioannes,
4 liter ſemper pater. ¶ Ad hec cum ſe deum uerū & ex deo uero unigenitus dei 16
filius uoluerit oſtēdere: oīa inquit que pater habet / mea ſunt. Omniū enim que Pater ſo=
patri naturaliter inſunt / qm̄ ex eo ſecundū naturā eſt / heres eſt filius: pater ſo= lūmodo:
lummodo eſſe nunq̄ poterit. Id enim unum eſt quod pater eſt, Erit autem filius filius ſci=
omniū que inſunt patri ſic heres: ut nullo careat etiam ſi pater nunq̄ ſit. Et quē= licet eſſe
admodum ipſe omnia patris poſſidet bona: eodem modo que filii ſunt / omnia nūq̄ po=
patri natura inſunt / quāuis nunq̄ in uerbū & in filium pater mutari poſſit / ſed terit.
maneat ſemper id quod eſt pater. Hoc enim modo & pater & filius immutabili=
5 tatē habere intelligentur. ¶ Poſtremo non ignoramus; a legis auctore deo non= Ezechiel.
nullos quia inter ſanctū & prophanum non diſtinguebant accuſatos fuiſſe. Ma 22
gna enim inter hec differentia / contrarietaſq; omnibus qui recte iudicant: eſſe Si pater:
uidetur. Sed ſi poſſibile omnino ſit ut cōſubſtantialiū natura in ſeipſam confun ſi ipſe fi=
datur / ut ſingularium & hypoſtaſium propria ad alias hypoſtaſes eorundē ge= lius / pa=
nerum aut ſpecierum tranſeant: quenā ratio ſanctum a prophano diſtinguere ter nunq̄
poterit? Si nulla ſingulorum differentia / que hoc aut hoc conſtituat propter idē ſit.
titatem ſubſtantie comperietur: erunt igitur omnia (nobis ſingularium rerum
ablata cognitione) inter ſe cōfuſa, ut Iudas proditor / Petrus aut Paulus ſit, Pe=
truſq; rurſum uel Paulus: Iudas proditor / qm̄ eiuſdē cum eo nature ſunt. Quā
ſi omni furore furioſius dictu eſt: eiuſdem generis aut ſpeciei atq; nature ſingu=
laria non amittēt quia eiuſdem nature ſunt / ſingulares propriaſq; ſuas differē=
tias quibus hoc & hoc ſunt. Quare nulla humana ratio tantū unq̄ ualebit: ut co
gere poſſit uerbū & eſſe & uocari deum patrē oportere / quoniā uerbo ſuo con=
ſubſtātialis pie ac uere creditur. manet enī ſemper pater. nunq̄ enī diſtinguentē
proprietatem qua hoc eſt / amittere poteſt, Nec propter identitatē ſubſtātie ni=
chil proprium patri eſſe / unq̄ cōcedemus. Nec quoniā ita ſe res habet: plus quicq̄
q̄ filius habebit, Qui cū ex eo proprie ſit / immutabilitatē & eternitatem genito
ris poſſidens. filiationem ſuam ita conſeruat / ut in patrem mutari non poſſit / ſi
cuti nec pater in filium. ¶ Sed non iure inquient quaſi hereticis nobis inſultas: Cauillus.
qui inſitum atq; interius dei uerbū aliud preter filiū dicimus / cum audias ipſum
magna uoce clamare. Scio ego patrem & uerbum eius ſeruo. Nam ſi neceſſe eſt Ioannes.
aliū eſſe qui ſeruat / aliud quod ſeruatur / nec iſta conuenire unq̄ poſſunt: non 8
1 poteris negare aliū eſſe filium dei & aliud uerbū eius, ¶ Sed dicatis nobis que Confuta
ſo ſi ita ſit ut ipſi contenditis: utrū uerbū illud interius qđ ex imperitia deo pa= tio.
tri ineſſe fingitis ſubſiſtat an nō? nam ſi ſubſiſtit / cum in propria eſſe intelliga=
tur hypoſtaſi: non unus ſed duo prorſus erunt filii. Sin uero minime ſubſiſtit:
cum nihil interſit inter filiū & patrem quod alterum ab altero diſſeparet / quo=
modo tertius erit a patre filius / & non immediate ueluti filius patri connexus?
Nam cum inſitum atq; interius uerbum ineſſe deo patri contendant: quomodo
uoluntatem patris filius dicit? Nonne magna ex dementia inſanire uidentur?
Patris enī nomē ad filiū ita refertur: ut nihil penitus intereſſe putatur. Quod ſi

ſecundum eorum ſtultam ſententiam uerbum quoddam interius paterni expo
poſituum conſilii inter patrem & filium eſt/& filiũ a patre tanq̃ materia quedã
diſſeparat:ſi quidem propria hypoſtaſi conſilium dei & expoſituũ conſilii uer=
bum ſubſiſtere intelligantur/nec pater erit amplius/ nec filius proprietatem fi=
lii retinebit.Sin uero non ſubſiſtunt:merit immediate filius patri.quo igitur abi
bit uerbũ illud interius? aut quẽnam locũ/dei conſilium ſi aliud eſt a filio/com=
ſequetur? ¶ Preterea cõſubſtantialẽ eſſe/ſanctã/adorabilẽq; trinitatem:recte 2
credimus etiam ſi hereticis diſrumpantur. Quecũq; autẽ cõſubſtantialia ſunt:
ratione nature in omnibus ad unguẽ conueniunt.Si ergo ut temeritas aliquorũ
predicat aliud preter filium interius ineſt patri uerbũ:filius quoq; aliud interi?
quoddã uerbũ in ſeipſo continebit.Imago enim patris exquiſitiſſima eſt/& cha
Ad heb, racter hypoſtaſeos eius ut ſcriptũ eſt.Sed ſpiritus quoq; ſanctus:tale quid ſimi=
i liter interius uerbũ habebit.Ita nobis trinitas duplicabitur:& compoſitione/di=
uina nõ carebit natura,quod longe abſurdũ eſt & cogitatu nefariũ. in ſimplici
enim ſubſtantia:nihil aliud preter ipſam ineſſe poteſt.Sãcta igitur conſubſtan=
tialiſq; trinitas:immediate nulla re intermediante ſibi coniungitur. ¶ Illud ap= 3
prime tenendũ eſt quod quando diuina ſcriptura nominibus ſecundum grece
lingue uſum articulos ꝓponit:tunc & nuũ & qđ ſolũ proprie atq; uere tale quid
dicitur/ſignificat,articulo autẽ nõ adiecto/generalius cuncta deſignat.ut uer=
i.Ad corĩ bi cauſa Multi uocati ſunt dii:ſed quãdo cum articulo greca lingua deus dicit/
8 tũc ſol? & proprie deus deſignatur, Cũ uero abſq; articulo deus profertur: qui
ad hoc gratia uocatus eſt intelligitur.Sic cũ homo ſine articulo dicit: homo quiſ
piam deſignatur.quãdo autẽ articulus accedit:unicũ atq; ſingularẽ hominẽ de
ὁ υἱὸς τ notat,Ideo uidemus filiũ hominis/articulo ad utrũq; nomẽ prepoſito a ſaluato
ἀνθρώπου. re noſtro proferri/quãdo ſe ſolũ ab infinita hominũ multitudine uelit ſignifica
Ioannes. re,Hec cũ ita ſe habeant:dicãt queſo quomodo intelligendum eſt. In principio
i erat uerbũ/cũ huic uocabulo uerbũ articulus ſit adiectus.Non enim poteſt niſi
ὁ λόγος ad unã uerbum quod proprie atq; uere in principio erat/articulata referri ora=
tio.Cur igitur fruſtra cõtendunt aliud nobis uerbũ adducentes: ut a dignitate
naturaq; patris filium depellant? ¶ Preterea ſi unigenitus dei filius idcirco uer 4
bũ eſt & uocatur/quoniã (ut ipſi dicũt) inſitũ patris uerbũ ſuſcipiẽs:ad illud for
matur:cur nõ dixit ad diſcipulos/ego & uerbũ patris unũ ſumus/& qui me ui=
det/is etiã uerbum patris uidet? Quoniam igitur non ita dixit/ſed omnia pre=
tergreſſus ipſi ſoli patri identitate ſe confert:impium profecto eſt alium neſcio
Cauillus. quo uerbo quaſi confirmari aut doceri/filium credere/qui abſq; ullo medio ipſi
genitori cõſubſtantialitate coniungitur. ¶ Sed alium inquit eſſe filium preter
interius atq; inſitum uerbum: non rationibus noſtris ſed ſcripture authoritate
perſuaſi credidimus. Cũ enim filium ſic patri dicere audiamus. Pater glorifica
Ioannes. filium tuum/ac patrem rurſus reſpondere uideamus/& glorificaui & iterũ glo
12 rificabo:nonne fateri neceſſe eſt per uerbũ filio patrẽ reſpondere? Quomodo
Refuta= igitur aliud q̃ filius uerbum non eſt:quo pater filio reſpondet? ¶ Non adeo mi=
tio & di= randum id michi q̃ flendum uidetur, Plorandi enim certe ſunt:qui hec fingũt.
lutio ca= Et illud propheticum ſuper ipſis dicendũ. Nolite flere mortuũ / nec plorate ip=
uilli. ſum. Flete plorateq; illos:qui talia de unigenito dicere audent, quid enim illis

miſerius excogitari poterit? qui cū oporteret eos nō moribꝰ noſtris diuina ſub= Hieremi.
licere / ſed altius atq; ſublimius (quāuis humana cōſuetudine dicantur) intelli= 22
gere / eā uocē quā non ſaluator ſolus / ſed multitudo etiā diſcipulorum audiuit /
uerbum patris interius eſſe putarunt. corporea enī uox & ſonus a labiis aut quo
dam alio ictu in aerem profuſus: auditū mouere ſolet, Patris uero conſiliū quod
ineffabili uoce in mentem ipſius uertitur: ſolus filius qui in ipſo patre naturaliter
eſt ſicuti ſapientia eius / cognouit. Voce autem / ictu aeris conformata deum uti:
omnino incredibile eſt. non enim oportet ignorare ſuper omnem creaturam:
creatoris eſſe naturam. quamuis etiam ipſe dominus & ſaluator noſter: non dei
patris uocē illam eſſe affirmauit / nec ſibi ea opus fuiſſe aſſeruit. nō enim uocem Ioannes.
patris audiſſe / nec propter ſe ſed propter illos factā ſignificans / non propter me 12
1 inquit iſta uox: ſed propter uos facta eſt. ¶ Quod ſi omnia per ipſum deus pa= Confuta=
ter operatur: uocem quoq; illā per eum operatus eſt. Imo uero ipſe uox illa erat / tio.
qua non ſibi uolūtatem genitoris quam ueluti filius nouit / ſed diſcipulis aperit /
2 ut facilius in fidem / adducātur. ¶ Ad hec ſi uerbo quodam filius inſito indiget /
ut per illud patris uoluntatem perdiſcat: quid ſibi uoluit / dicens. Chriſtus dei
uirtus & ſapientia? Quomodo enim filius ſapientia patris erit: ſi ſapientia ipſe i. Ad corī
carens / ab alio uel per aliud que neſciat diſcit? Aut quomodo neceſſario non ſe= 1
3 quetur: ſapientiam patris in ipſo patre perfectam non eſſe? ¶ Deinde ſi filius /
patris ſapientia eſt: quomodo cōſiliū patris aliud eſſe preter filium intelligunt /
niſi forſan in ſapientia conſilium patris eſſe affirmare audeant? que omnia im=
pie & dicuntur & cogitantur. Non ergo ab alio uel per aliud doctus / patris con=
ſilium nouit filius. ſed cum ipſe ſit uerbum / ſapientia & conſilium: profundita=
tem etiam ipſam dei patris ſcrutatur. ſicut de ſpiritu ſancto ſcriptū eſſe nō igno
4 ramus. ¶ Preterea imaginē characterēq; patris filiū: ſcripture uocitāt. & qui me i. ad corī
uidet / patrē etiā uidet: ſaluator ait. tantam ergo cum patre identitatem habens 2
ſi que ſunt patris non per ſeipſum ſcit / ſed quaſi alio narrante perdiſcit / nō erit Ad heb.
incongruū / ſi quis patrē quoq; indigere expoſitore affirmauerit / ut ea ſciat que 1
in filio recondita ſunt, Nā cum filio ſuo ſimilis omnino ſit: eadē ignorantia qua Ioannes.
filius / detinebit, Ita diuina natura ignorantie ſuſceptibilis erit. Fugiēda igitur / 14
fugiēda impia hec hereſis omnibus uiribus eſt / preſertim cū ſpiritus omnia / pro
funditates etiā ipſas dei ſcrutari ab apoſtolo ſcribatur. Sicut enim nemo homi=
num ait q̄ hominis ſunt nouit / niſi ſpiritus hominis qui in eo eſt: ſic & que dei ſūt i. Ad corī
nullus nouit / niſi ſpiritus dei qui in eo eſt. Q̄m ergo ſpiritus ſanctus qui profun 2.
da dei ſcrutat? / nō ſolū patris eſt uerūetiam filii quō filius qui ſpiritū in ſeipſo na
turaliter habet / eorū que patris ſunt aliquid ignorabit? nō recte igitur dicit? ab
alio uel p̄ aliud uolūtatē p̄is filio ſignificari, Quid enī opus eſt aliud interius cō
fingere uerbū? cū ipſe p̄ ſe ſapiētia ſit / & ſcrutantē oia ſpiritū communē cū p̄e
5 habeat. ¶ Dicāt nobis preterea / qui unigeniti ſubſtantiā idcirco deiceré conā=
tur: q̄m uoluntatem ipſe patris per ſe neſciat ut aiunt / ſed & uerbo (neſcio quo)
quaſi magiſtro atq; doctore utatur. utrū illud uerbum q̄d iterius appellant (ſup
ponatur enim per ſe ſubſiſtere) equalitatem habeat cū filio / an minus maiuſue
ſit. Nā ſi minus dicēt: in ipſum patrē hec impietas aſcēdet, Erit enī aliquid in eo
aliud ab eo / & minus eo. Sin uero maius eſſe q̄ ſit filius contendāt: dupliciter in

patrem peccabunt.primū enim minorē genuiſſe filium comperietur q̄ ipſe ſubſtātia ſit,deinde ipſe quoq; uerbo ſuo interiore minor uidebitur / cum filio ſuo conſubſtantialis ſit:quē interiore uerbum minorē dicunt.Hec ſi fugientes equale ſubſtātia inſitum illud uerbū filio affirmauerint:omnia ſibi continuo delabētur.Quomodo enim ſi equales natura ſunt:alter quaſi natura neſcius/ab altero quaſi natura ſciente doceſ? Ita undiq; falſitas opinionis ſue apparet, Impiū igitur eſt inter patrem & filium quicq̄ quaſi intermedium intelligere: pium autem credere ipſum filium eſſe uerbum patris/ quod in pricipio erat.in quo quidem uerbo Paulus ait: omnis cognitionis atq; ſapientie theſauros eſſe reconditos. Quod ſi ita eſt(non enī mentitur Paulus)quomodo ſibi opus eſt ut ab alio doceatur? aut in quonā pfectā cognitionē atq; ſapientiam eſſe dicemus:ſi qui ſapientia eſt/aliena doctrina ſit ſapiens? uel quomodo ſapiētie uere ac proprie nomen ſibi accommodabitur:ſi aliunde diſcit? non igitur nugis hominum/ſed ſpiritu ſancti doctrine attēdere oportet,quare quoniam ſpiritus ſanctus per Paulum nos docuit cognitionis ac ſapientie theſauros in filio eſſe abſconditos: credere oportet/non ab alio ipſum diſcere,ſed cum in patre ſit:omnia patris tanq̄ perfecta eius ſapientia naturaliter ſcire.

Ad colo, 2

Quod ſecundum naturam/& non ut miniſter una cum patre/creator filius eſt:quoniam ex ſubſtantia eius eſt. Cap,V

Esaias. 44 Hieremi. 2

OMnia per ipſum facta ſunt:et ſine ipſo factū eſt nihil, Cum uarias impiarum hereſeum rationes breuiter euerterit beatus euangeliſta/& exquiſitam de unigeito nobis doctrinā tradiderit:ad diſſoluendum iam alium diaboli laqueum accedit/quia priſco errore ortus multos decepit / ligauit/ac demum ad inferos deduxit, Quoniam igitur gentilitas ſapientie huius mūdi adherens/& ſpiritū principis huius ſeculi poſſidens/ueritate contempta/inanimata idola coluit/& aliq̄ quidē ligno dicebat:deus meus es tu/alius uero lapidi/tu produxiſti me/& nonnulli nō meliores multitudine quis ita uideretur/deitatis gloriā celo ac elementis tribuebāt: neceſſario Ioannes ſummus ueritatis Theologus ut fraudes illorum retundat / & uiā attendētibus rectā aperiat/creatorem natura / magna uoce oſtendendū putauit / dicens omnia per unigenitū producta / & ſine ipſo nihil penitus factū eſſe.Cū autē ab eo factas eſſe creaturas cenſeat:omnes liquido docet / aliū preter naturas eū eſſe / cuius ineffabili uirtute a nihilo ſimpliciter ad eſſe uniuerſa

Sapiētia, 13

producta ſunt.Sic enim in pulchritudine creaturarum: opificem quo uniuerſa facta ſunt & quo conſeruantur/ cognoſcimus. Ita ergo aduerſus gentiles hanc ab euangeliſta uocem ſcriptam eſſe credimus, Verum quoniam hereticorum quoq; facile hinc falſa refutatur opinio: non eſt ab re nonnihil etiam aduerſus eos cōſcribere.omnia inquit per ipſum facta ſunt: & ſine ipſo factum eſt nihil. deitatis enim maieſtatem / etiam hec uerba unigenito dei filio attribuunt: cum omnia naturaliter ac uere ineſſe ipſi oſtendant / que deo patri dicuntur ineſſe. Non enim deforis ſicuti hominibus per gratiam hec appellatio illi accedit:iuxta

Pſalmus, 81

illud/ego dixi dii eſtis & filii excelſi omnes.Si enim omnia per ipſum facta ſunt: non poteſt ille cum omnibus ſimul enumerari, Cum enim omnia dicatur: nichil eſt quod in omnibus non contineatur. Sic certe etiam Paulus omnia

intellexiſſe cõperitur. Nam cum ſub pedibus ſaluatoris noſtri ſubiecta eſſe oia dixerit:illico intulit.In eo enim quod omnia ei ſubiecit:nihil dimiſit nõ ſubiectũ ei.quare quoniam per filium facta eſſe omnia credimus:nullo pacto aliquid omnium ipſum eſſe intelligimus.ſed ab omniũ numero ipſum ſeparantes / & a natura creaturarũ longe ſeorſum ponẽtes:nihil aliud eſſe ipſum q̃ deũ ex deo naturaliter confitemur,Quid enim inter deum & creaturam inueniri poteſt: ut preter utrumq; aliud intelligatur? aut in qua nam ſubſtantia filium collocabimus:ſi naturam creaturarũ in infinitum ut creator excedit? Omnia enim per ipſum facta ſunt/ut per uirtutem / ut per ſapiẽtiam dei patris:que non quẽadmodum in hominibus quaſi quedã qualitas deo ineſt/ſed per ſeipſam uere ſubſiſtit/quamuis ineffabili generationis modo a patre prodeat.Sic enim ſapientia & uirtus patris:uere filius eſſe creditur. Nec tamen quia omnia que ſunt/per ipſum facta dicuntur:quaſi aliene uoluntatis miniſter/aut quaſi ab alio uires accipiat quibus creare queat/credẽdus eſt.Imo uero quoniã uirtus ipſe patris ſicuti unigenitus filius eſt:uniuerſa cum patre ſimul et ſpiritu ſancto creauit.cuncta enim ex patre per filium in ſancto ſpiritu ſunt.Nec una cum patre in creãdo filium idcirco intelligimus/quia pater ad creandũ impotens ſit: ſed quia propter incõmutabilitatem atq; ſubſtantie identitatẽ natura ſibi cõiunctus eſt.Quẽad modũ ſi quis in olfactione odoris qui ex flore quodam eſt operationẽ odoris ab ipſo flore a quo naturaliter odor profunditur/ nullo modo ſeiũgat. Nec ignoro paruã exempli eſſe ſimilitudinẽ: ſed cum natura diuina cuncta ſuperet/neceſſe eſt nobis ſecundũ uires noſtras etiã minimarũ rerũ ſimilitudines non deſpicere.Quomodo eni aliter recte illud intelligemus:pater meus uſq; modo operatur/& ego operor.Nõ enĩ ſeorſum atq; p̃ ſeipſum operari patrẽ:aut filiũ rurſus quaſi quieſcẽte patre intelligendũ eſt.Sic enim duo creatores & non unus/pater & filius eſſe uiderẽtur. Et ad hec non eſſet neceſſe in patre ſemper filium eſſe/& in filio patrẽ ſimiliter.acita falſũ illud inueniretur. Ego in patre & pater in me.Non enim ſecundũ identitatem ſubſtãtie ſolum quaſi character in patre f us eſt/aut rurſus pater in filio quaſi exemplar tantummodo:ſed etiã ex ſubſtãtia patris effulgere filiũ / & in ipſa & ex ipſa in propria hypoſtaſi deũ uerbũ ſubſi tere cõfitemur.patrẽ quoq; ſimiliter ſicut filio cõſubſtãtiali/natura quidẽ uniri:ſola uero ea ratiõe diſtingui qua pater eſt/itelligimus,pater enĩ pater eſt/quãuis naturaliter in filio ſit: ſicut in ſplẽdore ſolẽ eſſe cõcedimus.filius quoq; ſimiliter q̃q̃ in patre ſicut i ſole ſplẽdor ſit/nõ alia ratiõe quã ea qua fili⁹ eſt / a pẽ diſtinguit? Sic eni pater uere pater eſt atq; itelligitur:& fili⁹ ſimiliter uere filius. Ita ſpiritu quoq; ſancto cõmemorato: trinitatis numerus ad unã & eandem deitate colligitur.Quomodo enim aliter unus eſſe deus itelligeretur:ſi ſingule trinitatis perſone ad ſeparatã omnino quandam ita proprietatem abibunt/ut integre a naturali nexu ſubſtantialiq; habitu diſſeparate / deus unaq̃q; nominaretur? Secundũ rationẽ igitur qua per ſe ſingule deitatis pſone ſubſiſtũt: & patrem & filium & ſpiritũ ſubſiſtere intelligamus / non confundentes perſonarũ ideſt nominum diſtinctionẽ.ſed conſeruantes unicuiq;:ut illud proprie & ſit & dicatur quod eſt / atq; ita credentes: in unam natutaliter deitatem contineri trinitatem confitebimur: preter nominum ideſt perſonarum / omnem aliam

1.Ad cori 15

Ad rom. 11

Ioannes. 5

Ioannes. 14

diſtinctionem recuſantes. uerbum enim & ſapiētia/& ſplendor/ et caracter/et uirtus patris/ filiꝰ appellatur, uerbum quidē ac ſapientia: quoniā ex intellectu
Sapiētia, immediate atq; indiuiſibiliter eſt: & propter iſtarū rerū (ut ita dixerim) recipro cam immiſſionem, mens enim & intellectꝰ in uerbo ſi ſapiētia eſt: & uerbū rurſus ac ſapientia in intellectu conſpiciuntur, Nec quicq̄ interest aut intermediat:
Virtus. quod alterū ab altero ſeparet. Virtus autem: quoniā indiuiſibiliter ineſt ei qui naturaliter eā habet/ nec quaſi accidēs abſq; ſubiecti corruptione poteſt ab eo
Caracter ſeparari. Caracter uero: quia ſemper naturaliter coniungitur/ nec poteſt ab ea ſubſtantia ſeparari: cuius caracter eſt. quas ob res quoniā naturaliter atq; neceſſario alter in altero eſt: cum pater operatur/tunc filiꝰ quoq; ut naturalis/ ſubſtātialis/ ſubſiſtēſq; uirtus eius operatur. Similiter operāte filio: pater quoq; ut operantis uerbi fons qui naturaliter ſuo filio ineſt/ uelut ignis ſue caliditati/ que in eo eſt/ ſemper cooperatur, Quare patet falſas hereticorum eſſe cogitationes/q filiū ab alio diſcere/ & miniſtri loco qm̄ per ipm facta cuncta dicunt creare impudēter contendūt, Ego autem non poſſum ſatis ipſorum impudētiam admirari. Nam que humilius quodāmodo de unigenito afferri a ſcriptura uidētur: magno undiq; cuncta ſtudio aucupātur & undiq; perditioni ſue uenena colligunt. quibꝰ autē apertiſſime in gloria patris filiꝰ collocatur: ea omnia miro quodam premunt ſilētio, ut nihil aliud uideantur intēdere: q̄ maieſtatē filii conculcare. Nam cum per ipſum uniuerſa fieri audiant: miniſtrationis nomini callide inherent/ ſeruum pro libero/ & cultorē pro domino ipſū ſomniantes, Cum uero ſtatim euāgeliſtam uideant intuliſſe/ quia ſine ipſo factū eſt nihil: ad ſublimiora extolli nequeunt, Nam quoniā deus pater aliter creare non poteſt q̄ per propriū filium/ qui uirtus & ſapientia eius eſt: idcirco nihil prorſꝰ ſine uerbo euāgeliſta factum aſſerit, Idcirco etiam gloria patris & eſt & dicitur unigenitꝰ, glorificatur enim creator pater per filium uniuerſa operans/ & a nō eſſe ad eē ꝓducēs. Sed ad hoc euāgelicū quia ſine ipo factū eſt nihil: illud recte
Geneſis, poteſt afferri/faciamus hominē ad imaginē & ſimilitudinē noſtram, non enim
1 imperat nec tanq̄ ad ſeruum ac miniſtrum dicit/ fac hominē: ſed ut cum indiuiſibiliter & ſecūdum naturā coniuncto (dicam eni humano more) colloquitur atq; deliberat. nō antecedens quidem cum aliquid intelligat cognitionem filii: ſed ſicuti mens/ indiuiſibiliter impreſſo & inſito uerbo ſemper manifeſtus, Sēper autem ſuperari a diuinis in infinitum/exēpla atq; ſimilitudies iſte credēde ſunt, Cooperari autem filio patrē dicimus non diuiſim duos intelligētes/ ne duos deos introducamus/ nec in unū duas perſonas contrahentes/ ne aut pater in filiū aut in patrē filius compellatur: ſed illo potius modo quo ſplēdor lumini a quo effulget cooperatur. In hoc enim & in ſimilibus diſtingui quidē intelligitur quod effulget/ ab eo a quo indiuiſibiliter prodit. Vnū autē atq; idē utrūq; natura eſt/ & alterū abſq; altero eſſe non poteſt: excedit tamen creaturarū ſimilitudines/ qui nullā in creaturis exquiſitā habet ſimilitudinē. atq; ideo ad declarandū quod uolumꝰ: nō ad imagine trinitatis perfectā exēplis utimur. quod ſi putāt quoniam per ipſū ſcriptū eſt/ad miniſtri locum a patre aſſumi filium/ atq; ideo a naturali patris equalitate decidere: quid de ipſo patre dicēt: cū particula per/ ei quoq; a ſcripturis accōmodet. fidelis enim inquit deꝰ per que uo-

cati eſtis. Et rurſus. Paulus apoſtolus ieſu criſti per uoluntatē dei. & alibi. Itaq; non eſt ſeruus ſed filius Paulus inquit. Si natura filius/ & heres per deum, hec enim omnia ad perſonā patris referūtur, et nemo adeo inſanit: ut propter particulā per/ ad miniſtri locum patrē deducat. indifferēter enim plerūq; dictionibus abuſionis modo diuina ſcriptura ita utitur: ut probe res grandes quantum poſſibile homini eſt/ uerbis ſignificet. his illud adiungēdum eſt: qđ gloria domini uerbum obſcurat. nulla nāq; fere uerborū uis tanta eſt: ut exquiſite ineffabilē dei gloriā poſſit exprimere. nō debem⁹ igitur uerborū humilitate turbari: cū ſciam⁹ pieq; credamus omne mētis acumē/ in exponēda re diuīa hebeſcere, i. Ad corī 1 Ad ephe. 1 Ad gala, 4.

¶ Quod filius uita ſecundum naturam eſt: atq; ideo non creatus ſed ex ſubſtantia dei ac patris. Cap. VI

» QVod factū eſt/ in ipſo uita erat. Adhuc de uerbo dei uerba exquiſitiſſime facit euangeliſta: ut cum omnia que illi natura inſunt diligēter explanet/ & hereticos deterreat/ & recte credētes/ non humana ſapiētia nec eloquentie uirib⁹ ſed ſpirit⁹ uirtute confirmet. Cum igitur creatorem omnium modo oſtenderit: qđ a non eſſe ad eſſe cuncta produxit/ & ſine ipſo factū eſt nihil, nunc quoniā creatura durandi nullā uirtutem in ſe per naturam continet: ſed ipſe cunctis quaſi cōmixtus uita eorū fit/ & in propria nature cōditione cōſeruat/ idcirco clamat: quod factū eſt/ in ipſo uita erat. non ſolum inquit per ipſū facta ſunt uniuerſa: ſed quecūq; facta ſunt/ unigenitus dei fili⁹ principium & ſubſiſtētia omniū tam uiſibilium q̄ inuiſibilium in ipſis uita erat. Nam cum ipſe ſit per naturā uita: tam eſſe q̄ uiuere & moueri rebus benigniſſime atq; uarie largitur/ nō diuiſibiliter aut cōmutabiliter in ſingula que natura differūt immiſſus. ſed cum ipſe uita una ſit omnium/ omnia penetrans: a ſingulis prout fieri poteſt ac decet recipitur. Ipſa uero creatura ineffabili ſapiētia & uirtute creatoris in ſeipſa uariatur atq; cōmutatur. Et quia quod a nihilo productū eſt: corruptibile eſt/ omniaq; orta in exitum feſtināt (ſola enim diuīa natura abſq; principio & fine eſt) quaſi arte quadā perpetuitatē rebus attribuit, Succeſſiones enim & mutationes rerum in alterutras adinuenit: quibus ſingulas rerum ſpecies perpetuas effecit. & hoc eſt etiam quod de plantis ſcribitur, Cuius ſemē in ſemet ipſo ſit ſuper terrā. & ineffabili creatoris uoluntate fieri quotānis uidemus, Erat igit̄ in omnib⁹ uita/ ut dicitur. ¶ Sed quid ad hec inſania hereticorū dicet: cum ſpirituſſācti euāgelicā uocem audiat/ quod in creatis omnibus uerbum dei quod in principio eſt/ uita erat? An etiā nunc non ex ſubſtātia dei ac patris filium eſſe: ſed fact⁹ū atq; creatum affirmare audebit? Et quomodo non iniuria imperitie crimine nō cōdemnabitur? nam ſi uerbū dei ut per naturā uita/ participatione ſui uiuere omnibus prebet: alius certe eſt q̄ ea ſunt/ que preſētia ſua uiuere creduntur. Qui uero alius q̄ creatura naturaliter eſt: quomodo is qui ſuper omnia eſt de⁹ non erit? Si uero et creatum cōtēdis/ & uitam eſſe rerum non negas: quoniam creaturarum una per te eſt/ uitam etiam ipſe/ ſui ipſius participatione habere intelligetur, Quod quoniā abſurdū eſt: neceſſe eſt ut participabilis dei filius/ alius natura q̄ participantia ſit, Non ergo creat⁹: ſed ut per naturā uita in creaturis eſt. quod ex ſequentibus magis patebit. ¶ Nam ſi ex ſubſtantia pa- Per naturā uita: i. creata.

tris filius non eſt/ ſed factus ut illi dicunt atq; creatus: quomodo uniuerſa ipſe
uiuificat? aut quomodo id Paulus quaſi precipuum deo attribuit / cũ uiuificãtẽ
ipſũ appellet? Nã ſi cũ creatus fili⁹ ſit oĩa uiuificat: ſeipſã creatura uiuificat. q̃re
nihil precipuũ ultra creaturã in deo erit. ¶ Creatura etiam deo ad uiuẽdũ ne- 3
quaq̃ egebit: cũ nõ minus ſibi q̃ deus / ipſa per ſe uitã afferat. ſed indiget ſem-
per creatura creatore. Non ergo colocãdus in creaturis filius dei: cum per ſe ui
ta ſit/atq; etiã intelligatur. ¶ Preterea diume admiratus nature dignitatẽ pſal 4
Pſalmus miſta canebat: quoniã apud te fons uite, Si ergo filius cũ ſit creatura que facta
35 ſunt uiuificat / & ut uiuificãs ſecundum naturã uita eſt fruſtra: quaſi precipuũ
ſoli deo fontem uite pſalmiſta attribuit, Siquidẽ filius etiã qui ſecũdum ipſos
creaturis cõnumerat? / fons uite erit / quia uiuificat, Sed fons uite / ſolus deus eſt.
per naturã ergo fili⁹ uita eſt ut deus ex deo & uita ex uita. ¶ Ad hec ſi cum ui- 5
ta ſecũdum naturã filius ſit/ non ex ſubſtãtia dei ac patris / ut illi blaſphemãt/
ſed creatura eſt: erit creaturarum natura uita / & ſi non actu / attamen poten-
tia. Nam & ſi nondum omnis creatura uita eſt: quia tamen creatura quedam
uita eſt / non erit alienum a natura creature ut uita poſſit eſſe, Ita uitam eſſe /
Ioannes. deo & creature commune quodam erit, Cur igitur fruſtra ſe iactat filius / di-
14 cens: ego ſum uita? cum potius dicendũ eſſet / ego & uos uita ſumus. Sed quo
niam non ita / ſed quaſi propriũ bonum ſibi uitã attribuit: manifeſtũ eſt quia
non creaturis ſe connumerat / ſed nature dei patris cõiungit / que ſola natura-
liter uita eſt. ¶ Accedit quod participans uita: ipſum uita eſſe proprie non po- 6
teſt. aliud enĩ eſt a participante / id quod participatur. Si ergo creature partici-
pabilis filius eſt ut uita: erit aliud a participantibus uita / partipantia autẽ creatu
re ſunt. Non ergo ipſe creatus / nec ab alio uita indigens. deus ergo uiuificans &
conſubſtantialis patri concedetur. Hoc enim modo unum adorabimus deum:
nec alium colemus q̃ eum qui eſt. ¶ Preterea cũ rerum omnium diligenter na- 7
turam conſideramus: deum & creaturam & nihil ultra hec aliud conſpicimus.
quicquid enim natura deus non eſt. id certe creatũ eſt. ac rurſus quicquid crea-
tura eſſe negatur: id certe deus eſt. Quoniã igitur optime iſta partiti ſum⁹: re-
ſpondeant queſo quomodo ut uita uiuificare poterit filius / cum id nature diui-
ne ſolũmodo propriũ ſit? Si uero cum creatus ſit / uita eſſe poteſt. predicabitur
etiam de altero partitionis membro uita / & erunt omnia ſecundũ naturã uita.
Quid opus eſt ergo participatione filii: aut quid magis hac participatione crea-
tura poſſidebit / ſi per ſuam naturã uita eſt? eget autem neceſſario participatio
ne uite que filius eſt / omnis creatura. Nihil ergo creatum ſed ſolus filius ſecun-
dum naturã uita eſt: et pater cõſubſtantialis ſimiliter, ¶ Preterea cum filius ui- 8
Ioannes, ta ſit: ut creatura eſt / aut non creatura ſed deus uerus. Si primum: falſo illud ſi
6 bi dicitur / ego ſum panis uite qui de celo deſcendo / & mundo uitam prebeo. ha
bet enim per ſe creatura uitam: nec participare uita opus eſt ei que uita eſt. Sin
uero creatura non eſt: proprium id preter creaturas bonum habebit / ut ſit ſecũ
dum naturam uita. Creature autem proprium / uita indigere: cuius participa-
tione uiuificetur. ¶ Ad hec ſi cum ſecundum naturã uita filius ſit / creaturis cõ 9
Pſalmus numeratur: quare pſalmiſta quaſi ueſtimentum ueteraſcere celos aſſerit? cum
101 de filio dicat / tu autem idem ipſe es / & anni tui nõ deficient. Nam aut etiam ip

ſe quemadmodum et nos deficiet & corrumpetur: & ita uita ipſe non eſt, aut ſi creatura ut ipſe uita eſt: perpetua & icorruptibilis erit. Sed ipſe quidem eodem ſe modo ſemper habet: creatura uero deficit, nō eſt ergo creatus, ſed cum uita
10 ſecundū naturā ſit: que uita indigēt / cuncta uiuificat. ¶ Accedit quod nihil ſe= ipſo participat, creatura uero ois filio ut uita participat, nec ergo filiꝰ creatura;
11 nec creatura uita eſt. ¶ Poſtremo aliud eſt uiuificare aliud uiuificari; ſicut age= re atq; pati / uiuificat autem filius / creatura autem uiuificatur. Aliud ergo filius eſt q̄ creatura, quoniam & quod facit & quod fit: idem eſſe non poteſt.

¶ Quod lux ſecundum naturam eſt filius; & ideo non creatus ex ſub= ſtantia dei ac patris. Cap. VII

» ET uita erat lux hominum. Et lux in tenebris lucet: & tenebre eam
» non cōprehenderūt. Fuit homo miſſus a deo: cui nomē erat Ioānes
» Hic uenit in teſtimonium: ut teſtimoniū perhiberet de lumine / ut
» omnes crederent per illū. Non erat ille lux: ſed ut teſtimonium per
» hiberet de lumine, Deum naturaliter & bonorum patris ſubſtan= tialium heredem: nobis etiā per hec filium euangeliſta demonſtrat, Dixit enim iam natura ipſum uitam eſſe / & omnia que creata ſunt: ab ipſo uiuificari & cō= ſeruari / cū in ipſo quicquid factum eſt / uerbum erat uita. Verū quoniā homo in terris rationale animal eſt / mētis & diſcipline capax & ſapientia dei particīpās: neceſſario rationis ac ſapientie humane largitorē filium his uerbis oſtendit / ut facilius deus pater omnia in omnibus per filium eſſe intelligatur. Vita quidem in iis que uita indigent. Lux uero rurſus ac uita: in iis que uita & luce indigent, ac ideo magna predicat uoce: & uita erat lux hominum: Ita qui uniuerſa uiuifi= cat dei filius / qui in omnibus uita eſt: hic ipſe rationale quoq; illuminat animal. Et itelligendi uirtū capacibus / intellectum largitur: ut undiq; uerum eſſe uidea i. Ad corī
tur quod de creatura dicitur / quid enim habes quod nō accepiſtiꝰ nihil enim eſt 4
quod a ſeipſa creatura poſſideat: ſed tam eſſe q̄ eſſendi modum quēdam / lar= gitione dei cōſequitur. ¶ Probe autem rurſus erat / de uita ſcribitur: ut undiq; uerbi eternitas / falſas hereticorum cogitationes qui ſcripturis omnibus aperte repugnantes / ex nihilo filium dei productum confingunt / quaſi acuta incidat ſecuris. Sed de uerbi eternitate & in ſuperioribus breuiter / & in libro quem the= Liber cy=
ſaurum appellauimus latius nobis cōſcriptum eſt. Quare quod propoſitū eſt / rilli qui
quodq; tam preſentibus q̄ futuris nō omnino inutile fore putamus: deo noſtrū theſau=
1 os aperiente dicamus. ¶ Si deus natura filius non eſt; nec ſubſtantie genitoris rus dicit,
fructus. Si preterea non lux ipſe uera ex uera effulſit luce / ſed quaſi deforis ut nōnulli affirmant productus / creaturis cōnumeratur: quomodo ipſe creaturas illuminat / & creature ab ipſo illuminantur? An non eſt aliud quod illuminat q̄ qđ illuminatur? Ita prorſus arbitror. Nā ſi idem ſubſtantia & ratione eſſe uide= rentur; quicquid in altero eorū ſeorſum eſt / id etiā in altero coniunctū reperie= tur. ita lux quidē erit / qđ luce indiget; & lux ipſa indifferenter & illuminabit & illuminabitur. quā quidē rerum confuſionē: nemo mentis compos uerā eſſe con cedet. Neceſſaria enim que dicta ſunt ratione diſſeparari demonſtrātur? cum aliud natura ſit quod p ſe illuminat q̄ illud quod illuminatur. Quare cum lux uera ex uera luce filius effulſerit; non creaturis connumerabitur / ſed patri con=

ſubſtantialis iure credetur. Sed non eſt forſan difficile que modo de uita dicta
ſunt/quibus alia eſſe que uita participant q̄ uitam ipſam demonſtrabamus: de
luce quoq; nunc dicere. Quare ne uos deſidia ab utilitate legentium remouiſſe
uideatur, breuiter ad hunc locū illa trāſferre conabimur. nā quemadmodū uita
aliud eſt q̄ uite ſuſceptibilia: ſic que lux hominū & eſt & dicitur/aliud eſt preter
ea q̄ cū lucis ſuſceptibilia ſint luce participant, quod ex ſequentibus explanati⁹
cōfirmatur. ¶ Nam ſi uerbum ut natura lux in creaturis eſt participatione ſui 2
ipſis illucens: aliud profecto natura eſt q̄ ea que illuminantur. Cū igitur aliud q̄
creatura ſit: quomodo deus nō erit? ¶ Preterea ſi cū lux natura filius ſit & crea 3
turas luce indigentes illumi⁹net creatus eſt ut ipſi dicunt: primū quidem aliquid
ipſum eſſe intelligemus. deinde quoniā de numero creaturarū ſit/quarū natu-
ra eſt participatione lucis illuminari, erit ipſe ſui ipſius reſpectu tam particip̄as q̄
participatus. Quod quoniā penitus impoſſibile eſt non creatū/ſed natura deū
& lucem/uerbū dei conf⁹teri neceſſe eſt. ¶ Ad hec ſi ex ſubſtantia dei patris fi- 4
lius non eſt ſed de foris, ut creatura factus: quomodo creaturas illuminat? Aut
quid maius in natura diuina/q̄ in re facta inuenemus? Aut quomodo Pſalmiſta
Pſalmus de deo canebat in luce tua uidebimus lucem? Nam ſi cum creatura ſecundum
35 eos filius ſit/omnia illuminat: non indigebit creatura luce creatoris. Hec abſur-
da omnino ſūt. Quare nō eſt creatura filius ſed deus uerus & naturaliter lux/
Pſalmus quēadmodum & deus pater. ¶ Accedit qđ ſi ſecundū illud/in luce tua uidebi- 5
42 mus lucem/& emitte luce tuam & ueritate tuā/dei patris lux filius eſt/& tamē
creaturis cōnumeratur: quid prohibebit omnia que creata ſunt/dei patris lucē
appellari? Si enim lux eſt filius cum creatura ſit: de omni profecto creatura cō-
muniter lux predicari poterit. Verum hoc falſum eſſe nemo negabit, ſoli enim-
filio id attribuitur ut dei patris lux & ſit & uocitetur, non eſt igitur creatura fili
Ioannes, us/ſed deus de deo & lux de luce/que per ipſum creaturas illuminat. ¶ Prete- 6
1 rea ſi & natura lux/& creatura filius eſt: quomodo lux eſt & uocatur? cum de
baptiſta ſcriptū ſit/nō erat ille lux. atqui tam baptiſta q̄ cetere creature/natura
lux merito poſſent appellari. quod enim creature ut creatura cōuenit: omnibus
creaturis cōmune ſit neceſſe eſt, ſed lucē fuiſſe Ioannē negatur. Filij autem dei
lux eſt. nequaq̄ ergo creaturis cōnumerabitur. ¶ Ad hec ſi cū creatura filij ſit/ 7
Ioannes. lux eſt: omnis creatura lux eſſe poterit/etiā ſi nondum actu lux ſit. Quod ſi lu
8 cem eſſe/cōmune omnibus eſt cur ſe fruſtra iactat filius dicens/ego ſum lux cū
potius dicendū eſſet/ego & uos lux ſumus. Verum quoniā non ſic/ſed ſeipſum
ſolummodo lucem appellat/id ſibi quaſi proprium bonum attribuens: m̄ niſe-
ſtū eſt quia ſe non creaturis cōnumerat ſed nature patris cōiungit que ſola lux
naturaliter eſt. ¶ Accedit quod aliud eſt participans q̄ participatum. Quare 8
quod lucem participat/illud proprie lux eſſe non poteſt. participatur autem fi-
lius a creaturis ut lux, non eſt ergo creatura: nec luce/ut ipſa indiget: ſed deus
quo uniuerſa illuminātur/& de ſubſtantia patris non deforis, hoc enim modo
unum adorabimus deum: unam naturam eſſe lucem credetes. ¶ Preterea na- 9
turam rerum omnium conſiderantes: deū & creaturam/& nihil ultra hec aliud
conſpicimus. Cum ergo hec partitio rerum optima ſit: dicant queſo qui longe a
natura patris filium depellunt/quomodo ipſe ueluti lux illuminat: cu id ſoli di-

uine nature conueniat,quod ſi filius creatura & lux eſt:omnis creatura lux erit
Ita lux tam de deo q̄ de creaturis equaliter predicabitur.quid opus eſt ergo par
ticipatione filii aut lucis:ut quid mai⁹ ex hac participatione creatura cōſequet̄ /
cum & ipſa non aliter q̄ filius lux eſſe uideatur? ſed indiget creatura luce:cum a
ſeipſa non habeat.quare filius qui natura lux eſt/&qui creaturas illuminat:de⁹ Ioannes.
10 uerus eſt non creatura, ¶ Ad hec filius qui natura lux eſt;aut creatura ſecun= 12
dum rationē ſubſtantie ut ipſi contendunt eſt/aut non. Si primū : falſo illud ſi= i Ad corī
bi dictū eſt/ego lux in mundū ueni.habet enim mundus lucem in ſe tanq̄ crea= 4
tura.Quod autem lux eſt;luce participare non poteſt.non enim erit lux quod
luce participat.Sin uero filius creatura non eſt (lux enim ipſe eſt;creatura uero
luce ſecundū illud indiget/quid enim habes quod non accepiſti) neceſſario ipſe
deus eſt.& propriū hoc ſibi bonū eſt;ut natura lux & ſit & uocitetur.Creatura
11 uero luce indiget cū in propria natura lucem non habeat. ¶ Ad hec nihil ſeipſo
participat.omnis autem creatura filio ut luce participat. nec ergo filius creatu=
12 ra eſt/nec creatura lux, ¶ Poſtremo aliud eſt illuminare aliud illuminari/ſicut
agere atq; pati;illuminat autem filius/creatura uero illuminatur.Aliud ergo fi=
13 lius eſt q̄ creatura;quoniā & quod facit/& quod fit/idem eſſe non poteſt, ¶ Et
lux in tenebris lucet : & tenebre eam non comprehenderunt. Non iniuria diui=
nus euangeliſta / quoniam non putauit illud ad confirmationē recte ſententie
omnibus ſufficere/quod uita erat lux hominū : latius modo eandem rem mul=
toq; latius exponit.Nam ne quis lucem quidem eſſe uerbū dei putaret/ſed non
omnibus ſed quibus uelit/quoſq; dignos iudicaret lucē largiri,cetera uero uni=
uerſa/uel a ſeipſis ſapere/ratiocinariq; poſſe/uel quaſi minus id poſſit filius fa=
cere/a deo patre tantūmodo inteligendi uim rationalia conſequi.ne igitur hec
aliaq; huiuſmodi falſo quiſpiā putaret/ac ut omnes clare uideant non horū aut
illorum ſed omnium ſimpliciter rationalīū lucē qua ſapiunt atq; intelligunt fi=
lium dei eſſe / qui modo ineffabili participationis ut ſapientia & intellectus quā
lucem in rationalibus uocamus/ideo ſeipſum (ut ita dicā) immiſcet/ut mentem
habere poſſint que mentis ſuſceptibilia ſunt/non enī id aliter poſſent conſequi.
propter hec inquā omnia neceſſario itulit / & lux in tenebris lucet/& tenebre ip
ſam non comprehenderunt.ita quaſi magna uoce clamat uitam non ideo lucē
hominū eſſe dictā/qa uiuendi quiſpiam diſciplina lucē a filio dei mereat̄:ſed ut
omnes diſcāt/quēadmodum in omni re creata uerbum uita eſt omnia uiuificās
que uite ſuſceptibilia ſunt/ſic in omnib⁹ que rationis ſuſceptibilia ſunt ipſe lux
eſt/que rationis participātia:idipſum quod ſūt ideſt rationalia facit,omnia enī
in omnibus pater per filiā in ſpiritu eſt. Tenebras autem: naturam que illumi=
natione indiget appellauit/que uniuerſaliter a nihilo ad eſſe producta eſt. Nam
quoniā uerbum dei lucem appellauit;ut indigentē eo naturā aliam eſſe oſtēdat/
in contrariū uerſo ſermone tenebras eam appellauit.tenebre namq; uere ſunt
que lucem non habent,unde mea quidem ſententia/creaturarum naturā nihil
in ſe penitus per ſeipſam habere docuit.Sed tam totum (ut ita dicam) eſſe q̄ to= i.Ad corī
tum bene eſſe a creatore ſuſcipiēs:merito poteſt audire/quid enim habes quod 4
non accepiſti? Cum ergo lucē a deo cōſequatur:patet quia ex ſeipſa non habet/
quod aliunde accipit.Quod autem ex ſeipſo lucē non habet;id certe lucis con=

trarium eſt/& tenebrarum nomine nõ iniuria uocitatur.nec ueriſimile ſolum/ uerũetiam neceſſariũ eſt:ut creatura tenebre / filius uero dei qui in tenebris lucet/lux & ſit& uideatur.Nã ſi natura creaturarũ filium dei ut lucem accipit;nõ eſt dubiũ quin & ipſa tanq̃ tenebre accipiat / & filius dei tanq̃ lux in tenebris in illa luceat/q̃is tenebre filium dei non cognouerunt. Hoc enim ut puto ſignificat:& tenebre eam non comprehenderunt, Quamq̃ enim omnia uerbum dei illuminat que naturam habent lucis ſuſceptibilem:ignoratur tamen a tenebris. Rationalis enim creatura que in terris eſt.creatore ignorato qui eſt fons ſapientie/intellectus origo/prudentie radix/creaturas coluit.& tamen dei miſericordia factum eſt: ut lucem ac intelligẽdi uim productioni ſue ad eſſe cõcurrentẽ/ ſibiq; inſitam/non amiſerit.Hinc etiam notandũ diligentiſſime rurſus eſt:nulla ratione filium dei creatũ factũq; intelligi poſſe / ſed longe a natura creature ſemotum/aliud eſſe penit9 q̃ creaturã/tantũq; abeſſe ut creatura ſit / ut quẽad modũ lux ad tenebras ſe habet/contraria enim tenebrarũ eſt/ſic ultra omnem
» comparationem:naturam creature/filius dei excedit. ¶ Fuit homo miſſus a deo. Cum multa iam de dei uerbo / quibus de natura dei patris filius oſtenditur nobis euangeliſta expoſuerit: nunc ad legentium fidem grauiſſimo teſte utitur.
Deutero 19 Nam quoniã per Moſen dictum diuinitus eſt/in triũ ore aut duorũ omnne uerbum ſtare:magne authoritatis ſibi teſtẽ adiungit.Hoc enim putauit oportere ſibi ſoli mirabilia ultraq; hominem narranti:fidem auditorũ exigere/ac quaſi debitã expoſcere,Sed cũ ipſe teſtetur quia in principio erat uerbũ & deus erat uerbum/& erat in principio apud deũ/& quia omnia per ipſum facta ſunt/& quia erat in rebus creatis ut uita/& quia uita lux erat hominũ/quibus omnibus natu
Eſaias. 40 ra deum/filium eſſe oſtendit:grauiſſimo baptiſte quoq; utitur teſtimonio/preparate uiam domini clamantis/rectas facite ſemitas dei noſtri.Non enim poteſt deus non eſſe uerus:cui dominationis dignitas ſecundum naturã ineſt. Nã etſi multi gratia dii/ſi multi domini nuncupãtur:unus tamen cũ patre atq; ſpiritu/ filius uere deus eſt/unus uere dominus, Nec preter eum proprie atq; uere deus
i.ad corĩ. 8 quiſq̃/aut dominus eſt.unus enim Paulus inquit deus pater/ & unus dñs Ihesus Chriſtus. Digna ergo ſanctorũ uirorũ dualitas cum propter auctoritatẽ legis tum propter ſanctimoniã claritatemq; perſonarũ / fide auditorũ omnino eſt. laudibus deinde ſuis ſilentio traditis/ne quis dicat:tu de teipſo loqueris / baptiſte laudes non omiſit.Sed a deo ipſum iuſſum fuiſſe/ nec ultro ad teſtandum acceſſiſſe/ſed diuine uoluntati miniſtraſſe affirmat.fuit enim (inquit) homo miſſus a deo Aduertendũ certe diligẽter arbitror:quomodo idonea/ſecura/tutaq; ac rerũ nature accõmodata utitur oratione. Nam cũ de uerbo dei diceret: erat conſequenter ſubiunxit,ut & eternitatem eius oſtenderet/& ultra omne temporis principium eſſe creatorẽ/ non creaturã eſſe ſignificaret. Quomodo enĩ quod ſemper eſt:ad eſſe ex nihilo productũ itelligetur? de beato uero baptiſta/ congrue nimium ut de mortali homine atq; creato fuit/exclamat. Nec iſto ſolo contentus:tutiſſime adiecit/homo/temeritatẽ non nullorum euertens, Iam enim rumores fuerunt non natura hominem/ſed de numero ſanctorũ angelo
Malachi. 3 rum baptiſtam fuiſſe/ac humano corpore uſum predicaſſe:quod inde affirmabant quia dictũ eſt.Ecce ego mitto angelum meũ ante faciem tuã/qui prepara=

bit uiam tuã ante te. Ignorantes uidelicet nomen angeli miniſteriũ magis q̃ ſub
ſtantiã ſignificare. Sic enim aliũ ſuper alium ad beatum Iob angelos cucurriſſe Iob,
legimus:calamitates rotas ſibi atq; inauditas nunciantes. Beatus etiam Paulus 1
tale quid de ſanctis angelis determinat,Nonne inquit omnes ſũt adminiſtrato= Ad heb.
rii ſpiritus in miniſterii miſſi/propter eos qui hereditatẽ capiant ſalutis? Ange 1
lus igitur beatus baptiſta nuncupatus eſt:non quia natura angelus eſſet/ſed qa
ad nunciandum clamandũq; uenit/preparandã eſſe domini uiam. A deo autẽ
miſſus fuit:ne quid deo qui miſit alienum nunciaſſe illum exiſtimes,uerũ enim
eſt teſtimonium eius:qui que a deo didicit(id enim / a deo miſſum eſſe ſignifi=
cat)ea predicauit.Sic & paulus per Ihesum Christum ſe miſſum eſſe affirmans: Ad gala.
non ab alio/ſed Ihesu Christo qui miſit reuelante uirtutem ſe myſterii didiciſſe 1
oſtendit. Sequitur enim omnino:ut qui ad predicãdum nunciandumq; aliquid
a deo miſſus eſt/is a deo ipſo que dicenda ſunt didicerit.Erat autẽ(inquit)homi
» ni nomen Ioannes. Nomine ipſo miſſum a deo nunciũ/ut magnã ſibi oratio fi= Lucas.
dem acquirat: notum facere uoluit.ſic enim angelus Gabriel qui coram deo ut 1
ipſe dixit aſſiſtit/filiũ zacharie annũcians ceteris adiunxit / Ioannes dicens erit
nomen eius,nec aliud ſcilicet q̃ quod diuinitus accepit/naſcituro nomen puero
indidit.quãto igitur honore dignũ/quanta pollere authoritate illũ arbitramur:
qui uel anteq̃ in utero conciperetur/nomẽ a deo conſecutus eſt.his de cauſis.no
minis modo neceſſario meminit. Verũ qm̃ in teſtimoniũ miſſum fuiſſe affirma
uit/ac ut omnes per ipſum crederent adiecit:illo temeritatis nonnulli prorupe=
runt/ut obiicere non dubitarẽt/cur ergo uniuerſi/diuinitus miſſo non crediderunt? aut quomodo dei nuncius:omnibus non perſuaſit? non culpa Ioannis ſed
audientiũ duritie id factum eſt.Nã quoniã ſue poteſtatis eſt unuſquiſq;: prauitate animi multi qui Ioannẽ audierunt/non crediderũt.de quibus illud prophe
ticũ dicendum eſt,qui audit audiat: & qui non credit non credat. ¶ Hic uenit Ezechiel.
in teſtimoniũ ut teſtimoniũ perhiberet de lumine. Singularẽ atq; precipuã uir= 3
» tutem iſta dictio hic/ſignificare mihi uidetur.Hic enim inquit/qui miſſus a deo
» fuit / qui excellentia ſue uirtutis cõmouit Iudeã/qui prophetarũ uoce uenturus
ſcribebatur,de quo Ezaias uox clamantis in deſerto:predixit.quẽ pſalmiſta lu= Eſaias
cernã Criſto preparatã nominauit.hic inq̃ in teſtimoniũ uenit:ut teſtimoniũ p= 40
hiberet de lumine / de uerbo uidelicet ac filio dei,unũ enim uerbũ dei & ipſum Pſalmus
ſolummodo ſecundum naturã lumen eſſe oſtendit.Quomodo igitur ſi ipſum 131
proprie lumẽ eſt:luminis autẽ particeps omnis creatura / creatura erit? aut quõ
ſi omnẽ creaturam excedit in actu lumẽ omnes illuminans / de lumine id eſt de
deo patre genitus non eſt? qđ ſi de deo genitus non factus eſt / ſicuti certe eſt:
» quomodo uere deus & patri cõſubſtantialis non eſt? ¶ Non erat ille lux ſed ut
» teſtimoniũ perhiberet de lumine.Vrbes cõtemplit/& eremũ habitare uoluit di
uinus ille baptiſta:tantoq; uirtutũ excelluit numero/ut cum ad ſummã iam hu
mane iuſtitie peruenſſet/maximã de ſe admirationẽ non iniuria hominibus cõ
citauerit,Vnde factũ eſt/ut nonnulli Christum fuiſſe putauerint:ac ideo inter= Lucas.
rogatus etiam fuiſſe ſcribitur/an eſſet Christus.Qđ euangeliſta nequaq̃ igno= 3
rans:ut & hunc errorem radicitus euellat/& auctoritatẽ eius quanta eſſet oſtẽ= Ioannes.
dat/neceſſario ſubiunxit/non erat ille lux.quomodo enĩ magnus ille non fuit: 1

aut quomodo authoritati eius credendū nō erat: qui tanto cumulo uirtutis pre-
φῶς fulsit/ut lux ipsa a nōnullis esse crederetur? Nō erat igitur inquit ille lux: sed ad
testimoniū luminis missus, luminis autē / lucisq; nome idcirco adiectione semp
Mathe. articuli protulit: ut unā esse natura uerā lucē ostēdat. Nā q̄uis & beat⁹ ille bapti-
5 sta & uiri sancti omnes/lux esse a scriptura dicūtur? (uos enim lux mūdi estis/
Psalmus saluator inquit, & de baptista rursus scribitur: parauī lucernam Christo meo /
131 & ille erat lucerna ardens & lucēs) nō ignoramus tamē unde gratiā largitionēq;
Ioannes, luminis cōsecuti sunt. Nō enī propria sancti luce illuminātur nec propriū lucer-
5 na possidet lumen: sed illuminatione ueritatis splendētes/quasi lūinaria mundi
Ioannes. sunt uite uerba retinentes: Vita uero cuius uerba retinētes lux efficiuntur: nulla
14 profecto alia est/q̄ ille qui dicit/ego sum uita, uita igitur uere lux est: cuius parti
cipatione non consecutione nature cetera lux esse profecto uidentur.

¶Quod lux uera filiꝰ est. Creatura uero nō lux/sed lucis particeps. Cap. VIII 33

ERat lux uera. Apertius modo uerā lucem: a creaturis que lux non
sunt euāgelista disseparat. ¶Illa enim natura lux est: iste per gra- 1
tiam. iste participant: illa participatur. indigent iste luce: illa indigē
tibus seipsam largitur, Nihil ergo preter illā uera lux est: nec quicq̄
aliud propria uirtute atq; natura fructū luminis edere potest. Sed
quemadmodum ex nihilo producta sunt: sic a tenebris splēdore ueri luminis ac
cepto/& participatione illius illustrata / imitatione quadā in lucē transeunt. Ita
dei quidē uerbū substantialiter/non participatione que per gratiam fit/nec per
accidens: lux est. Creatura uero nō sic: sed accipit quod non habet. Illuminatur
ut tenebre: deforis gratiam acquirit/largitoris misericordia huiusmodi dignita
tem cōsequitur. Quare filius quidē dei / lux uera est: creatura uero eius illumi-
natione/per gratiā lux est. Cū igitur tāta inter lucē & lucem differentia sit: quō
nō insanire uidebūtur/qui parum ut mihi uidetur attendentes/impie creatorē
creaturis cōnumerant? presertim cū undiq; diligenter cōsideranti/pietatis ueri
tas emergat: nullo uidelicet pacto creaturis filiū dei posse cōnumerari. quod ex
Ad heb. sequentibus latius patet. ¶Nā si filius quia glorie dei patris splēdor est / idcirco 2
uera lux est: nō erit profecto creatura. nā aliter creatura quoq; / gloria dei pris
erit/poteritq; illud esse secundū naturā quod dei filius est. ¶Preterea si creatu 3
ra/uera potest lux esse: quāobrem id de solo filio dicitur/cum equaliter sicut fi-
lius uera lux creatura possit appellari? sed ꝓprie atq; uere substātia filii lux est/
creatura uero minime. quomodo igitur creatura filiꝰ erit? ¶Ad hec permultū 4
interesse necesse est inter uerā lucem & non ueram. Aliud ergo est filius dei qui
uera lux est: aliud creatura. ¶Accedit quod nō possit reddi ratio quare filiꝰ dei 5
illuminat omnē hominem uenientē in hunc mundū: si creatura quoq; lux uera
est. frustra enim illuminari per filiū diceretur: si per se substantialiter lucem ha-
beret. Sed filius quidem dei nos illuminat: nos autem ab eo illuminamur. nō sūt
ergo secundum substantiā affinia filius dei & creatura: quēadmodū nec partici
Psalmus. pans & participatū. ¶Adde qd̄ si uera lux etiā creatura sit: inanis quidem esset 6
33 psalmista dicens/accedite ad eum & illuminamini. qd̄ enī uera lux est nunq̄ par
ticipatione alterius lux fiet: cum splendore alterius non illustretur/sed perfecte
sua natura luceat. Videmus autem falsum hoc esse. non enim dubitamus luce

humanum genus egere:nec pſalmiſtam mentiri putamus / cum ad uerbum dei magna clamitet uoce.quoniam tu illuminas lucernã meam domine / deus meus illumina tenebras meas.Nõ ergo ſumus nos uera lux:ſed alieni naturaliter a ue- Pſalmus,
ra luce/qui filius dei eſt participatione illuſtramur. Quod ſi lucerna mens hu- 17
mana nuncupata eſt: cum dicitur / quoniã tu illuminas lucernam meam domi-
ne:quomodo erimus uera nos lux? deforis enim:lucerne lumẽ cõceditur. ſi etiã
tenebras noſtras ſolus illuſtrat unigenitus:quõ non ſolus uera lux eſt/nos uero
tenebre? quod ſi ita eſt/ſicuti certe eſt:quomodo uerbum dei qui creaturas tan-
7 tum excedit/creatura erit? ¶ Ad hec ſi creatura/uera lux eſſet/ac homo etiam
qui creature non contẽnenda pars eſt: quibuſnã deus pater promiſit dicens/ & Malachi,
orietur uobis timentibus nomẽ meum ſol iuſticie? Non enim illuſtrante ſole ue- 4
ra lux indiget. ſed ut uere indigentibus deus pater ſolem nobis ut pollicitus eſt
dedit/quo illuminati ſumus.aliud ergo natura uera lux eſt/que indigentes luce
8 illuſtrat:aliud creatura/q̃ illuſtratur. ¶ Preterea ſi creatura & nos ut creati lux
uera ſumus:cur ad deum magna uoce ſancti conclamant / emitte lucẽ tuam &
ueritatem tuam? Nam ſi non indiget illuminante/creatura/ut uera lux:cur fru Pſalmus,
ſtra uocabant nullo ad hoc indigentes? ſed non fuerunt amentes ſanctiſſimi illi 42
uiri qui illuminari petebant / quibuſq; rurſus ipſe deus pater luce indigentibus
9 filiũ miſit,Non eſt igitur creatura filius. ¶ Accedit quod aperte uidemus crea-
turam luce indigere,Non eſt ergo ipſa / lux uera : ſed unigenitus filius qui eam
10 illuminat/que per ſeipſam accedere ad lucẽ non poteſt. ¶ Ad hec cũ uere ac na
turaliter lux minime obtenebretur:ſi creatura etiã uera lux eſt:quamobrẽ de fi
lio ſcribitur / & tenebre ipſum nõ comprehenderunt? de hominibus autẽ apud
Paulũ dicitur.in quibus deus huius ſeculi/excecauit mẽtes infideliũ.quibus ipſe 2.ad corĩ
quoq; ſaluator ait:donec lucẽ habetis ambulate in luce/ne tenebre uos compre- 4
hendant.hec dicta non eſſent: niſi tenebris humanũ genus eſſet inuolutũ.quõ Ioannes.
igitur affinia ſunt natura unigenit? & creatura:cũ unigenitus immutabilis ſit / 12
creatura uero mutabilis? Nõ enim natura inſitũ habet lumen creatura:cũ poſ-
11 ſit a tenebris comprehẽdi. ¶ Preterea quomodo ſi lux uera hominibus natura
ineſt/ad deũ clamamus:in lumine tuo uidebim? lumen? Lumen enim ipſum ue Pſalmus
rum:alio lumine illuminari non poteſt.Nõ ſumus ergo natura & ſubſtãtia/filio 35
12 dei coniuncti. ¶ Inſuper hoc eſt iudiciũ in euãgelio inquit ſaluator:quia lux ue- Ioannes,
nit in hũc mũdũ/& homines dilexerũt magis tenebras q̃ lucẽ.qđ dicitur:qa per 8
perã operabant?.Ois enim q̃ praua facit:odit lucẽ.quõ igitur ſi creatura etiã lux Ioannes,
uera eſt:ad illuminandũ eã uenit filius dei/q̃ lucẽ odit? Aut quõ ſi lux uera eſt: 3
ad lucẽ uenire negatur? cũ q̃ natura inſũt/una cũ natura duret,q̃ uero uolũta-
te adhibent?:facillime(mutata uolũtate)cõmutent?,rationalis eni homo nõ uolũ
tate ſed natura eſt,q̃re dũ homo ſit:id ſibi neceſſario ierit.prauus aũt aut ꝓbus
electiõe atq; iudicio eſt:ac ideo poteſtatis eius equaliter eſt utrũ uelit ꝓponere,Si
ergo creatura uere id eſt naturaliter atq; ſubſtãtialiter lux eſt:quõ ad lucem nõ
uenit/aut quõ tenebras nõ odit? Manifeſtũ igit? eſt: qa uere ac naturaliter ipſa
lux nõ eſt/ſed poteſtate libertatis ſue:modo meliora modo peiora pſequit?.Aut
igit? ſupnaturalia bona ineſſe naturaliter filio apertius negent/ut tanq̃ maioris Pſalmus.
impietatis rei ab omnibus audiant/diſperdat dominus uniuerſa labia doloſa & 11

linguã magniloquã.aut ſi firmiter credũt ſubſtãtialiter filio ſupernaturalia bo
Ioannes. na ineſſe/nolint ei creaturam ſecundũ naturã coniungere.¶Ad hec ſi creatu- 13
8 ra etiã uera lux eſt quomodo ſaluator inquit/ego ſum lux mundi? Aut quomo
do patiuntur quaſi ueram hanc uocem ſaluatoris audire? Sed ueritas eſt ſalua
tor noſter/& fi'ſa dicere non poteſt. Dicit autẽ mundi ſe lucem eſſe,quare ha-
bitudine quadam ad ipſum / creatura & eſt & dicitur lux, Non ergo eiuſdẽ eſt
cum ipſo nature.¶Preterea ſi cum lux uera filii ſit / etiã creatura ſimiliter eſt: 14
1.petri. quid reſpondebimus Petro nobis ſcribenti/uos autem eſtis genus electũ/ rega-
2 le ſacerdotium/gens ſancta/populus acquiſitionis/ut uirtutes eius annũcietis /
qui de tenebris uos uocauit in admirabile lumen ſuum. Si enim lux ipſi natura-
liter ac uere ſumus;quomodo uocati quaſi a tenebris ad lucem ſumus / qui nũq̃
in tenebris fuimus? Sumus autem uocati ad lucem.proprie igitur atq; uere lux
filius eſt/qui ad ſe uocat:creatura uero luce participans / ſubſtãtialiter illi nullo
modo coniungitur.¶Inſuper cum pſalmiſta dicat/ſignatum eſt ſuper nos lu- 15
Pſalmus. men uultus tui domine;quẽnam uultum dei patris intelligit/cuius lumen ſuper
4 nos ſignatũ eſt? An patet omnibus quia unigenitus dei filii/uultus patris appel
latur/incõmutabilis illa imago.qui de ſe dicit/qui uidet me uidet patrẽ.is in no-
Ioannes. bis ſignatus eſt.Nã conformes ſibi nos facies / & illuminationẽ ſui ſpiritus quaſi
14 diuinã imaginã in credentibus imprimẽs/deos / deiq; filios per gratiam reddit.
quomodo igitur in nobis ſignata lux eſt:ſi uera etiã nos lux ſumus? Non enim
in lumine lumen ſed in tenebris lucet,¶Ad hec lumen eſſe ortum iuſto apud 16
Pſalmus. pſalmiſtã canitur.Si ergo habẽti atq; non indigenti oritur:fruſtra id fit.ſinautẽ
96 ut non habenti:quod neceſſario reliquum eſt / ſolus unigenitus lux erit.q̃ uero
luce participat creatura:idcirco quia participat / conſubſtantialis eſſe filio dei nõ
poteſt.¶Preterea apud eundẽ Pſalmiſtã canitur.nõ enim in gladio ſuo poſſede 17
Pſalmus rũt terrã;& brachiũ eorum non ſaluabit eos ſed dextera tua & brachium tuum
43 & illuminatio uultus tui,illuminationem certe uultus dei patris:hic rursus nomi
nat reuelationẽ filii per ſpiritũ/& ductionem quaſi manu ad ſingulas res factã.
Sic enim ab auaritia Egyptiorũ Iudeos liberauit. Cur ergo ſi lux/natura creatu
re inſita eſt;propria luce liberati nõ ſunt/ſed quaſi carentes lumine/non neceſ-
ſario illuminantur? ſed negari nõ potest/indigẽtibus dei filius illuxiſſe.ipſe igit
uera lux eſt;& per gratiam ab eo creatura lucem conſequitur.quare nil conſub-
Pſalmus ſtantialis nõ eſt.¶Item pſalmiſta:beatus ait populus qui ſcit iubilationem.in lu 18
88 mine uultus tui ambulabunt.cur ergo in ſua luce nõ ambulant:aut cur ab alio/
lumen querentes uix ſalutem conſequuntur? ſed neminem dubitaturum puto:
Pſalmus. filium dei creaturis illuminationem largiri,quã cũ acceperit;ſaluãtur.quõ ergo
111 eiuſdẽ erit ſubſtãtie unigenitus & q̃ ab eo facta ſunt?¶Miſit preterea in tene- 16
bris lumẽ rectis ait,Quo aũt rectꝰ homo in tenebris eſt.ſi quẽadmodũ filius ita
etiã lux creatura/uera eſt? Si uero rectis lumẽ quaſi nõ habentibus mittit:quid
opus nobis pluribꝰ uerbis eſt? cũ ipſa rerũ natura magna clamitet uoce/nec pfe
ctũ & impfectũ ſecundũ naturã/nec indigẽs atq; ꝓpter plenitudinẽ ſuã largies
Ezaias. eiuſdẽ eſſe ſubſtãtie,¶Illuminare inquit illuminare Hieruſalem:uenit enim lux 20
60 tua/ & gloria domini ſuper te orta eſt.ſed ſi creaturarũ natura pſeipſam id eſt
natura ſui ut unigenitꝰ/lux uera eſt:q̃d opus eſt ut lumẽ accedat quo hieruſalẽ

illuminetur? ſed illuminatur per gratiam. qui ergo eam illuminatus ſolus lux ue
21 ra eſt / atq; ideo ſuper eam eſt natura atq; ſubſtantia. ¶ Ecce dedi te inquit in Ezaias.
teſtamentum generis / in lucem gentiū. Quomodo igitur rationalis hec & mor 42
talis natura ſi ipſa uera lux eſt lumine ita indiguit ut nunc tanq̄ non habēti ſuū
22 deus filiū ei prebuerit? ¶ Et nunc inquit domus iacob uenite ambulemus in lu= Eſaias.
mine domini. quare ſuo lumine non ambulant / ſed unigeniti luce tanq̄ lumine 2
23 carentes proficiſcuntur? ¶ Ego ſum lux mūdi ſaluator inquit: qui me ſequitur Ioannes.
nō ambulabit in tenebris ſed habebit lumē uite, Cur etiā creatura ſi ipſa quoq; 8
uere lux eſt; huiuſmodi uocē emittere non poteſt? ipſa ergo quomā dicere ſimi=
lia horreat: nullam aliam preter filium ueram eſſe lucem aptiſſime clamitat.
24 ¶ Quouſq; lucem habetis ſaluator inquit: credite in lucem ut filii lucis ſitis. An Ioannes,
futurum erat ſi non crederent: ut natura inſitam lucem amitterent? Et quonā 12
pacto id fieri unq̄ poſſet? Priuationes enim ex deſidia in iis rebus fieri nequeūt /
que ita ſubſtantialiter inſunt / ut abeſſe non poſſint abſq; ſubiecti corruptione:
ſed in iis que uoluntate acquiruntᵉ / & que corrupta ſubſtantiā non corrumpūt.
ut uerbi cauſa: rationalis homo natura eſt / electione gubernator / eger per ac=
cidens. irrationalis igitur nullo fieri caſu unq̄ poterit. gubernandi autem peri=
tiam deſidia facile amittet: & egrotationis accidens curatione depellet, ita que
ſubſtantialiter radices in natura egerunt: abſq; ſubiecti corruptione non corrū
puntur. Quomodo igitur qui credere in lucem recuſant: lucem amittūt / ſi lux
ipſi uere id eſt ſubſtantialiter ſunt? Aut quomodo lucis filii fiunt credentes? Nā
ſi ipſi lux ſunt. ſui ipſorum filii efficientur. Quid erit ergo premiū fideī? Nullū
profecto, Sui enim ipſorum filii: etiam fidem recuſantes poterunt eſſe, Solū er=
go dei uerbū / lucem ueram dicemus: creaturam uero longe alterius nature con
fitebimur. ¶ Similiter ex illo euangelico ratiocinari licet. adhuc modico tempo= Ioannes,
25 re lumen in uobis eſt. ambulate dum lucem habetis: ut non tenebre uos com= 12
prehendant. lux enim uera & naturaliter nunq̄ a tenebris comprehendetur.
26 ¶ Et ex illo apud Ioannem in epiſtola. qui dicit ſe eſſe in lumine: ſi fratrem ſuū 1.Ioan.
oderit / adhuc in tenebris eſt. Electione igitur luci adheremus: & uoluntate ma= 2
27 gis q̄ ſubſtantia / lumen rationalis accipit creatura. ¶ Quā ita eſſe oſtenditur.
quia cum fratrem odio perſequeris. adhuc in tenebris es. unigenitus autem non
electione ſed ſecundum ſubſtantiam lux dicitur / quare ſuper omnem creaturā
28 eſſe demonſtratur. ¶ Poſtremo qui fratrem diligit ſuum: iſis in luce (inquit) ma= 1.Ioan.
net ita charitas lucem creature accommodat. lux autem: unigenitus eſt. Qua= 2
re longe aliud eſt: q̄ ea in quibus propter charitatem inhabitat,

¶ Quod non ante corpus / anima hominis: nec propter precedentia pec=
cata in corpus delabitur ut nonnulli falſo predicant, Cap. IX.

29 Qui illuminat omnem hominē uenientem in hunc mundū, In mun=
30 do erat. Rectiſſime atq; tutiſſime beatus euangeliſta nō ſolum ip=
31 ſam ueram lucē / unigenitum nobis eſſe declarauit: ſed ſtatim de= Cauilla=
monſtrationē quoq; adiūxit, illam (clamās) ueram lucem affirmo: tio.
que illuminat omnē hominem uenientem in hunc mundū. ¶ Nōne Actus
igitur dicet quiſpiam qui ſcripturarum peritiā habeat: etiam angeli mentē hu= 10
manā illuminat? Per que ergo cornelius didicit baptiſari ſe oportere: ſi ſalutem Iudicum

Iudicum 13 uellet acquirere? Manue uero ille: nonne uoce angeli futura docebatur? Sed zacharias quoq; propheta nō celauit id: dicēs/& dixit angelus q loquif in me/ego zacha. 1 hec ſibi oſtēdā. Deīde cognitionē rerū occultarū ab angelis in animū ſuū infundi oſtendēs: ecce (inqt) āgelus qui loq̄batur in me ſtabat/& alius āgelus ingredie zacha. 2 batur in occurſū ei?/& dixit ad eū: curre & loq̄re ad puerū iſtū dicēs. abſq; muro habitābit Hieruſalē pre multitudie hoim & iumētorū. Similiter etiā Daniel: Daniel, 8 ab āgelo uiſionū ſignificationes diſcebat, Dicit enī. & factū eſt cū uiderē ego daniel uiſionē/& quererē intelligētiā: ecce ſtetit in cōſpectu meo quaſi ſpecies uiri/& audiui uocē uiri interrogātis/& uocauit & dixit, Gabriel fac itelligere iſtū uiſionē. Nec ſolū angeli: uerūetiā homo hominē illuminat. probus enī eunuch? ille Actus. 8 pphe iā de dño nō intelligēs: a Philippo didicit, Et doctores tā fidei/q̄ diſcipline uite in imeri pene fuerūt: qbus orbis terrarū inſtitut? eſt. Sed cur hec tā multa nobis congerunt? cū diuia poſſit hoc authoritate cōprobari? uos enī ait ſaluator Mathe. 5 apoſtolis dicēs/lux mūdi eſtis. ¶ Ad hec reſpondētes dicimus/nihil eſſe in creaturis qđ ſimplex ſit atq; icōpoſitu: ſed oīa cōpoſitiōe certe cōſtare. Quēadmodū Dilutio igit creatura q̄ doctiorē ſapiētiorēq; aliū reddit: nō eſt ipſa ſapiētia/ſed ſapiētie que ieſt ſibi miniſtra, i ſapiētia enī ſapiēs ſapit. & q alios docet: nō eſt ipſa doctrina ſed doctrie miniſter p quā doctus eſt. ſic qui alios illūinat: nō eſt ipe proprie lux/ſed lumis qđ in eo eſt miniſter/i alios p doctrinā ipſū diffundēs cōmuneq; Matheus 10 faciēs qđ accepat bonū. Idcirco ad apoſtolos dictū eſt: gratis accepiſtis/gratis date. qcquid enī habuerūt: diuinitus illud cōſecuti fuerūt. Nulla enī creatura proprio quodā bono gloriari poteſt: nec ſanctorū quidē angelorū natura. ſed oīnia a deo a nō eſſe ad eſſe uocata: nō aliūde quoq; q̄ a deo naturā qua bene ſūt cōſequuntur. cū nihil in creatura ſubſtātialiter ſit: qđ a creatore/dono non defluat/quodq; in creatoris gratia radicē nō habeat, Cū igitur in cōpoſitiōe omnis creatura inueniat: nulla lux in ea eſt proprie atq; ſimpliciter/id eſt ſine aliqua compoſitione ſed participatione lucē habet: non aliter q̄ alia bona etiā lucē a deo accipiēs. lux aūt uera eſt: q̄ illuminat nō illuminata. ea unigenitus eſt dei filius q natura ſimplex eſt: ideſt lōge ab oīni cōpoſitione ut deus cōſtitutus. ¶ Sed obiciet Obiectio quiſpiā. ſi ſancti nō ſunt lux ſecundū naturā: quāobrem non luminis participes ſed lumē ſaluator eos appellauit? Aut quomodo nō eiuſdē nature cū eo eſt creatura: ſi lux/quēadmodū ipſe/nūcupatur? Vos enī inquit eſtis lux mūdi. ¶ Sed Mathe. 5 non uident qui hec aduerſus ſeipſos excogitant: quod etiam dii & filii dei apud Solutio. ſcripturas/omnes appellātur/ſecundū illud. ego dixi dii eſtis: & filii excelſi omPſalmus 81 nes. negabimus ne igitur propter hec uerba id quod ſumus? & deos & filios dei ita nos putauimus: ut uerbo & uere filio dei a deitate cōiunctioneq; patris depulſo/loco illius patri aſſidere uelimus/& gratiā qua honorati ſumus in filios adoptati: in materiam impietatis uertemus? Procul abſit a nobis hec cogitatio. filiū enim dei uere deum colimus: & nos ita cognoſcimus/ut adoptione filios & deos non natura ſed gratia factos non ignoremus. Sic igitur etiā lucem eſſe ſanctos fatemur: & illud addimus qđ rationalis quidē creatura omnis illuminata illuminat/traditioneq; a mente ſua in mentem alterius doctrinam trāſfundit. Quā quidem illuminationē: diſcendi uim potius q̄ reuelationem nominamus Dei autem uerbum omnem hominem uenientem in hunc mundū nō docendo ut ho-

mines aut forſan angeli: ſed potius creando ut deus / unicuiq; ſemen ſapientie id eſt pietatis atq; intelligendi radices inſerit. Et hoc modo rationalem efficit creaturam: nature ſue participem faciens / & ineffabilis ſui ſplendoris quaſi luci dos uapores eo modo quem ſolus nouit / in mentem hominis immittens, propte rea noſter pater Adam non tempore (quemadmodum nos) prudentiam didi= cit: ſed ſtatim a ſui creatione perfecte ſapiens fuit / datum ſibi diuinitus lumen adhuc conſeruās / natureq; dignitatem integram retinens. filius igitur dei crea= tiue (ut ita dicam) illuminat: lux enim / ipſe uere eſt. creatura uero participatiõe luminis ſplendet: atq; ideo etiam ipſa lux appellatur / ſuper naturam ſuam glo= rificantis dei gratia & uariis donorum bonoribus coronantis aſcendens: ita ut in medium prodire tanq̃ ſummis coronati honoribus magnifice poſſimus. Qua= re magna uoce gratias agentes: illud dicamus. Benedic anima mea dominum: et Pſalmus noli obliuiſci omnes retributiones eius, qui propiciatur omnibus iniquitatibus 102 tuis: qui ſanat omnes infirmitates tuas. qui redimit de interitu uitam tuam: qui coronat te in miſericordia & miſerationib⁹ / qui replet in bonis deſiderium tuũ. miſericors enim uere dominus eſt / qui creaturam paruam atq; abiectam ſecun= dum naturam: magnam atq; mirabilem ſua efficit bonitate. qui etiam nos bonis abũde atq; cumuloſe ſuis decorauit: adeo ut etiam deos & lucẽ nominet. Dein= de quoniam dixit: que illuminat omnem hominem uenientem in hunc mundũ / quoniam uocabulum hoc uenientem / tam homini q̃ luci / grece lingue conſuetu dine accommodari poteſt: ne ambiguum fieret / utrum uenientem hominem in mundum illuminet / accuratiſſime quaſi ſua exponens uerba: de luce ſubiicit / quia ipſa in mundo erat, Ita uenientem in hunc mundum non lucem ſed homi= nem intelligamus: qui a nihilo ad eſſe producitur. locus enim quaſi quidã creatu rarum confingitur ipſum nihil: a quo modo quodam profecte / locum ut ita dicã eſſendi acquirunt. Accommodatius ergo atq; decentius de natura hominis dici poteſt: quod a primo ſtatim creationis tempore illuminata / una cum eſſe uim etiam intelligendi ab unigenita luce que in mundo eſt adipiſcitur. que ineffabi= li dignitatis uirtute omnia replet: cum angelis eſt in celo / non derelinquit terre= ſtres inferis adeſt / nihil penitus ſui unq̃ uacuũ deſerit. Cuius rei miraculo com= Pſalmus, motus pſalmiſta: non dubitauit clamare. quo ibo a ſpiritu tuo? & quo a facie tua 138 fugiã? Si aſcendero in celũ tu illic es. ſi deſcendero ad infernũ: ades. Si ſumpſero pẽnas meas diluculo & habitauero in extremis maris: etenim illuc manus tua de ducet me / & tenebit me dextera tua. Omnia enim loca & omnem creaturã diui na profecto manus tenet: continens conſeruanſq; in eſſe que facta ſunt / uitam infundẽs iis que uita indigent / & intellectualem luce ſuſceptibilibus immittens. nec in loco eſt: nec tranſcundi tranſgrediendiq; motum patitur. Corporũ enim hec proprietas eſt: deus autẽ omnia (ut diximus) replet. ¶ Sed quid dicis quiſpiã Obiectio obiciet: cũ ipſe ſaluator dixiſſe inueniatur. Ego lux in mundũ ueni, cũ etiã pſal= Ioannes. miſta orat dicẽs emitte lucẽ tuã & ueritatẽ tuã, manifeſte nanq; uenille in hũc 12 ſe mundum filius dicit: quare nõ erat in hoc mundo anteq̃ uenilſet mitti etiam Pſalmus orat propheta non eum qui aderat: ſed eum profecto qui aberat. ¶ Nos autem 42 idoneo hic uſum uerbo / & commode locutum euangeliſtam aſſerimus: cũ filiũ Solutio. dei naturaliter uitam ſubſtantialiter lucem / non circunſcriptibilem loco / non

menſurabilem ſpaciis/nulla quantitate retentum / non tranſeuntem de loco in locum/ſed ubiq; ſemper preſentem/in mundo eſſe affirmauerit. Veniſſe igitur
Baruch. 3 in mundum/q̄uis in eo preſens ſemper ſit:dicitur incarnationis myſterio. uiſus enim eſt in terra/& ueluti homo cum hominibus conuerſatus eſt: manifeſtiorē nobis preſentiam ſuā in mūdo efficiens. Nam qui olim ſolo intellectu adeſſe uidebatur:ipſis poſtea corporeis oculis cernebatur/rudiorem (ut ſic dixerim) pietatis cognitionem ſenſibiliter nobis immittēs / & ſignis atq; miraculis cognitus. & hoc modo ipſum ad illuminandum mundū emittit:propheta orabat. Ad hec illud etiā dicendū cenſeo:quod multo uelocior mens q̄ oratio eſt/& ingenii motus:lingua multo acutior, Quare quantū humanis uiribus licet:ingenii acumine ſublimitatem diuinarum rerum ſpeculemur. loquamur autem oratione hominum:quoniā aliter q̄ cogitamus/nullo modo efferre poſſumus. ac quoniā lingua longe abeſt ad exprimendā ueritatem:Paulū imitemur / qui cū fuerit myſteriorū ſaluatoris receptaculum: uerbum a deo petebat in apertione oris ſui.
Ad colo. 4 Nihil ergo dignitati unigeniti detrahit noſtre orationis anguſtia: ſed intelligun tur quidem omnia que de ipſo dicuntur decenter/uerbis autem tam ab ipſo ſaluatore ad nos q̄ a ſanctis de ipſo iuxta humane nature menſuram humilius proferuntur. ¶ Verum quoniam non lucem uenire in mundum ſed hominem/intelligendum eſſe aſſeruimus:non grauabimur friuolas cordis hominum cogitationes refutare. Hic enim authoritate ſcripture nōnulli non ab ore domini ſed
Heretico corū impietas. a corde ſuo eructātes/ſic abutūtur:ut ante corpora humana in beata uita fuiſſe animas in celo contendant, & has q̄uis perfectiore bono fruebantur:tamen ſaturitate melioris ſtatus/turpi cogitatione alterius uite cupiditate/ad petora eſſe delapſas. Depulit enim eas id ipſum moleſte ferēs creator:& corporibus quaſi in quadam ſpelunca uel carcere incluſit/ut inflammate cupiditates earum extinguerētur. uoluit enim (aiunt) creator/ut periculo anime diſcerent: q̄ amarū ſit quantiq; doloris plenum/bonum cōtemnere ac ad petora declinare. ¶ Hec 2
partim hinc (ut diximus) confirmare conantur:quia omnem hominem uenientem in hunc mundum illuminari dictum eſt. ¶ Partim alios quoq; locos ſcriptu 3
Pſalmus 118 rarum male intelligentes adducunt: ac maxime illum. Priuſq̄ humiliarer ego deliqui. Ecce inquiunt anteq̄ humiliatus ſit/id eſt anteq̄ corpori animus cōnexus fuerit:deliquiſſe fatetur/atq; ideo iure humiliatum fuiſſe mortali corpore coniunctum, Mortale namq; corpus eſt:imo uero mors ipſa/ut paulus oſtendit dicens.
Ad ro. 7 Quis me liberabit de corpore mortis huius? Si ergo inquiunt deprimitur anima humiliorq; fit/in mundum uenies:quia deliquit anteq̄ deprimeretur &
Hieremi. 23 corpori conjungeretur: patet ipſam ante corpus profecto eſſe, ¶ Preterea ſi 4
in mundum hunc aliunde uenit: fuit ergo anteq̄ corpori cōnecteretur. Hec aduerſus uera eccleſie dogmata dicētes/ac ſimpliciores huiuſmodi nugis decipientes:uere ita increpabuntur. Ve qui prophetatis a corde uestro. Prodigia enim quedam quaſi prophetias a corde ſuo fingentes:diuine ſpiritaliq; apponunt doctrine/non animaduertentes ad q̄tam hi ſui conatus impietatē erūpunt, Cuius
Confutatio dicte impietatis. opinionis falſitatē:modo redarguere tēpus eſt. ¶ Si ergo ante corpora hominū 1
a time fuerunt/& quadā inclinatione ad malum (ut ipſi dicūt) loco ſupplicii corporibus cōnectuntur: quomodo uenientes in hūc mundū illuminari dicuntur?

Illuminatio enim maiorem afferre gratiam uidetur;& honoris certe nō ſupplicii eſt.nō punitur autem qui honoratur;nec cruciatibus uexatur qui lumine diuino participat.Quare certum eſt non puniri connexu corporis animā;que in
2 ipſo corpore honoratur. ¶Accedit quod falſum omnino eſſet illuminari animam in hūc mundum uenientem : ſi quidē mens atq; integer intellectus antea fuit, Si enim dū in corpus ueniat/illuminatur;neceſſe eſt anteq̄ ueniat/lumine
3 carere.Quomodo ergo intellectus integer ac purus erit:ſi tunc tandē illumina ri cepit /quando in hunc mundū & in molē carnis deſcendit? ¶Preterea ſi ante corpus anima fuit;& ſicuti mēs pura & intellectus integer / ipſi bono cōiunctior erat/ſed prauitate cupiditateq; peiorum ad terrena depreſſa eſt; quomodo nō magna ſibi iniuria fit/que modo in hoc corpore depreſſa:recte uiuere ac nō peccare iubetur? cum tunc potius oportuiſſet/quando nondū corpori alligata longius ab omni aberat perturbatione,Non potuerunt profecto dicere aut oportunitatem admonende anime ignotam deo fuiſſe: aut iniurioſe ab eo tractatam / qui peccare non poteſt,Oportune igitur atq; iuſte non peccare in hac carne iubemur ; quoniam eo cepimus eſſe tempore quo una cum corpore in hunc mun-
4 dum uenimus / ac quaſi a loco quodā/a nihilo ad eſſe peruenimus. ¶Preterea libenter ab eis quererē quam ueriſimilitudinem oratio habeat;cum dicant propter delicta que prius anima commiſerat/in corpus eam intrudi/ut rerū experientia/cupiditatis ſue turpitudinem diſcat, Quomodo non erubeſcūt hec dicere? liberanda enim potius a prauis cogitationibus fuiſſe uidetur;q̄ in profundum turpiſſimarum uoluptatum detrudenda, Nō enim hic/ſed ille modus cu-
5 rare eam potuiſſet.¶Qđ ſi ut corporis uoluptatibus frueretur ac eo modo magis egrotaret/in corpus detruſa eſt : tā ignorantie q̄ iniurie crimine medicus iure accuſari poterit/qui ea ratione ſanari egrā poſſe putauit ſi in maiora pluraq;
6 delicta per iniuriam ab eo depelleretur. ¶Sin autem ut delinquendi finem faceret, quomodo ab ultima profunditate miſerie ac cupiditatis emerſuram potius putauit/q̄ in ipſo malorum principio / quando peccati fomite id eſt corpore ca-
7 rebat/parua caſtigatione ſuum ſtatum retenturā? ¶Ad hec ſi ante corpus deliquit anima /& ut penas lueret corpori coniuncta eſt ; oporteret certe credentes qui fide a peccatis liberati ſūt/a ſupplicio ſtatim id eſt a corpore liberari,Quom d enim (dic queſo)remiſſionē peccatorū penitus conſecuta eſſe anima intelligeretur cū adhuc propter peccatū in corpore incluſa teneatur? Videmus autem multo ſecus fieri,nō modo enī ilico fideles a corporibus nō euolāt;uerūetiam reſurrectionis profeſſione ac fide immortaliter ſe uicturas cum corporibus credunt. Non ergo ad cruciatum corpus animo cōiungitur / preſertim cum ita diuinitus honoratum ſit:ut & ſaluatoris reuicturum omnipotentie atteſtet? /
8 & uitam ſit immortalem habiturū. ¶Adde quod morte maiora delicta ſecūdū Leuitic.
legē plectuntur;cū qui leuius peccarunt/uiuere permittantur.Qui autem om- 20
nino innocētes uidentur;premiis etiā quaſi quibuſdā ad uiuendū inuitamentis afficiantur. Oportebat autem ſi ut commiſſorum penas lueret/corpori anima coniuncta eſt;iceleſtos homines ad uiuendum potius inuitari ut magis mole corporis uexarentur,Innocētes uero cōtra citius ab hoc corpore / id eſt a ſupplicio liberari.Sed iure lex homicidam ceteroſq; huiuſmodi mori iuſſit ; iuſtos autem

honoribus decorari. Falſo ergo dicitur: ſupplicii cauſa corporibus animas annecti. ¶ Inſuper dicant queſo ſi ad ſuppliciū corpus anime connectitur; quid boni 9
nobis deſtructa morte ac immortalitate corpori per reſurrectionē donata / ſaluator contulit? Corruptioni potius perpetue corporis / terminū ſupplicio imponenti: q̄ domino noſtro Ihesu chriſto (quē credimus corporibus reſurrectionem donaſſe) gratias agere deberemus. non autē ita eccleſia facit; ſed chriſto gratias agit / ſaluatorē re ipſa exiſtimans quia nos a morte liberauit. non ergo ad ſuppli
cium animis corpora data ſunt. ¶ Nā ſi ſic eſſet; maiora nobis inferret mala re- 10
ſurrectio / perpeto miſeras corporibus animas includēs / & unde per mortē euaſerunt eo repellens, nihil autē mali: ſed ad renouationē nature a chriſto pro ſin-
Eſaias gulari dono data eſt, nō ergo ad penam animis corpora data ſunt. ¶ Preterea 11
26 ſingulare nobis quidam propheta gaudiū annūcians: reſurgent clamabat mortui / & ſuſcitabuntur qui ſunt in monumētis / & omnes qui in terra ſunt exultabunt. magna potius afficientur meſticia dicendū erat / rurſus in corpora redeū
tes. Aut ſi uera humanū genus afficere leticia uolebat: non reſurrecturos mortuos / ſed perpetue naturā carnis datā eſſe corruptioni affirmaſſet, Cū uero diuino inflatus ſpiritu / carnis reſurrectionē ad gaudiū annunciet; non ſumus ad
Geneſis, ſupplicii corpori annexi / cuius imortalitate letari exultariq; iubemur. ¶ Acce- 12
15 dit quod deus cū beatum Abraā benediceret: quaſi ſtellas celi innumerabiles fore ſuos pollicetur, Quare ſi ad corpus ceu ad ſupplicii anima introducitur; dānatarū diuinitus animarum turbam & quaſi fugitiuarū a bono / malignitatiſq;
ſeruū ac maledictionis potius q̄ benedictionis ſemen pollicetur. ſed re ipſa bene dictus a deo Abraā fuit. Omni ergo culpa / corporis atq; animi caret coniunctio
Deutero ¶ Similiter diuinus ille uir Moſes cū non iniuria multitudinē Iudeorū admirat? 13
1 eſſet: ecce nāq; inquit / multitudine ueluti ſtelle celi hodie eſtis. adiecit orans. dñs deus patrū ueſtrorū addat ad hunc numerū multa milia. que res / ti anime lapſe in corpore puniūtur; nō optanda ſed repellēda potius oratione interceſſioneq;
Moſi ad deum fuit, ſed ſuit optanda: nō enim inanem quendā hominem fuiſſe. Moſen dicemus. falſo igitur & a ſeipſis non a ſcripturis: nequā homines / huiuſ-
Iacobus. modi falſitates excogitant. ¶ Preterea non ignoramus nihil concedi a deo ma- 14
4 le petentibus. Petitis enim inquit & non accipitis: quia male petitis. Si ergo ani-
i. Regū. me (ut illi dicerent) incarnatio / ad luēdas penas datur; non parū Anna Phanue-
1 lis filia peccauit / lōga oratione a deo filiū poſtulans. anime nāq; lapſum primo: deinde punitionē poſcebat, & ſi mulier quaſi homo errauit; quomodo deū exorauit? Non enim poterat femina in utero concipere: niſi anima in celis deliquiſſet, ut propter delictū / uterū mulieris ingreſſa: corpus aſſumeret. Sed exorat?
fuerat deus; quia bene illa petiit, non ergo carni coniunguntur quia peccauerі-
4. Regū. mus antea / quippe qui ante corpus non fuimus. ¶ Ad hec ſi gratia ſupplicii cor 15
20 pori connectimur; cur Ezechias uir ſanctus atq; probus prorogatione huius uite petiit? aut quomodo deus quindecim annos pietate & lachrymis illius cōmotus; beneficii loco illi adiecit? Calamitatē enim potius & cruciatū q̄ donū & gratiam; ſi aliquid ueritatis iſte nuge habent / illi contuliſſe uidetur. Sed donū certe
fuit ac gratia; prorogatio uite. non ergo ad ſupplicium animis corpora dantur.
Hieremi. ¶ Preterea ſi corpus anime ad penā datum eſt; unanē gratiam deus ei retribuit 16
39

Cap. I

qui Hieremiam a lacu eduxit / quēq; a Chaldeorū impetu euaſurū longiuſq; uiturum pollicetur, cū potius debuiſſet ſi honorare ipſum uolebat: q̄primū a ue- Daniel,
17 xatione corporis liberare. ¶ Nec preterea tribus illis adoleſcentibus quos a Ba- 3
bylonia flāma ſeruauit: nec Danieli quē feritate leonū eripuit boni quicq̄ impar Daniel,
titus eſt. falſum autem hoc omnino eſt. laudatur enim / gratieq; ſibi aguntur. 6
quia precipuū eis contulit beneficiū. falſum igitur etiā illud eſt; unde hoc ſequi-
18 tur. ¶ Adde quod pro tribunali dominico opera queq; noſtra patebunt: ut ait 2. ad corī
Paulus. Omnes enim nos manifeſtari oportet ante tribunal Chriſti: ut recipiat
unuſquiſq; propria corporis prout geſſit ſiue bonum ſiue malū. Si ergo pro ope
ribus que perperam aut contra cum corpore geſſimus / retributio fiet / nec ulla
erit mentio eorum que ante corpus probe uel contra fecerimus: quomodo ante
corpus fuiſſe animā audent dicere / ſi ea ſolummodo queruntur que cum corpo
19 re geſſit? ¶ Deide quomodo idē paulus ait. exhibeatis corpora ueſtra hoſtiā ui- Ad rom.
uentem / ſanctā / deo placentem? nā ſi ad ſupplicium / animis corpora data ſunt; 12
quomodo in odorem ſuauitatis id deo offeremus per quod punimur? aut quo-
modo uirtutē poſſidebit: quod natum ad puniendū magnas in peccato egit ra-
20 dices? ¶ Ad hec / propter trāſgreſſionē primi hominis: corruptio genus noſtrū
inuaſit / ut ait paulus. ſed regnauit mors ab Adā uſq; ad Moſem. & in eos qui nō Ad ro.
peccauerūt in ſimilitud nē preuaricationis Ade. quomodo igitur uel ſuper eos 5
qui non peccauerunt regnare mortē affirmat: ſi priſcorū gratia delictorū mor
tale nobis corpus annectitur? aut quomodo non peccauerunt: ſi propter pecca-
21 ta in corpus deciderūt? ¶ Preterea de quodam ab utero matris ceco ſaluato- Ioannes.
rem diſcipuli interrogarut. dicentes. Rabi quis peccauit: hic aut parētes eius ut 9
cecus naſceretur? nam quoniā in propheticis ſcribitur libris / quod peccata parē Exodus.
tum filius deus retribuit: hac de cauſa ſecū fuiſſe natum hominē illum / apoſtoli 20
arbitrabantur. Quid igitur chriſtus? nec iſte inquit peccauit nec parentes eius:
ſed ut manifeſtētur opera dei in illo, quomodo autem non peccaſſe aſſerit eos:
qui cū homines fuerint / non erraſſe procul dubio non potuerūt? Manifeſtū igit̄
atq; conſpicuū eſt / quia uerba domini / tempus quod natiuitatē illorum preceſ-
ſerat / reſpicit: quo tempore nec fuerunt nec peccare potuerunt. Hoc enim mo-
22 do ueritatis integritas in uerbis ueritatis ideſt chriſti conſpicietur. ¶ Accedit Eſaias.
quod Eſaias quam ob cauſam terra facta ſit oſtendens: non fruſtra inquit crea- 45
ta eſt ſed ut habitetur. nō autē a nudis ſpiritib⁹ nec incorporeis animis: ſed ani-
matis corporibus congruenter habitari poteſt. Qua ex re ſequitur ſi prefuiſſe
animas / & delinquentes in corpora delabi dabimus: uolūtate ipſas dei delinque-
re / ut homines ſcilicet eſſent / quibus terrarū orbis habitaretur. Sed hoc falſum
23 omnino eſt. uerū igitur alterū. ¶ Adde quod omniū artifex ſapientia in libro Prouer.
parabolarū / huiuſmodi de ſe uerba dicere introducitur. ego erā inquit: quo gau- 8
debat uniuerſorū ſcilicet creator, Quotidie letabar coram eo in omni tempore
quando cōſummato terrarum orbe gaudebat / & letabatur ſuper filios hominū
Si ergo creato deus homine gaudebat: quomodo non inſaniunt / qui peccatis ad
corpora intrudi animas opinātur? Si enim gaudet / quia penas per corpora dāt:
non erit bonus / qui aliorum ſupplicio triūphat. Sed bonus eſt ipſe natura & bo-
narum creaturarū productor. non igitur inſtrumentū puniēdi / corpora ſunt:

ut multi falso predicant. ¶ Preterea si que ante corpora deliquerũt anime/cor- 2
Geneſis, poribus annexe puniuntur:quamobrẽ aduerſus impios diluuiũ immiſſum eſt/
7 & Noe iuſtus in retributione fidei ſaluatur? contra namq; fieri oportuit:ut iuſti
ſcilicet citius a corpore ſoluerentur / improbi uero longiore tẽpore mole corpo-
ris cruciarentur. ſed iuſtus dominus morte puniuit impios & longioribus huius
uite ſpaciis iuſtum honorauit, Falſa igitur opinio/abiciẽdaq; penitus ex animis
Ioannes. noſtris eſt. ¶ Ad hec quare ſaluator lazarũ quem amabat ſuſcitauit:& liberatũ
11 a ſupplicijs amicum in ſupplicia reduxit? Sed ſuſcitauit:honorans quem dilige-
Ad rom. bat. Aduerſus ergo ueritatẽ dicuntur anime ante corpora deliquiſſe. ¶ Adde 25
5 quod ſi ita eſſet:rationale hoc animal homo/natura q; hominis per peccatũ pro-
Lucas. ducta uideretur. Sed per peccatum rurſus ingreſſa in mũdum mors eſt. quare
11 repugnare ſibi ipſi peccatum uideretur:cum priora poſterioribus diſſoluat/ſa-
thanas quoq; in ſeipſo diuiſus eſſet. Quomodo ergo ſtaret regnũ eius? Sed hec
Sapiẽtia. falſa ſunt. uera igitur:que eis opponuntur. ¶ Poſtremo mortem a deo eccleſia 26
2 negat productã. Inuidia enim diaboli uenisſe in mundum/eam ſcriptura cõfir-
mat. Quod ſi ad puniendã animam/corpus et coniungitur:quare diabolus in-
culpatur/q morte ſupplicij anime diſſoluit? Quare autẽ ſaluatori gratias agi-
mus? per reſurrectionẽ rurſus corpora nobis reſtituẽti? Sed merito & agimus &
debemus gratias ſaluatori:q nos a corruptione quã inuidia diaboli nobis intulit /
ſuo ſanguine liberauit. nõ ergo inſtrumentũ ſupplicij corpora ſunt: nec anime
ante corpora qñ nõ fuerunt/peccare potuerunt. Cap.X

27 ET mundus per ipſum factus eſt. Per unigenitũ dei per lucem uerã/
factum eſſe mundum:neceſſario euangeliſta ſignificat. Nam etſi
omnia per ipſum facta ſuperius dixerit: tamen ne quis erroris locꝰ
relinquatur / creatorẽ rurſus ipſum eſſe predicat. Nã quoniam de
luce dixit/quia in mundo erat:ne quis unam de partibus mũdi hãc
lucem eſſe ſuſpicari poſſit/ſicut ſol luna & ſtelle in mundo ſunt/& mundi par-
tes ueluti unius corporis eſſe mẽbra credũtur:neceſſario totius mundi artificẽ/
hãc lucẽ eſſẽ cõfirmat. Ita nos iterũ ab unigenito dei factũ eſſe mundũ/inſtru-
xit, Quis enim adeo rudis atq; agreſtis eſt: qui non uideat aliud eſſe a mundo
eum/per quem mũdus factus eſt? aut quis hec audiẽs:creatorẽ a creatura ſecũ-
dum naturã non ſeparabit? Aliud enĩ natura eſt quod facit & creat:aliud quod
creatur/alioquin idem crearet & crearetur, qđ ſi ita eſt / nec eſt ulla ſecundum
ſubſtantie rationẽ differẽtia:creatura profecto in creatoris naturã cõſcẽdet / &
creator in creaturarũ naturã deſcendet, nec ſolus creabit deus:ſed merit etiam
creaturis creandi uis ſaltem/potentia:ſi ullo modo deo ſubſtantie ratione untĩ
tur, ita creatura quoq; creator erit:& nudis ſolummodo uerbis creandi authori
tatẽ ac dignitatẽ unigenito euangeliſta attribuit dicens/in mundo erat & mun
dus per ipſum factus eſt. ſed nõ nudis uerbis id dixit:ſciuit enim unum eſſe na-
tura omnium creatorẽ. Non eſt ergo/nec intelligi a pus poteſt creatura & crea-
tor:idẽ natura, Sed creatura quidẽ/nature ſue terminum nõ ignorãs:ſeruituti
Ad ro. ſe ſubiiciet. Regnabit autem ſuper ipſam filius: qui ſolus una cu patre atq; ſpiri
tu/que penit? nihil ſunt/ea quaſi entia poteſt uocare/& quod nihil prorſus eſt/
ineffabili uirtute ad eſſe ꝓducere. uerũ quoniã natura deũ nec creaturam eſſe

filium dei/latius in libro de trinitate demonstrauimus: longiores modo nō eri=
mus. Illud tamē pretermittendū nō est: quia cū per filiū/factū esse mūdū affir=
met/ad patris nos facile reducit memoriā. Cū enī per quē dicitur: ex qno etiā in= Ad roma
telligitur. uniuersa enim: ex patre/per filium/in sancto spiritu sunt, Cap, XI 11

ET mundus ipsum non cognouit. ¶ Sūma solertia summaq; uigilia
nanes hominum cogitationes preuenire atq; anteuertere conatur
Mirabilis nāq; est hic rerum sublimiū ordo: & obiectionū euersio.
lucē modo uerā uocabat filium: a qua illuminari omnem hominem
uenientem in hunc mundum subiungebat. & ad hec quia etiam in
mundo erat/& mundus per ipsum factus est: asserebat. Facile igitur oppone=
re quispiam posset. si uerbū dei lux est/si hec lux corda hominum illuminat/ac
pietatem uidelicet & rerū intelligentiā humano generi congruentem ingerit: si
preterea semper erat in mundo/& ipsa opifex mundi est/quomodo tam longis
temporū spaciis ignorata est? Sequitur enim potius/quoniam ignorata est: nec
ab ipsa mundum illuminari/nec ipsam penitus lucem esse. Hoc ne quis obiicere
possit: diuinitus intulit/& mundus ipsum non cognouit. Non uerbum dei ait &
eternam hanc lucem: sed imbecillitatē suam mūdus accuset, Illuminat enim fi=
lius: repellit autem gratiam creatura, que intelligendi acumine/ut natura deū
cognosceret sibi dato/abusa est: & ut prodiga/ad creaturas uim inspiciendi con
uertit. Neglexit ulterius currere: suffodit illuminationē ex desidia/& contēpsit
hanc gratiam. quod ne patiatur discipulus Pauli: uigilare diligēter monetur. nō i. Ad thi.
ergo redūdabit iure ad lucē: illuminatorū nequitia. Nā quemadmodū q̄uis uni 4
uersis sol oritur/nihil tamen inde cecus utilitatis cōsequitur. nec propterea me=
rito quispiam splendorem solis accusabit: sed non uidendi culpam cecitati attri=
buet. Sic ut arbitror de unigenito etiā intelligendū est. lux enim uera ille profe=
cto est: & splendorē suū ad omnes emittit. Sed huius seculi deus (ut ait Paulus) 2. ad cori
mentes infidelium hominū obcecauit: ne illuminatio cognitionis dei in ipsis ful= 4
geat. Cecitatem autē aduenisse homini dicimus: non quia penitus luce priuatus
sit. conseruat enim natura semper intelligendi uim: diuinitus sibi cōcessam. ue=
rum quia peiore habitu homo hebetat; & ad peiora diuertens languefacit quo= Psalmus.
dam modo gratie mensurā. Quapropter quando huiusmodi subit hominem 118
psalmista: tunc iure illuminari orat/clamans ad deum. reuela oculos meos: & cō
siderabo mirabilia de lege tua. Lex enim data est: ut per eā lux que in nobis est
accendatur/lippitudine oculorū mentis detersa/& depulsis tenebris que prisca
ignorantia nos occuparūt, Quasi ergo ingratus atq; insensatus his uerbis mū=
dus accusatur: qui suum authorē ignorauit/qui fructum illuminationis nō pro=
bum edidit. ut iam de omnibus uere dici posse uideatur: quod de iudeis prophe Esaias.
tica uoce predicatur, expectaui ut faceret uuam: & fecit uepres. Probus enim il= 5
luminationis fructus/unigeniti fuit cognitio: quasi uua ex palmite fertili/huma
na mente dependēs. Temeritas autē cum ad errorē multitudinis trahat deorū:
quasi acuti uepres suborti/mentem hominis mortaliter uulnerant. Cap, XII

» IN propria uenit:& ſui eum non receperunt. ¶ Explanatius modo euangeliſta culpam ignorantie in mundum reiecit:qui ab unigenito illuminatus unigenitū ignorauit,& ab errore iudeorum: gentium etiā peccatū oſtendit/& quaſi ante oculos ignorantiā atq; duritiem mūdi ponit. Miro autem modo in incarnationis orationem & expoſitionē huius myſterii quod propter nos factum eſt a ſumma illa theoſogia deſcendit. Non enim mirum eſt inquit/ ſi mundus filium dei non cognouit: cū a recta intelligendi uia diuertit / nec ſe in honore factum meminerit/ſed pecoribus (ut pſalmiſta dicebat) ſimilem ſe fecerit, cū etiam ipſe populus quem ſibi peculiarem deus elegit:carne preſentē & ad ſalutem omniū uenientem recipere noluit/q̄uis regnū eis celorū pro fide retribueret, Animaduertendum autē eſt: q̄ tutiſſime ſermo contextus eſt. Mundus enim nullo modo cognouiſſe accuſatur:& uenia quedam hinc ſibi preparata / ad cognitionis eum gratiā adducere uidetur. De iudeis autē quos ut populū peculiarem elegit:non receperunt addiecit. Non enim omnino uere de ipſis ignorantia dici poteſt:cū lex primo predicauerit/deinde prophete predixerint. Iuſto igitur & illi iudicio abſcindūtur:& gētes uenia cōſequuntur, Mūdus enim id eſt gētes / nequitie incurſu a cōiunctiōe dei repulſus:illuminatorē penitus ignorauit. illi autē legis cognitione locupletati/& ad placentem deo uitam reuocati:proteruitate animi/cognitū tam in ſcriptura & in propria uenientē filium dei non receperunt, Proprius autem ac ſuus dei eſt ratione creationis/uniuerſus mundus. ex eo enim & per eum factus eſt. Sed multo congruentius proprius atq; ſuus propter ſanctorum patrum electionem. Iſrael appellatur, Atq; ideo primogenitus inter filios dei uocitatur: quem precipue ſuum nominabat/ad Pharaonē tyrannū Egypti uerba faciens. Emitte nāq; inquit populū meum. quod Moſes etiam confirmat dicens. Quando diuidebit altiſſimus gentes / quando ſeparabat filios Adam:conſtituit terminos gētium iuxta numeros angelorum dei, Et facta eſt pars domini populus Iacob: funiculus hereditatis eius Iſrael. Ad hos igitur tanq̄ ad ſuos uenit:propterea dicit. non ſum miſſus niſi ad oues que perierant domus Iſrael. a quibus minime receptus ad gētes gratiā trāſtulit. Ita mūdus quidē fide ac penitudine illuminat̄: q̄ uerbū dei prius ignorauit, Iudeorū autē populus ad tenebras unde eductus fuerāt/reuertūtur, propterea etiā ſaluator dicebat. in iudiciū ego in mundū hunc ueni: ut qui nō uidēt uideant/& qui uident ceci fiant. Cap. XIII

» OVotquot autem receperunt eum:dedit eis poteſtatē filios dei fieri/
» is qui credunt in nomine eius. ¶ Equo certe iudicio deoq; digno: primogenitus eiicitur Iſrael. non enim uoluit in affinitate dei permanere:non recepit filium dei ad ſua uenientem/nobilitatis largitorē reprobauit/authorē gratie repulit / quem gentes fide receperunt. Quare iure / huius temeritatis colligit fructū: flebitq; detrimentū huiuſmodi / quo ab adoptione filiorū dei depellitur, fruentur autem gentes bonis fidei: premia obedientie non parua inuenient/ad locū illorū tranſplantabuntur: ab oleaſtro ſecundum naturā abſciſſi/& ſecunde natura oliue inſerti, Et Iſrael audiet. ue gens peccatrix/ populus peccatorū plenus: ſemē prauum iniqui filii/ dereliquiſtis dominū & ſanctū Iſrael irritaſtis. gentes autem longe aliter illiud

Pſalmus. 48
Exodus. 4
Exodus. 8
Deuter. 32
Pſalmus. 104
Mathe. 15
Ioannes. 9
Ad rom. 11
Eſaias. 1
1. petri.

ab apoſtolis aut eorū aliquo audiēt, uos autē genus electū / regale ſacerdotium / gens ſancta / populus acquiſitionis: ut uirtutem eius annuncietis / qui uos a tene= 1. petri. 2
bris ad lucē ſuam inuitauit. Nam qñ gentes filiū per fidē receperunt: poteſtatē etiam accipiunt ut filii dei fiant. Accipiunt autem a filio / cui ſoli naturalitet hoc ieſt: atq; ideo poteſt in cōmune hoc proponere / in ſignum miſericordie ſue atq; charitatis. Non enim erat poſſibile aliter terreſtris imaginē hominis / corruptio= nem ſcilicet quam peccato induimus effugere: niſi celeſtis hominis imago & pul chritudo eius / uocatione adoptionis nobis impreſſa eſſet. Participes enim ipſius facti per ſpiritum / & ſuo ſignati ſigillo: ad ſimilitudinē eius & in primitiuā ima= ginis figurā conſcendimus / ad quā fuiſſe creatos diuina ſcriptura teſtatur, Sic Geneſis, enim tandē priſcam nature pulchritudinē recuperantes / & ad diuinā illam na= turam reformati: ea mala ſuperabimus / que maxima / tranſgreſſionis uicio no= bis acciderunt. Aſcendamus igitur ad ſupernaturalē dignitatē per Chriſtū: nō tamen ut proprie ſicut ille / ſed ut ſimilitudine illius / per gratiam filii dei ſimus, Verus enim ille filius dei patris eſt: nos uero miſericordia eius adoptati per gra= tiam / audimus. ego dixi dii eſtis, Creatura autē cū ſerua ſit: nutu ſolū & uolun Pſalmus. tate patris ad ſupernaturalia uocatur. filius autē & deus & dñs / non ſolum quia 81
pater uoluit: deus filius ac dñs eſt. ſed cū ab ipſa ſubſtantia patris effulſerit / pro priū eius bonum ſecundum naturam cōtraxit. Quē uerum eſſe filiū: compara tione quoq; noſtri cognoſcimus. Alia enim nature ratio: alia adoptionis / & alia ueri filii, alia adoptati: qui ſimilitudine atq; imitatione filii / filius dicitur. Sumus autem nos filii dei: adoptione. Vere igitur ac naturaliter ille filius eſt: per quem nos in filiationem adoptati / filiationis uocabulo contra diſtinguimur. Filius eni aut natura: ut ipſe eſt / aut adoptione ut nos: gratie bonum pro naturali digni= tate conſecuti.

Cap. XIIII.

QVi non ex ſanguinibus neq; ex uoluntate carnis / neq; ex uolūtate uiri: ſed ex deo nati, Qui fide Chriſti in adoptionem inquit filiorū
» uocati ſunt: humilitatem nature ſue depoſuerunt, & honorantis
» Chriſti gratia quaſi ſplendida induti purpura: ad ſupernaturalem dignitatem aſcendunt. non enim carnis: ſed dei filii / adoptione fa= cti ſūt. ſed aduerte q̄ tutiſſime loquitur. Quoniā eni ex deo natos eſſe fideles / dicturus erat: ne quis putaret aut ipſos ex dei patris ſubſtantia prodire / & incō= mutabiliter unigenito ſimiles fieri / aut ſimiliter abuſionis modo quodā de uni= Pſalmus. genito illud dici / ex utero ante luciferū genui te / & ſic ad naturā creaturarū / fi= 109
lium dei adiungeret: neceſſario iſta premiſit, Ita cum poteſtatē ipſis datā ac ſer ui naturā filio enodauerit: & adoptionem ac gratiam per poteſtatem hāc intel= Poteſta=
lexerit / tutiſſime poſtea intulit. ex deo nati ſunt. ut magnitudinē gratie oſten= tem ipſis
dat: que alienos a deo coniungit / & dei filios facit / & ſeruis nobilitatē dñi ex cha datā eno
ritate largitur. ¶ Sed quid maius (dicet quiſpiam) Chriſti fideles q̄ Iſrael conſe= dauit e=
cuti ſunt? Ex deo enim etiā ludei nati eſſe dicuntur. filios enim (inquit) enutriui uangeli=
& exaltaui ipſi autem ſpreuerunt me. ¶ Primū illud patet: quia futurorū bono ſta: cum
rum umbrā lex continebat. propterea nō ſecundū ueritatem ſed figurate aſcri paulo an=
bebantur uſq; ad gratie tempus: quo emerſuri erant qui decentius atq; uerius te dixit /
propter inhabitantē unigeniti ſpiritū / deum patrē appellarēt. ſpiritū enim ſer= dedit eis

poteſta-
tem filios
dei fieri.
Enoda-
uit itē in
cuāgelio
naturam
ſerui filio
datā: cū
dicit / &
uerbum
caro fa-
ctū eſt,

uitútis in formidinem illi habuerunt: fideles autem / adoptionis filiorū ſpiritum in libertatem / in quo clamamus / abba pater. Populus ergo hic qui fide Chriſti adoptatus eſt: in illo quaſi in umbra depingebatur: quemadmodum circunciſio etiam que in ſpiritu fit: in carne illorum ſignabatur. ceteraq; omnia (ut breuiter dicā) que in nobis expreſſa ſunt: adumbrata in illis fuerunt, Deinde illud etiam addimus: uocatum in adoptionem Iſraelem quoq; fuiſſe / imediatore Moſe. propterea in ipſum (ut ait Paulus) in nebula & mari baptiſabantur / & ſic ad ſeruitutis legē a cultu idolorum reparabantur / miniſterio angelorum mandata conſequentes. Qui uero fide Chriſti a deo adoptantur: non in creaturā aliquam ſed in ipſam trinitatē Chriſto mediatore baptiſant. qui & humana ſibi aſſumptione hominis coniungit / & patri natura coniunctus eſt. Et hoc modo natura ſeruiens in filiationem aſcendit: participatione uere filii ad dignitatē naturalē eius uocata, Quas ob res filii dei & appellamur & ſumus: qui fide regenerationē ſpiritu factam ſuſcepimus. De quo quidē ſpiritu ſancto quoniā nōnulli etiā ipſum creaturis cōnumerare audent: tum ad noſtrū tum ad legentiū fructū / non alienum eſt modo pauca dicere, ¶ Si enim natura deus ſpiritus non eſt / nec ſubſtā- 1

Macedo
nianorū
confuta
tio.

tialiter deo ineſt ſed in creaturarū numero collocatur: quō qui per eum regenerati ſumus / ex deo nati eſſe dicimur? Aut enim mentiri euangeliſtā dicetis. aut ſi uerax eſt / ſicuti profecto eſt: deus natura ex deo ſpiritꝰ ſanctus eſt. Quo per fidem Chriſti participātes: diuinā participamus naturā / & filii dei efficimur / & dii ſumus. non ſolū quia gratia ad ſupernaturalē gloriā euolamꝰ: uerū etiā quia deum inhabitantē poſſidemus / ut ſcriptum eſt, uiuificabit & mortalia corpora

Ad ro.
8

ueſtra / propter inhabitātem ſpiritū eius in uobis, ¶ Alioquin dicant queſo quō 2
templa dei ſecundū Paulū ſumus / quia habitantē in nobis ſpiritū habemus: niſi

i. ad cori.
3

deus natura ſpiritus ſit? ¶ Nam ſi creatura eſt: quāobrē deſtruit nos deus tanq̄ 3
templū dei deſtruentes / quando corpus noſtrum inquinamus / in quo ſpiritus

Ioannes.
14

habitat? qui naturales proprietates patris & filii oīnes poſſidet, ¶ Qđ ni ita eſ- 4
ſet: quomodo uera ſaluatoris eſſet oratio? ſi quis diligit me inquit: ſermonē meū ſeruabit / & pater meus diliget eum / & ad eum ueniemus & apud eum manſionem faciemus. ¶ Et certe ſpiritus eſt qui in nobis habitat: per quē ſimul patrem 5

1. Ioan.
4

etiā ac filium habere credimus, ut hic ipſe Ioannes in epiſtolis dicit. In hoc cognoſcimus qm̄ in eo manemus & ipſe in nobis: quoniam de ſpiritu ſuo dedit nobis. ¶ Quomodo autē uere ſpiritus dei uocabitur: niſi ex ipſo & in ipſo natura ſit? 6
¶ Qđ ſi creatura eſt cur cetere creature / ſpiritus dei nō appellantur? Plura di- 7
cere non grauaremur, ſed quoniā in libro de trinitate ſufficienter (ut arbitror) hoc dictum eſt: breuiores nunc eſſe conuenit. Cap. XV.

Iohel.
2

ET uerbū caro factum eſt. Sermonem incarnationis iam magnifeſte ingreſſus: hominem factum fuiſſe unigenitum dei filium / apertiſſime narrat. Cum enim dicat: & uerbum caro factum eſt / nichil aliud dicit preterq̄ qđ filius dei & deus natura / homo factꝰ eſt. nec noue quicq̄ profertur: cum ſepe diuina ſcriptura ſolo carnis uocabulo integrū (ut ita dicā) & totum hominem ſignificet. Effundam (Iohel inquit) a ſpiritu meo ſuper oīnem carnē. ubi niſi ex parte una totum hominem intelligas: ridiculoſe inanimate carni ſpiritus dari uidebitur. Quod autem rectius

ita q̄ aliter dicatur ratio nobis redēda eſt. Rationale igitur animal homo ex anima & mortali hac carne cōpoſitus eſt: ſed a deo ad eſſe productus / qm̄ ſua natura incorruptibilis atq; perpetua eſſe nō potuit (ſoli enim deo ſubſtantialiter hoc ineſt) ſpiritu uite ſignatus habitudine ad eū / immortalitatis bonum & ſuper naturam ſuam cōſecutus eſt. Sufflauit enim (inquit) in faciem eius ſpiraculū uite: & factus eſt homo in animā uiuentē. uerum quoniam propter tranſgreſſionē / terram ſe eſſe & in terram reuerſurū iure audiuit: gratia denudatus / ſpiraculū uite ſecundū carnem amiſit: ſpiritū uidelicet eius qui dicit. ego ſum uita. Ita homo in mortem ex parte carnis ſolummodo incidit: immortalitate anime conſeruata. Ad ſolam enim carnem dictum fuit: terra es & in terram reuerteris. Cuare oportuit qđ ex homine corrumpitur: coniunctione rurſus naturalis uite ad immortalitatē reuocari. Non aliter enim hoc malū diſſolui poterat: niſi uis illius dicti / terra es & in terram reuerteris / aſſumptione ineffabili deſtrueretur / hominis carne mortalita uiuificante omnia uerbo aſſumpta. ut cum caro eius fieret q̄ uere īmortalis eſt immortalitate illius participaret. Indecēs enī omnino eſſet ſi ignis quidē qualitate ſuam coniuncte ſibi materie immittere poſſit / aceo modo in ſe materiā traſmutare uerbū autem dei propriū ſibi naturaleq; bonum id eſt uitā con uncte ſibi carni non poſſet infundere. Hac igitur maxime de cauſa ſcriptū eſſe ab euangeliſta arbitror: & uerbū caro factum eſt / quod ex parte maxime corrupta & unione uerbi uiuificata / totius reparationē ſignificare uoluerit. Sic enim facilius & magnitudo uulneris & remedii uis cōſpicitur / ſic egrotans & medicus ſic qđ lapſum in mortē eſt: & quia morte ī uitā ſuſcitat. ſic qđ corruptum eſt: & corruptionis expulſor. ſic quod mors ſuperauit: & qui mortem uicit. ſic quod uita priuatum eſt / & qui uitā largitur: quaſi oculis cernitur. Non dixit autē in carnem filium dei neniſſe ſed carnē factum fuiſſe: ne quis habitudine ſicut in prophetas & in ceteros ſanctos uenisſe ipſum / ſed uere carnē id eſt hominem factū eſſe arbitretur. propterea etiam deus eſt ſecundū naturā in carne: & cū carne, Propriam enim illam ſibi fecit: & tamē aliud preter ipſam intelligitur / & in ipſa & cum ipſa (ut Eſaias dicit) adoratur. uiri ſublimes (inquit) ad te tranſ bunt / & tui erunt ſerui & poſt te ſequentur uincti manicis / te adorabūt teq; deprecabūtur / qm̄ tantū in te deus eſt / & nō eſt deus p̄ter te. Ecce deū inquit eſſe in ipſo nō diſſeparans a deo carnē id eſt hominē. Et rurſus non eſſe aliū deū pter ipſum confirmat: cōiungēs uero templū de uirgine aſſumptū / ut eius proprium, unus enim ex ambobus Chriſtus eſt. Cap. XVI,

ET habitauit in nobis Apertius modo quod dixerat euangeliſta exponit. Naq; cuonia carnem eſſe factū uerbum dei ſignificauit: ne quis ex imperitia in carnē diuinam naturam penitus immutatam exiſtimet quod omnino impoſſibile eſt (procul enim abeſt ab omni mutatione. ſubſtantia dei) totiſſime illico intulit. & habitauit in nobis. ut cū duo neceſſario intelligas habitantē ſcilicet & in quo habitat: non putes in carnē / diuinam uaturā commutatā fuiſſe / habitaſſe autē magis in carne / & templo quod a ſancta aſſumpſit uirgine / ut proprio uſam fuiſſe. In ipſo enim habitauit tota deitatis plenitudo corporaliter: ut ait Paulus. In nobis uero habitaſſe confirmat, ſublime quoddā reuelans myſterū, Sumus enim omnes in

Geneſis, 2
Geneſis, 3
Ioannes. 14
Geneſis 3
Eſaias. 45
Ad coloſ 2
1. Ad corī 15

chriſto: & communis humane nature perſona in Chriſto reuixit. Propterea & Adam nominatur: quod per nature noſtre cõmunitatẽ gloria & immortalitate omnes ita locupletat/ſicut contra/morte ac uituperatione omnes Adam prim⁹
Ad rom. 1 mulctauit. In omnibus igitur uerbum per aſſumptionẽ unius habitauit: & cum unus filius dei in uirtute ſecundũ ſpiritũ ſanctificationis definiatur/ad uniuerſum genus humanũ hec dignitas funditur. Et ſic per unũ generis noſtri/ad nos
Pſalmus. 81 quoq; illud peruenit: ego dixi dii eſtis/& filii excelſi omnes. Quare in chriſto quidem ſeruiens natura noſtra: uere liberata eſt/ad unionem aſcẽdens myſticam
Ad heb, 2 eius qui ſerui formã induit. In nobis autẽ: propter affinitatẽ carnis/qua illi cõiungimur. Nulla enim alia de cauſa nõ angelos apprehẽdit: ſed ſemẽ Abrae apprehendit. unde debuit per omnia fratribus aſſimilari: fratribus per omnia ſimilis/
2. ad cori 8 & uere homo factus, ita ut in ſeruientẽ naturã deſcẽdens ipſe quidẽ nihil acquireret: & ſeipſum nobis dono afferret/ut per paupertatem ſuam nos ditaret. qui
Ad roma 8 ſimilitudine illius ad precipuũ bonum ſuũ conſcendimus: dii ac dei filii per fidẽ conſtituti. habitauit enim in nobis: qui natura eſt dei filius/propterea in ſpiritu clamamus/abba pater. habitauit autem in nobis dei uerbum in tẽplo uno: quod
Ad ephe. 2 propter nos & de nobis ſibi condidit/ut omnes in ſeipſo habens/in uno corpore patri (ut Paulus ait) reconciliaret. Cap. XVII.

»  Tuidimus gloriam eius/gloriã quaſi unigeniti a patre: plenũ gra-
» tie & ueritatis. Quamq̃ uerbũ dei carnem id eſt homine factũ eſſe aſſeruerit: conſeruare tamen etiam ſic integram deitatis dignitatem patris/non minus q̃ antea plenũ bonis oſtendit, firma enĩ atq; immutabilis/ſupernaturalis illa natura eſt: eodẽq; modo ſemper ſe habens/propriis ſemper dignitatibus equaliter abundat. Quamuis ergo uerbum caro factum ſit inquit: nec tamen infirmitate carnis ſuperatum eſt/nec de priſca maieſtate atq; omnipotẽtia decidit/quoniam homo factum eſt. uidimus enim inquit gloriã Chriſti a deo ſublimiorem creaturarũ gloria: ut mẽtis quiſq; compos/nulli alii q̃ unigenito dei filio conuenire illã fateretur, Plenus enim erat ueritate ac gratia. Nam ſiquis ſanctorum multitudinem conſideret/& ſingulorum mirifice geſta diligẽter enumeret: non negabit gloria illos dei plenos fuiſſe
Ioannes. 3 Gloriã tamen & gratiam filii longe abſq; comparatione ſublimiore uidebit, nõ enim menſura ſibi datur ut ceteris/nec deforis accedit: ſed ut in perfecto perfecta ſubſtantialiter ineſt/a patre naturaliter habita. Accedit quod ſancti ueluti
Pſalmus. 117 uerne in domo ſũt: filius autem in domo ſua uerſatur, nam de unigenito quidẽ
Hieremi. 7 ſcribitur. Benedictus qui uenit in nomĩe domini. de ſanctis uero deus pater ait. Et miſit ad uos/ſeruos meos prophetas. Preterea ſancti non ſua ſed ſuperiore
Ioannes. 10 uirtute: ſigna operabantur/Chriſtus uero ut uirtutum omniũ dominus. Si non facio inquit opera patris mei: nolite michi credere/ſin autem facio & ſi michi nõ creditis: tamen operibus meis credite. Si tante igitur ſunt uires unigeniti quante patris/ut operibus demonſtratur: equali cũ patre glorificabitur gloria qui equaliter operatur. Quare q̃is homo factus ſit: tanto tamen uocatis fratribus ſupe-
Ad heb. 2 rior eſt/quanto deus uere & naturaliter hominibus preſtat/& quantũ adoptiõe filios/uere filius excedit, Sed ſi plena eſt inquies gloria eius/gratie & ueritatis: quomodo ſapientia/etate/& gratia profeciſſe apud Lucam ſcribitur? aut quid

accedere poteſt ad plenũ:ultra quod nihil eſt. Sed non ut uerbũ & deꝰ ꝓfeciſſe Lucas.
intelligitur:uerũ quia magis cum indies homines admirabãtur / illorũ potius de 2
Ihesu opinio q̃ illius perfecta creſcebat gratia,ut magis indies cognoſcentes:ma
gis illum procedere/ac gratia creſcere arbitrarentur. Cap.XVIII.

»  Oannes teſtimonium perhibet de ipſo:& clamat dicens,More ſuo
» beatus euangeliſta/quoniam gloriam uerbi ut unigeniti gloriã uidimus dictum eſt:ac uni perſone uidimus recte nõ accõmodatur /
tam nomine q̃ pietate ſimilem ſibi baptiſtam citat.nec ſolum atteſtari ſibi Ioannem dixit:ſed optime addidit/quia etiã clamat. Non
enim ignorabat de ipſo ſcriptum eſſe:uox clamãtis in deſerto. Clamare autem Eſaias.
ipſum adiecit:ne quis dicere poſſet / quando baptiſta unq̃ chriſto teſtimonium 40
perhibuit/aut quibus cum unq̃ de chriſto collocutus eſt. clamat igitur inquit:id
eſt non in occulto nec demiſſa balbutientiq; uoce/ſed tuba ſonantius clamat.
Quem non ipſe ſolus audiui ait:ſed late per omnes ſparſus eſt clamor eius.Pre
dicator enim ſplendidus fuit:non ignobilis/ſed inſignis & maximus. Cap,XIX

» »  Ic erat quẽ dixi:qui poſt me uenturus eſt/ante me factus eſt / quia
prior me erat.Cũ nomine teſtẽ citauerit / & clamore illũ ingẽti ad
miniſteriũ p̃dicationis uſum oſtẽderit:modũ etiã ipſius teſtimonii
nũc explanat.In hoc certe tota queſtio uertitur. Quid igitur cla=
mabat? Qui poſt me uẽturus eſt.ante me factus eſt.alte hic ſermo
tegit:& diligẽti nimiũ indiget cõſideratione.parat? tamẽ/trituſq; ſenſus hic eſt
Preceſſit ſaluatoris incarnationẽ: baptiſte natiuitas,ſex enim integris mẽſibus
(ut ab euãgelio Luce ꝓcipitur) Emanuel poſterior fuit.id ergo ſignificari hic pu Lucas,
tant:quia ſecundũ etatẽ qui poſt me uenit/ante me factꝰ eſt.Sed ſi quis ad altio= 1
ra mentẽ extollit: primũ lõge a propoſito ad alienos ſenſus oratio trahitur,Te=
ſtis eni baptiſta citatus eſt:nõ ut natiuitatis tẽpore/modo poſteriorẽ modo prio
rem Chriſtum affirmaret.uerum ut ille:qui quo modo euãgeliſta/ſic etiam ipſe
unigeniti a patre gloriam uiderit / gratie plenã ac ueritatis. Nullo igitur pacto/
ſpacio temporis oratio hec accommodari poteſt, Nã etſi non negamus poſt ba=
ptiſtam natum eſſe dominum ſecundum carnem:precedentibus tamen hic ſen
ſus nequaq̃/ut diximus(accõmodatus/inconſequẽter nimium dicitur. Deinde
qđ poſterius re aliqua tẽpore inuenitur: eandem preceſſiſſe tẽpore non poteſt,
Magis igit nobis placet:ad rerũ ſpiritualiũ conditionẽ/ab imagine ac ſimilitudi
ne rerũ humanarũ ſermone capto/huius contextus ſenſum accõmodare. Solet
enim uulgo qui p̃cedit:poſterioribus glorioſior ſemp uideri. ſicut qui fabrilem
quandã artẽ aut quãuis aliã abſolute tenuit:p̃cedit aut glorioſior eo eſt q adhuc
diſcens/magiſtrum ſequitur/& ad ulteriora continue graditur.Qui tamen cũ
magiſtrũ ſuũ cognitiõe artifici uicerit:nõ iniuria a ſuperato poterit audire magi=
ſtro.Qui poſt me uẽturus eſt:prior me factus eſt.hac igit imagine ſẽſum hui?
orationis ſaluatori & baptiſte attribuens: recte mea quidem ſentẽtia intelliges.
Mirabantur enim omnes Ioannem:multos ille undiq; diſcipulos colligebat/ma=
gna turba hominum qui baptiſari ab eo uolebant/quotidie confluebat. Chriſtꝰ
uero illo preſtãtior ignorabatur:latebat/uere ipſum deum eſſe.Et quia id igno=
rabatur:multo poſterior ac minor q̃ baptiſta uidebatur. Maiorem enim hono=
rem atq; gloriam ab hominibus baptiſta capiebat. Sed qui poſt uenturus erat:

prior factus est/maior atq; prestãtior indies reputatus, Ab operibus enim ipsis deus esse reuelabat:cũ loãnes hominis terminos non excedẽs / in posteriorib⁹ relictus sit. Enigmatice igitur beatus baptista;q post me uẽturus est iquit/prior me factus est.& q honore me inferior erat;glorioſior factus est / & incõparabili prestãtia idoneã mihi mensuram glorie superat,hic certe sensus nõ frustra nec extra propositũ sumitur;sed ad superiora cõgrue/consequenterq; dicitur. Testis eni unigeniti glorie citatus;quia magna erat hominũ de ipso opinio/cũ maiorem se Christũ esse testet̃/quid aliud q̃ precipuã ei gloriã attestatur? Cũq; prior factũ esse dixerit;necessario adiecit / quia prior me erat / priscã & uetustissimã ei attribuens gloriam/quia prior omnibus non tempore sed natura ut deus est, Prior enim inquit me erat;hoc est semper me superior / semper glorioſior erat, Hanc autẽ comparationẽ ad unam creaturarũ id est ad loãnem factã; ad omnẽ creaturam factam intellige,Nam unigeniti gloriam: nõ loannis solum sed omnium simpliciter gloria/prestantiorẽ putamus,

Cap.XX.

ET de plenitudine eius nos omnes accepimus. Approbare his uerbis uerũ esse loannis testimoniũ;euangelista uidetur.clare nãq; demõstrat;non baptista solũ/sed omni creatura substãtialiter superiorẽ/ tam gloria de qua modo sermo est/q̃ aliorum bonorũ numero,Rectissime inquit de unigenito a loanne dictum est;quia prior me erat/id est multo sublimior atq; glorioſior. Nam & omnes nos qui sanctorum locum possidemus;propriis ipsius bonis locupletati sumus. & natura humana illius bonis magis q̃ suis gaudet,De plenitudine nãq; filii quasi iugi fonte / gratiarum donum scaturiẽs;in singulas animas que digne sunt defluit.Si ergo quasi a naturali plenitudine filius dona largitur;creatura uero est cui largitur/quomodo non dissimilem aliis gloriam possidebit? eam uidelicet que unigenitum dei filium decet/ qui nature proprie fructum habet omnem dignitatem atq; prestantiam/quam pater habere intelligitur,Hac de re sapientissimũ quoq; Paulũ cõmotũ;ad creaturã dixisse arbitror.Quid enim habes quod non accepisti? Nõ enim esse solũ: sed etiam bene esse/& sic aut sic esse / a deo creaturis conceditur,que cum nihil a seipsis habeãt;sola libertate largientis ditantur.Illud etiã nõ pretermittendũ: quia plenũ id est perfectũ in omnibus filiũ esse affirmans/tantũ abesse ne cuius rei egeat ostendit/ut omnibus nunq̃ ipse deficiens abunde largiatur & tamen plenitudinem suam eandem atq; immutatam semper conseruet,

1.ad cori. 4.

Cap.XXI.

ET gratiã pro gratia;quia lex per Mosem data est/ gratia & ueritas per Ihesum Christum facta est. Quoniã gloria omnium hominũ prestantiorem esse filii gloriam dixit: nunc comparatione illorum qui magnitudine sanctitatis ceteros homines uicerunt/id demonstratione proposuit.Nã de loãne quidẽ ipse saluator ait.Amẽ amẽ dico uobis,nõ surrexit in natis mulierũ maior loãne baptista. Sed hũc ipsum ita magnũ atq; sublimẽ clamantẽ introduxit.qui post me uẽturus est/ ãte me factꝰ est/quia prior me erat.Ioanne igitur Christo cedẽte;necesse est neminẽ sanctorum ad mensuram eius glorie Christi posse ascendere/ que splendore operũ cõspicitur.Sed sancti quidem qui aduentus temporibus fuerunt;quoniam uirtuti loãnis cedũt / nec ad uirtutẽ illius peruenire possunt/una cũ eo palmã saluatori

Matheus. 11

concedunt. Siquidem eorum omnium excellentiſſimus Ioannes: non aliorū uoce ſed predicatione ſua Chriſtū ut ſolum uere ſanctū prepoſuit. Neceſſario igitur ut uetuſtis etiā ſanctis lōge maior Emanuel uideretur: Moſi meminit ad quē a deo dictum eſt. noui te preter omnes & gratiā inueniſti apud me. Notiorē autem deo preter ceteros fuiſſe: hinc ſcire poſſum⁹. Si quis ꝓpheta fuerit inter uos dicit dominus: in uiſione apparebo ei / & per ſomniū loquar ad illum, At non talis ſicut ſeruus meus Moſes: qui in tota domo mea fideliſſimus eſt. ore enim ad os loquor ei: & palam non per enigmata & figuras dominum uidet. cum igitur Moſes antiquioribus ſanctis multo precelluerit: ſuperiorē eo unigenitū idcirco oſtendit / ut omniū primus uideatur, & gratiam inquit pro gratia: quia lex per Moſem data eſt / gratia & ueritas per Iheſum Chriſtū facta eſt. huiuſmodi nāq; eſt mea ſententia quod dicitur, uerū inquit certe Ioannis de unigenito teſtimonium eſt: cū dicat. ℂ Qui poſt me uēturus eſt: ante me factus eſt / qa prior me eſt. ex plenitudine enī ipſius nos omnes accepimus. nec ullus putet Ioāni quidē & ceteris ſanctis qui tēpore aduētus fuerūt: Chriſtū excellere / antiquiorū aūt gloria ſuperari. cū uidere poſſit multo Chriſto inferiorē eſſe Moſem: q priſcis omnib⁹ ſanctitate precelluit / q cognitus a deo pre ceteris fuit. Sed Ioannes quidem uoce ſua ſeipſum poſtpoſuit: ac ita nihil in hac re ambiguitatis reliquit. unde autē minorē eſſe Moſem Chriſto dicemus. Examines inquit diligenter: & conferas euāgelicam per ſaluatorē nobis datam gratiam legali gratie / quam nobis contuliſſe Moſes uidetur. Nā cū lex per Moſem data ſit / gratia uero & ueritas per Iheſum Chriſtū facta ſit: quāto doctrina Chriſti legali preſtat diſcipline / quanto legalibus mādatis gratia & ueritas Chriſti: tanto excellentiorē eſſe Chriſtū q̄ Moſem cōfiteri neceſſe eſt. ℂ Quantū autē intereſt inter legem & gratiā Chriſti: q̄uis alterius propoſiti ſit / pauca tamen ex multis dicenda ſunt. Credimus enim infinita pene dici poſſe, ℂ Primū igitur lex quod mundum dānauit (concluſit enim deus ꝓ ipſam omnia ſub peccato / ut Paulus ait) ſupplicio nos iure ſubiectos mōſtrabat. liberauit uero ſaluator, non enim uenit ut iudicaret mundū: ſed ut ſaluaret. ℂ Deinde quamuis etiam lex gratiā daret: in cognitionē dei ueri a cultu idolorū reuocans: & bonū a malo diſcernere docens / non tamen id perfecte ſed pedagogice ac inutiliter faciebat. unigeniti uero ueritas atq; gratia: non figuris neq; umbris ſed aperte atq; liquide bona nobis largitur / doctrinaq; ſua ad perfectam cognitionem fidei ducit. ℂ Preterea lex ſeruitutis ſpiritum ad formidinem dabat: Chriſtus uero ſpiritū adoptionis in libertatem. ℂ Lex circunciſionem carnis que nihil eſt (ut Paulus ait) introduxit, Dominus circunciſionem ſpiritus atq; cordis per fidem. ℂ Lex aqua inquinatos baptiſat: ſaluator in ſpiritu ſancto & igne. ℂ Lex in tabernaculum ducebat: quod uerarū rerū erat figura. ſaluator in ipſum celum adduxit nos: & in tabernaculū uerum / quod nō homo ſed dominus condidit, ℂ Non eſt opus plura modo coaceruare: ſed illud oportune dicere / quia beatus Paulus legem cum gratia ſaluatoris conferens: pauciſſimis hanc queſtionem diſſoluit. Nam ſi miniſterio dānationis gloria inquit: multo magis miniſterū iuſticie gloria ſuperabūdabit. Miniſterū enim dānationis: mādata legis appellauit. Iuſticie uero miniſterū: gratiā ſaluatoris nūcupat / cui ſuperabūdantiā gratie attribuit recte de natura rerū ut homo diuinus iudicās.

Exodus. 33
Nūerus, 12
Ad roma 11
Ioannes. 3
Ad roma 8
1. ad cori 7
Matheus 3
Ad heb. 9
2. ad cori 3

Si ergo lex condemnans per Moſen data eſt/gratia uero iuſtificans per unigeni tum facta: quomodo nõ glorioſior cõtulit? ueraciter igitur pſalmiſta in ſpiritu/ fulgentiſſime ſanctorũ multitudini Chriſtum preeſſe clamat dicens.quis in nu-
Pſalmus. bibus equabitur domino:aut quis ſimilis erit deo in filiis dei? Nubes enim intelle
88 ctuales prophete ſunt/qui omnes Chriſto cedunt/nullo modo ipſi exequari con tendentes.cũ non ignorent Moſen qui preter ceteros a deo cognitus fuerat:pri- mas ei partes conceſſiſſe,filii autem dei qui aduentus tempore rutilarunt: non erunt omnino ſimiles filio/nec hoc ſibi attribuent/ſed menſurã ſuam non igno
Matheus rabunt:audientes baptiſtam de quo dictum eſt/nõ ſurrexit maior in natis mu-
11 lierum/dicentem: quod poſterior chriſto ſit.ueraciter igitur euangeliſta gloriã chriſti uidiſſe ait/quaſi gloriam unigeniti a patre:huiuſmodi ſcilicet/quale uni-
Ad roma geni to dei patris filio/non iis qui ad fraternitatem eius uocati ſunt(quorum eſt
8 primogenitus)conuenire omnes faterentur,

¶Quod ſolus ſecundum naturam filius ex patre unigenitus eſt: ſicut ex ipſo & in ipſo. Cap.XXII.

» Eum nemo uidit unq̃.unigenit⁹ filius q eſt in ſinu patris:ipſe enar-
» rauit.Animaduerte rurſus diuini euãgeliſte diuinum acumen.nõ ignorauit nõnullos dicturos.gloriam unigeniti a patre nobis enar- ras / nec quicq̃ magnum atq; ſublime affers.ſed quaſi aliter uideri gloria ſua non poſſet: quoniam preſtantior Ioanne atq; Moſe fuit uiris ſingulariſſimis(non enim negamus)quaſi unigeniti a patre gloriã eius ap-
Eſaias, pellaſti. At nõ ita beatus Eſaias.uidi enim inquit dominum ſedentem ſuper ſo-
6 lium excelſum & eleuatum: & plena domus a maieſtate eius.& ſeraphin ſtabãt circa ipſum:ſex ale uni & ſex ale alteri/& uelabãt duabus facie/duab⁹ pedes/& duabus uolabãt.& exclamabãt alter ad alterũ/& dicebãt:ſctũs ſanct⁹ ſctũs dñs
Ezechiel, Sabaoth.plena eſt omnis terra gloria eius,Ezechiel autẽ:ecce iquit uox facta eſt
1 ſup firmamentũ quod erat ſup caput eorũ/&ſuper firmamentũ quod erat im- minẽs capiti eorũ:quaſi aſpectus lapidis ſaphyri ſimilitudo throni,& ſup ſimili- tudinẽ throni ſimilitudo quaſi aſpectus hominis deſuper.& uidi quaſi ſpeciẽ ele ctri a lũbis eius deſuper:& a lũbis eius uſq; ad deorſũ uidi quaſi ſpeciẽ ignis ſplẽ- dẽtis in circuitu/uelut aſpectũ arcus cũ fuerit in nube in die pluuie / hic erat aſ- pectus ſplẽdoris per gyrũ,hec uiſio ſimilitudinis glorie dñi. Cũ talia igitur ipie- tate atq; iperitia uidturos aliquos nõ ignoraret: neceſſario conatus eorũ multo ãte repreſſit dices. Deũ nemo uidit unq̃.ipſe nãq; (inquit)unigenitus deus q in
Exodus, dei patris ſinu eſt: hoc nobis enarrauit.Ille ad Moſem clare dixit qa nemo uide-
33 bit faciem ſuã & uiuet,Ille quoq; diſcipulos docuit: quia patrẽ nemo uidit / niſi
Ioannes. qui ex patre eſt,Soli enim cõſubſtãtiali filio pater uiſibilis eſt:& nulli preter eum
6 alii. uiſionẽ autem in his deo conuenientẽ ſemper intelligas,nõ tamẽ propheta- rum oratio falſa eſt:cum clament uiſum a ſe fuiſſe dominũ Sabaoth, Non enim ipſum quod natura dei ſubſtantialiter eſt uidiſſe contendunt: ſed aperte quo- modo uiderunt exponunt / hec dicentes eſt uiſio ſimilitudinis glorie domini,A rebus ergo corporeis enigmatice quaſi figura diuine glorie formabatur:q̃ ſimi- litudo quaſi depicta in tabula / ſymbolice diuine glorie preſtantiam ultra men- tem & orationem hominis eſſe oſtendebat. Optime igitur ſublimis euange-

liſta cũ ſe uidiſſe gloriam eius quaſi unigeniti a patre gloriã affirmauerit: a pre-
ſtantia qua omnes Chriſtus ſuperauit / uere ſe dicere cõfirmat. Nam quẽadmo- Sapiẽtia.
dum per creaturarum pulchritudinem / creatoris uirtutem conſpicimus: cũ celi 13
abſq; uoce gloriã dei enarrẽt / & opera manuũ eius annũciet firmamentũ / ſic ab Pſalmus
operibus preſtãtior in gloria unigenitus ceteris demonſtratur. Sed aciem oculo 18
rũ hominis tanq̃ deus effugiẽs / quia omnẽ ſuperat creaturã: idcirco increatus id
eſt deus eſſe & intelligit & glorificatur. hic ſenſus propoſiti textus meo iudicio
1 eſt. ¶ Sed animaduertendũ rurſus / qa unigenitũ filiũ appellauit / & in ſinu pa-
tris eſſe affirmauit: ut ab omni creatura eũ diſſepararet / & ex patre ꝓpriã ſub-
2 ſtantiã habere / & in patre eſſe oſtẽderet. ¶ Si enĩ uere deus eſt unigenitus: quo
3 modo nõ erit alius natura / quã illi q̃ gratia & adoptiõe dii atq; filii ſunt? ¶ Si enĩ
4 unigenitus eſt: nõ inter fratres eſſe intelligitur / ſed ſolus ex patre. ¶ Nam quo
niã ſecundũ Paulũ q̃uis multi appellẽtur in celo & in terra dii: unigenitus tamẽ 1. Ad cori
deus ſeparatus ab aliis fratribus eſt / qui per gratiã dii ſunt. nobis aũt inqt unus 8
deus pater eſt: ex quo omnia / & unus dominus Ihesus Chriſtus: ꝑ quem omnia.
5 ¶ Cum enim unũ ſit ſecundũ naturã deus ac pater: nõ erit extra naturam dei
uerbum / quod ex eo & in eo / quodq; genitoris naturalibus bonis prefulgens: ad
6 equalẽ dignitatẽ ſubſtantialiter conſcẽdit / cũ ſit deus ſecundũ naturã. ¶ Pro-
pterea & in ſinu patris eſſe ipſum aſſerit: ut etiã hinc ĩtelligas in ipſo & ex ipſo /
& ut in pſalmis ſcribitur. ex utero ante luciferum genui te. Nã quemadmodũ Pſalmus.
hic ut ex eo proprie ſignificaret: a ſimilitudine hominum ex utero poſuit. ex uẽ- 109
tre nãq; prodeũt: qui a nobis generãtur. ſic cũ in patris ſinu dicat: in patris certe
utero intellexit / a quo ineffabili generatione deumq; decente naſcitur filius.
7 ¶ Quaſi corpus deciſum eſt a genitore genimen ſuum: ſed filius in patre eſt &
patrem in ſeipſo habet. Propria enim bona ſubſtãtie patris / naturaliter in filiũ
8 defluentia: in ipſo eſſe patrẽ oſtendunt. ¶ Habet autem rurſus pater in ſeipſo
filium: ideſt identitate incõmutabili ſubſtantie firmatum / atq; (ut ita dicam) ra-
dicatum / & ex eo germinantẽ non deciſione ulla nec diuiſiõe: ſed ita ut & inſit / Micheas,
& ſimul ſit. Sic enim pie in ſinu patris filiũ eſſe intelligemus: nõ ut nonnulli deo 3
repugnãtes / & recta omnia (ut prophẽta dicit) peruertẽtes / ſimpliciores fratres Ad ro.
pro quibus Chriſtus mortuus eſt ſeducere conantur. ¶ Nõ enim recte inquiũt 14
quoniam in ſinu patris filius eſſe dicitur: ex patre & in patre recte ipſum eſſe in- Cauilla-
telligitis / & a ſubſtantia eius ut eiuſdem nature genitum predicatis. An non au tio,
diſtis inquiunt de diuite atq; Lazaro quid Chriſtus dicat? Lazarum enim poſt Lucas.
mortem in ſinu Abrae delatum fuiſſe dicit: nec quoniã in ſinu Abrae Lazarus 16
poſtea fuit / idcirco ex ipſo & in ipſo naturaliter eſt. Sed uocabulo ſinus ſcriptu- Ioannes,
ra (inquiunt) charitatem intelligit. In ſinu ergo patris filius eſt: id eſt in dilectiõe 3
1 atq; amore ut ipſe dicit / pater diligit filiũ. ¶ Sed dicãt queſo ſi dilectionem atq; Confuta-
amorem ſinus apud ſcripturas ſignificat: an quia deus iuxta ſaluatoris uocem tio,
mũdum dilexit / aut quia dominus diligit portas ſyon / ſecure dicere poſſumus Ioannes.
2 & mundum & portas ſyon in ſinu dei patris eſſe? ¶ Cum preterea immittere 3
Moſi manum in ſinum ſuum iubebat: diligere ne manum ſuam iubebat / an po- Pſalmus.
3 tius in ſinu ſuo eã celare? Ridiculoſi ꝓfecto erimus iſta dicẽtes. ¶ Imo uero etiã 124
in patrem ipſum impie faciemus: ſi uniuerſa (cũcta enim diligit) in ſinu eius eſſe EXodus.

Sapientia 11

opinantes/quod filio ſuo attribuitur/creaturis quoq; concedemus:ut nihil ma=
iꝰ nec dignius aliquid q̄ creature/filius poſſideat. Quare his omiſſis quādo in
ſinu patris filius eſſe dicit:nihil aliud q̄ ex ipſo & in ipſo filium eſſe intelligem⁹.
quod oibus apertiſſimū erit:q euāgeliſte uerba diligetius cōſiderant,unigenit⁹
enī inquit deus/ q eſt in ſinu patris.deū & unigenitū primo dixit:deide ilico ad
iecit q eſt in ſinu patris.ut filius ex patre naturaliter atq; ſubſtātialiter intelliga
tur:ſinū pro ſubſtātia per ſimilitudinē corporū/q̄ rebus intelligibilibus manife=
ſtiora ſunt/poſuit.Capiūtur enim plerūq; rerū ſublimiū imagines a corporib⁹:

Exodus. 4

q̄uis etiā hiſtorice ut expoſita ſunt multa intelligantur / quale illud Moſi eſt/qđ
manum ſuam in ſinū emiſerit.Quod uero de Lazaro dicunt:non modo nobis

Lucas. 16

nō refragatur/uerum etiam ſuffragatur.Nam hac uita defunctus Lazarus/in
ſinum Abrae fuit deductus:id eſt cum Abrae filiis collocatus eſt / patrem enim

Geneſis 17

multarum gentium deus ipſum conſtituit, Cap,XXIII.

» THoc eſt teſtimoniū Ioannis:quādo miſerunt iudei a Hieroſolimis
» ſacerdotes & leuitas ad eum/ut interrogarent eū tu quis es. & con
» feſſus eſt & non negauit:& confeſſus eſt quia nō ſum ego Chriſtus
» Expreſſius modo euangeliſta quaſi res agatur:modum teſtimonii
» Ioannis ponit/quod interrogatus dixit.Cum enim inquit iudeorū

Ego/ primo loco: Ioannes baptiſta. ſecundo uero.Ioā= nes euan= geliſta,

iuxta leges prefecti leuitas & ſacerdotes interrogatū miſerunt:quem ſe ipſe
diceret/tunc palā ueritatem confeſſus eſt / dicens.quia ego non ſum Chriſtus,
quare nec ego inquit:cum de ipſo ſcripſerim non fuiſſe illum lucem/ ſed ut teſti
monium de luce perhiberet/mentitus ſum. Cap.XXIIII.

ET interrogauerunt eum:quid ergo/Helias es tu? & dixit non ſum. Pro cc
pheta es tu? & reſpōdit/non. Dixerunt ergo ei, Quis es? ut reſpōſum cc
demus iis qui miſerunt nos.Quid dicis de teipſo? Ait,Ego uox clamā= cc
tis in deſerto:dirigite uiā domini/ſicut dicit Eſaias propheta. Minutim ſingula cc
narrat euāgeliſta:ut & confeſſionis modus pre oculis ponatur/& īperitia Iudeo= cc
rum denudetur/qui ſapientes ſe eſſe dicentes:infatuati ſunt,legis enim exqui=
ſitam cognitionē oſtentantes/& prophetarū ſenſum tenere credentes:his inter

Ad roma 1

Deutero 18

rogationibus imperitiam ſuam detegunt. Moſes namq; ille quaſi prophetā do=
minum ſignificans uenturum.Iudeis predicebat/quia prophetam uobis de me=
dio fratrum ueſtrorum ſimilem mei dominus deus ſuſcitabit / ipſum audietis.

Eſaias, 40

Eſaias autem precurſorem nobis ſignificans : uox inquit clamantis in deſerto /

Malachi, 4.

parate uiam domini/rectas facite ſemitas dei noſtri.Tertius accedit Malachias:
qui de Theſbite ait qđ cōuertet cor patrū ad filios/& incredulos ad prudentiam
iuſtorū:ne forte ueniā & percutiam terrā,cum igitur tres ſint qui expectaban=

Matheus 22

tur:plures illi uenturos putantes/uere audient/erratis neſciētes ſcripturas. Cū
enim an Chriſtus eſſet queſiuiſſent : reſponſumq; ſibi eſſet quia ipſe non erat
Chriſtus / quid ergo inquiunt / Helias es tu? Illo autem negante : reliqnum iam
erat ut de precurſore quererent. Sed imperite ad ipſum Chriſtum rurſus de=
uoluti : male Moſem intelligentes / interrogant. propheta es tu? quod propter
pretacentem articulum / ad unicum prophetam & prophetarum omnium do=
minum pertinet:quem ſe non eſſe/baptiſta iterū affirmauit. Dixerunt ergo ei:
quis es? ut reſpōſum demus iis qui miſerūt nos.quid dicis de teipſo? ait.Ego uox

clamãtis in deſerto:dirigite uiã dñi/ſicut dixit Eſaias,ppheta.tanq̃ ignaros ſcri- Eſaias.
pturarũ acriter arguit; authoritate prophetica miniſteriũ ſibi cõmiſſum expo- 40
nens,uenio enĩ inquit dicturus/in ianuis ipſum iã eſſe qui expectaſ:ut parati ſi-
tis proficiſci quocũq; iubebit,ãbulaſtis hactenꝰ in uia Moſi:modo uiã Chriſti ſu- Eſaias.
ſcipite/quã prophete omnes uobis predixerũt, Eſaias enim hortatur uos dicẽs: 2
uenite aſcendamus in montẽ dñi/& in domũ dei Iacob; & annũciabit nobis uiã Eſaias.
ſuã/& ambulabimus in ipſa.& rurſus. Erit ibi uia munda/& uia ſancta uocabi- 35
tur:non erit ibi leo nec praua illuc aſcendet beſtia/& qui diſſipati ſunt/ambula- Eſaias.
bunt in ea.Et rurſus.principium dabo ſyon:& hortabor Hieruſalẽ ad uiã. Hie- 46
remias quoq; ſimiliter:ſtate inquit in uia/& querite ſemitas domini ſempiternas/ Hieremi.
& uidete que ſit uia bona & ambulate in ipſa / & inuenietis purificationem ani- 6
marum ueſtrarum.Quenam igitur eſt uia bona/que ambulantes in ipſa puri- Ioannes.
ficat:ipſe Chriſtus clamat/ego ſum uia, Cap.XXV. 14

» ET qui miſſi fuerant:erant ex Phariſeis. Et interrogauerunt eum &
» dixerunt ei. Quid ergo baptiſas:ſi tu non es Chriſtus neq; Helias
» neq; propheta? Vide quãta in baptiſtã utuntur temeritate,cur enĩ
(aiunt)baptiſas:ſi nõ es Chriſtus/nec Helias/nec propheta ille? nõ
enim putant dignũ in eorũ numero ipſũ haberi qui expectabatur,
ſed ex inſita eis arrogãtia q̃uis audierit / ego uox clamãtis in deſerto: parate uiã
domiri / parum tamen attendentes & baptiſte dignitatem negligentes:aperte
increpãt dicentes/quid ergo baptiſas? Cur tantã re / cum dignus nõ ſis:aggre-
di auſus es? Conſueuerant enim ſemper ex proteruitate Phariſei preſentes ni-
mium contẽnere:& uenturum ſimulato afficere honore,& ut ipſi/magni apud
Iudeos eſſent/& diuitias ingentes ſibi accumularent:neminẽ preter ſe honorari
patiebãtur.Propterea ipſũ quoq; interfecerunt heredẽ dicentes: uenite occida- Matheus
mus eum/& retinebimus hereditatem eius. Cap.XXVI. 22

» REſpondit eis Ioannes dicens. Ego baptiſo in aqua.Medius aũt ueſtrũ
» ſtetit:quẽ uos neſcitis:Ipſe eſt qui poſt me uenturus eſt:qui ante me fa
» ctus eſt/cuius ego non ſum dignus ut ſoluã eius corrigiã calciamenti,
» hec in Bethania facta ſunt trans Iordanẽ ubi erat Ioannes baptiſans.
» Nullas cõtumelie uices beatus baptiſta reddidit:ſed benigne ualde propter ſalu
tem eorũ reſpondet/ac inuitos docet/in ianuis iã imo uero etiã intra ianuas eſſe
Chriſtũ.Ego enim inquit preparãdo/aqua inquinatos peccatis lauo ad initiũ pe
nitentie:& hoc pacto ab his minoribus ad ſublimiora uos preparo Ad hoc enim
miſſus ſum:& hoc tã re baptiſãs quã uerbis/facto:predicãs ꝓparare uiã dñi.Ma-
iorũ autẽ rerũ & ſumme perfectionis largitor:medius ueſtrũ ſtetit/quẽ adhuc/
quia carne indutus eſt/nõ cognouiſtis qui tantũ me ſuperat:ut dignus ipſe non
ſim quaſi ſeruus ad filiũ dñi cõparari.hoc enim ut arbitror ſignificat nõ eſſe di-
gnũ:qui corrigiã calciamẽti eius ſoluat.ita & ueritatẽ dicit: & exemplo ſui Pha-
» riſeos ab arrogantia in humilitatẽ traducere conatur. ¶Hec in bethania facta
ſunt trans Iordanem ubi erat Ioãnes baptiſans. Diligentie ſue magnitudiniſq;
rerum hoc ſignũ eſt. Solent enim certe homines loca etiam ſingula ubi res ma-
gne geſte aut expoſite ſunt:memoria diligentius commendare.

¶Primi libri commentariorum Cyrilli ſuper Ioannem/finis.

¶ Commentariorum Cyrilli in Ioannem Liber ſecundus, Cap.I.

» ALtera die uidit Ioannes Ieſum uenientem ad ſe & ait. Ecce agnus
» dei:ecce qui tollit peccata mũdi. Breui admodũ tẽpore:propheta
ſimul & apoſtolus/baptiſta effectus eſt. Quẽ enim uenturũ pre
dicabat:hunc iã mõſtrat preſentẽ.propterea prophetarũ meſu=
Matheus. ram exceſſit:ut ſaluator de ipſo ad iudeos dicebat. Quid exiuiſtis in deſertũ uidere? prophetam? etiã dico uobis pluſ ꝙ prophe=
11 tam. Nã prophete uenturũ Chriſtũ predixerunt: hic uero uenturũ predicans/
preſentẽ quoq; mõſtrauit. Altera enim die inquit uidit Ihesum uenientẽ ad ſe:
& ait. Ecce agn⁹ dei:qui tollit peccata mũdi. Nõ ait iã:ꝑparate uiã eius/ut prius.
ſed cũ preſens oculis cerneretur is/propter quem preparatio faciunda erat:nõ
illo modo predicandũ/ſed apertius explanandũ erat/ quis iſte preſens eſſet/&
quãobrem a celo ad nos deſcenderit. Ecce igitur inquit agnus dei: ille ſcilicet de
Eſaias, quo Eſaias dicebat, tanꝙ ouis ad occiſionẽ ductus eſt:& ſicut agnus corã tondẽ=
53 te ſe obmutuit. Quẽ uniuerſa moſi lex figuris ſignificabat / qui temporibus le=
gis non ita neq; ad omnes miſericordiã ſuã diffudit. figuris enim & umbris: lex
inuoluta eſt. At nunc qui enigmatice predicabatur integerrimus agnus imma=
culata hoſtia:ut peccata omniũ pellat/ut hoſtẽ orbis euertat / ut mortuus mor=
tem deſtruat/ut maledictionẽ hominibus datã diſſoluat / ne illud/terra es & in
terrã reuerteris/humanũ ſemper ſubigat genus. ſpõte ad occaſionẽ ducitur. Se=
1.Ad cori cundus hic Adam eſt nõ a terra ſed a celo:omniũ bonorũ initium/& ipſius exi=
15 tũ interius/eterne uite largitor/cauſa reformationis qua reformamur ad deũ/
pietatis & iuſticie fundamentũ/ad regnũ celorum uia. unus enim pro omnibus
agnus occiditur:ut omne genus hominũ deo patri offerat/unus pro omnib⁹:ut
omnes lucrifaciat/ut omnes non ulterius ſibiipſis ſed Chriſto(qui pro omnibus
mortuus eſt:& pro omnibus reſurrexit) uiuant. Nã qm̃ in peccato eramus/atq;
idcirco morti atq; iteritui debebamur;filiũ ſuũ pater in redemptionẽ pro nobis
dedit/unã pro omnibus. qm̃ & oẽs ſunt in ipſo;& omnibus ipſe melior eſt. nn⁹
pro omnibus moritur:ut omnes in ipſo uiuamus. Cũ enim pro omnib⁹ occiſum
agnũ mors inſorbuerit:retinere nõ potuit/ ſed in ipſo & cum ipſo ceteros oĩes
2.ad cori euomuit. Nã ſi omnes ſum⁹ in Chriſto/qui mortuus eſt & reſurrexit pro nobis/
5 peccato deſtructo:quomodo etiã mors que fructus peccati eſt non deſtruetur?
& radice iam euulſa/quomodo rami germinabunt? Aut quanã de cauſa morti
ulterius debebimur/peccato deſtructo:quod mortis cauſa fuit? quare in occiſio
1.ad cori. ne agni dei magna exultantes uoce ſolẽniter clamamus:ubi iam eſt uictoria tua
15 o mors? ubi ſtimulus tuus inferne? Omnis enim iniquitas(ut pſalmiſta canebat)
os ſuũ obſtruxit:cũ non poſſit amplius deorſitata peccatores accuſare. deus enĩ
Pſalmus eſt qui nos iuſtificat. Chriſtus redemit nos ex maledictiõe legis/ipſe maledictio
106 factus pro nobis/ut maledictionem peccati nos fugiamus. Cap.II.

Ad gala. IIc eſt de quo dixi:poſt me uenit uir qui ante me fact⁹ eſt/q prior me
3 erat/& ego neſciebã eum, Sed ut manifeſtetur in Iſrael: propterea
» ueni ego in aqua baptiſans. In memoriã reducit baptiſta que dixe=
» rat & glorie Chriſti ultro & ſpõte cedit/nec ex charitate magis quã
ex ueritate etiam neceſſitate id facit. Subuicitur enim etiã ſi nolit/creatura crea=

tori:seruus domino/largitori quod donat. quomodo autē post Ioannē Christ⁹ Lucas.
ueniebat qui prior erat Ioāne:satis in superioribus dictum est. ¶ Et ego nescie- 1
» bam eum: sed ut manifestetur in Israel/propterea ego ueni baptisans in aqua,
» Qui dn̄m in utero uirginis cognoscens exultabat / qui ante partum propheta-
uit/qui à matris uētre discipulus fuit:nescire saluatorem fatetur / nec illo modo
mentitur, Omnia enim a seipso absq; alicuius doctrina deus solummodo scit:
creatura uero omnis non a se / sed ab alterius discit doctrina.& spiritus in san-
ctis hominibus habitans/replet quod natura nō potest: & bonum suū humane
nature largitur,& ita illuminata:futura & occulta cognoscit mysteria, Cū igit̄
nesciuisse dominum dicat secundum humani generis & creature mensurā:ue-
rissime dicit.ualde autem utiliter quāuis nescire saluatorem asseruerit: idcirco
tamen uenisse fatetur/ut Iudaico populo manifestet.ne scilicet sponte ad testi-
monium precurrere uideatur:qui non uoluntatis sue sed diuine dispensationis
ac uoluntatis minister fuit,Que sibi animo reuelauit:a quo peccata mundi tol-
lentur.Facilius ergo credere Iudei testimonio eius debebant: quē itelligebant a
se quidem nesciuisse saluatorem / sed deo reuelante cognouisse, Poterant etiā
dignitate ac magnitudine serui:quantus esset dominus/conicere.Aperte nāq;
cum ut ipsum in Israel manifestet/uenisse fateatur:aperte inq̄ seruum se/illum
uero dominum esse ostendit.

¶ Quod non participatione nec deforis ut in sanctos/spiritus in filium
influit:sed substantialiter & secundum naturam in ipso est. Cap.III.

» ET testimonium perhibuit Ioannes dicēs.quia uidi spiritū descendē
» tem quasi columbam de celo & manentē super eum.& ego nescie-
» bam eum.sed qui misit me baptisare in qua:ille michi dixit. Super
» quem uideris spiritum descendentē & manentē super eum:hic est
» qui baptisat in spiritu sancto. ¶ Quoniā eum nesciuisse in supe-
» rioribus dixerat:idcirco nunc latius diuinū illd denudat mysteriū, Nā & modū
quo didicit quod ignorauerat:& docentē deū patre ostendit,ita uariis multisq;
uiis/auditorū animū ad ueritatē inducit. Cum enim a deo patre didicisse se my
sterium ait:refragari deo uniuersos ostendit/qui magno consilio patris se oppo
nentes/paruam predicationi sue fidem adhibeant, Ita manifeste ac cōmode ad
suscipiendū saluatorem / omnibus persuadere conatur: presertim cum spiritū
etiā se uidisse testetur in columbe signo descendisse/& mansisse in christo. Ad
hec seipsum audisse affirmat ab eo a quo missus ad baptisandū in aqua fuit:illū
esse qui spiritu baptisat in quem descendet & in quo manebit spiritus sanctus.
Dignus certe fide testis hic est:nouum atq; iauditum signum. & is qui hec dixit
atq; ostēdit baptiste:pater & deus omniū est. Sed hec quidē hactenus. ¶ Insul- Cauilla-
tabit autem forsan iterū atq; iterum contentionis cupida turba hereticorū:atq; tio here-
illudens dicet,Nihil nos habere nisi cauillari uelimus:quo hinc refugere possim⁹ ticorum.
Ecce namq; inquit spiritus ad filium descendit: ecce ungitur a deo patre filius/
quod non habet uidelicet accipiēs/Psalmista etiā atte tāte dicēteq; ad filiū.pro- Psalmus.
pterea unxit te deus deus tuus oleo leticie pre participibus tuis.quomodo ergo 44
perfecto patri non perfectus filius ac ideo perunctus / cōsubstantialis esse pote- Cauilli cō
rit? ¶ Ad huiusmodi homines,qui ueritate Christiani dogmatis & scripturarū futatio.

ſenſus peruertunt: oportune illud dicere poſſumus. Expergiſcimini ebrii e uino
Iohel. 1 ueſtro: ut fulgentiſſimã ueritatis lucem uidentes / nobiſcum ad filium clament /
uere filius dei tu es. ¶ Si enim credis deum eſſe ipſum natura: quomodo imper- 1
Matheus 14 fectus erit? aut quomodo hec impietas in ipſum etiã patrẽ nõ ꝓueniet? ¶ Vnde 2
namq; pater perfectionem habebit: ſi filius imperfectus eſt? aut quõ ad imminu
tionem filii qui ſecundum uos imperfectus eſt: pater etiã ipſe non depelletur? ſi
ſemel diuina ſubſtantia imperfectionem in filio ſuſceperit? ¶ Non enim (ut ar- 3
bitror) audebitis in diuerſas rationes ſubſtantie / diuinã immortalẽq; naturam
ita icidere: ut in altero perfecta / in altero imperfecta eſſe uideatur. preſertim cũ
uideatis humane nature rationẽ / unã ac eandem in omnibus eſſe: nec minus ali-
quid aut maius hominẽ homine inquãtum homo eſt / poſſidere. nec angelus ab
angelo ea ratione qua uterq; angelus eſt: qua uidelicet ad unam ſpeciẽ aq; natu
ram omnes cõduduntur / differre unq̃ poterit. ¶ Quomodo igitur natura dei 4
tatis que ſuper hec omnia incõparabiliter eſt: minora bona poſſidebit quã crea-
tura? Quomodo inequalitatẽ eam ſuſcipiet natura incorrupribilis: cuius corru
ptibilia: ſuſceptiua non ſunt? ¶ Quomodo ſimplex atq; incõpoſita erit: ſi per- 5
fectum atq; imperfectũ in ea ineſt? ¶ Diſſimilia enim hec ſunt: ex quibus eã cõ- 6
ſtare falſo arbitramini. Si enim ſimilia eſſent / nec inter ſe differrẽt perfectũ atq;
imperfectum: omne perfectum / imperfectum eſſet: & contra, Quare nec filius
imperfectior patre / nec pater pfectior filio: quamuis ita uerbis a uobis dicatur.
¶ Sin uero permultũ intereſt inter perfectũ & imperfectum: & utriuſq; deita-
Cauillatio. tis natura ſuſceptiua eſt / non ſimplex ſed compoſita erit, ¶ Sed dicet fortaſſis 7
quiſpiam: non ſimul in eodem eſſe poſſe ſubiecto que contraria ſunt / ſed ſeor-
Solutio. ſum ac per ſucceſſionẽ / ut in corpore color modo albus modo niger, ¶ Probe 8
tu quidem o amice: ac cito cõuerſus / pro nobis pugnaſti. Nam ſi una deitatis na
tura eſt / nec altera preter eam excogitari poteſt: quomodo contrariorũ eſt ſu-
ſceptiua? uel quomodo uni eidemq; ſubiecto: que inter ſe contraria ſunt / ſimul
accidẽt? ¶ Pater enĩ natura deus eſt: & filius ſimiliter natura deus, Nulla ergo 9
differentia perfecti & imperfecti inter patrẽ & filiũ eſt: qui ex perfectiſſima ſub-
ſtantia patris emanauit. ¶ An non eſt neceſſe perfectũ eſſe genimen perfectiſ- 10
ſimi genitoris? quod & incommutabilis imago / & character ſue hypoſtaſeos eſt.
ita prorſus omnes aſſenſuros eſſe arbitror, ¶ Quomodo enim aliter perfecti 11
patris character: incommutabilis filius erit / ſi natura perfectus nõ eſt? ut quidã
temere dicũt. ¶ Nam quoniã character atq; imago eſt: non aliter certe atq; ille 12
Cauillatio. perfectꝰ eſt / cuius imago eſt. ¶ Sed Ioãnes uidit de celo ad filiũ ſpiritum deſcẽ- 13
dere inquit, Quare pater deforis filiũ ſanctificauit: in quem quaſi nõ habentẽ /
Diſſolutio, ſanctificator ſpiritus deſcendit. ¶ Aduertis q̃ manifeſte filium dei / creaturam 14
Ioannes. 1 eſſe predicas: uix magni aliquid ei attribuens / cum ſimiliter atq; cetere creature
perfici atq; ſanctificari bonorum largitiõe forinſeca ipſum arbitreris. ¶ Et quõ 15
non falſus erit euãgeliſta: dicẽs a plenitudine ipſius nos omnes accepiſſe? Quõ
enim ſuapte natura plenus erit: ſi ab alio accipit? ¶ Aut quomodo deus uere pa 16
ter erit: ſi unigenitus creatura eſt / & non filius? Verbo namq; ſolummodo non
re ipſa pater: & ſimiliter unigenitus uocabulo tantũmodo filius / non uere filius
erit, Si autẽ deus uere pater eſt: habebit ſimiliter eum cuius eſt filius / a ſe ipſo na

17 turaliter natum. ¶ Preterea quomodo pater ſecundum naturā ſanctus:ſancti=
tate nudū filium generabit/& genimen edet a naturalibus ſuis bonis alienum?
18 ¶ Nam ſi forinſecus ſanctificationē acquirit:ut illi nugantur uel nolentes/fate=
ri neceſſe eſt non ſemper ſanctū fuiſſe:ſed tunc ſanctificatum/quando ſpiritus
19 (ut Ioannes)ad ipſum deſcēdit. ¶ Quomodo igitur etiā ante incarnationem:
Seraphim ordine a primo/ſanctus tertio dicentes:ut ſanctū eum glorificabant?
20 ¶ Si ergo ſanctus & ante incarnationem erat/imo uero ſi ſemper eſt ſanctus ſi= Eſaias,
cut & pater:quomodo in nouiſſimis ſeculis homo factus ſanctificante indiguit? 6
Sed non poſſum non mirari:cur illud cum ſtudioſiſſimi eſſe uideātur eos latuit.
21 ¶ Nam neceſſe eſt ſi non ineſt ſubſtātialiter filio ſanctificatio / ſed extrinſecus
ei aduenit ut rationali cuidam creature:quod poſſit etiam aliquando a ſeipſo eā
excutere.qui aūt ſanctificationē a ſeipſo excuſſit/eiecitq;is ꝓfecto peccati uin=
culo preſſus ad peiora iam ruit/ non conſeruans neq; retinens in ſe illud / quod
22 ſuperiorē peccato eum faciebat, ¶ Non erit ergo immutabilis filius, Pſalmiſta
23 quoq;mentietur clamans ad ipſum.tu autem idem ipſe es. ¶ Ad hec illud etiā Pſalmus,
ſuperioribus ſimile nō pretermittam.quod participatur:aliud eſſe a participāte 101
ſecundū naturā/omnes ratione inducti fatebuntur.Aliter enim idem erit par=
ticipans & participatū:qđ intellectu impoſſibile eſt.quomodo enim aliqd ſeipſo
participabit? ſi igitur participans & participatū/diuerſa natura ſunt: cōſiderēt
qui participatione ſpiritū filio nieſſe contendunt/in q̄ magnā impietatem lapſi
24 non ſentiunt. ¶ Nam ſi ipſius ſpiritus/particeps filius eſt:eſt autem ſpiritus na=
tura ſanctus/non erit ſanctus natura filius:ſed ex alterius participatione ad me
liora ex peioribus per gratiā reformatus,Qua ex re multa ſequentur abſurda.
25 ¶ Primū enim(ut diximus)mutationis erit ſuſceptiuus:imo uero iam mutatus
(profecit enim in melius:ut uos dicitis)non modo minor patre non eſt/ſed quo=
dāmodo etiam maior eſt factus, Scribit enim Paulus de ipſo.Hoc ſentite in uo= Ad phili.
bis:quod & in Chriſto Ihesu.qui cum in forma dei eſſet: non rapinam arbitrat? 2
eſt/ſe eſſe equalem deo.ſed ſemetipſum exinaniuit/formā ſerui accipiens:in ſi=
militudinē hominū factus & habitu inuentus ut homo/humiliauit ſeipſum fact?
obediens.quoniā ergo ante incarnationem in forma & in equalitate patris erat
conſtitutus:incarnatus autem ſuſcepto de celo ſpiritu ſanctificatus ſecundum
uos eſt/melior iā atq; maior ſeipſo uidēbitur,Quare patre quoq; cui prius erat
26 equalis:maior effectus eſt, ¶ Quod ſi ita eſt/& ſuſcepto ſpiritu patrē exceſſit:
ſpiritus etiam per quē filius hoc cōſecutus eſt/ maior patre atq; melior erit.Hec
auditu etiā horribilia:periculiq; plena ipſe iudico. Sed nō poſſumus aliter detri=
27 mentum:quod per impietatē illorū eccleſia patitur/depellere. ¶ Quare proſe=
quendū nobis eſſe cenſeo.ſi homo factus unigenitus dei filius tunc demū a ſpi=
ritu ſanctificatur/quaſi ante incarnationē ſanctus non eſſet:erat autē in equali
tate & forma patris ſecūdum illos/ſequitur deū patrem natura ſanctū nō eſſe/
ſi quidem conformis equaliſq; ſibi filius:ſanctus nō erat. Quod ſi fortaſſe quis
dicat.quō non ſanctificatur a ſpiritu & quomodo non participat / cum inquiat
propheta:unxit te deus deus tuus oleo leticie pre participibus tuis? Meminerit
ſecundū formā ſerui qua patre minor eſt:& a patre / & a ſpiritu ſctō & a ſeipſo
q uerbū & filiꝰ eſt eſſe ſanctificatū / ſicut ipſe dicat pro eis ego ſāctifico meipſū.

Ioannes. 17 ſimili modo & fatebuntur participantem. ſed de hoc ipſo non eſt queſtio: ſed dei uerbo & filio ſimpliciter. ¶ Deinde ſi uerbum dei ſuſcepto ſpiritu natura ſanctificatur: dicant queſo utrum maius aut minus ſeipſo factum eſt / an in eodem ſtatu omnino permanſit. Nam ſi nihil a ſpiritu ſibi ablatum eſt / ſed permanſit idē quod fuit: nō turberis / cum in ipſum / deſcendiſſe ſpiritum audias. Sin uero minus factum eſt: tunc & uerbum dei paſſibile ac mutabile dicere neceſſe erit / & ſubſtantia ſpiritus tanq̄ iniqua / neceſſario accuſabitur: que ſuſcepta nō paruam filio iniuriam intulit. ſi autem melius ſuſcepto ſpiritu factum eſt: erat autē in equalitate ac forma patris / anteq̄ in altiora (ut uos dicitis) aſcenderit: non erit ſuprema gloria patris / qui eam menſuram ſui conſeruet in qua prius filius etiā

Hieremi. 5 erat. Oportune igitur ſuper iſtos clamare poſſumus, ecce populus excors ac fatuus: oculi ſunt ipſis & non uident, excecauit enim profecto huius ſeculi deus /

2.ad cori. 4 infidelium mentes: ne illuminatio euangelii glorie Chriſti eis illuceat. Quibus ego / quoniam non ſentiant que dicunt: condolendum potius q̄ irascendum eſſe iudico. Recte autem me iudicare q̄uis a ſuperioribus iam appareat: tamen ex eo

Ad phili. 2 potiſſimum erit cōſpicuum / qđ a Paulo ſcriptum paulo ante propoſuimus / hoc ſentite in uobis: qđ & in Chriſto Ihesu. qui cum in forma dei eſſet / non rapinam arbitratus eſt ſe eſſe equalē deo / ſed ſemetipſum exinanuit formam ſerui accipiens in ſimilitudinē hominū factus & habitu inuentus ut homo / humiliauit ſeipſum. Vide q̄ uehemēter gloriā filii admiraſ: ſicut equalis natura non rapina deo patri atq; conformis. Is cauſa hominū forma ſerui aſſumpta humiliatus: exinaniuit ſepſum inquit propter carnē. ¶ Si ergo aſſumpto ſpiritu poſtea q̄ homo 29
factus eſt / melior efficitur ſanctificatus: quomodo ſeipſum exinaniuit humiliauitq; / qui maior ſeipſo factus eſt? Que porro eſt exinanitio iſta: qua plenus ſpiritu factus eſt? Quomodo propter nos humiliatus dicitur: qui tam multum factus homo ſibi profecit? Quomodo pauper propter nos: qui homine aſſumpto locupletatus eſt? Aut quomodo ante incarnationē conſecutus eſt bonū? Ob-

Hieremi. 2 ſtupuit celum ut ſcribitur: obſtupuit & horruit ualde / dicit dominus. duo enim magna & praua: hereticorum populus commiſit. Nam nec que dicat intelligit: nec de quibus dicat perpendit / & de maximis rebus tanq̄ de ludicris dicere / parui exiſtimat. Nam ſi magnum inde imminere periculum putarēt: largo lachry-

Pſalmus 140 marum effuſo flumine magna nobiſcum uoce clamarent. Pone domine cuſtodiam ori meo: & hoſtium circunſtantie labiis meis / non declines cor meū in uerba malitie. Praui enim atq; iniqui ſermones ſunt: qui ab eis inconſideratius prolati / ſummo audientes detrimēto afficiūt. Sed nos eorum nugas a cordibus no-

2.ad cori. 10 ſtris exterminātes: rectam fidei rationem ſequemur / illius ſcripture loci memores. conſilia deſtruentes & omnem altitudinem extollentem ſe aduerſus ſcientiam dei: & in captiuitatem redigentes omnem intellectum ad obſequium Chriſti Age igitur omnem intellectum propoſiti theorematis in captiuitatē glorie unigeniti redigentes: ſic eum ſubiiciamus in omnia prudenter ipſi / ut homini attri-

2.ad cori 8 buamus / q̄ cum ſit diues: pauper propter nos factꝰ eſt / ut ſua nos paupertate ditaret. quod patiētioribus poſtulatis auribus exponere latius non grauabimur.

Geneſis, 1 Ad imaginem & ſimilitudinem ueri dei factus homo a Moſe dicitur: qui primos nobis ſcripture libros ſpiritu cōpoſuit. Ab eodē etiam didicimus ſpiritu ad diui-

nam imaginem ſigillatum hominem fuiſſe: & ſufflauit in faciem inquit eius ſpi raculum uite, Simul enim & uitam creature ſpiritus immiſit: & caracterē ſuū ut deum decet impreſſit, et ſic rationale ab artifice deo animal conſtitutū: mā datum ad ſalutem accepit / & fuit in paradiſo quouſq; gratiā creatoris ſpiritu ſancto inhabitante ſeruauit. Sed poſtea q̄ diabolica fraude ſeductus dei prece pta contempſit / & ſpreto mandato gratiam perdidit: terram ſe eſſe & in terrā reuerſurum audiuit. Et ſimilitudo dei ad quam creatus erat / nō ita expreſſum caracterem ſuum propter peccatum ſeruauit: ſed obtenebratum quodammō et imbecillum retinuit, multiplicato deinde humano genere / peccatum quoq; adeo creauit / & ſic miſeros animos opprimebat: ut gratia dei homines denu dati / cum ſpiritus penitus ab eis deuolauerit / quaſi rationis omnino expertes ipſum etiam creatorem ignorarent, Miſericordia igitur motus creator ad pri ſcam imaginem per ſpiritum reuocare naturam humanam uoluit. Nec enim poterat aliter diuinam impreſſionem quam per ſpiritum: homo recuperare, Quomodo autem id factum eſt / & quomodo firmam in nobis gratiam ſuam inſeruit: aut quomodo radices in nobis ſpiritus egit / natura noſtra reformata / modo dicendum eſt. Nam quoniam primus. Adam libertate ſua nō bonum ut debuit / ſed malum ut diximus elegit: atq; ideo morti addictus ſpiritum ſanctū amiſerat / qui malignos ut ſcribitur fugit: nec habitat in corpore peccatis ſubie cto / de celo nobis ſecundum Adam miſericordia dei miſit. Miſit enim immuta bilem natura filium ſuū et procul ab omni peccato remotum / ad carnē noſtrā aſſumendam. ut quemadmodum preuaricatione primi Ade / maledictioni ſub iecti fuimus: ſic obedientia uirtuteq; ſecundi & maledictionem fugiamus / & que ab ea ſecuta ſunt detrimenta non timeamus. Homo igitur uere dei filius factus ut unus hominum ſpiritum a patre conſequitur / nō quia ipſe indigeret / qui lar gitor ipſius ſpiritus eſt, uerum ut tanq̄ homo acceptum ſpiritum nobis conſer uet: utq; radices in nobis gratia quam amiſimus faciat per eum / qui peccatū pe nitus ignorauit. Hac de cauſa (ut arbitror) uidiſſe ait ſpiritum baptiſta deſ cendiſſe de celo: & manſiſſe in ipſo. Spiritus enim qui a nobis propter peccatum deuolauit: cum nullum peccatum in eo inuenerit / manſit in ipſo. Nobis igitur in ſeipſo ſpiritum accepit: & priſca nobis renouat bona. hoc pacto pauper etiā fa ctus eſſe propter nos dicitur. Nam cū ſit deus / nullius indigens rei: homo factus eſt omnium egenus. de quo recte ſcribitur. Quid autem habes quod non acce piſti? Quemadmodū igitur q̄uis ſecundum naturam uita ſit: mortuus tamē ut homo propter nos eſt / ut deuicta morte totam ſecum noſtram ſuſcitaret natu ram. omnes enim ſumus in eo in q̄tum homo eſt. ſic & ſpiritum propter nos reci pit: ut totam naturam ſanctificet. non enī propter ſeipſum homo factus eſt: ſed ut celeſtium bonorum uia nobis & ianua fiat. Niſi enim tanq̄ homo ſpiritum ac cipere uiſus eſſet / niſi etiā ut homo paſſus eſſet: quomodo quiſpiā humiliatum eſſe poſſet oſtēderet aut quomodo natura ſerui recte recuperari poſſet: niſi etiā aliqua de ipſo quaſi de ſeruo uere ſcriberētur? Nemo ergo ſapiētiſſimā diſpēſa tionis rationem irrideat: quam diuinus ille Paulus admiratus clamabat. ut inno teſcat principibus & poteſtatibus in celeſtibus per eccleſiam multiformis ſapiē tia dei ſecundum prefinitionē ſeculorum: quā fecit in Chriſto Iheſu domino no-

Geneſis. 2

Geneſis. 3

Sapientia 1

2. ad corī 8

1. ad corī. 4

Ad ephe. 3

ſtro. Sapientia enim certe deo cõgruens: incarnationis ſublime myſterium eſt. hoc modo (ut arbitror) deſcendiſſe in chriſtum ſpiritus pie credẽdus eſt. Nunq̃ enim ad tantam temeritatem deſcendemus: ut participatiõe in filio ſpiritũ eſſe credamus/quem confitemur ſubſtantialiter (quemadmodũ certe ipſe etiam patri) filio in eſſe. Sic enim legimus apud ſcripturas filii eſſe ſpiritum: quẽadmodũ
Actus. 16 etiam patris. cum ueniſſent inquit in Muſiam: tentabant ire in Bithyniã / et non dimiſit eos ſpiritus Ieſu. Si uero quiſpiã participatione / in filio ſpiritum eſſe ad huc contendere audet: aut tunc primum in ipſo adueniſſe / quãdo a Iohãne fuit baptiſatus: conſideret queſo rurſus q̃ multa eum ſequantur impia. Primum eni
Mathe⁹. 11 uidemus Ioannem: quo maior inter natos mulierũ non ſurrexit / qui ad uirtutis ipſum peruenit apice / Chriſto quaſi deo accedere. Non eni inquit ſum dign⁹: ut
Ioannes. 1 corrigiam calciamenti ſui ſoluã. Quomodo igitur impiũ non eſt: cum Iohãnes ab utero matris ſpiritu ſancto repletus fuerit (ſic eni de ipſo ſcriptum eſt) Ioan-
Lucas. 1 nis atq; omnium dominũ credere tunc primũ ſpiritũ accepiſſe / quando baptiſabatur? At certe ad ſanctã uirginem Gabriel dixit. ſpiritus ſanctus ſupueniet in
Lucas. 1 te / & uirtus altiſſimi obumbrabit tibi, Ideoq; quod ex te naſcetur ſanctũ: uocabitur filius dei. Attende queſo q̃ altum hic ſermo cõtinet ſenſum. Nam cum de Ioanne ſcribatur: quia ſpiritu ſancto replebitur (dono eni & deforis: nõ ſubſtantialiter inſitum habuit Ioannes ſpiritum) de ſaluatore probe admodũ / non replebitur ſcriptũ eſt: ſed quia quod naſcetur ex te ſanctum. nec fore addidit quoniam ſemper ut natura deus / ſanctus eſt / ſed uocabitur. uerum quoniã undiq;
Lucas. 1 conferentia colligenda ſunt: age propoſita quoq; angeli uerba conſiderem⁹. Spiritus inquit ſanctus ſuperueniet in te: et uirtus altiſſimi obumbrabit tibi / ideoq; quod naſcetur ex te ſanctũ: uocabitur filius dei. Dicant queſo eccleſie aduerſarii: utrũ uerbũ dei ante incarnationẽ filius dei erat / aut falſo uocabulo quaſi adulterin⁹ adorabatur. Nam ſi filiũ fuiſſe negabũt: patrem quoq; fuiſſe negabunt Cuius eni erat pater: ſi filius non erat? patrem autẽ atq; filium fuiſſe: omnis ſcriptura clamitat. Sin uero etiã ante incarnationẽ filiũ fuiſſe fatẽtur: quomodo angelus quod a uirgine naſciturũ erat / filium dei uocatũ iri annunciat / cum id ab eterno naturaliter eſſet? Quemadmodũ igitur q̃uis eternaliter cũ patre fili⁹ ſit
Baruch. 3 tamen quaſi principio tẽporis ab incarnatione capto / filius dei uocatur / quoniã tunc in mundo ut homo cum hominibus conuerſatus eſt. Sic q̃uis ſubſtãtialiter propriũ in ſeipſo ſpiritum habeat: accipere tamen ut homo ſcribitur / idoneã homini dignitatem conferuãs & nature noſtre proprietates propter nos ſibi attribuens. Quomodo autẽ abſq; proprio ſpiritu uerbũ intelligi poteſt? an nõ eſſet abſurdum / ſi quis eum ab homine ſpiritum qui eſt in ipſo ſepararet: rationẽ tamen nature & integrũ animũ cõſeruari putaret? ita prorſus arbitror. Quomodo igitur a filio ſpiritum ſeparabimus qui ſic innatus ei eſt / ita ſubſtãtialiter conIunctus / et per eũ prodiens / in ipſo ita naturaliter eſt: ut ptopter idẽtitatem na-
Ioannes, 14 ture aliud eſſe preter ipſum intelligi nequeat. Si diligitis me (ſaluator ad diſcipulos ait) mandata mea ſeruate: et ego rogabo patrem et aliũ paraclitum dabit uobis / ſpiritum ueritatis quem mundus non poteſt capere, Ecce apertiſſime ſpiri-
Ioannes 14 tum ueritatis / ſpiritũ ſanctũ appellauit. Non eſt autem alia ueritas preter filium Ego ſum inquit ueritas. quam quidem ad ueritatem: uide quantã identitatẽ ha-

beat ſpiritus. Scribit enī in epiſtolis hic ipſe Iohannes de ſaluatore, hic eſt qui ue= 1.Ioānes.
nit per aquā & ſanguinē et ſpiritū Iheſus chriſtus: non in aqua ſolū / ſed in aqua 5
et ſanguine. et ſpiritus eſt qui teſtatur: quia Chriſtus ueritas eſt. Ptopterea cum
in interiore homine ſpiritus habitauerit: ipſe Chriſtus habitare dicitur. Et certe
ita res ſe naturalite habet: quod apertiſſime Paulus docuit. uos inqt non eſtis Ad roma
in carne ſed ſpiritu ſi quidē ſpiritus dei habitat in uobis. Si quis autē ſpiritū Chri 8
ſti non habet: hic non eſt eius. Si uero Chriſtus in uobis: corpus quidē mortuum
propter peccatum / ſpiritus autē uita propter iuſtitiā. Si uero Chriſtus in uobis /
ſtatim ſubiecit: ut identitatem filii ad ſpiritum / qui proprius eius eſt / cuiq; ex eo Ad roma
ſecundū naturam profunditur / oſtēderet. idcirco et ſpiritus adoptiōis dicitur: 8
in quo clamamus abba pater. Et ut in epiſtolis Ioannes ſcribit. Ex hoc cognoſci= 1.Ioānis.
mus quia in nobis eſt: quia de ſpiritu ſuo dedit nobis. Sufficere iſta puto: ad repel 4
lenda hereticorū iacula. Si quis autem a filio dediſce. re impietatē nō uult: ſed tūc
primum acceptum a filio ſpiritum ſanctum contendit quando incarnatus fuit /
oſtendat nobis a ſcripturis / non fuiſſe prius factū dei filium / et tacebimus. Mira
ri autem oportet: quod tam diligenter ubiq; diuine nature congrua cōſequēter
euangeliſta conſeruet. Nam cum in ſuperioribus deū non inuiſum aſſeruerit:
et nunc ſpiritū a baptiſta uiſum confirmet: non fuit oblitus confeſtim adiucere /
nō natura ſua ſed in mitiſſimi animalis ſpecie uiſū fuiſſe. Ita etiā ex hoc rurſus na Matheus
turaliter filio coniungi uidetur. Diſcite nanq; ait a me: quia mitis ſum & humilis 11
corde, non ergo decidit a natura dei / ſpiritus: qui ut immutabilis. nunq̄ uiſus eſt
preterq̄ ſigno & figura columbe propter diſcentis utilitatē. loco enim ſigni hoc
ſibi datum / ultro baptiſta fatetur: cum teſtificās dixerit. Qui me miſit in aqua Ioannes.
baptiſare: ille michi dixit. Super quem uideris ſpiritū deſcendentē: hic eſt qui ba 1
ptiſat in ſpiritu ſancto. unde et temeraria / hereticorum opinio explodenda eſt:
qui quod loco ſigni factū eſt / ad ueritatē rerū traducūt. q̄uis etiā per diſpēſatio=
nem: ad utilitatem generis noſtri ſic factum ſit / ut ſuperius diximus. Cap̄. IIII.

EGo uidi & teſtimoniū perhibui, qa eſt filius dei. ¶ Verū eſt teſtimo
nium grauiſſimi teſtis: qui non ignorans ſcriptum eſſe / que oculi Prouer.
cui uiderunt: illa dicito / quod uidit id loquitur. Vidi enim inquit da 25
tum michi ſignum: et intellexi ipſum eſſe qui ſignificabatur. teſti=
moniumq; perhibeo quia hic eſt filius dei: qui legis Moſaice figuris
deſcribitur / qui prophetarum ſcriptis predicatur. filius autem dei tutiſſime ad=
iectione articuli dicitur: ut ille ſolus ſecundū naturā / omniū genitoris bonorum
heres oſtenderetur. Ad quem etiā nos per adoptionem cōfirmamur: ad huiuſ=
modi dignitatem per gratiā eius inuitati. Q uēadmodum enim omnis in celo & Ad ephe.
in terra paternitas ex patre eſt / qm̄ ipſe proprie primum & uere ſolus pater eſt: 3
ſic omnis quoq; filiatio ex filio eſt / quoniā ipſe proprie primū ac uere ſolus filius
eſt / non adulterinus neq; falſo ita uocatus. ſed ex ipſa ſubſtantia dei patris: non
per deciſionem aut fluxum aut partitionem / cum natura deitatis nullā penitus
paſſionē nullā immutationē recipiat. Sed ut ex uno unus: qui ſemp ſimul eſt cū
genitore / coeternus ſibi & inſitus. In ipſo enim eſt: & ex ipſo prodit indiuiſibili=
ter & inſeparabiliter. Non enim corpus: deitatis natura eſt nec loco circunſcri=
bitur / nec per locorum ſpacia trāſgreditur, Sed quemadmodum inſita ingni

caliditas ita ex eo prodit & in eo eſt:ut q̃uis aliud eſſe uideatur/non tamen ſepa retur ab eo/ſed tota in toto igne ſeruetur.ſic de filio dei ad ſublimiora ſimilitu= dine coaptata intelligentes:ſubſiſtere quidem in propria hypoſtaſi eum crede= mus/ſed nec extra unam ineffabilemq; deitatem collocabimus/nec alterius q̃ pater ſit ſubſtantie confitebimur.Aliter enim non erit iure uereq; filius & recẽs nobis deus comperietur/ſi aliud quid preter unum & ſolum deum/eſſe ipſum putabimus.Nam ſi patri deo conſubſtantialis nõ eſt:quomodo a uera dei appel latione non decidet? Sed cum habeamus baptiſtam teſtem grauiſſimum:qui te= ſtimoniũ perhibet quia hic eſt filius dei/non ambigemus deum uerũ & ex ſub= ſtantia patris filium predicare. Nihil enim aliud preter hoc: uere filiationis no= men ſignificare poteſt. Cap.V.

» » Alteradie iterũ ſtabat Ioãnes:& ex diſcipulis eius duo, Et reſpiciẽs Iheſum ambulantem dicit,Ecce agnus dei:qui tollit peccata mũdi. ¶ Oſtẽdit iam pridem eum:& filium dei uere ac proprie adiectiõe articuli appellauit,Nunc quoq; iterum diſcipulis ſuis ipſum mon= ſtrat:& agnũ dei nominãs/eũ eſſe affirmat qui tollit peccata mun= di/ad memoriã eos illius prophetici reuocans,Ego ego inquã ſum:q̃ deleo iniqui= Eſaias. tates tuas:ita eadem ſepius de ſaluatore predicans:optimi doctoris officio fun= 43 gitur.Opus enim certe docentis eſt:quod adhuc non recte intellexerunt audito Ad phili. res/diligenter repetere.Propterea beatus quoq; Paulus ſcribit.eadem uobis di= 3 cere/tum mihi moleſtum non eſt/tum uobis tutum. Cap.VI,

» » Audierunt eum duo diſcipuli loquentẽ:& ſecuti ſunt eum. ¶ Vi= des q̃ cito a doctrina baptiſte fructus ſecutus eſt:uides q̃ magnum auditoribus emolumentũ/iteratio ſermõis attulit.Diſcat igitur ex iſtis/cui docendi opus creditum eſt:non laudari ſilentium in paſto re/nec talentũ domini ſicut infecunde terre/taciturnitati cõmen= Matheus dandum/ſed nũmulariis eſſe diſpartiendũ.ut inde cũ fenore ſaluator illud exi= 25 gat: quaſi fertile ſemen in terra fecunda uiuificans.horum omnium confirma= tionẽ:baptiſte didiciſti exẽplo quem nõ piguit iterũ atq; iterũ oſtẽdere dñm.qui hac iteratiõe doctrine tantũ diſcipulis ſuis cõtulit: ut quibuſdã iam perſuaſerit. ſecuti enim duo diſcipuli eius ilico dominum ſunt. Cap.VII.

» » » Conuerſus autem Iheſus:& uidens eos ſequentes ſe/dicit eis.Quid queritis? ¶ Conuerſus oportune ad ſequẽtes eum dominus: ut re Pſalmus, ipſa uerũ eſſe diſcas/quod canimus.queſiui dominũ & exauduit 33 me Donec enim nec fide recta nec probis moribus dominum que= rimus:poſt eum quodã modo eſſe comperimur,cũ uero diuina ei? mandata ſcientes:precipuam iuſticie uiam ſcrutamur/ſtatim conuerſus uiſitat Zachari. clamans.Conuertimini ad me & conuertar ad uos.interrogauit autẽ quid que= 1 rerent:non quia ignoraret/qui uniuerſa nouit ut deus/ſed ut colloquendi prin= cipium:interrogatio fieret. Cap.VIII,

» » Vi dixerunt ei: Rabi(quod dicitur interpretatum magiſter)ubi habi= tas? ¶ Docte ad interrogata reſpõdentes:primo magiſtrũ eum appel= lauerunt/a quo diſcere cupiebãt.deinde ubi habitet rogãt:quaſi opor= tunius domi reliqua dicturi/non enim ubiq; res grãdes oportere dicere arbitra=

bantur.qđ factū ſuū quaſi perutili nobis in exēplo ſemp propoſitū ſit, Cap.IX.

» Dicit eis:uenite & uidete. ¶Non docuit ubi habitaret:q̄uis hoc ipm ab eo
» peteretur/ſed illico illo ire ipſos hortatur.Primum ut doceret nullā eſſe
» in querendis bonis moram laudandam:cum utilitatis retardatio/detri
» mentū afferat ſemp.Deinde ut oſtēderet nō ſufficere: ſi quis ubi Chriſti dom⁹
» id eſt eccleſia fundata ſit/didicerit:ſed ſi per fidē in eam uenerit:& que myſtice
» in ipſa peraguntur/feruenti animo uiderit. Cap.X.

» Venerunt & uiderūt ubi maneret: & manſerunt apud eum die illo.
» hora autem erat quaſi decima. ¶Diuinorum diſcipuli myſterio=
» rum cognitionem:congrue nimium docebantur. Non enim cōue=
» nit ut cito ſatiati/a diuina doctrina recedamus:ſed per totum uite
» tempus integrum habere feruorem oportet. Id enim deſignari ar
» bitror/quando dicitur:quia māſerunt apud eum die illo. Horā autē dicit quaſi
» decimā fuiſſe:ut nos moneret/nō incipientibus ſeculis ſed poſt magnū iam eorū Hieremi,
» progreſſum/ſaluatoris noſtri myſteriū factū fuiſſe,in nouiſſimis enim diebus 31
» (ut ſcriptum eſt) doctes dei omnes effecti ſumus. Et ad hec decima hora diuer= Ioannes.
» tiſſe & manſiſſe apud eum illos ait: ut diſcant qui Chriſto per fidem adherent/ 6
» nec peccato nec incredulitate ab eo alienari oportere. Cap.XI.

» Erat autem Andreas frater Simonis Petri unus ex duobus:q audie
» runt a Ioanne & ſequuti ſunt eum. inuenit hic primū fratrem ſuū
» Simonē & dicit.inuenimus Meſſiam/quod eſt interpretatū Chri=
» ſtus:& adduxit eum ad Iheſum. ¶Cū accepiſſent diſcipuli Ioānis
» talentum.ſtatim multiplicatū illud dño reddunt. huiuſmodi certe
» attentus/docilisq; animus eſt:ut nō longa egeat oratiōe/nec poſt multos annos
» aut mēſes fructū doctrine pareat.ſed ſimul cū audiuerit: & ſibi profuit/& aliis
» utilis eſſe conaſ',ſapiēti em da cauſam inquit:& erit ſapiētior/doce iuſtū & ꝓfi= Prouer,
» ciet,Fratrē igitur Petrum Andreas:breuiter atq; in ſumma tāta re ſignificata/ 9
» ſeruauit.inuenimus enim inquit Meſſiā: ut reconditum in agro theſaurum/uel Matheus
» maximi gemmā precii iuxta ipſius euangelii parabolas Cap.XII. 13

» Intuitus autem eum Iheſus dixit:tu es Simon filius Iona/tu uocabe
» ris Cephas/quod īterpretatur Petrus. ¶Reſpicit ut deum decet: Pſalmus.
» qui corda & renes ſcrutatur. uidetq; qui nihil ignorat: ad quātā & 7
» idem & uirtutē diſcipulus peruenturus ſit.& antea q̄ aliquid de eo
» queſiuiſſet:tam ipſum q̄ patrē eius nomine appellat.& hac re diſci= Ecccūs.
» pulum inſtruit/eum ſe eſſe:qui cuncta etiā anteq̄ fiāt nouit.nec Simon fore iam 23
» nomen ſibi/ſed Petrus predicit:uocabulo ipſo cōmode ſignificās/qđ in eo tanq̄ Matheus
» in petra lapideq; firmiſſimo/ſuā eſſet edificaturus eccleſiam, Cap.XIII. 16

» In craſtinū autē uoluit exire in Galileā & inuenit Philippū & dicit
» ei ſequere me, erat autē Philippus a Bethſaida ciuitate Andree ac
» Petri. ¶Probi (ut ſuperiores) Philippus etiam fuerat animi:& ual=
» de ad ſequendū Chriſtū propenſus.cuius futurā fidem atq; uirtu
» tem non ignorās unico uerbo illū uocauit. quo quidē uerbo quāta
» in eo fuit gratia ſignificatur.uita enim profecto illius probaſ';qui ad ſequendū
» Chriſtū iubetur,non enim elegiſſet eum:niſi probus fuiſſet, Cap.XIIII.

» INuenit Philipp⁹ Nathanael: & dicit ei, quem scripsit Moses in lege
» & prophete: inuenimus Ihesum filium ioseph a Nazareth, ¶ Velo-
citer nimium / ut superiorum affinis Philippus: etiam fructum red
didit. Nathael enim non casu repperit: sed multo quesitum studio
inuenit. Studiosissimum enim scripturarũ uirũ / diligẽtissimumq;
cognouerat: atq; ideo illum tanq̃ legis & omnis prophetie peritum alloquitur /
dicens inuenisse iam se Christum / qui ab omni scriptura uenturus predicatur.
Erat autem opinio de saluatore nostro apud Iudeos quod Nazaren⁹ esset: q̃uis
Micheas. scriptura ipsum Bethleemitam appellet dicens: & tu Bethleem domus Euphra-
5 ta: nequaq̃ minima es in pricipibus Iuda. ex te enim exibit dux / qui reget popu-
lum meum Israel: & egressus eius de diebus eternitatis. In Nazareth enim enu-
Lucas. tritum fuisse scriptura testatur: & uenerunt inquit euãgelista in Nazareth ubi
4 nutritus fuit. uulgarẽ igitur opinionẽ Philippus est secutus. ĩuenimus inquit eũ
qui scripturis prenunciatus expectabatur: filium ioseph a Nazareth, Cap, XV,

» DIcit ei Nathanael: a Nazareth potest aliquid boni esse? ¶ Non po-
est facile sentire Nathanael / magnum quid atq; precipuum esse:
quod a nazareth ortum habeat. Id legis & totius prophetie peri-
to fidem non faciebat: cũ (ut diximus) non a Nazareth sed a Beth-
leem uenturum / prophete Christum predixerunt. Si uideris so-
lummodo dicit / si sermonem cum eo conferas: facillime michi assenties ipsum
proculdubio esse / qui expectatur. Credere autẽ nos oportet / ineffabilem quan-
dam gratiam in sermone ac uerbis Christi fuisse: quibus auditorum animi ma-
gna iocunditate allicerentur Scribitur enim quia omnes admirabantur de uer-
Lucas, bis gratie: que exibant de ore eius, Nam quemadmodum ad facienda signa
4 diuina / uerbis suis inerat uirtus: sic etiam ad persuadendum magnas uires
habebat. Cap. XVI.

» VIdit Ihesus Nathanael uenientem ad se & ait. ecce uere Israelita: in
» quo dolus non est. ¶ Anteq̃ signorum miraculo ad fidem homi-
nes traheret: alio quodam modo nec minus mirabili natura se deũ
esse ostendit / qui humana forma propter salutem hominum uene
rit, Quis uero ille modus fuit? occultarum rerum cognitio: que so
2, parali, li deo attribuitur. Non ergo adulatiunculis Nathanaeli blanditur. sed ea quorũ
6 ille conscius erat exponens / corda se hominum (quod solius dei est) cognoscere
confirmat. Cap, XVII.

DIcit ei Nathanael: unde me nosti? ¶ Miratur Nathanael: & ad fidẽ
motus discere querit / unde ipsum Christus nouerat. Studiosus
enim piusq; animus. exactam exquisitamq; rerum doctrinam de-
siderat, Suspicatus autem forsan fuerat: a Philippo ista domino
prenarrata fuisse. Cap. XVIII.

» REspondit Ihesus & dixit ei. Priusq̃ te Philippus uocaret: cum esses
» sub ficu / noui te. ¶ Omnẽ eius suspicionem saluator excussit: cum
anteq̃ de se cũ illo Philippus colloqueretur / sub ficu ipsum uidisse
asserat / q̃uis corpore longe abesset. utiliter autem ualde per ficum
certius ipse locus describitur: ut qui cõscius sibi fuerat / grauis apud

ſeipſum ieſus ueritatis/ad firmiorem iam fidem inuitetur, Cap.XIX.

» RESpondit ei Nathanael & ait Rabi/ tu es filius dei/ tu es rex Iſrael. ¶Nouerat probe Nathanael/ſoli deo corda hominum patere: ac illud Pſalmiſte infixũ animo tenebat/ſcrutans corda & renes deꝰ. Nulli namq; alii:ſed diuine ſolummodo nature hoc propheta attribuit. Id cum ineſſe domino perſpexiſſet: & magiſtrum/& filium dei/& regem Iſrael profitetur. Pſalmus, 7 Cap.xx.

» RESpondit Iheſus & dixit ei,quia dixi tibi/uidi te ſub ficu:credis/maius
» his uidebis. ¶Feruẽtior ad fidem futurus es inquit:cũ maiora his uide
» ris, Nam ſi uno ſigno inductus ad fidem es:quomodo nõ eris melior/ quando mirabiliora conſpicies? Cap.XXI.

» AT dixit eis.amen amen dico uobis/uidebitis celũ apertũ: & angelos dei
» aſcẽdentes & deſcendẽtes ſupra filium hominis. ¶Aſpice Nathanaelis fidei poſito: ad oẽs cõmuniter uertit ſermonẽ. angelos autẽ ſurſum atq; deorſum ad filiũ hominis uẽturos annũciat:mãdatis uidelicet ſuis ad ſalutẽ credentiũ miniſtrãtes/quãdo maxime filius dei eſſe(nã merito)credeꝰ. Nõ enĩ alterutris:ſed deo uirtutes celorum ſeruiunt. Nam etſi alii aliis ordine quodam ſubiiciuntur:non eſt tamen huiuſmodi ſubiectio/ ſeruitus. De filio autem dei Matheus ſcribitur:quia uenerunt angeli & adminiſtrabant ei. 4 Cap.XXII.

» AT die tertia nuptie facte ſunt in Chana Galilee:& erat mater iheſu 10 2
» ibi.uocatus eſt autem ieſus & diſcipuli eius ad nuptias/ & deficiente uino dixit mater iheſu ad eum: uinum non habent.¶Oportune iam ad ſignorum initium accedit. Nã honeſte celebratis nuptiis tam mater q̃ ipſe cum diſcipulis inuitatus adeſt:miraculi potius qđ acturus erat q̃ cõuiuii gratia profectus/& ad hec ut natiuitatis noſtre principiũ quantum ad carnem attinet ſanctificaret. Oportebat certe quoniam totam naturam hominis ad melius reſtaurabat:non ſolum natis iam hominibus benedicere/uerum etiam naſcituris gratiam preparare/ & aditum illorum ad hanc uitam authoritate miraculi & preſentia ſua ſanctum efficere.Preterea in dolo- Geneſis, ribus parere filios:ad mulierẽ propter peccatũ dictũ fuit.Quõ igitur aliter hec 3 depellenda maledictio erat/ne condẽnata nuptiarum ſanctimonia uideretur:q̃ ſaluatoris preſentia? qui cũ ſit uerũ gaudiũ: priſcũ nuptiarũ merorẽ preſentia ſui depulit.Noua enim omnis creatura in chriſto eſt:preterierecq; uetera ut Pau 2,ad cori lus ait / & omnia facta ſunt noua. diſcipuli quoq; affuerunt; ut miraculo fidem 5 ſuam confirmarent.uino autem deficiente:mater eius que uniuerſa illi poſſibilia eſſe non ignorabat / hortatur ut ſolita ſua bonitate atq; miſericordia uteretur Vinum enim ait non habent. Cap.XXIII,

» DIxit ei Iheſus, quid michi & tibi mulier? nondum uenit hora mea.
¶Non a ſe neq; nõ rogatus: ad actionem miraculorum dominus ſolet peruenire, neceſſitati enim atq; uſui hominum gratiam ſuã prebere ſolet.quis gratiora etiam ſunt que petuntur/ ſi aliquantum differuntur. Ad hec quantus honor parentibus debeatur/ facile oſtendit:cum ſtatim ad actum propter matrem accedat/quem quantum in eo erat parumper diſtuliſſet, Cap.XXIIII.

» Dicit mater eius miniſtris. Quodcūq; dixerit uobis / facite. Erāt au-
» em ibi lapidee hydrie ſex poſite ſecūdum purificationem Iudeo-
» rum capietes ſingule metretas binas aut ternas, ¶ Magnam certe
authoritatē dignitatēq; deferri ſibi a domino / mater non ignora-
bat, que perſuaſo ut par erat filio miniſtros preparat / hortaturq;
ut omnia faciant que ipſe imperabit. Cap. XXV.

» Dicit eis Iheſus, implete hydrias aqua: & impleuerūt eas uſq; ad ſum
» mum. & dixit eis Iheſus. Haurite nūc & ferte Architriclino. & tule
» runt. ut autē guſtauit Architriclinus aquam uinū factū: & nō ſcie-
» bat unde eſſet / miniſtri autem ſciebant qui hauſerant aquā. uocat
» ſponſum Architriclinus & dicit ei. Omnis homo primū bonū uinū
» ponit. & cum inebriati fuerint: tunc id quod deterius eſt, Tu autē ſeruaſti bonū
» uinum uſq; adhuc. ¶ Faciunt autē miniſtri ſicut iubentur: aqua uero ineffabili
Chriſti uirtute in uinum tranſmutatur. Quid enim omnipotenti deo difficile?
Aut quomodo qui a nihilo ad eſſe res omnes prouocat: nō multo facilius unū ad
aliud permutabit atq; traducet? Miratur aūt uini qualitatē Architriclinus qua-
ſi precipuā: nec aliter niſi optimū eſſe poterat / quod factum miraculoſe a Chri-
ſto fuit. ſponſum etiā q̄ cōmode ut mihi uidetur incuſat: quod peracto fere con-
uiuio nec ante / optimum uinum obtulerat. Cap. XXVI.

» Hoc fecit initum ſignorum ſuorum Iheſus in Chana Galilee / & ma-
» nifeſtauit gloriam ſuam & crediderunt in eum diſcipuli eius. Poſt
» hec deſcendit in Capharnaum ipſe & diſcipuli eius: & manſerunt
» non multis diebus / & prope erat paſcha Iudeorū & aſcēdit Hiero-
ſolimā Iheſus. ¶ Multa & magna eodem ſigno peragebātur: ſan-
ctificabātur nuptie: maledictio mulierū / initio noſtri ortus benedictio / deſtrue-
batur. Gloria ſaluatoris quaſi ſolis radius effulgebat: diſcipulorum deniq; fides
roborabat. Sed hiſtorice quidē expoſitionis nūc finis ſit: altiorē aūt ſenſum oc-
Matheus 9 cultius hic ſignificatū ut arbitror / modo explicemus. Deſcēdit igit dei de celo
filius: ut quaſi ſpōſus (ſicut ipſe ait) naturā hominis āplexus / ſpiritalis uereq; ſa-
pientie fetū faceret parere. Spōſa igitur: humane uite natura / iſta ratione uoca-
tur. Spōſus autē / ipſe ſaluator eſt: a rebus noſtris ad ſublimiora / iuxta ſcripture
morem / ſimilitudine non improbe accommodata. Tertia uero die nuptie cele-
brantur: quia in ultimis ſeculi huius temporibus ſaluator apparuit. Nēpe nume
rus iſte / initium medium & finē ſignificat: qua quidē re uniuerſum tēpus mēſu
ratur. Sed illud propheticū recte poteſt accommodari. Percutiet & curabit / uiui-
Oſee. 6 ficabit nos poſt duos dies: in die tertia ſuſcitabit nos / & uiuemus in cōſpectu ei⁹ /
ſciemus ſequmurq; ut cognoſcamus dūm, Percuſſit enim nos propter Ade preua
Geneſis. 3 ricationē dicēs: terra es & in terrā reuerteris. corruptione autē morteq; percuſſos
tertio die rurſus ipſe curauit: id eſt nō primis neq; mediis ſed nouiſſimis tēpori-
bus / quādo propter nos factus homo / totā naturā in ſe ipſo ſuſcitauit atq; ſana-
Ad colo. 1 uit, idcirco primitias mortuorū Paulus eū appellauit. Nouiſſima igitur tēpora:
tertie diei appellatione ſignificātur. In Chana uero Galilee nō Hieroſolimis nu-
ptie celebrantur: extra Iudeā conuiuium quaſi apud gentium regiones prepara
tur. Gentium enim Galilea ſolet a prophetis appellari, Illud ſane perſpicuū eſt:

repulſum a Iudeis ſponſum / ab eccleſia gentium libenter ſuſceptum fuiſſe, uenit autē inuitatus ad nuptias: qui multorū uocibus ſanctorū uocabatur. unum cōuiuas defecit: qa ſicut iſita naturaliſq; ratio ſeruare hominē nequiuit / ſic etiā lex non integra nobis letitia fuit / nec Moſaica ſcriptura hominibus ſatiſſecit, Quare uere tam de nobis q̄ de lege: uinum non habent dici poteſt, Deus autē gratiarum largitor non patitur bonorum carentia naturam hominū deprimi / ſed multo melius nobis q̄ prius uinū producit. Occidit enim littera: ſpiritus uiui- 2. ad corī
ficat, & lex quidē nullam perfectionē bonorum affert: euangelica uero doctri- 3
na pleniſſimam benedictionem adducit. Miratur autē tam optimū uinū Archi
triclinus: quia pōtificū quiſq; quib? ſaluatoris domus cōmittitur / huius myſterii
ratione ſtupeſcit. cui primum / uinū afferri Chriſtus imperauit; quia ut ait Pau-
lus / laborātem agricolam oportet primum fruges deguſtare. hoc autem unuſ- 2. Ad thi.
quiſq; per ſeipſum intelligat. Cap. XXVII. 2

» ET inuenit in templo uendentes & ementes oues & columbas & nū-
» mularios ſedentes. ¶ Reprehendūtur etiam hinc Iudei quaſi nul-
lam legum habeant curam / & auaritie magnopere ſtudeāt, Nam
cum multis uariiſq; modis purificari ſecundum legem illos oporte
ret / qui templū ingreſſuri eſſent argētarii ceteriq; huiuſmodi ho-
mines qui lucro fenori & omnino pecunie ſtudent / templū impleuerāt, adeo ut
qui hec prohibere debebāt ne fierent: imperare ut fierent uiderētur. ita uere de
ipſis ſcriptura locuta eſt, paſtores multi demoliti ſunt uineam meā; conculcaue Hieremi.
runt partē meā / dederunt portionem meam deſiderabilem in deſertum ſolitu 12
dinis poſuerūt eam in diſſipationem. Corrupta enim certe fuit dñi uinea: que
auaritia preſulum inculta / conculcare pietatem didicit. Cap. XXVIII.

» ET cum feciſſet flagellum quaſi de funibus: omnes eiecit de templo /
» oues & boues / & nūmulariorum effudit es / & menſas ſubuertit, &
» iis qui columbas uendebant: dixit. ¶ Iure contemptu auaritiaq; Iu- Matheus
deorum ſaluator mouetur, nō enim negociationis locus ſed oratio- 21
nis (ut ſcriptum eſt) templum erat, Nec uerbis ſolum moleſte fe tu-
liſſe oſtendit: uerum etiam uerberibus tanq̄ iniquos ſeruos merito cedens e tem
plo eiecit. Serui certe fuerūt & in ea cōditione permanſerunt / qui liberatorē dei
filiū per fide ſuſcipere recuſarunt, ita quaſi in tabula apoſtolicū illud depinge- 1. Ad corī
batur. Si quis templū dei uiolauerit / diſperdet eum deus. Cap. XXIX. 3

» AVferte iſta hinc: & nolite facere domum patris mei domum nego-
» ciationis, ¶ Sicut dominus imperat; & ſicut doctor ad equū & iu-
ſtū hortat / peccataq; illorū exponit, ut pudore uicti: iure ſe de tē-
plo extrudi cognoſcāt. Aduertendū eſt autē diligēter: quia ut ſol?
ſecundū naturā fili? dei / ſui ſolius patrē deū appellat. Nā ſi eo mo-
do quo creatura per gratiā ut nos filius eſſet; cuius rei gra cōmunē oibus digni
tatē rapiebat nō domū patris noſtri dicēs / ſed domū patris mei. Ita enī cōgrue
magis dixiſſet ſi adoptione nō natura fili? eſſet, Qui enim aduētitia quadā di-
gnitate fili ſumus oi ātes dicimus: pater noſter. Vnigenitus autē nō gra filius /
ſed ex ſubſtantia patris genitus uere & proprie ſolus patrē ſuū / deū appellat, Matheus
Sed perſpice queſo altius. quomodo futurus rerū habitus / duobus his proximis 6

Christi actibus designatur.a Galileis enim qui Chanā habitabant inuitatus ad nuptias/atq; honorat⁹:& miraculo profuit/& uini leticia repleuit/ac in eadē cū eis mēsa & cōuiuio fuit.sic ab initio statim doctrine Christi:per Galileos/uniuerse gentes fidē Christi suscepture monstrabātur.que per fidē in celestē thalamū
Esaias. peruēture:spiritali conuiuio una cū sanctis a postolis & ipso Christo eternaliter
35 perfruētur/nullo priuati gaudio.Leticia enim eterna (inquit) super caput eorū
Matheus quod expressius a domino alibi dicitur,multi enim ait uenient ab oriente ac oc=
8 cidente:& recūbent cum Abraam/Isaac & Iacob.incredulos uero Iudeos a sanctorum cōuersatione retrudet:ac suppliciis peccatorū suorum catenis deuictos tradet/nullo modo inique factis sacrificiis suis placatus.Auferte nāq; inquit ista
Esaias. hinc.Hec Esaias predixisse mihi uidet⁹:holocausta arietum/& adipē pinguiū/&
1 sanguinem uitulorum & agnorū & hircorum nolui.cum uenireris ante conspectum meū:quis quesiuit hec de manibus uestris⁹ non ambulabitis in atriis meis: ne offeratis ultra sacrificium frustra.Incensum abominatio mihi:neomeniā & sabbatū & festiuitates alias non feram.ieiuniū & solēnitates uestras odiuit anima mea:facti mihi estis in fastidiū,Id optime flagellū a funibus factū (supplicii nāq; instrumentū est) quasi figura quedam obumbrabat. Cap.XXX.

» REcordati enim sunt discipuli eius quia scriptum est:zelus domus tue co
» medit me. ¶ Indies undiq; rebus singulis scripturā discipuli conferen=
Psalmus, tes:ad maius fidei robur progrediuntur. Cap.XXXI.
68

» REsponderunt ergo Iudei & dixerunt ei:quod signum ostendis nobis
» qđ hec facis,Respōdit Ihesus & dixit eis ¶ Miratur de potestate Chri
» sti/Iudeorum multitudo:molesteq; ferunt omnes qui sedentes in templo emolumenta (quibus nunc merito priuantur) sibi cōquirebant. Et negare quidem nequeunt non oportere templum dei negociationis domū fieri: sed ut moribus suis utantur/illo confugiunt/ut non esse sibi credēduum ueluti filio dei contendant:nisi hoc ita esse/signo demōstrauerit. Cap.XXXII.

» SOluite tēplū hoc:& in tribus dieb⁹ excitabo illud, ¶ Quēadmodū oīb⁹
Lucas. qui bene petūt:facile deus cūcta largit⁹,sic iis q tentātes postulāt:nō mo=
11 do nihil p̄stat/uerū etiā quasi malignos aspnatur. Sic alio loco phariseos cū signū peterēt/acrius carpsit dicēs:maligna & adultera generatio signū q̄rit/
Matheus nec dabitur sibi/nisi signū Ione prophete.Sicuti eni Ionas tribus diebus & tribus
12 noctibus fuit in uētre ceti:sic filius quoq; hominis erit in corde terre tribus dieb⁹
Ionas. & tribus noctib⁹.Idipsum in istis etiā nūc alio exēplo similiter tentātibus respon
2 det.Quod quidē signū:nisi ꝓpter salutē oīm futurū omnino esset/nūq̄ tētanti
Matheus bus illis dedisset.hoc ipsum est:quod male ab eis intellectū falso accusantes/po=
26 stea dicebāt iste dixit/possum dissoluere templū dei. que quidē falsa eorū testi=
Psalmus, monia prophete predixerūt:surgētes testes iniqui q̄ ignorabā interrogabāt me.
34 & rursus/insurrexerūt in me testes iniqui:& metita est iniquitas sibi,Nō impel=
Psalmus. lit aūt eos ad cedē suam cū dicat/soluite templū hoc:sed quod facturos sciebat/
26 ad utilitatē eorū potius/siquid sensus habuissent/subaperit. Cap.XXXIII.

» QIxerunt ei Iudei.Quadragīta & sex annis edificatum est templū hoc:
» & tu in tribus diebus excitabis illud⁹ ¶ Profunditatē myster⁹ nō intel=
ligentes:ut temerarii signo illudunt. Difficultatēq; rei proponētes:cau

ſam inueniſſe putant ne illi pareant, cui ſi quid etiam facilius dixiſſet: nequaq̃ obtemperaſſent. ita ſcripture ueritas iam emergebat: obſcurẽtur oculi eorum ne uideãt/& dorſum eorũ ſemp incurua. Quaſi enim idinati ꝓpter nepharia eorum delicta/ac ſola terrena rẽſpiciẽtes: iure patrocinio dei ab eis ablato/ ſubli mia Chriſti dogmata ſpeculari nõ poſſunt, Cõtemnũt enim tanq̃ inſani/Chriſti doctrinã: aduerſus ſalutem ſuã irruẽtes. Dominus enim noſter/ propriũ ſui patrẽ appellabat dicens: nolite facere domũ patris mei domũ negotiationis. illi autẽ hec uerba ſua cõtemnentes quaſi homo eſſet nud⁹/ magnitudinẽ tẽporis quo tẽplum edificabat obiciũt, Sed o mẽte capti ex ſuperbia homines/ iure quiſpiã dixerit: ſi dei tẽplũ/illud ueſtrũ eſſe credebatis/quõ non intellexiſtis natura illũ dei filiũ eſſe? q abſq; ulla trepidatione/nulloq; periculo magna uoce clamare cõfidebat nolite facere domũ patris mei domũ negociationis. Nã ſi hoc in mentẽ uobis ueniſſet, non ambigui eſſetis in tribus illum diebus unam poſſe domũ reſtaurare qui ſeptem dierum ſpacio/ a nihilo uniuerſa produxit. nec tamen indiget ſpacio temporis cuius nutui omnia parent. Cap. XXXIIII.

Pſalmus. 68

Iudeorũ. icrepatio.

Geneſis. 1

» ILle autem dicebat de templo corporis ſui. cum ergo reſurrexiſſet
» a mortuis: recordati ſunt diſcipuli/ quia hoc dicebat de corpore
» ſuo. & crediderunt ſcripture & ſermoni: quem Iheſus dixit. ¶ Sicut ſapiens facile ſapientie uerba retinet, ſic in diſcipulis Chriſti/ tanq̃ in mollitore cera ſermo ſaluatoris impreſſus conſeruabatur. Probi ergo uiri: ut contentioſi non ſunt/ita uere doctrine tenaces. Dure autem ceruicis homines: non iniuria maligni nuncupantur. ut ergo probi/ faciliſq; animi diſcipuli: diligenter ſcripturarum ruminant uerba/ad maiorem pietatis cognitionem quotidie conſcendentes, Verum quoniam corpus chriſti templum appellatum eſt: quomodo non erit natura deus unigenitus dei filius/ qui in eo habitat? Non enim dicitur qui deus non eſt/ in templo habitare. nec de corpore nudi hominis: dictum id in ſcriptura quiſpiam unq̃ inueniet. Quis maior beato illo baptiſta? qui ad apicem uirtutis peruenit/ qui nulli fuit pietate ſecundus: qui pro lege diuina tyrannico furori caput ſuum obiecit. nunc tamen ita de corpore illius ſcriptura loquitur: ſed uenientes inquit diſcipuli eius Iohannis uidelicet/ tulerunt cadauer eius. Si ergo de Ioannis corpore cadauer dictum eſt: quomodo tẽplum cuiuſuis hominis corpus appellabitur? Nec ignoro tẽplũ dei fideles appellari. ſed hoc quoniam propter habitantem in nobis ſpiritum dicitur dei templa: non noſtra ſumus. ¶ Sed obiciet forſan quiſpiam: quomodo igitur ipſe ſaluator cadauer corpus ſuum nominauit? Eo enim inquit aquile cõuenient: ubi cadauer eſt. ¶ Sed hoc non de corpore ſuo: uerũ ut ſimilitudine/ futurum ſanctorũ ad ſeſe curſum ſignificaret/ quando in maieſtate patris de celo apparebit/ ita prolatum eſt. Quemadmodũ enim ait rapaciſſimarum auiũ greges ueloci ad cadauera uolatu deferũtur: ſic & uos ad me cõuolabitis, Quod Paulus eodans ait. Sonabit buccina: & mortui ſuſcitabuntur, Et alibi. in nubibus rapiemur obuiam domino in aerem: & ſic ſemper cũ domino erimus, Nihil ergo ueritati obeſt: quod per imaginem atq; ſimilitudinem dictum/ aliam quandam rem ante oculos poſuit. Cap. XXXV.

Matheus 14

1. Ad cori 6

Matheus 24

1. Ad cori 15

1. Ad theſ 4

» CVm autem eſſet Hieroſolimis in paſca / in die feſto: multi credide-
» runt in nomine eius / uidētes ſigna que faciebat. ¶ Nō deſinit Chri
ſtus alios uerbis atq; doctrina / alios miraculorum ueritate ad fidē
pertrahere. ſic dictis eius ſapiētiores / miraculis multi perſuaſi: deū
eſſe credebāt / qui talia & dicere & facere poterat. Cap. XXXVI.

» IPſe autem Ieſus non credebat ſemetipſum eis. ¶ Non eſt ſtabilis
fides eorum: qui nuper crediderunt. nec mens firma ineſt in fide
recentibus: cum aduc pietate firmati non ſint. quare nec Chriſtus /
huiuſmodi ſe hominibus credidit. q̄uis etiam hinc nobis oſtendat:
non repente ſed longa meditatione bonorum habitum roborari.
Diſcant igitur omnes quibus ſaluatoris myſteria credita ſunt: nō nimiū cito ad
diuinā meſam neophytos accipere / nec anteq̄ firmiores cathecumini ſint / Chri-
ſtum eis priuſq̄ oporteat baptiſmi myſterio cōmendare, Habemus enim / quē-
admodum & in aliis omnibus / Chriſti exemplar nobis propoſitum: qui recipit
quidem credentes / nōdum autem penitus ſeipſum illis tradidiſſe uidetur, ut tu
non dubites non paruo tempore in cathecuminorum ſtatu / nuper uenientes in
fidem / eſſe retinendos. Sic enim uix longa exercitatione in noſtris firmati: tuti?
poſſunt recipi. Cap. XXXVII.

» EO qđ ipſe noſſet omnes: & quia opus ei non erat ut quis teſtimoniū
» perhiberet de homine. ipſe enī ſciebat quid eſſet in homine. ¶ Ve-
ro deo ſolummodo nec ulli creaturarum: hec dignitas attribuitur.
Vnde pſalmiſta quoq; dicit. qui finxit ſigillatim corda eorum: qui
Pſalmus, omnia opera eorū intelligit, Si ergo ſolus deus que ſunt in cordib?
32 noſtris intelligit: quomodo non erit uerus deus ſaluator / q̄ profunda & abdita
1. Ad cori cordium nouit? Quis enim hominū ſciuit / que hominis ſunt: niſi hominis ſpiri-
2 tus qui in ipſo eſt? Cum igitur nullus ſciat: ſolus deus non ignorat. quoniā cum
ceteris oibus non cōnumeratur: de quib? iure / nullus / adiicitur. eſt enī extra nu-
merum omnium deus: nec quicq̄ eorū ignorat que ſub pedibus eius poſita ſunt.
Ad heb. uiuus eſt enim ſermo dei & efficax (ut ait Paulus) & penetrabilior omni gladio
4 ancipiti: & pertingens uſq; ad diuiſionem anime ac ſpiritus / compagum quoq;
& medullarum / & diſcretor cogitationum cordis. & non eſt ulla creatura inui-
Pſalmus. ſibilis in conſpectu eius, omnia autē nuda & aperta ſunt oculis eius. audit quip-
93 pe omnia: qui plātauit aurē, & cōſiderat cuncta qui finxit oculum. Vnde ad Iob
Iob. ipſe dicit, quis eſt qui celat me conſiliū: continens autē uerba in corde putat me
42 celare? ut igitur natura deū / unigenitum eſſe credamus: diligenter ab euangeli
ſta ſcriptum eſt / non eſſe illi opus ut quis teſtimoniū perhiberet de homine. ipſe
enim ſciebat: quid eſſet in homine. Cap, XXXVIII.

2 » RAt autem homo ex phariſeis Nicodemus nomine princeps Iudeo
» rum. Hic uenit nocte ad iheſum: & dixit ei. ¶ Propenſus ad fidem
Nicodem? fuiſſe uidetur: ſed pudore improbo uictus / & gloria ho
minum ſuperatus palā accedere non audet, ita ambigua quadam
ſententia & claudicante iudicio utriſq; (ut dicitur) poplitibus labo-
rat. Nam cōſcientia quidem ſtimulis ſuis miraculorum magnitudine ad fidem
eum pellebat: principatus autem gentis ſue (princeps enim Iudeorum erat) ne

palam Chriſto adhereret / facile illi perſuadebat / qui principatus detrimẽtum / calamitatem non paruam exiſtimabant. utrum igitur & fidem ſolicet & gloriã hominum retinere cupiens; tenebris ſe commiſit, que duplicitatem animi eius: aperte accuſant. Cap. XXXIX.

» Rabi ſcimus quia a deo uenisti magiſter. Nemo enim poteſt facere
» hec ſigna que tu facis: niſi fuerit deus cum eo. Reſpondit Ihesus &
» dixit ei. ¶ Putauit his uerbis / Ieſu beniuolentiã ac pietatẽ in eũ cõ=
sequi poſſe: ſatisq; ad ſalutẽ eſſe / ſi tantũmodo admiratiõe digna
niraret, ꝓpterea nihil aliud q̃rit: ſed magiſtrũ a deo uenisse Chri=
stum confirmat / quẽ adhuc quaſi hominẽ nudum alloquitur. Cap. XL.

» Men amẽ dico tibi / niſi quis natus fuerit deſup: nõ poteſt uidere re
» gnũ dei. Dixit ei Nicodemus. ¶ Nõ ita ut putas inquit Nicodeme
pietatẽ ac fidem cõſequeris: nec nudis uerbis adipiſci iuſticiã pote=
ris. Non enim quicunq; mihi dicit domine dñe / ſed qui uoluntatẽ Matheus
patris mei facit: regnũ celorũ poſſidebit. uolũtas autẽ patris eſt: ut 7
ſpiritum ſanctum homo ſuſcipiat / & inaudito nouoq; modo regeneratus / celo=
rum ciuis efficiatur. Cum uero deſup regeneratione iſtam que per ſpiritũ eſt / Ioannes,
fieri aſſerat: aperte ex ſubſtantia dei patris ſpiritũ eſſe demonſtrat. ita certe de 8
ſe quoq; ipſe alibi dicit: ego de ſurſum ſum. & euangeliſta, qui de ſurſum uenit: Ioannes.
ſuper omnes eſt. de quo latius tempore ſuo dicemus. Cap. XLI. 3

» Vomodo poteſt homo naſci / cum ſit ſenex? nunquid poteſt in uẽ=
» trẽ matris ſue iterato itroire: & renaſci? ¶ Cũ animalis adhuc ho=
mo / myſteria ſpiritus minime intelligens, Nicodemus eſſet: fatui=
tatem potius q̃ ſublime aliquid putat / quod dicitur. natiuitatẽ enĩ
ſpiritualẽ nõ capiens / nec ultra res humanas quicq̃ cogitans: corpo
ralem quendã uentrẽ & reditũ hominis rurſus ad partũ fingere cogitur. ita ma
gnitudine rerũ depreſſus: in his inferioribus uoluit, Nã quemadmodũ protecti
lapides duriore obice repercuſſi reſiliũt: ſic mẽs imbecillior / ſublimioribus q̃ fer=
re poſſit rebus cõfuſa / refugit, quod Iudeorũ princeps paſſus / & terrenis inhe=
rens: diuinam & ſpiritalẽ regenerationem non ſuſcepit. Cap. XLII.

» Men amẽ dico tibi: niſi quis renat⁹ fuerit ex aqua & ſpiritu ſancto / nõ
» poteſt introire in regnum dei. ¶ Quoniam non intellexit Nicodem⁹
quid renaſci deſuper ſignificet: aperti⁹ totum myſterium & breuiter
ſibi exponit. Regenerationẽ enim que ꝑ ſpiritũ ſanctũ fit: naſci deſu=
per dominus appellauit. ut etiã ex hoc diſceremus: idcirco dei nos fieri partici=
pes quoniam ſpiritum qui ſubſtantialiter ex deo procedit / per baptiſmũ acqui=
rimus. quo in priſtinam pulchritudinem reformati / & ad nouam uitam renati:
a deo in filios adoptamur. hoc autẽ quod dixit deſuper / cũ nõ potuerit aſſequi
Nicodemus: iterũ ab utero renaſci ſuſpicatus eſt / ac ideo impoſſibilem rem pu=
tans reluctatur, Quapropter reiectis uelaminibus: ut imbecilliori ſaluator lo=
quitur. Niſi enim quis (inquit) ex aqua & ſpiritu natus fuerit: nõ poteſt in dei re=
gnum introire. Nam cũ non ſimplex / ſed cõpoſitus ex corpore ſenſibili & intel
lectuali anima homo ſit: duplici quodã ad generationẽ indiget modo, qui dupli
citate ſua: ad utrũq; poſſit accõmodari, ſpiritu enim ſancto / ſpiritus hominis:

a qua uero corpus ſanctificetur. Quemadmodum enim uiribus ignis intẽſus aqua calefacta / non aliter q̃ ignis uirit ſic ſpiritus ſancti operatiõe / ad diuinam æque reformantur uirtutem, qua baptiſati corpus abſtergunt. Cap,XLIII.

» QVod natum eſt ex carne caro eſt:& quod natum ex ſpiritu / ſpiri=
» tus eſt, ¶ Alto nunc modo ad cognoſcẽda ſublimiora Nicodemũ inducit:ne cum ſpiritalẽ audiat generationẽ / in corpoꝛa mente deuoluatur.Sicut enĩ neceſſe eſt inqt carnẽ eſſe qđ ex carne natũ eſt ſimiliter quod ex ſpiritu natũ eſt / ſpiritus eſt, Vniuerſa uero quorũ eſſendi ratio diuerſa eſt:generationis quoq; modũ habet diuerſum Natũ autem ex ſpiritu ſpiritũ hominis dicimus:non quia ex eo ſecundũ naturã eſt.id enim omnino abſurdũ eſt.ſed una quidẽ / priſcaq; ratiõe.quoniã per ſpiritum: a nichilo ad eſſe productus eſt,altera uero quã diſpenſatoriã appellamus / quoniã per ipſum ad deũ reformati ac proprio eius charactere inſigniti / ad ſuã (ut
Ad gala. ſic dixerim) qualitatem animo tranſformamur.Hoc pacto illud etiã Pauli recte
4 (ut arbitror) intelligi poteſt, filioli quos iterũ parturio:donec formetur in uobis
1.Ad cori Chriſtus & rurſus.in Chriſto enĩ Iheſu p euãgeliũ ego uos genui. Cap.XLIIII.
4 » NOn mireris quia dixi tibi:oportet uos naſci deſup, ſpiritus ubi uult
» ſpirat:& uocẽ eius audis / ſed neſcis unde ueniat & quo uadat.ſic
» eſt omnis:qui natus eſt ex ſpiritu. ¶ Singularis docetis uirtus eſt: ut multis ac uariis auditorum animos modis attrectet. Sic enĩ ſenſim:difficultas rerũ tãdem aperitur.Exemplis ergo & figura in cognitionem Nicodemus deducitur. Spiritus enim hic ait aereus / per uniuerſum ut uides orbem quotidie perflat / & quouis decurrens:ſolo adeſſe ſono cognoſcitur,nec cernitur ulli / ſed tenuiſſima quandã aura humana corpora tãgens: operationis ſue imprimit ſenſum.Sic igitur a paruis quaſi manu ad maiora ductus: ſpiritalem intelligere generationem.ſicut in imagine quadam in dicta rei ſenſibilis ſimilitudine / ſenſibilis inſenſibilia collige. Cap.XLV.

» REſpondit nicodemus & dixit:quomodo poſſunt hec fieri? ¶ Nihil
Eccũs. longa Chriſti oratione conſecutus eſt Nicodemus. prudenter igit̃
25 a Solomone ſcriptum eſt: in aure audientium loquere. nec tamen
ulla / non perſuadenti magiſtro culpa dãda eſt.Fungi enim debet
Ad roma probe (q̃uis etiam parum proſit) docentis officio: qui hoc in gradu
11 conſtitutus eſt, q̃uis hinc etiam diſcamus:quia cecitas facta eſt ex parte in Iſrael. audientes enim non intelligunt, Cap.XLVI.

» REſpondit Ihesus et dixit ei:tu es magiſter in Iſrael / & hec ignoras?
¶ Ab hoc uno Iudei omnes / qui multo ſe doctiores ceteris gentib9 putabant:quaſi nudo doctrine pietatiſq; nomine / nec quicq̃ floren
Lucas, tes a Chriſto redarguuntur, tanq̃ tãta iperitia preditꝰ: ut nõ modo
6 docere ceteros / uerum etiam intelligere ipſi nequeãt. Nam ſi Nico
Matheus demus qui apud eos doctor erat / rudior inuenitur:quales fuiſſe diſcipulos eorũ
23 putamus? cũ non excedat diſcipulus magiſtri menſurã:ut ſaluator ait / non eſt
Actus. diſcipulus ſupra magiſtrũ ſuũ.iure igitur tam indoctos atq; agreſtes homines:
23 ſepulchris dealbatis dominus cõtulit, Paulus quoq; ad Iudeorum preſulem urbaniter dixit percutiat te deus paries dealbate. Cap,XLVII.

» AMen amen dico tibi:quia quod ſcimus loquimur/& quod uidimus
» teſtamur. ¶ Cum reipſa rudior/q̄ ut poſſet diuina dogmata capere/lōga iām cōſumpta oratione Nicodemus uideretur: omiſſa exquiſitiore inueſtigandi diligētia/ſimpliciore fide(quod intelligere non poterat)recipiendū ei eſſe cōſulit. teſtatur autē certe ſe ſcire quod dicit:authoritate ſua/contradicēdi iter illi obſtruens. Recordari enim debebat:quod nuper dixerat/non ignorare ſe a deo Chriſtum uenīſſe magiſtū: Deo autē aut nuncio eius cōtradicere:quomodo periculoſum non erat/cū nihil periculoſius ſit q̄ deo repugnare? Attēdamus nos oro/qui docēdi poteſtatē accepimus:melius eſſe ut ſimpliciter fidem/q̄ profundiore ratione diligentius expoſitam neophitis tradamus, Nā & Paulus lacte nonnullos ſe nutriſſe dicit:qui ſcilicet nondū ſolidiores cibos digerere poterāt. & gregis tui animas cognoſcēdas: tibi eſſe prudenter/idcireo Salomon conſuluit, ut moneret ſingulorū ingenijs: proportionabiliter doctrinam eſſe accōmodandam. 1. Ad cori 3 Prouer, 27 Cap. XLVIII.

» ET teſtimonium noſtrum non accipitis. ¶ Quoniam patrem ac ſpiritum in ſeipſo ſaluator naturaliter habet:plurali numero/perſonas teſtantium protulit. Vt quodammodo ſecundum Moſeos legem:in ore duorum uel trium/omne uerbum firmetur, Iudei autem qui ſalutē omnino reſpuentes:inconſiderato impetu ad profundum perditionis barathrum deferuntur. Nam ſi nec intelligere propter imperitiam altiora poſſunt/nec fide predicationē Chriſti ſuſcipere uolunt: quiſnā alius ſalutis eorū modus inuenietur? Merito igitur in excuſabilē futuram hieruſalem/qđ ſponte in precipitia rueret:ſaluator dicebat. Hieruſalem/hieruſalem enim(ait)que occidis prophetas/que lapidibus petis eos qui mittūtur ad te:quotiens uolui congregare filios tuos/quemadmodum ſub alis gallina pullos cōgregat tuos, ecce dimittitur uobis domus ueſtra, Deute. 17 Matheus 23 Cap. XLIX.

» SI terrena dixi uobis/& non creditis: quomodo ſi dixero uobis celeſtia/credetis? Et nemo aſcendit in celum:niſi qui deſcendit de celo
» filius hominis 'q eſt in celo. ¶ Si cōgruentē inquit doctrinā hominibus/que ſenſibilia iſta uix excedat/ex multa imperitia nō ſuſcipitis: quō uobis diuiniora explicabo? Si res humanas non intelligitis: quō ſapiētes in ſupernaturalibus eritis? Si minora ferre non poteſtis quō maiora ſuſtinebitis? Si dicēti mihi nō creditis/ſed multos in ſingulis teſtes poſcitis:quis celeſtia uidit myſteria/quē poſſim in teſtē uobis adducere? Nemo enim aſcēdit in celū:niſi qui de celo deſcēdit filius hominis. Cū autē dei uerbū de celo deſcenderit/filiū hominis deſcendiſſe ait:in duas poſt incarnationē diuidi perſonas recuſans. nec alicui permittens:ut templum quod a uirgine ſumptū fuit/aliū filium & aliū dei uerbū predicet. q̄is que utriq; naturaliter iſunt:decentē diſtinctionē ſuſcipiāt. ut enī ex deo uerbū eſt:ſic homo ex muliere. unus igit ex utriſq; Chriſtus/filiatiōe indiuiſibilis & maieſtate diuina. quō enim aliter que ſoli uerbo dei cōueniunt:uirginis filio accōmodari poterūt? Quomodo autē ecōuerſo/que ſoli carni cōueniunt: uerbo dei attribuetur? Nūc enī de celo filiū hominis deſcendiſſe ait. paſſionis uero tēpore:ipſe filius dei/tanq̄ ipſe patiens que humanitati ſue ſolummodo congrua ſunt/timuiſſe ſcribitur. Marcus. 14 Cap. L.

» ET ſicut Moſes exaltauit ſerpentē in deſerto: ita exaltari oportet fi-
» lium hominis.ut omnis q̄ credit in ipſum / nō pereat: ſed habeat uitā
» eternam. ¶ Cum cauſam attulerit quare ad ſublimiora ſermo ſibi
non exit:ad ea deſcēdit que obumbrate a Moſe facta fuerunt,Non
enim ignorabat:potius eū figuris q̄ ſpiritali doctrina / ad ueritatis
uix poſſe cognitionem deuenire. Oportere autē omnino ſeipſum aſſerit modo
Ioannes, Moſaici ſerpentis exaltari.ita hyſtorie inquiſitionem / latentesq; in ea figuras ri
5 mari hortat: ac illud quaſi rurſus inculcat / ſcrutamini ſcripturas: quia ipe ſunt
Nūerus, que teſtimoniū perhibēt de me.Serpentes enim in Iudeos olim in deſerto inſilie-
21 bant.Cūq; more ſpicarū tempore meſſis caderent:diuinam opem ſupplices re-
quirebant.Miſericors autē dominus: ſerpentē ex ere Moſi exaltare iuſſit / ut ea
in re diſcerēt fide ſalutem ſperare.Morſu enim ſerpētis laborātibus: unicū erat
remedium / exaltatū cum fide ſerpentem aſpicere,hec quidē hiſtoria eſt:in qua
uelut in tabula / totum figurate incarnationis myſterium obumbratur.Serpens
enim / peccatū quod humanum genus paſcebatur ſignificat / quodq; uariis mor
Ad roma ſibus uenenū hominibus infundit:quod effugere nullo alio pacto natura huma-
5 na poterat / niſi auxilio atq; ope diuina. Verbū igitur dei factum in ſimilitudine
carnis peccati:in carne ſua peccatū dānauit / ut ſcribitur. Reſpiciētibuſq; in eū
Matheus fide ſincera:eterne ſalutis largitor oſtēditur.Quod autē in ſublime ſerpens ex
20 altatꝰ fuit:in eā cognitionē / paſſionē Chriſti peruenturā denotabat.ut ſicut ipe
quoq; p̄dixerat:nemo ſit qui in cruce paſſum fuiſſe ipſum ignoret. Cap.LI.

» SIc enim dilexit deus mundum: ut filium ſuum unigenitum daret.
» ut omnis qui credit in eum:non pereat ſed habeat uitam eternam.
¶ Plane his uerbis deum ſe natura eſſe ſignificat, Siquidē neceſſe
eſt filium dei unigenitum / patris ſimilem: deum eſſe. qui nō defo-
ris filiatiōis (ut nos) habeat dignitatē:ſed illud ipſum uere ſit quod
dicitur.caritatis autem erga homines dei patris / mentionē oportune fecit:ut Ni
codemi durities aut molliaſ / aut apertius pateat.Quid enim aliud eſt deo pre-
dicanti nō credere:q̄ ueritatē / mendacii crimine accuſare? Preterea cum ſe da-
tum pro uita mundi affirmet:magna ſupplicia impendere monet omnibus / qui
arrogantia ſua tantā dei patris gratiā negligūt,Sic enim deus dilexit mūdū:ut
filium ſuū unigenitū daret.Audiāt hec queſo rurſus omnes: qui Chriſto aduer
ſantur.nobiſq; petētibus explicēt:qd magni / dei patris habet ſecundū ipſos di-
lectio / aut quomodo ipam merito admirabimur? Reſpōdebūt ut puto mirādā
eſſe dei p̄ris erga nos charitatē:qa filiū ſuū p̄ nobis tradidit / & filiu unigenitū,
ut ergo mirabilis ſit hec dei p̄ris charitas: filius datus nō creatura eſſe credaſ.fi
liū autē eum dico:qui cū ex ſubſtātia patris ſit / genitori eſt cōſubſtātialis / & ue
rus profecto deꝰ,Nā ſi ut uos dicitis:ex ſubſtātia dei patris nō eſt / nō poterit ſe
cūdū naturā filiꝰ dei eſſe.Ita mirabilis illa charitas p̄ris:nulla eſſe uidebiſ.Crea-
turā enim pro creaturis:nō uere filiū dedit. Et ad hec fruſtra nos apoſtolus ter-
Ad heb. ret cū dicat.Si qui duobus aut tribus teſtibus legē Moſaicā ſpernit:morte punia
10 tur / quāto peiore putatis dignū ſupplicio eū:qui filiū dei cōculcauit? Conculcat
enim qui ſpernit.cur igitur ſi filius uerus nō eſt / ſed Moſis conſeruus (cognata
enim eſt creature creatura:creationis ratiōe / etiā ſi quadā preſtātia dignitatem

alterius ſuperare uideat) maiora ſupplicia luet qui eum ſpernit / q̄ qui legē Moſeos contempſit? quia uidelicet non in creaturam neq; in Moſis conſeruū peccauit. ingens igitur atq; admirabilis charitas dei patris eſt: qui filium ſuum (qui ex ſubſtantia eius eſt) pro mundi uita miſericorditer tradidit. Cap. LII.

» NOn enim miſit deus filiū ſuū in mundū ut iudicet mūdū: ſed ut ſal
» uetur mundus p̄ ipſum ¶ Quoniā filiū dei ſe liquido nūcupauit: idcirco a qualitate magnitudineq; rerū quaſi firmiſſimo quodā teſtimonio id cōprobat. Non enim inquit miſſus ſum / ut legē orbē terrarum quēadmodū Moſes dānē / nec ut mādata in redargutionē peccatorum tradam / nec ut ſeruili miniſterio fungar: uerū ut per miſericordiā deo cōuenientem / tanq̄ filius ac heres patris a ſeruitute homines uēdicē / damnante lege in iuſtificantē gratiam cōmutata / & ſic a peccatorum uinculis genus humanum eripiā. Ad ſaluandū ergo: non ad damnandū ueni. Nā ut decens erat inquit dānantis legis Moſem (qui ſeruus erat) miniſtrum fuiſſe: ſic me decet (cū ſim filius dei) a maledictione legis orbē liberare / & miſericordie cumulo egritudinē mundi curare. Q̄d ſi iuſtificās gratia / dānante mandato legis preſtātior eſt: quō non intelligetur cōſequenter ſeruilē is cōditionē omnino excedere / qui poteſtate diuina ut deus a peccatorū uiculis hominē liberat? Et hec quidē una horū euāgelii uerborū ratio eſt, Altera ſuperioribꝰ affinis atq; cōiuncta perſpiciebat Nicodemū ſaluator Moſaicis nimiū inherere mādatis / & regenerationem ſpiritalem horreſcere / ac euangelicā uiuendi diſciplinam ideo aſpernari / qa difficiliorē mādatis legalibus futurā putaret, Hec ueluti deꝰ nequa q̄ ignorans: hominis imperiti formidinem unica ratione diſſoluit. oneroſam nimium legem eſſe oſtendens / que mūdum non liberet ſed dānet: ſe uero gratie ac miſericordie largitorem. Non enim (inquit) deus filium ſuum miſit in mundū ut iudicet mundū: ſed ut ſaluetur mundus per ipſum. Cap. LIII.

» QVi credit in filium / nō iudicatur: qui autē non credit / iā iudicatus
» eſt / quia non credit in nomine unigeniti filii dei. ¶ Cum rebus ipſis filiū ſe dei eſſe approbaſſet / ſublimioremq; gratiam mūdo preberi a ſe dixerit q̄ Moſaica lex cōtulerit (Melius enī atq; altius eſt: gratia iuſtificariq̄ lege condemnari) mirabilem quandam aliam ut deus uiam comperit / qua ad ſuſcipiendam ſalutem homines impellit. Credēti enim / ſingulare diuinunq; propoſuit premium: minime ipſum in iudiciū perueniturum affirmans. Non credenti aute certa imminere ſupplicia dicit: ad unā / eandemq; uiā utroſq; cōpellens. illos enim cupiditate laudabili gratie: iſtos terrore cruciatus ad fidē miſericorditer cōuocat. Magnum autē crimen eſſe incredulitatis oſtendit: quoniā unigenitus ipſe ſit dei filius, Nā quanto preſtātius eſt qđ cōtemnitur: tanto maioribus qui ſpernit ſupplicis ſubiacebit, iudicatū uero iam ait eſſe incredulum: quod ipſe in ſeipſum (quoniam largitorem indēnationis non ſuſcepit) condēnationis intulit ſententiam. Cap. LIIII.

» HOc autem eſt iudicium / quia lux uenit in mundū: & dilexerunt homi-
» nes magis tenebras q̄ lucem. ¶ Cauſas cōdēnationis incredulorum attulit: oſtenditq; probe admodum in prouerbiis dici / non iniuria uo- Prouer.
lucribus retia tenduntur. ſi enim cum ad lucem uenire poterāt / inte- 1

nebris iacere maluerunt: quomodo nõ ſunt ipſi comdẽnandi: qui prauo ſibi iudicio cruciatus aſciſcunt / peiora melioribus & tenebras luci anteferentes. liberũ etiam iudicium hominis / his uerbis oſtẽdit: qui ad alterutrum ſecundum animi
Eſaias. ſui iudicium / poteſt proficiſci. Sic enim iuſte laudem / ſi bene agimus: & cõtrarium ſi mala committimus / inueniem? hoc per prophetam: etiam quẽdam dixit:
1 ſi uolueritis & audieritis me / bona terre comedetis, quod ſi nolueritis neq; audiueritis me: gladius uos deuorabit. Cap. LV.

» OMnis enim qui male agit: odit lucem, nec uenit ad lucem: ut non ar
» guantur opera eius. ¶ Latius exponit quod dixerat: oſtẽdens idcirco ſegnitie homines impediri ne bona conſequantur / quoniam praua diligant. Segnitiei autem radices ſunt: quod diſcere ac perpendere illa nolint / quibus bonus quiſq; ac ſapiens fieret. Recuſat enim (inquit) omnis qui male agit: lucis illuminationem. non quia malorum eum pudeat / pigeatq; (ſaluaret enim: ſi id eſſet) ſed quia ignorare meliora mauult / ne conſcientie ſtimulis quotidie peccans exagitetur. & quoniã putat. maiora ſeſe ſupplicia ſubiturum / ſi cum exquiſitiorem bonorum cognitionem teneat / uoluntatem dei agere nolit. Cap, LVI.

» QVi autem facit ueritatem: uenit ad lucem / ut manifeſtẽtur eius ope
» ra / quia in deo ſunt facta. ¶ Qui ueritatem facit: ſpiritalẽ illuminationem non ſpernit. per ipſam maxime ad eam cognitionẽ perductus: ut intelligere poſſit an omnia ſecundum diuina peregerit precepta / nec uoluntatem dei tranſgreſſus ſit. Certiſſimum igitur ineffrenate libidinis ſignum eſt: ſi quis ea recuſet diſcere / quibus poſſit ad meliora reuocari. uirtutis autem atq; pietatis: ſi quis eam uitam deo placere arbi
Pſalmus. tretur / que ſecundum precepta eius peragitur. quod ita ſe habere non ignorat
8 pſalmiſta / cum dicat. Lex domini immaculata conuertens animas: teſtimoniũ
Pſalmus, domini fidele / ſapientiam preſtans paruulis. Iuſtitie domini recte lectificantes
18 corda: preceptum domini lucidum illuminans oculos. Cap, LVII.

» POſt hec uenit Iheſus & diſcipuli eius in terram Iudeã; & illic mora
» batur cum eis & baptiſabat, Erat autẽ & Iohãnes baptiſans in Ena
» non iuxta Salim: quia aque multe erant illic / & ueniebant & bapti
» ſabantur Nondum enim miſſus fuerat Ioannes in carcerẽ. ¶ Abſoluta Nicodemi collocutione: aliud iã utiliſſimũ euangeliſta enarrat. Videbat enim ſpiritus gratia illuminatus: q̃ neceſſariũ eſſet ea narrare / quibus q̃tum Chriſti baptiſmus / Ioãnis baptiſmo preſtaret / aperiretur, perſpexit non multo poſt aliquos futuros: qui aut nullam inter baptiſmum & baptiſmum differentiam facerent / ſed pari laude utrumq; coronarent / aut ob imperitiam & lapſum hominum meliorem eſſe baptiſmum Ioannis putarẽt. Nullum enim eſt tam turpe facinus: quod imperitia nõ audeat aggredi. nulla blaſphemia tam magna: ut aduerſus ſacratiſſima eccleſie dogmata non dicatur libeter ab iis / q
Micheas. omnia (ut ſcriptum eſt) recta peruertunt. Ne igitur temerarii homines aquam
3 Ioãnis qua in penitẽtiam baptiſabat / ſpiritali baptiſmo Chriſti anteferre audẽrent: cauſas tam turpis temeritatis euertens / ipſum baptiſtã exponit huius queſtionis fragilem nodũ dubitantibus ſuis diſcipulis diſſoluiſſe. Baptiſabat enim

Chriſtus per diſcipulos ſuos. Ioannes quoq; ipſe non per alios ſed manibus ſuis: nec in eiſdem fontibus in quibus Chriſtus hec faciebat/ ſed iuxta Salim & in fonte quodã certo atq; uicino. ut etiã hac fontis determinatione ſubobſcure ac enigmatice ſubaperiret baptiſmũ ſuũ cum eſſet imperfectus/introductoriũ ad perfectiorẽ fuiſſe, Nam ueluti lex Moſaica/futurarũ rerum & ſpiritalis cultus preparatio quedam fuit occultam ueritatem parturiens: ſic baptiſmus Ioannis ad baptiſmum Chriſti collatus/preparationis ium obtinebat, Cap. LVIII.

» Acta igitur eſt queſtio ex diſcipulis Ioannis cum iudeis de purifica
» tione: & uenerunt ad Ioannem & dixerunt ei, ¶ Cum nõ poſſent
legales aſperſiones ſuas Iudei defendere/ac purificationes animalium cinere factas Ioannis baptiſmo meliores oſtendere: ut turbẽt diſcipulos qui ſublimiores iam q̃ phariſei eſſe uidebãtur/baptiſmũ magiſtri legali purificationi preponẽtes/ baptiſmũ Chriſti laudibus ad depreſſionem Ioannis efferunt, non ex animo id facientes/nec quia ita ſentirẽt: ſed ut depreſſis confeſiſq; baptiſte diſcipulis/uictores ipſi uiderentur, nec aut ratione aliqua/aut authoritate ſcripture Chriſti baptiſmum preferũt (unde namq; talia imperiti homines excogitare potuiſſent?) ſed illud ſolũmodo afferũt/q̃d oppido pauci ad Ioannem/multi uero quaſi gregatim ad Chriſtum cõfluerẽt. Sic enim putarũt diſcipulis baptiſte ſuperatis nõ paruam de illis uictoriã ſe reportaturos. Euaſerũt igitur quaſi uictores: qui multo magis uicti proſtratiq; fuere/ cũ laudibus dñm que non ſuſcipiebant/uel nolẽtes decorarẽt. Cap. LIX. Nũerus, 19

» Abi qui erat tecum trans Iordanẽ cui teſtimoniũ perhibuiſti: ecce
» hic baptiſat/& omnes ueniũt ad eum. ¶ Moleſte hanc offenſionẽ uictorie/diſcipuli Ioannis tulerunt: preſertim quia rerum illarum ſtatũ conſiderantes/redarguere phariſeos non poterãt. Turbabãtur igitur/minoris fieri magiſtrũ uidentes: ac pudore admirationi mixto uerecunde petunt/cuius rei gratia cui teſtimonium ipſe perhibuerit: gloria magis creſcit & preuenit/tãtam baptiſans multitudinem. Hanc ego queſtionem diuina diſpenſatione factam contenderim. hinc enim incitatus ad longum & exquiſitum de Chriſto ſermonem baptiſta: q̃ta ſit iter baptiſmũ & baptiſmũ differentia/plane oſtendit, Cap. LX.

» Reſpondit Ioannes & dixit: nõ poteſt homo accipere quicq̃/ niſi fuerit ei
» datum de celo. ¶ Nihil inquit in hominibus bonum eſt: quod a deo nõ datum ſit. Quid enim habet creatura: quod non acceperit? Quare hominẽ dicet cõceſſa ſibi de celo mẽſura honoris eſſe contentũ: nec maiora q̃ ferre poſſit flagitare. ne ingrato animo datã deſuper ſententiã ſpernere/& diuino iudicio refragari uideatur. Nõ enim debet pudore turbari: ſi pfectiores diuinitus preferunt. Sed ea potius magni facere: q̃bus miſericorditer decoratus a deo eſt Nõ ferat igitur grauiter hoc meorũ quiſq̃ diſcipulorũ. Meã ipſe menſurã cõſeruo maiorẽ minime ignoro. hominem me eſſe: nõ ſum neſcius, Cap. LXI. 1. Ad cori 4

» Ipſi uos mihi teſtimoniũ perhibetis: q̃d dixerim nõ ſum ego Chriſtus/
» ſed quoniam miſſus ſum ante illum, ¶ Ea modo ad diſcipulorum memoriam uerba reducit: que ſepius ab eo audierũt. tum ut quaſi ſegnes ad res predaras arguat: tum ut eis perſuadeat a ſcriptura diligentius

Predicet. q̃rerere/quantum futurum predicet Chriſtum:& q̃tum precurſorem eius bap
ſcriptu- tiſtam.ſic enim certiore habita rerum cognitione:non turbabũtur/idonea utri
ra ſcilicet q; fieri uidẽtes.nec alius mihi modo teſtibus opus eſt inquit: cum uos ipſi iam pri
dem hec eadem a me audieritis,Ego enim me ſeruum eſſe profiteor/qui miſſus
ſum ad predicandum:quia ego non ſum Chriſtus/ ſed ille. ſuperet ergo/ & te=
neat omnia gloria eius:qui dominus ac deus eſt, Cap.LXII.

» OVi habet ſponſam/ſponſus eſt: amicus autem ſponſi qui ſtat &au
» dit eum/gaudio gaudet:propter uocem ſponſi. Hoc ergo gaudiũ
» meum impletũ eſt, ¶ Similitudine rurſus rerum humanarũ ratio
tracta:in cognitionem diuinarũ inducit.Figure namq; intellectua
lũ;hec corporalia ſunt.que cum ſentiantur:clariora plerũq; faciũt
ea/que aliter uix intelligere poſſumus.Spõſus igitur/celebritatiſq; princeps in=
quit Chriſtus eſt:miniſter autẽ conuiuii ego ſum.illa q̃ mea dignitas eſt:ut inter
amicos numeratus uocẽ ſponſi audiã.Et ego quidẽ qđ optabã cõſecutus iã ſum.
Nõ enim tantũ predicaui quia Chriſtus ueniet: ſed preſentẽ uideo/& uocẽ eius
auribus percipio.Vos autẽ cum humanũ genus atq; naturã/quã Chriſti ſpõſam
nomino(que prius ab eo refugiebat)ſpiritaliter ſponſo ſuo/ per ſpiritalem ba=
ptiſmum coniungi uideatis:non moleſte feratis/ quia non ad me magis q̃ ad ſpi
ritalẽ ſponſum(ut par eſt)undiq; cõfluunt.Spõſus enim eſt: qui ſpõſam habet,
Nolite inquit in me ſpõſi coronã querere.Non enim propter me/ſponſam pro=
Pſalmus. pheta hortatur dicẽs, Audi filia & uide & inclina aurem tuam & obliuiſcere po=
44 pulum tuum & domũ patris tui.Nec thalamum meum ſponſa querit: cũ dicit/
Cantica. indica mihi quẽ diligit anima mea: ubi paſcas/ ubi cubes in meridie. Celeſtis eſt
1 ſponſus ſuus:ego uero unigeniti gaudio triumpho,quia ſerui conditione depo
ſita tam nomine q̃ re amicitie fruor. Cap.LXIII.

» ILlum oportet creſcere:me autem minui. ¶ Grauius modo ut pro
re parua turbatos arguit:preſertim quoniã anteq̃ ſcirẽt quis Ema=
nuel eſſet/etiam commoti ſunt, Non enim hac re ſolum quia plu=
res ab ipſo baptizantur: gloriam meam ſuperat ille ait.ſed eo aſcẽ
det/ut quemadmodũ deus eſt:ita etiam hominibus uideatur.Cre
ſcet enim quotidie/orbemq; ſplẽdor ſuus illuſtrabit:ego uero minuar/nec datã
michi menſuram excedam.ſed in eiſdem permanens:tãto minui uidebor/quã=
to ad maiora ille precurret.hec ſanctus ille baptiſta nobis predixit.Nos autẽ etiã
exemplis:quod dicitur/pre oculis ponamus. Certe igitur cuiuſdam magnitudi
nis lignũ uidere fingamus/ iuxtaq; ipſum magne future arboris plantã nũc pri
mum e terra prodire imaginemur.Num igitur ſi uocem lignũ aſſumeret/ac di
ceret/hanc plantam creſcere oportet/me uero minui:detrimentum quoddã li=
gno futurũ intelligeremus? Minime arbitror. Sed ideo minui dicemus: quia dũ
ad plantam confertur/minus atq; minus quotidie reperitur.cõmode ſtellarum
quoq; clariſſima de ſole dixerit:illũ oportet creſcere/ me uero minui. Nam quo
uſq; profunditas aeris nocturnis tenebris obſcurat;aureo fulgore/ gloriaq; in=
tegra ſplendere luciferum/magna omnes predicant admiratione. Cum autem
ad ortum ſol feſtinare uideatur/ cumq; lux eius noſtrum hunc orbẽ aliquantũ
illuminauerit:cedit ſenſim maiori lucifer,& Ioannis uerba non iniuria dici poſ=

ſunt:illum oportet creſcere/me autem minui, Cap,LXIIII,

¶Quod filius non eſt de numero creaturarum:ſed ſuper omnia,

» QVi deſurſum uenit:ſuper omnes eſt. ¶Non eſt magnũ inquit neq; mirabile:ſi humanã gloriã Chriſtus excedit, Non enim in hoc gloria eius terminatur qui deus eſt:ſed omnẽ ſuperat creaturã.Super omnes creaturas(inquit) eſt/non ut inter omnes cõnumeratus:ſed ut ab omnibus ſeparatus.& tamen omnibus preſens:ut deũ decet. cuius rei cauſam propoſuit:ut pudore/aduerſariorũ linguas deprimeret. Qui enim deſurſum uenit ait / id eſt qui a ſuperiore germinauit radice:is paternam conſeruãs naturã ſuper omnia eſſe/uere profecto credetur.Impoſſibile namq; eſt non eſſe talẽ natura filiũ:qualis genitor eius eſt.Quomodo autẽ qui eadem Ad heb, natura pollet/qui fulgor patris / atq; character eſt ; minoris erit q̃ pater glorie? 1
Nã ſi patris propria bona filio nõ dabimus/ſed eius characterẽ deſpicere uoluerimus:ipſum quoq; patrẽ contemnemus. Scribitur enim/ut oẽs honorẽt filiũ ſicut honorãt patrẽ.ita qui filiũ nõ honorat:is patrẽ etiam paruifacit.Qui aũt nõ Ioannes, 5
alio q̃ pater honore glorificatur/qm̃ exipſo ſecundũ naturã eſt:quõ creaturarũ oĩm ſubſtantiã nõ excedit? hoc enim ſignificaſ:cũ dicitur / ſuper oẽs eſt. ¶Nõ Catilla-
me fugit magna uoce hinc aduerſarios clamaturos atq; dicturos:quenã ratio cũ tio,
deſurſum ſcriptũ ſit/ex patris poti? ſubſtãtia filiũ eſſe propter illud deſurſum
intelligere coget/q̃ aut de celo/aut ab innata ſibi excellentia deueniſſe/propter
quã & ſupra ceteras creaturas eſſe predicaſ? ¶Aduerſus hec nõ dubitabimus Satiſfa-
ita reſpondere.nõ rationibus ueſtris manibus atq; friuolis nos ſcripture ſenſum ctio ad p̃-
inueſtigamus:ſed ſacras ſequẽtes litteras/altius uniuerſa ſcrutamur.Querendum igiſ eſt hoc quod deſurſum aut deſuper diciſ:quõ ſoleat accipere ſcriptura.Omne datũ(ſanctorũ quidã ſpiritu plenus ait)& omne donũ perfectũ deſur Iacobus,
ſum eſt/deſcendẽs ex patre luminũ.ecce deſurſum hoc/nihil aliud q̃ ex patre ſignificare poteſt.nec iniuria. Quid enĩ ſup creaturas preter ineffabilẽ dei naturã eſt/cui deſurſum ac deſup(qđ greci anothen dicũt)accõmodari proprie poſſit? Cetera enĩ omnia ſeruitutis iugo premũtur : ſolus autẽ deus naturaliter regnat.Quare ipſe ſolus uere ſuper omnia eſt,quã dignitatẽ filio etiã ueluti deo/
& ex deo ſecundũ naturã:pie attribuimus. Quod ſi deſurſum nihil aliud q̃ de
celo ſignificat ; cur de omni angelo & rationali uirtute nõ dicitur? ueniũt eni ad Ioannes.
nos de celo;& aſcẽdũt & deſcendũt ait in filiũ hominis. Quid igitur coegit baptiſtã quod multis cõmune cũ filio eſt/tanq̃ precipuũ filio ſoli attribuere:& quaſi de unico dixiſſe/ille q deſurſum uenit? cũ dicẽdũ potius eſſet: q deſurſum ueniũt ſuper omnes ſunt/ut multis hec dignitas cõmunis pateret eſſe,Nõ ignorauit certe illi ſolũmodo uerbũ huiuſmodi deberi:q a ſuperiore pullulauit radice.
Nõ ergo de celo:ſed quod diximus pie ac uere ipſa dictio anothen nobis oſtẽdit.
Quomodo autem & ſuper omnia erit uere: ſi nõ ex patre/ſed de celo deſup ſignificare putabimus? Sic enĩ angelorũ quiſq; cum uere de celo uenire dicatur :
uere ſuper omnia erit. Cũq; non connumeretur cum omnibus quod ſuper oĩa eſt: quaſnã creaturas ſup oĩa collocabimus? aut quomodo integre / ſincereq;
quoniam deſuper uenit:ſuper omnia eſt? cum tam ingens angelorũ multitudo

in omnibus (quia etiam ipsi de celo similiter ueniant) nequaq̄ cōprehenderentur Non enim possumus omnia intelligere: si quicq̄ omnium non comprehendi putabimus. Verbum autē quod ex deo patre effulsit / quod desursum proprie natum est / quod a fonte substantie patris profluit: non collocatur in omnibus / cū pars eorū minime sit. sed ut aliud preter omnia / genitoris naturaliter bonis per fulgens: super omnia erit profecto. ¶ Sed si non de celo / desursum illud significare putas: attamen inquient / negare non poteris ab innata filio excellentia significare. ¶ Inspiciatis rogo diligentius: quo hec uobis peruentura tandem ratio sit. Primum enim imperite uidetur sane dici: a dignitate īnata sibi filium uenire / & quasi ab aliquo loco / aut quasi ex uno unus ueniens. super omnes ascendat. Deinde libenter etiam eos interrogauerim: utrum excellentiam hanc qua super omnia esse filius scribitur / substātialem atq; inseparabilem inesse filio dicunt / an aduentitiam / extrinsecusq; quasi accidens comparatā? Nam si aduentitia illi adest excellentia / & extrinseca dignitate uerbum dei ornatur: nō potuerint effugere / ne confiteantur posse aliquando illum huius excellētie facere iacturā Accidens enim omne quod substātie inest: abesse a subiecto posse intelligitur. Erit igitur mutabilis filiꝰ dei: & uanis psalmista illum uerbis glorificat / cū perituros celos canēdo predicat / ipsum autē ineternū permansurū. & oēs inquit ut uestimentū uetera scēt / & sicut opertorium cōplicabis eos & mutabūtur. Tu uero idē ipse es: & anni tui nō deficiet. Quō igitur idē: qui sicut creatura mutabilis secundū uos est / & mutabilis ad peiora? falso autē & ipse de seipso dicit. Videte uidete quia ego sum: & non est deus preter me. Quō autē hec mutabilitas filii: patrē quoq; nō attiget? Si quidē filius imago & character eius mutabilis est: erit igitur etiā deus pater mutabilis / & erit super omnia per excellentiā quandā extrinsecā. taceo quod sequitur. Nō enim poterūt negare / imaginis oīa exēplari etiā esse insita. Sinautē propter hec incōuenientia / non aduētitia illū splendere dignitate fatebuntur / sed substātiali atq; inseparabili: nonne etiā inuiti secundum naturā deū esse cōcedent filiū / ac ideo super omnia esse / & ex sola substātia patris uenire? nam si nihil creatum est quod in omnibus non cōtineatur / est autem filius super omnia: aliud uidelicet est preter omnia / & substantiali super omnia excellētia uiget. Cum autē non idem natura cum creatura sit: quomodo deus uerꝰ nō erit? Cūq; naturā creaturarū effugiat: quidnā aliud erit nisi deus? Nihil enim secundum substantie rationem inter creatum & increatū quasi medium inuenitur. sed creatura quidem sub regno creantis est regnat autem sup ipsam deus. Si ergo deus secūdum naturā filius est / natusq; ineffabiliter ex deo est: de sursum hoc / nihil aliud profecto q̄ genitoris naturā significat. propterea etiam super omnia unigenitus est: quia ex ipsa profectus est.

Secunda pars cauillatiōis.

Satisfactio.

Psalmus. 101

Esaias, 45

Cap. LXV.

Qui est de terra / de terra est & de terra loquit̄. ¶ Nō equaliter inqt persuadere hominibus poterit qui de terra est: quēadmodū deus q super omnia est. Nam qui de terra est: cum homo sit / consiliarii locum obtinebit / totamq; credendi potestatē auditori necessario cōmittet. Qui uero desup uenit: tanq̄ deus / uirtute sua in animis audientiū uerba immittit. quantoq; natura prestātior est: tāto efficatius atq; citius operat̄. Vtiliter autē ualde suis hec discipulis baptista iculcat: qui quoniā gloria

ſaluatoris obſcurari illum uidebant / non parum turbabantur. atq; ideo accedē-
tes dicebant. Rabi qui erat tecum trās Iordanem / cui tu teſtimonium perhibui- Ioannes.
ſti / ecce ille baptiſat / & omnes ueniunt ad eum. quoniā inq̄ turbabantur: neceſ-
ſario mottonem animi eorū abiicere uolens / rectā de tantis rebus eis doctrinam
tradidit, ita ſaluatoris ſuper omnia preſtantiam oſtēdit: & cauſam affert / quā-
obrem ad illum omnes cōcurrant, Ad ſuperiorem enim qui ſpiritu baptiſat: nō
iniuria omnes inquit confluunt. Cap. LXVI.

» QVi de celo uenit: ſuper oēs eſt. ¶ Hoc inquit ſignū eſt: in infinitū ab iis
qui de terra ſunt / eū qui de celo id eſt deſurſum deſcendit filiū dei di-
ſtare. quia nec ego docere ſufficiēs ſum: nec uerba mea poſſunt uobis
ſatiſſacere. ipſe quoq; filius incōprehenſibilē hāc eſſe differētiā docēs /
ad Iudeos dicebat: uos deorſum eſtis / ego deſurſum ſum. Infra enim atq; deor- Ioannes,
ſum / creaturarū naturā ſignificat. que ſic appellatur: quoniā deo qui eā ad eſſe 8
uocauit / ſerua ſubiecta q; eſt. Surſum uero / diuina ineffabilis & dominatrix na-
tura uocatur: qa uniuerſa q̄ ab ea creata ſunt / poteſtatis ſue iugo ſubiiciuntur,
Hec nō fruſtra ſuperioribus adiecit baptiſta. Nā ne forte fingi hec diſcipuli eius.
idcirco putarēt / quod pudore motus nollet ab homine ſuperatus uideri / ne mi-
rū uideretur hominē a deo uinci: ipſius quoq; ſaluatoris hoc ipſum uerbis cōpro
bandū putauit / ut nō falſo hec: ſed uere ab ipſo narrata crederēt. Cap. LXVII.

» QVOT quod uidit & audiuit: hoc teſtatur. ¶ Duo ſenſus hominibus ſūt /
uiſus uidelicet atq; auditus: quibus maxime nati ſumus ultro ac ci-
tro de ueritate rerū certiores fieri. Nā cū ipſi audiuimus & uidim⁹:
nichil ambigentes quod uidimus & audiuimus loquimur. Vt igitur
ad fidem chr. citi⁹ eos compleret: quod (inquit) optime nouit qa
uidit & audiuit / illud teſtatur. Vidiſſe autem audiſſeq; filium dei a ſimilitudine
hominum ut deum decet / intelligemus. Cap. LXVIII.

» QVOT teſtimonium eius nemo accepit. ¶ Non quia nemo accipit teſti-
moniū qđ ſcilicet deus natura ſit / & de ſurſum ac de celo id eſt ex
patre profectus ſuper omnia ſit: idcirco iſta dicuntur, multi enim
teſtimoniū eius acceperūt: & ante oēs Petrus. qui dixit: tu es Chri- Matheus
ſtus filius dei uiui. Sed quia multo melius atq; citius ceteris dignita- 16
tem ipſe Chriſti cōprehendit: concutiens quaſi caput / & pedes manibus cedens /
incredulitatem hominum magnam admiratur. Cap. LXIX.

¶ Quod deus & ex deo naturaliter filius eſt,

» QVi autē accipit eius teſtimoniū: ſignauit quia deus uerax eſt. ¶ Nō
aliter incredulorū impietatē pre oculis ponere potuiſſet: niſi credē
tium uirtutē oſtenderet. facile nāq; bonorū oppoſitione: malorum
feditas cernitur / cognitioeq; melioris: turpia ſtati arguūtur. Qui
ergo inquit uerba eius accipit qui deſurſum uenit: hic ſapiētia ſua
quaſi concluſum quoddam & certum ſignauit / non poſſe diuinam mentiri na-
turam. hinc oppoſitū emergit, Qui enim fidem Chriſti recuſant: hi falſo teſtā-
tur quia deus uerax non eſt, Animaduertendū autē quomodo his iterum uer-
bis a conſubſtantialitate creaturarū filiū remoueat / & deū eſſe uerū oſtendat.
Nam ſi qui doctrinam eius & teſtimonium ſuum de ipſo accipit: hic ſignauit

probe atq; discreuit qa deus uerax est / quomodo non erit Christus natura deus; cũ uerax esse cõfimatur? Vel si hoc negant: respõdeant queso quomodo deitatis natura ut uerax honoratur / si saluatoris testimoniũ nõ accipitur? Si enim secundũ naturã deus nõ est: qui ei ut ueraci credit / nõ pius erga deũ sed erga pulcherrimã quandã inuenitur creaturã, sed qm̃ ueritatis huius sententia si Christus quasi uerax creditur / non creaturã sed deũ demõstrat: patet quia nõ nudo uocabulo / sed reipsa deus cum sit / consentientiũ atq; credentium laudibus decoratur. ¶ Sed ridebit fortasse magnus ueritatis quispiã inimic⁹: deũq; natura filium nolẽs cõfiteri / magna uoce clamabit, Quid huiusmodi cauillationibus / peruersisq; rationibus / simplicẽ atq; rectũ scripture sensum obtenebras? Nam quoniã de celo filius dei descẽdit / quoniã aperte de se predicat dicẽs / nõ loquor a me / sed qui me misit pater: ipse mihi mandatũ dedit quid dicã & quid loquar. Et rursus, omnia que audiui a patre: nũcio uobis. Quẽ enim misit deus: dei uerba loquit̃. idcirco modo dicit: qui accipit testimoniũ eius / signauit qa de⁹ uerax est. uerax enim sane deus pater est / tu autẽ id qđ patri debetur: in filiũ reducere conaris, ¶ Nos uero ad hec. an igitur cũ prophetis uos unigenitum collocabitis / propheteq; illũ officio functũ dicentes / nihil aliud ei attribuetis? Cui eni non apertissime patet: dei ad nos uoces / prophetarũ ministerio fuisse allatas? Et qd precipuũ dabitis filio: si ipsum solũmodo fecit? Quõ autẽ sup omnia est: si prophetis cõnumeratus / in serui mensurã cognoscitur? quomodo p̃terea tanq̃ gloria illis prestãtior: ipse de se dicit. si illos dicit deos ad quos sermo dei factus est. & non potest solui scriptura: quẽ pater sanctificauit & misit in mundũ / uos dicitis quia blasphemo / quia dixi filius dei sum. Seipsum eni filiũ dei aperte in his appellans: a grege prophetarũ se remouet / & deos illos quidẽ nominatos fuisse / quoniam dei uerbũ ad eos peruenit / se autẽ filiũ dei affirmat: nec iniuria, Prophetis eni particularis q̃dam per spiritũ gratia collata est: sed in Chirsto saluatore tota deitatis plenitudo habitare corporaliter apud Paulũ scribitur. Qua propter a plenitudine ipsius: nos oẽs accepisse Ioannes asseruit. Quomodo ergo equalis est accipiẽtibus: qui largitur? Aut quõ cũ ministris locabitur: deitatis plenitudo? Considerent igitur oro: in q̃tam impietatem eorum incidit oratio, Quomodo autẽ illud intelligendũ est: ego a meipso non loquor / sed q me misit pater mãdatum mihi dedit quid dicam aut quid loquar / loco suo latius dicemus. Nunc satis est si pietatis dogmata: his suis rationibus corroborari fateamur. Mãdata igitur accipere a patre filiũ / & nihil a seipso loqui contẽdũt / sed que audiuit ea dicere: hec nos concedẽtes nihil quantũ ad rationẽ substãtie pertinet / ueritati catholice obesse affirmamus. Quando igitur dicẽtem ipsum audiunt / ego & pater unũ sumus / & qui me uidet: uidet & patrem / & ego in patre & pater in me: accipiant hoc testimonium eius & signent / quia deus pater uerax est / quodq; ueracissime scit / id filio loqui persuadet. Non discredant ergo uerbis domini: qui patris mẽtem hominibus explicat.

Calũnia pfidorũ & oblateratio uana.

Ioannes. 12

Ioannes. 15

Purgatio infande calũnie.

Ioannes 10

Ad colos. 12

Ioannes. 12

Ioannes. 10

Ioannes. 14

Cap. LXX.

Qui enim a deo missus est: uerba dei loquitur. ¶ Scit ergo pater natura in se filium suum esse. Hoc enim arbitror & non aliud illud significat: ego & pater unum sumus. Scit filium esse non creaturam: filium autem dico / non nudo filiationis uocabulo decoratum / sed ex substãtia

genitoris prodeuntem,ſcit incommutabilem eſſe imaginem ſue nature: in qua perfecte ipſe uidetur,cum in ipſo patre:qui ex eo ſecundum naturam ineffabiliter effulſit(ut ita dicam)depingitur. Habet enim in ſeipſo filium pater:& ipſe rurſus propter identitatem ſubſtantie in filio eſt. Hec ſi confiteri uolueritis: & uos a peſtifera hereſis egritudine incolumes euadetis / & nos ab hac multitudie uerborum liberabimur. Cap,LXXI.

» QVem enī miſit deus:uerba dei loquit. ¶ Hoc ſi ut iacet / rurſus tantūmodo itelligitis:quid magni erit in filio? Vtrū prophetarū quiſq; a deo miſſus nō eſt? an uerba dei nō loquebatur? Atqui ad Moſem dicit. Et nūc mitto te in Egiptū:& dices ad Pharaonē.hec dicit dīs Et ad Hieremiā. Nō dic quia iunior ego ſum:quia ibis ad quoſcūq; ego te mittā / &que tibi mādabo loqueris. Quid igit magis in filio eſt a deo miſſo:& uerba dei loquēti? Nō enī maius prophetico miniſterio aliquid feciſſe uidebitur. Quare miſſio in iſtis:aut ſecundū incarnationis rationē quia in hūc mūdum cū carne uenit / aut altius atq; ſublimius & ut deū decet intelligetur. Ex natura enim patris ut ſplēdor lucis ſecundū ineffabilē diuine generationis modū effulſit:quod ipſe oſtēdit dicens. Ego ex deo proceſſi: & ueni. procedit enim ex patre in propriā ſubſtantiā filius:iquis in ipſo ſecundū naturā ſit, Quod igitur ibi ꝓcedere:idipſum hic rurſus mitti ſignificat. uerbū igit quod ex patre effulſit:quia deus ex deo eſt / deo congruentibus uerbis utetur. Cōgruunt porro illa deo uerba que uera ſunt:& nulla mendacii turpitudine maculantur. Qui ergo ſaluatoris teſtimoniū accipit:is quaſi quodā ſigillo firmiter ſignauit / quia deus uerax eſt. filius enim:uere ſecundum naturam deus eſt. Exodus. 3 Hieremi. 1 Ioannes. 8 Cap.LXXII.

» NOn enī ad mēſurā dat deus ſpiritū. ¶ Attētiſſimas modo aures ꝑbeas: ut rurſus mirabilē baptiſte doctrinā nobiſcū admireris. Nā cū a deo miſſum eſſe filium dixerit. deiq; uerba loqui Chriſtū aſſeruerit: qm̄ uerba hec prophetice quoq; dignitati accōmodari poſſent / per ea que modo dicit / longe a prophetis filiū ſeparat. & uno hoc ſigno: imenſam eſſe differentiā inter homines & filiū oſtēdit. impoſſibile nanq; inquit eſt: ut qui menſura ſpiritum acceperūt / aliis etiā illū largiantur, nunq̄ enim ſanctus uir: alteri ſancto ſpiritus fuit largitor / ſed oībus ex āplitudine ſua filius largit. Nō ergo ad mēſurā dat: nec ut illi / mēſura & participatiōe ſpiritū habet. Qm̄ igitur largitor ſpiritus eſt: nemo ambiget quin ſubſtātialiter in ſeipſo ſpiritum poſſideat. Qui ergo tanta prestātia prophetas excedit: non ut illi / uerba dei loquetur / ſed ut deus ex deo decētia deū predicabit. ¶ Sed apoſtolorū quoq; manibus datū ſpiritū non ignoramus: quiſpiā obiiciet. ¶ Orabāt illi ſpiritū o amice: qui cū exoratus ueniret / manibus eorū preberi dictus eſt, Nō enim ipſe beatus Moſes a ſpiritu qui erat in eo accipere uidebatur / ac aliis prebere: ſed ioli diuine hoc ſeruatū eſt poteſtati. Sol? enim deus: hec ſublimia deoq; digna efficere poteſt. Cap.LXXIII. Catuli ſolutio. Actus, 8 Nūerus, 11

¶ Quod patris bona: non participatione / ſed natura & ſubſtantialiter in filio ſunt,

» PAter diligit filium:& oīa dedit in manum eius, ¶ Dixit iam idcirco qa ex deo deus filius eſt: non aliis ipſum uerbis uti poſſe quam ueriſſimis / & quibus pater utatur. Qui enim a deo miſſus eſt: uerba dei loquitur.

Hoc ipſum modo latius aperiẽs ait: pater diligit filium. Non offendimus inquit deum patrem: ſi equalem filio ſuo referemus honorem / decenti deum gloria filium coronantes / qui ſubſtãtialiter bonorum patris heres eſſe cognoſcitur. Nã quoniam pater diligit filiũ: equali eius gloria gaudet / & contrario ſemper offenditur. Nec iſtam ſolummodo dignitatẽ proprio heredi dedit: ſed omnia dedit in manum eius. omnia dico ſimpliciter / que ſubſtãtialiter inſũt patri: filio quoq; inſunt, Manum autem hic uirtutem nominat / ut alibi dicitur: manus mea ce-
Eſaias. 48 los firmauit. Omnia uero patris propria ſubſtantialiter bona: non participatione data filio ſunt, Sic enim deitas filii aduentitia non naturalis inueniretur, ſed ita ut caliditati que ab igne procedit / proprietas ignis dari naturaliter dicit. qui dãdi modus: quemadmodũ nullũ danti poteſt afferre detrimentũ (cum ea que dari uidentur. nullam diuiſionem patiantur) ſic capienti nullo dedecori ſunt, Hec enim omnia: nihil aliud niſi ex quo ſignificant, naturalis enim (ut ita dixerim) qualitas producentium: producta eſſe uidentur / ſubſtantiam producentis (quenam ſit) oſtendẽtia / & naturalẽ ſui fontis actionem decorantia. Sed hec de eis dicimus: que loco exempli ſumuntur. deus autem ſuper hec omnia eſt. Cuo
Prouer. 25 circa humana mens atq; oratio: ſi corporeis ad explicãdum exemplis utitur / accuſanda non eſt. gloria enim domini obſcurat orationem: ut ſcribitur. Nam cũ
1. ad corĩ. 13 per ſpecula & p enigmata & ex parte intelligamus: neceſſe eſt ut multo minus lingua exprimere poſſimus. Aut ergo ut diximus intelliges: aut ad Chriſtũ ut hominem iſta referes. ut magna uoce dicere uideatur. Non dedignetur quiſpiã cum rerum omnium dominum atq; creatorem hominem eſſe uideat / nec recuſet ut deo ei credere: quia ipſum cum carne uideat / ſed accipiat libenti animo teſtimonium eius / & ſignet quia deus uerax eſt. hoc enim modo poterit patrem
Matheus 11 non offendere: qui ſuum filium diligit, cuius dilectionis ſignum eſt: quia omniũ ei rerum tradidit poteſtatem, Omnia enim ipſe ait: tradita mihi ſũt a patre meo
Matheus 28 Et rurſus. data eſt michi omnis poteſtas in celo & in terra, Nec quia data ſibi poteſtas eſt: idcirco dante patre minor uidebitur. Accepit enim ut homo: quando humiliauit ſeipſum. aliter quomodo ab equalitate dei patris deſcendiſſe humiliatus diceretur? An non uides in iſtis patrem quidem ut deum dare / filium autem ut hominem accipere illa / que ut deus habebat? Non ergo ita dat pater / ut initium poteſtatis filio prebeat: ſed ita / ut cum carne filius ad poteſtatẽ / quam abſq; carne ſemper naturaliter habet / recurrat. Non enim quãdo factus eſt ho-
Ad philĩ. 2 mo: hec ſibi poteſtas primum eſt. Ad quam enim diceretur humilitatem deſcẽdiſſe: ſi factus homo / poteſtatem in omnibus accepit? Aut quomodo ſerui formam accepiſſe crederetur: qui cum acceperit / tũc demum factus dominus eſt? Abiciamus hec impia ex animo noſtro, factus enim homo: ut homo incipit dominari / qui nũq; conuenientem deo dignitatem amiſit, ſed cum carne ad id qđ ſemper eſt; factus homo aſcendit. Quod autẽ hec ita ſe habeãt: ipſe oſtẽdit di-
Ioannes. 17 cens, pater glorifica me illa gloria: quã habebã apud te anteq; mũdus eſſet. Perpendis quia nõ initiũ glorie petit: ſed renouationem / ut ita dicã. nõ quod amittere timeat: ſed quia ut homo regnare incipit. Quod autem propter carnem
Daniel. 7 dñi dicant: quis multis probari poſſit / optime tamẽ ex illa horribili Danielis uiſione mõſtratur, in qua uidiſſe ait antiquũ dierũ in ſede / & mille milia ac cẽties

centena milia miniſtrare illi / atq; aſſiſtere. quibus adiecit,& ecce cum nubibus
celi quaſi filius hominis ueniebat:& uſq; ad antiquū dierum peruenit / & in con=
ſpectu eius obtulerunt eum.& dedit ei poteſtatē / & honorem & regnum:& oēs
populi / tribus / & lingue ei ſeruient. Vides quomodo filius regnū a patre ut filius Ad phili.
hominis accipit. humiliauit enim ſeipſum ut ſcribitur:habitu propter nos inuen 2
tus ut homo. ut cum primus ad regnum redierit:initium & uia eterne uite / rega
liſq; glorie nobis proponatur. & ueluti q̄uis ipſe naturaliter uita ſit deſcēdit ta=
men propter nos / ut homo ad mortē / ut hoc modo uere in omnibus nature no=
ſtre (ut ita dicā) permixtus / & ab interitu nos liberaret / & eterne uite nos partī=
cipes faceret. Sic q̄uis deus ſit:dedecora tamē noſtra ſumpſit / ut ad regiū natu=
ram hominis reduceret honorem. Primus enim (ut Paulus dicit) factus omnib? 1. Ad corī
& uia & ianua & origo bonorum noſtrorum: a morte ad uitam / a corruptione 1
ad immortalitatem / ab imbecillitate ad uirtutem / a ſeruitute in adoptionem fi=
liorum dei / a dedecore & infamia in honorē & gloriam nos reſtituit. Quare
quando ut homo accipere illa uidetur que habuit & ſemper habet ut deus: non
conturbemur / ſed diſpenſationis memores abſq; detrimēto integram mētem
noſtram conſeruemus. Cap. LXXIIII.

» QVi credit in filium:habet uitam eternā. Qui autem incredulus eſt
» filio:non uidebit uitam. ¶ Non abſq; ratione credentibus in Chri=
ſtum / uitam reſeruari teſtatur:ſed ab ipſis rebus tante rei demon=
ſtrationem adducit. uita enim ſecundū naturam: unigenitus dei
filius eſt. in ipſo enim uiuimus / & mouemur / & ſumus, Ingeditur Actus.
enim ad nos per fidem:& per ſpiritū ſanctū inhabitat / quod in epiſtolis hic ipſe 17
teſtatur euangeliſta. In hoc enim ait cognoſcimus / quia in nobis eſt: quia ex ſpi= 1. Ioannes
ritu eius dedit nobis, uiuificat igitur Chriſtus credentes in ſe:quia cum ſecundū 4
naturā uita ſit / in fidelibus habitat. Quod autem per fidem hoc fit:Paulus oſtē Ad ephe.
dit dicens. huius rei gratia flecto genua mea ad patrē domini noſtri Iheſu Chri= 3
ſti:ex quo omnis paternitas in celis & in terra nominatur / ut det nobis bonitatis
ſue uirtutē:corroborari per ſpiritum eius / habitare Chriſtum per fidem in cor=
dibus noſtris. Quoniam igitur ipſe filius uita ſubſtantialiter eſt / & per fidē in
credentibus habitat:quomodo non ueraciter dicitur / qui credit in filium habet
uitam eternā / qui autem incredulus eſt filio / non uidebit uitam? ¶ Num igitur Cauilla=
dicet aliquis eam opinionē nobis baptiſta imprimere uoluit: qua reſurrectionis tio,
myſteriū imminuitur? Vitam enim habituros eternā fideles cōprobat:incredu=
los autem non uiſuros uitā ait. ita non oēs:ſed fideles reuiuent / ut baptiſte ora=
tio ſignificare uidetur. ¶ Sed quo illud abibit / ſimpliciter de omnibus dictū: re= Solutio.
ſurget mortui? Quid autē & paulus ſibi uoluit dicēs / oēs nos manifeſtari opor= 1. Ad cor
tet ante tribunal Chriſti: ut recipiat unuſquiſq; propria corporis prout geſſit / 15
ſiue bonū ſiue malū, Non poſſum nō laudare ambigētes: ſi credentes diſcendi 2. ad corī.
gra dubitāt. Propoſite nāq; orationis:hic ſenſus eſt. Credēti ait uita eterna pro 5
poſita eſt, de incredulo uero: aliud quiddā uerba ſuboſtendūt, Nō enī dixit nō
habituros uitā incredulos:quippe qui communi reſurrectionis lege ſuſcitabun=
tur, ſed uitam inquit non uidebunt:id eſt nec q̄tum ad uiſum quidem pertinet
nudū / ad uitam ſanctorum peruenire poterūt / non attingent illā beatitudinē /

non guſtabunt illa gaudia / nõ uidebũt uerã illam uitam. Supplicijs enim cruciabuntur: quod omni morte triſtius eſt in ſolo ſenſu dolorum animã in corpore retẽturi. Hãc uite diſtinctionẽ Paulus quoq; predicat. audi queſo qualia ſcribit ad mortuos peccato propter Chriſtum. mortui enim eſtis: & uita ueſtra abſcõ-
Ad colo. 3 dita eſt cum Chriſto in deo, quando enim Chriſtus apparuerit uita ueſtra: tũc & uos apparebitis cũ ipſo in gloria. Aſpicis quomodo uitã ſanctorũ eam appellat manifeſtationem in gloria cũ chriſto? Quid porro / quãdo pſalmiſta canit,
Pſalmus, 33 quis eſt homo qui uult uitã: diligens dies uidere bonos? Prohibe linguã tuã a malo. Nõne dicemus ſanctorũ uitã iſtis uerbis ſignificari? cõſpicuũ ut arbitror eſt. Nõ enim amalis abſtinere hortatur ut carne reuiuiſcãt (reſurgẽt enim etiã qui male operãtur) ſed ad illam in uitatuitã / in qua uidere quis poteſt dies bonos / in beatitudine atq; gloria eternaliter uiuens, Cap. LXXV.

» Ed ira dei manebit ſup ipſum, ¶ Apertiſſime modo hac adiectione / quod diximus explicauit. inſpiciat hec diligẽtius oro: qui diſcere gliſcit. Qui filio incredulus eſt ait: non uidebit uitã / ſed ira dei manebit ſuper ipſum. Si enim non reſurrecturos incredulos uerũ eſſet: nõ intuliſſet ſtati / ſed ira dei manebit ſuper ipſum. uerũ qñ irã dei nominauit: manifeſte uidet / a iocunda ſanctorũ uita acerbũ impiorum cruciatũ diſtinguere. & uitã quidem / gloriã cum Chriſto que uere uita eſt: ſupplicia uero impiorũ / irã dei appellare. ſolet enim ſcriptura irã pro ſupplicio plerumq; accipere. Teſtes ſunt Paulus / & Ioannes: quorũ alter ad cõuerſos ex gen
Ad ephe. 2 tibus dixit: eratis ire filii natura / ut reliqui. Alter ad phariſeos & ſcribas: genimina uiperarũ / quis oſtẽdit uobis fugere a uentura ira. Cap. LXX.
Lucas, 4 » T ergo cognouit Iheſus qa audierũt phariſei quia Iheſus plures diſcipulos facit & baptiſat q̃ Ioannes: q̃q̃ Iheſus nõ baptiſaret / ſed di-
» ſcipuli eius: reliquit Iudeam & abiit iterum Galileã. ¶ Vnde hic ſer-
» mo ad hoc proceſſit / aut a quonã rerũ initio narratiõe orta cognoſcere dñs dicitur: quod phariſei audiuerint / operepreciũ eſt exponere, Cũ enim dicitur / ut ergo cognouit Iheſus: preterita quedã res / manifeſte monſtratur. Vniuerſa quidẽ abſq; nuncio ſicut deus / uel anteq̃ fiant cognoſcit. Expectat autẽ uniuſcuiuſq; rei oportunitatẽ: rerumq; ordinem potius q̃ cognitionem ſuã in pleriſq; mirabiliter diſpenſans ſequitur. Queſtione igitur inter Ioannis diſcipulos & Iudeos de purificatione facta ut dictum eſt; magna uterq; ſuam contentione opinionẽ defendebat, Nã alii Ioannis glorie ſtudentes: legali aſperſione / omniq; purificatione Iudeorũ ſublimiorẽ eſſe baptiſmum eius affirmabant. Cuius rei ſignum ueriſimiliter ut puto afferebãt, quia multi priſca cõſuetudine ſpreta: ad Ioannẽ proficiſcebantur. Alii cũ non poſſent flumen orationis illorum deprimere (ingens enim ueritatis uis eſt) inuiti ad Chriſti baptiſmum / propter confuſionem aduerſariorum confugiebant. ¶ Et eadem ratione qa multo plures ad Chriſtum q̃ ad Ioannem aperte confluerent; meliorem eſſe baptiſmum Chriſti contendebant, unde ut arbitror magno ardore diſcipuli Ioannis incenſi: ad magiſtrum acceſſerunt dicentes. Rabi qui erat tecum trãs Iordanem / cui tu teſtimonium perhibuiſti: ecce ipſe baptizat / & omnes ueniũt ad ipſum Rationẽ enim Iudeorum / figura dicendi mutata: modo interrogatio

nis proferunt, Hinc ergo cognouiſſe dominus dicitur: quia audiſſent phariſei plures ſe q̄ Ioannem diſcipulos facere. atq; ideo eſtuātem eorum uitans inuidiam/& tempore oportuno paſſionem reſeruans:a regione iudeorum in Galileā rurſus abiit.

Cap. LXXVII.

» OPortebat autē eum tranſire per mediam Samariā. Venit ergo in ci-
» uitatē Samarie que dicitur Sichar:iuxta predium quod dedit Iacob
» Ioſeph filio ſuo. ¶ O prudentiā admirabilē/O actem mentis.inauditam narrationē incipiēs: que paulo poſt quiſpiā querere poſſet/ ſtatim incipiendo diſſoluit. Dubitare certe poſſemus: quamnā ob rem dominus noſter Iheſus chriſtus Samaritanos ante tēpus illuminauit/ & qui ad Tyriam illam mulierē cum filie ſupplex ſalutem peteret:nō eſt bonum dixit ut filiorū panē canibus immittamus,qui anteq̄ Iſrael eū pelleret/non eſſe prius preſeruatā Iudeis gratiam/ gētibus dandā ſignificās:nō eſſe dicebat ſe miſſum niſi ad oues perditas domus Iſrael,Quomō nūc Samaritanos:anteq̄ omnino Iſrael ſalutē ſuā abieciſſet/docebat? Ad hec igitur omnia reprimenda; per ſamariam ipſi trāſeūdū fuiſſe premiſit,Nō enim iquit huius gratia ut alienigenas doceret ac uniuerſam penitus hebreorū benedictionē trāſferret/in Samariā abiit: ſed quoniā illa trāſeundū erat/ſapientie opus etiā ibi neceſſario fecit. Nā quem admodū naturalē urēdi uim ignis nunq̄ amittet:ſic omnino impoſſibile eſt op? ſapiētie a ſapientia non proficiſci. ut igitur q̄uis filiorū panē canibus nō eſſe dādum dicebat/lachrymāti tamen cōſtanterq; inherenti mulierculē gratiā miſeri corditer prebuit:ſic Samaritanos quoq; ſuſcipiebat/ nō ab alio cōmodam nūc dari occaſionē diſcēs/ſed ipſe una cū patre ac ſpiritu ueluti deus ac dominus de terminās. ineffabilē ergo ſue poteſtatis uittutē oſtēdens/uniuerſam trāſiens regionē illuminabat:q̄uis etiā cedē eius iam meditātes Iudeos premonere uideat. Hac enim in alienigenas rranſitione munari quaſi pellentibus uidetur:in alios ſe ab eis niſi reſipiſcant/gratiā tranſlaturum. ita hoc per Samariam iter: futurorū quedam erat figura, Matheus 15 Matheus 15

Cap. LXXVIII.

» CRat autem ibi fons Iacob. Iheſus ergo fatigatus ex itinere ſedebat,
¶ Cum a terminis Iudeorum exiuerit; alienigenarū regionem ingreſſus/ſup fontē Iacob ſedebat. Vt enigmatice ſignificaret: q̄uis Iudeorum genere relicto in gentes abitura ſit ueritas/nō tamē honor & dignitas patrū decidet/ſed creſcet potius quaſi iugibus aqs Chriſti irrigata. Sedet autē fatigatus ex itinere. ita pellentiū impietas maior uidetur:qui cum honoribus eum afficere deberent/ ſudore laboreq; perſequētes fatigāt. Que res per pſalmiſtā predicta erat/retribuebāt inquit mihi mala pro bonis. uerū iudeorū quidē in his ſuperbia facile intelligitur, ¶ Quid autē rurſus nobis Arriani:aduerſus quos merito dicere poſſumus. Sodoma iuſtificata eſt a uobis. qui Iudeorum inſaniā exceſſerunt. Ab illis enim Chriſtus crucifixus eſt:ab iſtis ineffabilis natura uerbi blaſphematur. Quid inq̄ dicēt? fatigatus ex itinere ſedit. Vtrū ergo propter hec uerba:uirtutū oīm dīm ibecillē atq; ifirmū putabitis? Laboremq; itineris unigenito patris filio accommodabitis: ut paſſibilis iuxta uos inueniatur qui pati minime poteſt? an hec quidem tanq̄ impia recuſabitis: & nature humane quā aſſumpſit atq; corpori recte facietes hec attri- Pſalmus. 37 In Arrianos increpatio Ezechiel. 16

buetis? Nam quoniam in unam perſonam due nature conuenerũt: idcirco nec in duos filius unus Chriſtus ſcinditur / & omnia poſſe ut deꝰ dicitur. Cumq; impaſſibilis ſit: hominis tamen ſibi dolores attribuit / quos nõ ut deus ſed ut homo perpeſſus eſt. Caueamus igitur ne quãdo artificio quodã acacie mentis ad conſequendam pietatem nobis maxime opus ſit: tunc quaſi rudes atq; agreſtes rationem incarnationis / aſſumptionemq; hominis longe abiiciamus / & maiora q̃ ferre poſſumus onera humeris noſtris imponamus. Si enī homo factus nõ eſſet / ſi ſerui formam non accepiſſet: conturbari iure poſſetis / quando ſeruile aliquid
Ioannes. 1 de ipſo dicitur. Sin uero firmiter credimus / quia uerbum caro factum eſt & habitauit in nobis: cum ea dixiſſe aut perpeſſus fuiſſe dicitur que nature noſtre cõueniunt / humanitati hec eius attribuas. Non enim poteramus aliter uerbũ dei hominẽ factũ eſſe cognoſcere: niſi & locutus / & ꝓpeſſus aliqua ut homo fuiſſet.

» Hora autem erat quaſi ſexta. ¶ Cauſam attulit: qua Cap. LXXIX.
» iuxta fontem merito Iheſus ſedere uoluit, Cum enim ad laborẽ intenſior etiam eſtus diei acceſſerit: nõ uoluptate fontis captus / ſed calore laboreq; ut homo fatigatus quieſcit. horam uero nõ certe ſextam ſed quaſi ſextam fuiſſe ſcribit: ut etiam nos diſcamus / uel in minimis non paruam ueritatis curam habere. Cap. LXXX.

» Enit mulier de Samaria haurire aquam. dicit ei Iheſus: da mihi bi-
» bere, diſcipuli enī eius abierant in ciuitatẽ: ut cibos emerent. Dicit
» ergo ei mulier Samaritana. ¶ Non ignorauit ut deus mulieris aduentum dñs: ſed quia uenturam ad aquas ſciebat / doctrine illi tetendit rethia / ab ipſa re quam mulier / faciebat facto collocutionis
Leuitici. 5 initio. Quoniã igitur ab omni re immunda cauendum eſſe Iudeis lex iubebat / nec cũ alienigenis aut in circunciſis conuerſari (unde ad maius illi proficiſcẽtes / ac uana potius ſuperſtitione q̃ exquiſita uoluntate legis commoti: nec tangere quidẽ alienigene corpus aut ſimul comedere bibereq; patiebãtur / immundoſq; ſe putabant ſi quapiam in re cum Samaritanis conuenirent) ut ergo hac nouitate rei commota mulier / quis eſſet & unde / & cur cum Iudeo habitu uideretur: a Samaritana potum quereret / & ſic ſermo poſſet ulterius progredi: aquam ſitiẽs poſtulans dicit / da mihi bibere. illa uero reſpondit. Cap. LXXXI.

» Vomodo tu cum Iudeus ſis: bibere a me poſcis / que ſum mulier Sa-
» maritana? non enim coutũtur Iudei Samaritanis. ¶ Initiũ diſcipline queſtio eſt. & dubitatio prudens / radix cognoſcẽdi q̃ ignorãtur ſolet fieri hanc collocutionis originẽ cũ mores Iudeorũ contẽnere uideretur / nactus prudẽter ſaluator eſt. Cap. LXXXII.

» I ſcires donum dei / & quis eſt qui dicit tibi / da mihi bibere: tu petiſ-
» ſes ab eo & dediſſet tibi aquam uiuam. ¶ Diuinam ignorans mulier unigeniti naturam / & dei uerbum factum eſſe hominẽ neſciẽs: Iudeum nominabat. Chriſtus uero ad hoc quidẽ nihil / ſed ad altiora mulieris erigens mentẽ: neſcire ipſam ait quis eſt / qui ab eo potũ petit / & q̃tam habeant gratiam que deus largitur, Nam ſi ſcires inquit: tu prius aquam uiuam a me poſceres, his uerbis eam impellit: ut harũ rerũ diſciplinam quereret diligenter. Animaduertendum autem uigilantius eſt: quomodo abſq;

arrogantia ulla/deum ſe eſſe oſtendit. Nam primum / tarde ad intelligendum mulieri admirari oportere dei gratiam ſuggerit: deinde eius ſe gratie largitorem profitetur. Si enim ſcires donū inquit dei / & quis eſt qui abs te potum poſcit: tu ab eo profecto peteres, Nemo autē poteſt dona dei largiri: niſi deus natura ſit. Aquam porro uiuam: uiuificantem ſpiritus gratiam appellat. per quam humana natura ab aridita te/infecūditateq; qua diaboli artibus infecta fuerat/depulſa: ad priſtinā pulchritudinem ac uiriditatem irrigata recurrit/magno uirtutum numero flores/& charitate erga deum ſuauiſſimos fructꝰ producēs. quod per Eſaiam ita futurum deꝰ. predixit glorificabunt me beſtie agri/ dracones & ſtrutiones, quia dedi in deſerto aquas & flumina in terra inaquoſa: ut darem potum populo meo/ quem mihi formaui/ ut laudes meas enarret. Iuſti quoq; animā quaſi in fructuoſiſſimā arborem ſecus aquarum fluenta poſitā: quidam alius fore narrauit. Multa preterea ſcripture teſtimonia: quibꝰ uocabulo aque/ ſpiritus ſanctus intelligitur. Altiſſimum enim michi / magnumq; pelagus adhuc nauigandum relinquitur. Cap. LXXXIII. Esaias, 43 Pſalmus. 1

» Dicit ei mulier, Domine neq; in quo haurias habes/ & puteus altus » eſt: unde igitur habes aquā uiuam? ¶ Nihil preter cōmunia dictu mulier intelligit: atq; ideo putabat repēte ipſum ſine aliquo inſtrumēto (artibꝰ ut nōnulli ficiūt magicis) ab ipſis fōtibꝰ putei aquam hauſturum, uiuam enim communi pacto que modo a fontibus hauſta ſit: aquam appellari putauit, Cap. LXXXIIII

» Nunquid tu maior es patre noſtro iacob: qui dedit nobis puteum » hūc/& ipſe ex eo bibit/& filii eiꝰ/et pecora eius? ¶ Cito ſeipſam nō pie de Chriſto ſuſpicatam / quia decantator quidam eſſet: mulier intellexit. Non enim poterat (nec iniuria) per gratiam eius cuius uerba attente audiebat. Quaſi ergo nō magꝰ ſed propheta eſſet/ qui aquam ſine inſtrumēto uiuā/ uel ab eo uel ab alio fonte repente poſſet afferre: ad honeſtiora mutat ſermonem. & quaſi ſanctum ſancto comparans dicit. Nunquid tu maior es patre noſtro iacob: qui dedit nobis hūc puteū? Ita iā nō de difficultate hauriendi: ſed de qualitate aque loquitur. Samaritani autē quātus a Babylone in coloniam miſſi fuiſſent: tamē aut quia uicini Iudeis erāt / aut quia nonnulla religionis hebraice probauerāt / maiores Iudeorum patres ſuos appellare non erubeſcebāt / licet multi eorum a iacob originē traherent. Hieroboam enim Nabath filius tempore quo Solomonis filius Roboam regnabat: decem tribus et mediam tribus. Effrem partem / ſecum contraxit, et a Iudea profectus: Samariam habitauit. Cap. LXXXV, 4. Regū. 17 3. Regū. 12

» Reſpondit Iheſus et dixit ei. Omnis qui bibit ex aqua hac. ſitiet iterū. » qui autem biberit ex aqua quam ego dabo ei: non ſitiet in eternum » ſed aqua quā dabo ego: fiet ei fons aque ſaliētis in uitam eternam. ¶ Nunquid tu maior es patre noſtro Iacob: quaſi confutatu impoſſibilem orationē mulier protulit. Saluator autem uerbis quidem / ſibi (ne arrogans uideretur) id aperte non attribuit. Rebus autem hoc ipſum perſuadet. In infinitum ergo differre has ſenſibiles aquas atq; terrenas/ ab intelligibilibus oſtēdit, omnis qui bibit ex hac aqua: ſitiet iterū. qui uero inquit bi-

berit ex aqua quã ego prebeo:nõ modo nũq̃ ſitiet / ſed illũ in ſeipſo fontẽ cõtinebit / qui poſſit ad uitã eũ eternã deducere. Ut ergo maiora largitur: illo maior eſt / qui uix minora prebere poteſt. Aquã autẽ: rurſus gratiã ſpiritus appellauit, quã qui adeptus eſt: diuine ſcientie ſcaturientẽ fontẽ ſic adeptus eſt / ut preceptis hominum non indigeat / ſed facile poſſit ad potum uerbi celeſtis etiam ceteros hortari. quales olim erant prophete atq; apoſtoli: & modo qui miniſterii illorum
Eſaias. 12 ſunt ſucceſſores / de quibus ſcribitur . Hauriatis aquas cum gaudio de fontibus ſaluatoris. Cap. LXXXVI.

» Dicit ad eum mulier. Dñe da mihi hanc aquã: ut non ſitiã neq; ueniã huc
» haurire. Terrena rurſus mulier cogitat: nec ſublime quiddã itelligit, ſed totam ſaluatoris liberalitatẽ id efficere poſſe credit: ut ſitiens a magnis hauriendi aque laboribus liberetur. Cap. LXXXVII.

» Dixit ei Iheſus: uade & uoca uirũ tuũ / & ueni huc. Probe atq; ueraciter dici poteſt: femineam eſſe feminarum omniũ mentẽ, Mollis enim ac tardus earum eſt intellectus: docilior autem natura uirorum atq; callidior. & hac de cauſa ut arbitror: uirum uocare ſuũ mulier iubetur ita & quaſi rudis mulier increpatur: & ad ea que ſequuntur / mirabiliter oratio preparatur. Cap. LXXXVIII.

» Reſpondit mulier / nõ habeo uirum. dicit ei Iheſus. bene dixiſti: quia
» nõ habeo uirũ. Quinq; enim uiros habuiſti: & nunc quẽ habes / nõ eſt uir tuus, hoc uere dixiſti. Cum iam perſpicuũ eſt non ignoraſſe ſaluatorem / nulli tũc legitime ipſam cohabitare: uirum tamẽ illi? queſiſſe / ut occaſio ad manifeſtãda occulta mulieris daretur. ut ſaltem hac re ſuper hominẽ aliquid de ipſo ſentire poſſet. Probat autẽ reſpõſum eius quod dixerit: uirum ſe non habere / que tam multis adheſit. Non enim qui ex uoluptate conuenerunt / ſed qui ſecundum legem ex charitate conſenſe
» runt: ſanctis cohabitare nuptiis dicuntur. Cap. LXXXIX.

Dicit ei mulier: domine uideo quia propheta es tu, Vix non perfecte / ſed aliquantulũ mulier reſipuit, prophetã enim / dominũ prophetarum eſſe opinatur: melior tamen ſenſim facta eſt / nullo modo reprehenſionem moleſte ferens / & a ſigno magnã utilitatẽ colligens, A tarditate nãq; & femineo ingenio paulatim ad uirile cõſcendit / animi oculos ad altiora iã erigens. Quia in re domini patientia & peragẽs uirtus: uehemẽter mirãda eſt / qui uel agreſtes hominum mentes facillime
» momẽtoq; pene tẽporis ad ſublimiora conſcendere facit. Cap. XC.

» Patres noſtri in monte hoc adorauerunt: & uos dicitis quia in Hieroſolimis eſt locus / ubi adorare oportet. Quamuis prophetam Chriſtum putauerit: quia tamen Iudeum ex habitu eſſe uidebat / Samaritanorũ adorandi more gloriatur / & Iudeorum arrogantiam deſpicit. Iudei enim nõ rectã de natura dei ſententiã habẽtes: in Syon tãtummodo que Hieroſolimis erat / adorandũ eſſe deum contendebãt /
Eſaias. 66 quaſi manu facto deus templo cõcluderetur, Vnde uoce prophetarũ hoc modo ad ipſos loquitur, Celum michi ſedes eſt: terra uero ſcabellum pedum meorum. Et quam mihi domũ edificaſtis dicit dominus; aut quis eſt locus quietis mee? Sa-

maritani etiam rurſus tam regione q̄ imperitia Iudeis uicini: in monte Garizin nominato/ſolū adorare deū oportere opinātur. Q ue ridiculoſa religio īde orta eſt: qa in mōte Garizin (ut in deuteronomio legitur) data benedictio eſt, Hāc igit' Samaritanorū/Iudeorūq; in adorādo differentiā tāq̄ inexplicabilē: Chriſto propoſuit dicens/patres noſtri in monte hoc adorauerunt. Deute. 27

Cap. XCI.

» DIcit ei Iheſus. mulier crede michi: qa uenit hora/quādo neq; in mon
» te hoc/neq; in Hieroſolimis adorabitis patrē. ¶ Arrogantiā & ipe=
ritiam utrorūq; condēnat: adorādi modum ad ſublimius atq; ue=
rius tranſferendum oſtendens. Nō enim queretur locus ubi deus habitet inquit: ſed tanq̄ omnia replēs atq; conſeruans/ubiq; adora bitur/ut quidā prophetarū predixit. horam autem atq; tempus iſtius trāſlatio= nis: tempus conuerſationis ſue cū hominibus nemo fuiſſe ambigit. Anima duer= tendum autē arbitror: quomodo mirabiliter/ut de filio dei aliquid cogitet/ora= tione ſaluatoris mulier inuitatur. Patrem enim deū appellauit, pater porro niſi filius ei ſit: intelligi nequaq̄ poteſt. Malachi. 1

Cap. XCII.

¶ Q uod non eſt de numero adorantium filius ea ratiōe qua deus eſt: ſed una cum patre ac ſpiritu adoratur,

» VOs adoratis quod neſcitis: nos adoramus quod ſcimus/quia ſal⁹ ex
» Iudeis eſt. ¶ Rurſus quia ita diſpenſandum erat: quaſi Iudeus lo=
quitur/& Iudeorum religioni plus aliquid cognitionis attribuit, Sa maritani enim non legis uel prophetarū doctrina ut Iudei: ſed ru= diore quadam ratione deū adorabant. idcirco neſcire illos: Iudeos autem quodā modo ſcire affirmat/a quibus omnium & Samaritanorū ipſorū ſalus eſt. ex ſemine namq; Dauid qui de tribu Iuda fuit: Chriſtus ſecundū car= nem natus eſt. Adorātibus autē/ſeipſum connumerat: qui cū patre ac ſpiritu ſancto/tam ab angelis q̄ a nobis adoratur. Cū enim ſerui formā aſſumpſerit: ſer uo conueniens miniſteriū ſuſcepit, nec amiſit: ne ut deus ac dominus adorabi= lis ſit. idem ipſe eſt etiā factus homo: ubiq; utriuſq; nature rationē conſeruans. Q uā inauditam humilitatē cum audiueris: mirari ac imitari debes/non accu= ſare. Tales enim etiā Paulus eſſe nos hortatur dicēs: hoc ſentite in uobis fratres/ quod & in chriſto Iheſu. qui cum in forma dei eſſet/non rapinā arbitratus eſt ſe eſſe equalem deo: ſed ſemetipſum exinaniuit/formā ſerui accipiens/in ſimilitu dine hominū factus/& habitu inuentus ut homo humiliauit ſeipſum. Vides quo modo humiliatus exēplar ipſe nobis factus eſt. qui cū ſit deo patri equalis ultro ad humilitatē ultimā propter nos deſcendit. Q uomodo enim obedientie/aut humilitatis habit⁹ aliter cognoſci poterat; q̄ rebus & uerbis humillimis/multoq; minoribus q̄ uerbo ac filio dei ſi homo non factus eſſet cōuenirent? Q uomodo enim deſcendiſſe eum dicemus: niſi quicq̄ ſibi deitate indignum attribuemus? Q uomodo in ſimilitudine hominū factus eſt (ut Paulus ait) ſi congruentia ho= minibus non aſſumpſit? Conuenit autem maxime hominibus: tanq̄ debitā deo adoratiōnē offerre. Adorat igitur etiā Chriſtus poſtq̄ factus eſt homo ut homo. Adoratur autem ſemper cū patre & ſpiritu: quoniā deus uerus ſecundū naturā eſt. ¶ Nō ignoro quia hec uerba contemnent Chriſti aduerſarii/adorariq; pa= trem a filio dicent: nō ut a nobis aut angelis/ſed alia quadam adoratione ſubli= Ad roma 1 Ad phīli. 2 Erroris confuta= tio.

miore. Quibus nos dicere non ambigemus. O q̄ precipuam unigenito ſerui dignitatē attribuitis. Deſinite oro huiuſmodi honore filium offendere: ſi patrem
Ioannes. 5 glorificare uultis. Qui enim non honorat filium: is nec patrē quidē honorat / ut ſcribitur, Quis enim honor unigenito redditur: ſi ſublimius ceteris patrē adorat? Nempe ſi adorātibus cōnumeratur / ſeruus erit: etiā ſi adorator precipuus ſit. nec a creaturis / ut creatura differet: ſed quadam alia preſtantia excellentior erit / ueluti angeli hominibus preſtantiores eſſe cognoſcūtur, qui ſubſtātialiter aut ratione ſanctitatis aut quodā cumulo glorie / ut opifici deo uiſum eſt: hominibus preſtant. In eo autē qd creature ſunt / & ſecundū rationē qua uere ex nihilo producti ſunt: cū ceteris creaturis cōueniunt. Quare ſi ullo modo adorare filius patrē ut deus dicitur: non effugiet / ne creatus eſſe credatur. Quomodo igitur filius: ſi creatus? aut quomodo dñs: ſi adorator ac ſeruus? Nā mea quidē ſententia: regalis atq; dominica dignitas in eo quod quis adoratur / perſpicitur, Subiecta uero atq; ſeruilis conditio: in eo quod quiſq; adorat / diffinitur. Quapropter uniuerſam creaturā Moſes hortatur dicens. dñm deum tuū adorabis:
Deutero 6 & ipſi ſoli ſeruies. Qui ergo natura ſeruus eſt / & iugo deitatis ſubiicitur: huic colere / adorare q; deū neceſſe eſt, Cum enim dicit dominū adorabis: ad ſeruū / huiuſmodi mandatum refertur. Cum uero / deum: ad creaturā. ut enim ſimul cum natura domino / natura ſeruus cointelligitur: ſic cum deitate creāte / quod ex nihilo productū eſt cointelligitur. Filius autē cū eternaliter in patre ſit / cūq; dñs natura ſit / quia deus & creator: quomodo adorandi ei conditio conueniet? ego quidē non uideo. ¶ Illi autem nugātur dicentes: quia nec ut ſeruus / nec ut
Calūnie refutatio creatura / ſed ut filius patrē adorabit. Erit ergo neceſſe: in ipſa filiationis ratiōe / hanc adorationē ineſſe. & oportebit filiū adorare, quia in hoc natus eſt. Veluti etiam nos rationales mortaleſq; ſumus animantes / mentis & diſcipline capaces: nō quia ita uolumus / ſed quia in hoc nati ſumus. Si ergo innatū filio naturaliter eſt ut patrē adoret / & ſic intelligūt atq; predicāt: quomō in ipſum patrem impii eſſe nō uidebuntur? Talis enim etiā ipſe natura neceſſario erit: qualis imago & character & filius eius eſt. Incōmutabiliter enim que patri natura inſunt: ea etiā filio inſunt. Sin uero ſponte ſua filius patrē adorat / & id eſt quod ſentiunt: coniecturis magis mouentur / q̄ rationibus ueris. Et qd prohibebit pietatis ſimulatores dicere: qa etiā pater ſponte ſua filiū adoret? Sed par inquiunt atq; equū eſt non patrē filio / ſed filiū patri adorationis munus offerre. Ita ne rurſus nobis: o
Hiere. 23 uos quaſi ab adytis / tripodeq; ac lauro Appollinis uaticinamini / ſecūdum Elamitem Samiam a corde non ab ore domini uerba eructātes? ita bonum et equū in hac re dicere non erubeſcitis? An equū & bonū non eſt: ut dei ueri filius / deus uerus ſit? Et is quē creatura omnis adorat: nō adorātis ſed natura adorabilis filii pater & ſit / & uocetur. Non inconcinna ſapiētibus hec futura puto, Quomō autem par eſſe dicemus: patrē a filio ſuo adorari? cū utriq; detrimentū id afferat. Primum enim incōmutabilem nature imaginem: qui adorat non retinebit. Quippe qui ut minor adorat: & minor non q̄tate aut accidenti aliquo (hec enī omnia inde abſunt) ſed ratiōe qua uniuſcuiuſq; ſubſtantia diffinitur. Etiā quo-
Ioannes, 14 modo uere dicere poterit: qui me uidet / uidet & patrē meū? Quomodo preterea: non minus ſe q̄ patrē honorandum dicit / cum ratione adorationis eandem

gloriã non habeat? Deinde ipſe quoq; pater detrimẽtum ut diximus patietur. Magna enim ei gloria eſt: talem natura filiũ genuiſſe/qualis ipe eſt. Sicut cõtra non paruũ dedecus: ſi alterius nature filium edidit/quod nec ipſa creature natura patitur. Omnia enim que uim generandi nutu creatoris poſſident: ſimilia ſibi ſecundũ naturam pariunt. Educat inquit herbã feni terra; & lignum pomiferũ habens ſemen ſecundũ genus & ſimilitudinem. Erit ergo quantũ ad hanc rem: deitatis natura creaturis inferior. Quodq; probe creature largitus eſt: eo ipſe ſolus carebit. Quis igitur pati poterit has nugas eorũ: qui dicunt patrem a filio adorari oportere? Verum quoniã ſponte id fieri a filio dicebant/nec alia re magis quam equo & bono id cõfirmari opinabantur: age rurſus a ſacris litteris unde maxime iſta ſumenda ſunt/ueritatẽ ſcrutemur. Lex igitur a ſingulis ſudeorũ medietatẽ didragmi quaſi tributi loco: deo offerri iubebat. non quoniã pecuniã deo colligere uellet: ſed quod per figuras/maiora doceret. Primũ quia nemo ſui capitis dominus eſt; ſed unum omnes habemus dominũ/quem tributi depoſitiõe ꝓfitemur. deide in re corporali ſpiritale tributũ deſcribebat, honora inquit dominũ ex tuis iuſtis laboribꝰ: & primitias ei offeras a tuis fructibꝰ iuſticie. quod iam euãgelica doctrina/cultu legali ceſſante/effectũ eſt. Non enim corruptibili materia & exteriore colendũ eſſe deum arbitramur/didrachmum attribuentes: ſed ut ueri adoratores in ſpiritu & ueritate adoramus. hũc ſenſũ in lege illa latuiſſe putandũ eſt, cũ igitur in Hieroſolimis eſſet dominꝰ: ab exactoribus didrachmi dicti fuiſſe petro ſcribitur / magiſter ueſter non ſoluit didrachmũ. Iheſus autẽ anteq a Petro quicq̃ audiſſet: preuenit eum dicẽs. A quibus reges terre capiunt cenſum: a filiis ne eorũ an ab alienis? Cũq; ab alienis/petrus reſpondiſſet: liberi ergo ſunt filii Iheſus ſubiecit, Sed ne ſcandalizemꝰ eos/accipe inquit hamum & uade in mare: & primũ qui aſcenderit piſcem tolle/& aperiens os eius inuenies ſtaterem/quem da pro me & te. Vides ſub tributo nole filium fieri: uides ipſũ non pati ut ſub iugo ſeruitutis ut ceteri/eſſe credatur. cum enim liberã nature ſue dignitatẽ eſſe cognoſcat: nichil ſe deo patri debere ſeruile affirmat. Liberi enim inquit ſunt filii. Qui ergo uel figurã rei abiecit: quomodo rem ipſã ſponte facere ut dicitis patietur? An non uidetur uobis quaſi ſpiritale quoddam tributũ & ſeruitutis quedã profeſſio; adoratio eſſe? Et cuius rei cauſa lex adorationẽ ſeruituti cõiunxit dicens: dominũ deum tuum adorabis/& ipſi ſoli ſeruies? ianua enim quaſi quedam & uia ad ſeruitutis opera/adoratio eſt: cũ initiũ ſeruitutis/ qua deo ſeruire profitemur exiſtat. ideo pſalmiſta quoq; hortatur nos dicẽs Venite adorem?/ & procidamus ante cũ & ploremus coram dño qui fecit nos. uides adorationẽ procidentie coniunctã eſſe. hac re nihil magis: ſi quis recte conditiones rerum intelligit/ ſeruitutis habitum ſignificari puto. Quod ſi noſtri adhuc cõtendere audent aduerſarii/ & friuolas accumulare rationes non erubeſcũt: oſtẽdãt nobis omni ſancta ſcriptura reuoluta/ubi uerbo & filio dei carne nudo/adoratio attribuitur? Nam ut homo/iure adorat: ſic anteq̃ homo fieret/nunq̃ a ſacris litteris id ab eo factũ eſſe oſtenditur. Coniecturis autẽ falſis utentes: merito audiẽt/erratis neſciẽtes ſcripturas & uirtutẽ dei/unigeniti q; gloriã ignorãtes. Nã quia ea ratione qua uerbũ dei eſt nõ adorat: ſed factus homo propter nos/ propter carnẽ id ſuſcepit/ non aliũde

Geneſis, 1
Exodus, 30
prouer. 3
Matheus 17
Deutero 6
Pſalmus. 94
Matheus 22

melius q̄ a uerbis ſuis cognoſcemus. Vos enim ait adoratis quod neſcitis: nos adoramus quod ſcimus. Nōne igitur cum plurali numero utatur / & ſeruis ſeipſum connumeret: perſpicuum eſt hec ut a ſeruitutis homine dici. Quid enim eum prohibuit ſingulari numero (ſi adorator patris predicari uellet) orationem proſiluiſſe ac dixiſſe / ego adoro quod ſcio, uos adoratis quod neſcitis / ut ceteris non connumeratis ſibi hoc attribueret? Nunc uero cum nos dicat / propter incarnationem quia homo propter nos factus eſt: adorantibus / ſe Iudeis propter regionem connumerat. Cap. XCIII.

» Sed uenit hora & nunc eſt: quando ueri adoratores adorabūt patrē
» in ſpiritu & ueritate. Nā & pater tales querit: qui adorent eum. ſpi-
» ritus eſt deus / & eos qui adorāt eū: in ſpū & ueritate oportet ado-
» rare. ¶ Preſens aduētus ſui tēpus ſignificat: in quo figuras legis in ueritate / & umbrā in cultū ſpiritalē & placentem deo patri uiuēdi normā / per euangelicā doctrinā trāſmutari inſinuat. Veros adoratores ſpiritales uidelicet homines futuros aſſerit: ut ad eū planiore currāt itinere, Spus enī / deus: quādo corporib⁹ cōfertur / eſſe intelligit. & ſpiritalis adorator ſibi gratus eſt: qui nō forma & figuris Iudaicis ad pietatē obūbratur / ſed euāgelica uirtute refulgens / recta dogmatū diſciplina uerā peragit adorationem. Cap. XCIIII.

» Dicit ei mulier. Scio quia Meſſias uenit: qui dicitur Chriſtus. Cū ergo ue-
» nerit: ille nobis annunciabit omnia. ¶ Cum tempus iam uenturum imo uero adeſſe dñs dixerit / in quo adoratores ueri / ſpiritalē cultū deo patri offerent: ilico uel ſupra ingenium ſuum mulier ad memoriā Meſſie / qui tunc uulgo a Iudeis expectabatur reducta / uenturum eſſe Chriſtum confitetur, & q̄is uoluptatibus carnis data eſſet: non tamen omnino ignorauit / ſublimioris Chriſtum doctrine fore magiſtrum. Cap. XCV.

» Dicit ei Iheſus: ego ſum qui loquor tecum. ¶ Non rudibus / neq; con-
tentioſis: ſed illis ſolet ſe dominus hominibus reuelare / qui ad diſcēdum propenſiores / & credēdi radices ſimplici ſermone parturientes / ad perfectiorē illuminati facilius cognitionē aſcendunt. qualis & Samaritana fuiſſe uidetur: que q̄is agreſtius atq; rudius altiora conſideraret / non tamē bona uolūtas ei defuit / nec ab intelligendo procul oīno erat remota, Primū enim potū petenti Chriſto non dedit: ſed Iudeorū ſpernentem cōſuetudines uidens / tranſgreſſionis huius rationē q̄rebat, deinde in progreſſu ſermonis prophetā confeſſa (tantū ſibi ad ſalutem redargutio profuit) maiora diligēter queſiuit. Patres enim ait noſtri hic adorarūt: uos autem dicitis quia in Hieroſolimis adorare oportet, Et ſic didicit iam adeſſe tēpus: cum ueri adoratores determinata locorū adoratione relicta / ſpiritaliter patrē colerent. Cuius rei cognitionē ſoli Chriſto illa cōferens: non ignoramus inquit Meſſiā uēturū qui Chriſtus dicitur, qui cum uenerit: uniuerſa hec nobis explicabit. uides qua ſermonis ſerie: ad fidē mulier preparata eſt / & quaſi per gradus aſcendens ex paruis interrogatiunculis in ſublimiorem habitum proſiluit. Non erat igitur alienū totam ei rem unico uerbo declarare ac dicere. Ego ſum qui loquor tecū, hoc nos moniti exemplo qui docendi gradū in eccleſia dei poſſidemus: a minoribus incipere debemus, que cū neophiti ruminauerint: tunc a paruis ad maiora

ſic adducẽdi ſũt / ut Iheſum Chriſtũ iam uideãt. Qui aũt teneros in fide in interiora ſanctorũ introducẽtes / ac illotis (ut dicit᷑) manibus agnũ dei cõmittentes / ſacerdotali dignitate nondũ bene cathecuminos ornantes: ſciant ſe non paruã huius rei in die iudicii rationem reddituros. Cap. XCVI.

» ET continuo uenerũt diſcipuli eius. ¶ Preſentia diſcipulorum: colloquutionis cum muliere attulit finẽ, Scintilla enim fidei animo mulieris iam beſit: que magnam fauore Chriſti flammam inferre poterat. Sic enim intelligendum puto / quod ab eo dictum eſt: ignem ueni in terram mittere, Lucas, 12 Cap. XCVII.

» ET mirabantur quia cũ muliere loquebatur. ¶ Stupent diſcipuli tantam ſaluatoris humanitatẽ, non enĩ (ut nõnulli ſimulatione ſanctitatis) collocutiones cum mulieribus euitabat: ſed miſericordiã ſuam omnibus prebebat / reipſa nõ uiris ſolummodo ſed etiam feminis uitam per fidẽ attribuens, Non repellant ergo mulierculas; qui paſtoris uice funguntur / nec uoluntati ſue ſed utilitati ſeruiant predicationis. Cap. XCVIII.

» ET mo tamen dixit quid queris: aut quid loqueris cum ea, ¶ Probi officiũ diſcipuli eſt / tanta doctorẽ reuerentia colere: ut nihil temere interrogare audeat. nec in turpes exeat cogitationes / ſi cum muliere magiſter colloquatur: ſed pudore potius atq; timore linguam ſub ſepe dentium teneat / expectetq; ut a magiſtro expoſitio iſtius rei afferatur. Mirari ergo debem⁹ humanitatem Chriſti / qui cum muliere loquebatur: diſcipulorum quoq; prudẽtiam / qui nihil hac de re dicendum eſſe non ignorarunt. Cap. XCIX.

» RElinquit ergo hydriã ſuam mulier: & abiit in ciuitatẽ, ¶ Superior iã huius ſeculi curis / uoluptuoſa paulo ante mulier facta eſt: nullãq; ſitis aut aque habens rationẽ / ad ſublimiorẽ habitũ per fidem inſtituebatur. & charitatis que uirtutũ optima eſt uiribus accẽſa: bonũ quod ei cõtigit / ceteris quoq; curſu prebere ſtudebat. nec mirum, occultius enim Chriſtus ſecum loquebatur dicens: gratis accepiſtis / gratis date, Matheus 10 Nõ ergo imitãdus ille ſeruus / qui talentũ obruit: ſed multiplicãda ſunt que accepimus, quod probe nobilis illa mulier fecit: que Samaritanis omnib⁹ / quod accepit propoſuit, que non aquã a terreſtri hauſit fonte / nec terreſtrem hydriam domum reportauit: ſed celeſti ſaluatoris gratia & doctrina plena / ad docendos alios continuo fuit profecta. unde diſcimus / maiora melioraq; a deo nos conſecuturos: ſi parua hec & temporalia neglexerimus. Matheus 25 Cap. C.

» ET dixit illis hominib⁹: uenite & uidete hominẽ / qui dixit mihi omia
» quecunq; feci. nõne ipſe eſt Chriſtus? ¶ O mirabilẽ mulieris prudẽtiam / o ineffabile uirtutẽ chriſti, artificioſe iam loquit᷑ / que paulo ante nihil itelligẽs: audiuit / uade uoca uirũ tuũ & ueni huc. Opere certe preciũ eſt inſpicere q̃ artificioſe loquatur. nõ enim inueniſſe ſe Chriſtu dicit / nec ſtatĩ incipiẽs / narrationẽ de ſaluatore texit: ne a Samaritanis q mores ei⁹ cognouerãt / tãq̃ deſipiẽs & q̃ſi maiora q̃ intelligere poſſet dicẽs / derideretur. Miraculi ergo narratione prepoſita: preparauit auditores ad fidẽ. uenite inquit & uidete, Sufficiet enim ſolus uſus ad fidem. faciet uos ille multis / ingentibuſq; miraculis certiores. Nam qui cordiũ nouit ſecreta / & hanc diuinã

poſſidet dignitatem:quomodo cuncta non efficiet/que uoluerit? Cap.CI,

» EXierunt ergo de ciuitate:& ueniebant ad eum. ¶ Duricies Iudeorum a Samaritana facilitate arguitur; & crudelitas illorū/horū humanitate reprehēditur.cōſidera enim animos utrorūq;: ut multo magis Iheſum poſſis admirari / qui a Iudeis receſſit / & alienigenis ſeipſum largitus eſt. Iudei enim quibus Chriſtus lege Moſaica uēturus predicabatur / qbus prophetarū multitudo iam in ianuis pene ipſum oſtēdebat/dicens:ecce dñs deus noſter ecce dominus qbus nouiſſime magnus inter natos mulierū Ioānes preſentē monſtrabat dicens:ecce agnus dei qui tollit peccata mundi.quibus quod maius ac mirabilius erat/mirabili poteſtate ſignorum ſeipſum ſaluator reuelabat:Iudei inq̄ omnibus iſtis inſtituti / cedem meditātur iniuſtam/inſidiantur impie / refrenare furorem inuidie nequeunt/ pellunt a ſe uitam/lucem/ ſaluatorem omnium/uiam et ianuam regni celorum/peccatorū remiſſionem/adoptionis filiorum dei largitorē.Merito igitur Chriſtus dicebat: Hieruſalē Hieruſalē que occidis prophetas/que lapidibus petis oēs qui ad te mittūtur/quotiēs uolui cōgregare filios tuos/ſicut gallina cōgregat pullos ſuos ſub alis.ecce dimittitur domus ueſtra,Samaritani uero lōge meliores/innatā ſibi cupiditatē felicitate morū & obediētia ſuperantes: cū unicū narrare miraculū audierit/ex urbe ad Chriſtū effundūtur.nō prophetarū uoce p̄moniti / non Moſaica lege inſtituti/nō Ioannis doctrina firmati:ſed unica muliere / & illa peccatrice aculi narrāte/curſim ad Chriſtū contendūt.Quare nos quoq; ſaluatoris ſentētiam admirātes:clamemus/iuſtus es dñe/& recta iudicia tua. Cap.CII

Eſaias. 40

Ioannes 1

Matheus 23

Pſalmus. 118

» NTerea rogabant eum diſcipuli eius dicentes: Rabi manduca, ille
» autem dixit eis. ¶ Nihil ita paruum in ſacris ſcripturis inuenitur: quod magnā nobis utilitatē non pariat. omnia enim ad noſtram a ſanctis uiris ſcripta doctrinā ſunt. Inſpiciamus igitur queſo:q̄ precipue modo rei exemplar/doctoribus eccleſie dominus ponit. Nā cum cito uenturos ad ſalutē Samaritanos non ignoraret:ſic inde pēdet / ut q̄uis ex itinere fatigatus eſſet: nullam tamē corporis haberet rationem.ita exemplo ſui:ſaluti hominū potius q̄ proprio corpori ſtudere / paſtoribus eccleſie perſuadet.ne illud propheticū audiamus, Ve qui opus dñi facitis negligēter. Vt igitur non ignoremus in huiuſmodi maxime teporibus ieiunaſſe dominū: nō pretermiſit quomodo a diſcipulis rogabatur/ut manducaret, Cap.CIII.

Hieremi. 48

» EGo cibum habeo māducare:quem uos neſcitis, ¶ A rebus que iam inſtabant:reſponſio texitur.occultiuſq; ſignificatur:quod ſi diſcipuli ſcirent de Samaritanorū cōuerſione iā agi / de illo cibo magis cogitare q̄ de corporali conſulerent.hinc etiam diſcimus: qta ſit erga homines dei charitas. quaſi enim cibum ſuum putat:perditorum hominum conuerſionem. Cap.CIIII.

» ICebant ergo diſcipuli adinuicem: nunquid aliquis attulit ei māducare? ¶ Non intellexerunt diſcipuli uerba domini:atq; ideo ab aliquo/meliorem forſan illi allatum fuiſſe cibum cogitabant. Cap.CV.

» DIcit eis Iheſus: meus cibus eſt / ut faciam uoluntatem eius qui miſit me/
» & perficiā opus eius. ¶ Omni uelamine orationis reiecto:rem eis apertiſſime dicit, Nam quoniam orbis futuri erāt magiſtri:exemplo ſui eos

docet/multo maiorē ſalutis hominum q̄ proprii corporis curam eſſe habēdam. Cumq; ſuauiſſimum ſibi cibū eſſe dicat/ut uoluntatē patris faciat/ & opus eius perficiat;apoſtolici miniſterii conditionem breuiſſime deſcribit. Itaq; illos affectos eſſe oportere oſtendit; ut a ſola docendi cura pendeant.& que corpori neceſſaria ſunt;non ad uoluptatem/ ſed ad conſeruandam uitam ſolummodo accipiant,Sed hec quidem ad diſciplinam uite apoſtolice pertinentia: ſic breuiter dicta ſint,nunc dogmatice uerba euangeliſte conſideremus.Miſſum igitur ſe a deo patre aſſerit;uel ratione carnis / quia homo uoluntate patris factus in hunc mundum uenit/uel ut uerbum a generante intellectum prodiens/ & uoluntatē patris perficiens;non quaſi aliene uoluntatis miniſter: ſed quia ipſe eſt uerbum uiuens/ & uolūtas patris exquiſitiſſima/qua qui perierunt ſaluātur.idcirco paterni operis perfectorem ſe appellat. omnia enim per patrem in filio ſunt, Sed q̄is & uerbum/& conſilium/& uolūtas/& uirtus patris filius eſt/idq; omnibus ut puto pateat;non erit tamen ab re/authoritate ſcripture hoc cōfirmare. Verbum igitur ibi aperte dicitur:in principio erat uerbū/&uerbum erat apud deū/ & deus erat uerbum.Conſilium autem pſalmiſta oratione ad patrem conuerſa nominauit dicens/in conſilio tuo deduxiſti me, Volūtatem ſimiliter dicens:domine in uoluntate tua preſtitiſti decori meo uirtutem, Nerui enim ut ita dicam pulchritudinis ſanctorum/totiuſq; uirtutis habitus;a uitua & ſubſiſtente patris uoluntate id eſt a filio/roborātur.Virtus autem ibi dicitur/ manda deus uirtuti tue:confirma hoc deus quod operatus es in nobis.uides aperte bona uoluntate dei patris / uirtutem eius id eſt filium carnem aſſumpſiſſe.ut hoc quod in nobis fabricatus eſt corpus/robuſtius redderet.Niſi enī habitaſſet in nobis:nullo modo natura carnis noſtre ab interitu poſſet liberari. Cum igitur ipſe filius bona uoluntas patris ſit; opus eius perficit / iis qui credunt in eum ſalutem largiens, ¶Obiiciet autem quiſpiam:ſi ipſe filius uoluntas patris eſt / quam uoluntatem patris perficere miſſus eſt? Alius enī eſt qui perficit;aliud quod pficitur. ¶Nos autem dicimus:quia etſi horum nominum poteſtas diuerſa certe requirat ſignificata/ſepe tamen in deo pro eodem accipiuntur. Exactam enim nominum poteſtatem deitatis natura recuſat:de qua quidquid dicimus / non ut ſe habet exquiſite ac abſolute dicimus / ſed ut lingua humana proferre / & aure percipere poſſumus.neceſſe eſt enim;ut qui in enigmate uidet/in enigmate quoq; loquatur. Nonne uides quia ſimpliciſſima illa natura: ui orationis plerumq; ſi uerba quis ſequitur/duplex uidebitur? Ducebāt inquit filios eorum per ignem: quod non mandaui eis/neq; aſcendit in cor meū. An igitur neceſſe non eſt aliud eſſe cor; alium illum cuius cor eſt? Quomodo igitur ſimplex eſt deus? Sed patet qa humano more dictū eſt,non enim poſſumus aliter de deo loqui. intelligere aūt omnia ita debemus/ut deo congruant;& ſic lingue noſtre imbecillitas/detrimēto nobis non erit.Quare ſi filius quoq; de uoluntate patris quaſi de alio q̄ de ſeloqui nonnunq̄ uideatur:ſeruonis humani ratio ueniat tibi in mētem / quo nec dicere nec audire aliter poſſemus.Hec igitur dicta ſint;ut uoluntatem patris filium plerumq; appellari non ignoremus.quis in hoc loco neceſſe nō ſit ita intelligere: cum uideatur conuenientius bonam uoluntatem/qua qui perierunt: in ſalutem reuocantur/uoluntatem patris hic appellari. Cap,CVI.

Ioannes. 1

Pſalmus, 72

Pſalmus. 29

Pſalmus, 67

Obiectionis ſolutio.

Hieremi. 19

» NOnne uos dicitis quot adhuc quatuor menſes ſunt & meſſis uenit. ¶ Rebus rurſum ſenſibilibus / occaſiõeq; tẽporis ſpiritalia pre oculis ponit. initiũ enĩ ueris tũc fere fuiſſe uidet / & ſata uix adhuc herbeſcentẽ uiriditatẽ emiſerãt : que poſt quatuor menſes ut matura ſeges / metentiũ manũ poterant deſiderare. Nõne uos homines dicitis quod adhuc quatuor menſes ſunt: & meſſis uenit? Cap. CVII.

» ECce dico uobis / leuate oculos ueſtros & uidete regiones : quia albe
» ſunt iam ad meſſem. ¶ Si aliquantulũ ait mẽtis oculos a rebus terrenis in altius leuabitis / ac ſpiritalia ſata conſiderabitis : meſſem iã adeſſe uidebitis. tota uero hec res : ſimilitudie quadã aſpicitur. Sata enim intellectualia / & ſpice ſpirituales ſunt ; qui prophetarum uoce culti ad fidem Chriſti perueniunt. que ſeges albeſcit tunc : cũ iam maturus id eſt prõptus ad ſuſcipiendã fidem Chriſti & uerã religionẽ animus eſt. Meſſoria uero falx eſt apoſtolorũ ſplendida predicatio : que a legalibus figuris auditores abſcindẽs / ad areã id eſt ad eccleſiã dei tranſponit. ubi labore uirtutis contriti : fulgens in triticum ac diuino dignum horreo / efficiuntur, Cap. CVIII.

» ET qui metit / mercedẽ accipit & congregat fructũ in uitam eternam : ut
» & qui ſeminat ſimul gaudeat & qui metit. ¶ Predicationis inquit iã tempus eſt : que in fidem cõuocet / a legalibus auocet / & finem totius prophetie aduenĩſſe iam doceat. Nam lex quidẽ umbris atq; figuris uenturum Chriſtũ ſignificabat : prophete uero poſt legem ſancti ſpiritus uerbis / iam iam affuturum predicabant. at apoſtolorum predicatio : non uenturum / ſed preſentem monſtrabat. & ita meſſuit a legali cultu / ſeruientes homines legi & nudis uocibus inherentes. & quaſi manipulos in euangelicã diſciplinam ueri filii dei tranſpoſuit : ac ut breuiter dicam terrenis affixos homines / ad uitam angelorum per fidem Chriſti tranſtulit. & hec inquit meſſorũ efficiet predicatio : que ſine mercede futura non eſt, Colliget enim fructum qui poſſit eternaliter uiuentem nutrire. nec ſoli hac mercede letabuntur meſſores : ſed quia labore prophetarũ ſeminata colligent / in una celebritate cum illis triũphabunt. hoc puto paulum etiã qui futura prope didicit : de ſanctis patribus & prophetis dixiſſe : cũ afferat illos
Ad heb. omnes fide conſummatos / non accepiſſe repromiſſionem : deo aliquid pro nobis melius prouidente / ne ſine nobis conſummarentur, Simul enim ſaluator uo
11 luit meſſores cum ſeminatoribus gaudere. Cap. CIX.

» IN hoc enim uerũ eſt uerbũ : quia alius eſt qui ſeminat / & alius qui me-
» tit. Ego miſi uos metere quod uos non laboraſtis : alii laborauerunt / &
» uos in labores eorũ introiſtis, ¶ Multo apertius iam totã rem ante oculos ponit / & ut prophetarum atq; apoſtolorũ amicus : nec labores illorũ a laboribus apoſtolorũ ſeparat / nec totã predicationis gloriã qua mundus conuerteret apoſtolis ſolum attribuit / ſed utriuſq; operam in unũ commiſcẽs : unum inquit futurũ predicationis per fidem fructũ ex utrorumq; laboribus / quis preparatã multis ſudoribus & maturã iam ſegetem apoſtoli ſuſceperint. ita non dimittit priſcos & glorie inſultari : ſed honorãdos illos ſuadet / partim quia labore / partim quia tempore preceſſerũt. hoc & nobis profuturum eſt ; ſi ut regulam in ſimilibus rebus obſeruabimus. Cap. CX.

EX ciuitate autē illa: multi Samaritanorū crediderunt in eum / propter uerbū mulieris. ¶ Accusatur certe his uerbis Israel: & Samaritanorū ad credendū facillitate / imperitie simul & credulitatis crimine condēnatur. Quasi enim mirari euangelista uidet: qd multi propter uerbū & testimoniū unius muliercule in eum crediderūt, cū qui & lege & prophetis ad agnitionem eius deducerentur: omnia hec recusauerint, unde iure a gratia & spe (quam in Christo habemus) decidit Israel: multitudo autem gentiū / locum eorum obtinuit. Cap, CXI.

CVm uenissēt ergo ad illū Samaritani: rogauerūt eū ut ibi maneret. & māsit ibi duos dies. ¶ Paucis atq; simplicibus uerbis: quod factū fuit exponit. unde rursus alia quadā ratione ostēdit iure decidisse Iudeos / & alienigenas in locū eorum esse transplantatos. Iudei enī multa & uaria miracula uidentes: non erubescebant saluatorē suū persequi / ut ei uel a patria sua fugere opus esset. Samaritani uero unius muliercule uerbo cōmoti: cursim ad ipsum contendunt / summopereq; rogāt ut apud eos urbem suā ingressus / manere uelit / ac salutarem eis doctrinā predicare. que ambo Christus libenter concessit: quia sciebat non paruū fructū inde secuturū. plures enim crediderūt propter sermonē eius. Hinc intelligere īfideles oportet: quia Christus longe ab offendentibus eū recedit, habitat autem in iis qui humili obedientia & sincera fide sibi coniunguntur. Cap CXII.

ET mulieri dicebant: quia iam non propter tuā loquelam credimus. ipsi enim audiuimus & scimus: qa hic est uere saluator mūdi Christus. ¶ A maioribus rebus: Samaritanorum fides iam crescit. non enim aliorum uerbis sed ipsius Christi doctrina persuasi: Christū admirantur. cognoscereq; aiunt quia hic est saluator mundi, ita cū in eo spem salutis habere profiteantur: precipuum fidei sue testimonium ac (ut ita dicam) pignus afferunt, Cap, CXIII.

POst duos autē dies exiit inde: & abiit in Galileā. Ipse enī Ihesus testimoniū perhibuit: quia propheta in patria sua honorem non habet. ¶ Salutari uerbo in urbe illa iam seminato / & fide in animis hominum posita: nō ut silētio que audierūt & uiderūt traderent / sed ut absentia ei⁹ maiore arderēt desiderio / & hoc modo ad maius peruenirēt / urbē illoꝝ post duos dies reliquit, Verū cū Nazareth ubi enutritus fuit / in Galileā descendēti primū occurrebat: tamē in eam nō diuertit. eiusq; rei causam attulit: dicēs ipsum Iesum testatū fuisse / qa propheta in patria sua honorē nō habet. Solemus enī quod tritū est atq; quotidianū: etiā si magnū sit / paruipēdere. Preteriit ergo patriā: nō quia inanis esset glorie cupid⁹ / sed qa optime sciebat predicationē fidei fructū ibi facere non posse / ubi predicator contemneretur. Pretergreditur ergo / non parum illis gratie faciens: qui cum neglecturi sermonem eius essent / huius cōtemptus supplicia effugerunt. que daturos omnes scimus. qui predicationem ueritatis paruifaciunt, Cap. CXIIII.

Lucas. 4
Matheus. 13

CVm ergo uenisset in Galileā: acceperunt eū Galilei / cū omnia uidissent q̄ fecit Hierosolymis in die festo. ipsi enim uenerāt ad diē festū, ¶ Non temere a Galileis suscipit, uiderūt enī q̄ multa magnaq; Hierosolymis si-

gna feciſſet.& ita etiam ipſi religione ac pietate ſua:Iudeorũ condẽnant ſuperbiam,cũ legis imperiti:multo meliores q̃ docti Iudei cõperiãtur. Cap.CXV,

»  Enit ergo iterũ in Chana Galilee:ubi fecit aquã uinum. ¶ Libẽtius cum gratis hominibus / & cum iis qui beneficiorũ ſenſum aliquem capiunt Chriſtus conuerſatur : maioraq; largiri paratus eſt. petit igitur Chana / iterũ miracula editurus:ubi omnia eum poſſe opinio quodam modo aliqua /hominum animis inbeſerat. Cap.CXVI,

»  T erat quidã regulus : cuius filius infirmabat in Capharnaũ,hic cũ
» audiſſet quia Iheſus a Iudea in Galileã ueniret: abiit /& rogabat eũ
» ut aſcenderet /& ſanaret filiũ eius.incipiebat enĩ mori, ¶ Quãuis ignoraret natura deũ Chriſtũ eſſe regulus: ut hominẽ tamẽ adiit/ qui filiũ eius ab imminẽti periculo mortis poſſet liberare. Quamq̃ ergo dñm appellet:uere tamẽ dominationis dignitatẽ ei nõ cõcedit. Si enĩ uerũ illũ eſſe dñm cognouiſſet: non rogaſſet ut ad egrotantẽ adoleſcentulũ aſcenderet/ſed ut uerbo uexãtem morbũ expelleret. Quid enim neceſſe erat rogare/ ut ad infirmum aſcẽderet : ſi crediditſſet ſola eius uoluntate poſſe ſanari? Valde autem imperite/liberare quidem a morte poſſe arbitratur:deum autem qui talia efficere poſſit/non arbitratur. Cap.CXVII.

»  Ixit ergo Iheſus ad eum : niſi ſigna & prodigia uideritis / non creditis, ¶ Cum duritiã mẽtis eorum ſaluator uideret non poſſe ad fidem oratione reduci : ſignis atq; prodigiis opus eſſe illis affirmat / ut natura ſe deum poſſint cognoſcere, Cap.CXVIII,

»  Icit ad eum regulus.domine deſcẽde priuſq̃ moriatur filius meus. ¶ Parũ certe uidebat regulus : qui in petẽda gratia quaſi puer delirat. Nã ſi nõ modo preſentẽ uerum etiã abſentem poſſe Chriſtũ crediditſſet:non indignã opinionem de ipſo habuiſſet. Nũc autem id quidẽ ab eo petit quod oĩpotẽtis eſt: nec tamẽ putat ubiq; ipſum eſſe /nec morte oĩno eſſe ſuperiorem,quãuis mortuo iam fere / poſſe ipſum opitulari ſperaret.incipiebat enim(ut ſcribitur)mori adoleſcens. Cap.CXIX.

»  Icit ei Iheſus: uade / filius tuus uiuit. ¶ Non imperitiam in omnib? noſtram Chriſtus reſpicit:ſed ut deus etiam peccantibus auxilium affert, Docet igitur hominem:quod per ignorantiam non fecit/ & que optauerat ei largitur. Nam in eo quod ait/ uade:fides eſt.in eo uero quod dicit/filius tuus uiuit ; rei optate conſummatio/magna cum poteſtate perſpicitur. C1o.CXX.

»  Redidit homo ſermoni quẽ dixit Iheſus:& ibat. Iam autẽ eo deſcẽ-
» dente ſerui occurrerunt ei:& nunciauerunt dicẽtes/quia filius eius
» uiueret. ¶ Duos eiſdẽ ſaluator uerbis curauit. Nam & reguli animum ad fidem induxit:& a corporis morbo adoleſcentem eripuit. Hec ambo eodem ita tempore fecit : ut difficile dictu ſit quemnam prius curaſſet.Simul autem ego utrumq; una cum uerbis ſaluatoris/alterũ animo alterum corpore curatum fuiſſe arbitror,Serui autem occurrerunt/uelocitatem & uim uerborum Chriſti annunciantes : domino ſic diſpenſante / ut ab euentu rerum reguli fides confirmaretur. Cap.CXXI.

» INterrogabat ergo horã ab eis/in qua melius habuerit: & dixerunt ei/
» quia heri hora ſeptima reliquit eum febris.Cognouit ergo pater : quia
» illa hora erat/in qua dixit ei Iheſus / filius tuus uiuit.& credidit ipſe &
» domus eius tota.hoc iterũ ſecundũ ſignũ fecit Iheſus:cũ uenisſet a Iu-
» dea in Galileã, ¶ Certior fieri de hora ſtudet/in qua filiꝰ eius cõualuit:ut uideat
ſi tẽpori congruit/in quo a ſaluatore ſibi gratia fuit conceſſa. Cũq; ita eſſe didi-
ciſſet:Chriſto totã rem attribuens/cũ uniuerſa domo ſaluatur/feruentiorẽ iam
fidem agendarum gratiarum afferens loco. Cap,CXXII.

» DOſt hec erat dies feſtus Iudeorũ : & aſcẽdit Iheſus Hieroſolymam.
» eſt autẽ Hieroſolymis probatica piſcina que cognominatur hebrai
» ce Bethſaida:quinq; porticus habens.in his iacebat multitudo ma-
» gna languentiũ/cecorũ claudorũ/aridorũ: expectantiũ aque mo-
» tum.angelus autẽ dñi ſecundũ tẽpus deſcendebat in piſcinã & mo
» uebat aquã.& qui prior deſcẽdebat in piſcinã poſt motionem aque:ſanus fiebat
» a quacũq; detinebat infirmitate. ¶ Nõ abſq; cauſa reditũ dñi in Hieroſolymã
ſuperioribus euãgeliſta cõiunxit:ſed ut a collatione rerũ oſtẽderet quanto alie-
nigene tã moribus q̃ facilitate credẽdi Iudeis preſtarent.hinc enim nõ aliũde di-
ſcere poſſumus iuſtiſſimo dei iudicio/Iudeos a gratia decidiſſe:& locũ eoꝝ gen
tes occupaſſe.Sed nõ eſt ab re:collationẽ rerũ breuiter ante oculos ponere. Vni-
uerſam igitꝰ Samaritanorũ ciuitatem : unius muliercule teſtimonio conuerſam
fuiſſe o tẽdit.Regulũ & totam domũ eius:uno miraculo credidiſſe affirmauit.
ita facilitate gẽtis m demõſtrata.in Hieroſolymã rurſus ſaluatorẽ reduxit.ubi
longo confectum hominem morbo liberauit. Regulus igitur cum uniuerſa fa-
milia credidit.Iudei autem cum mirari/amareq; deberent:impie benefactorem
ſuum quaſi perditum hominem perſequuntur/factis ſuis multo ſe peiores alie-
nigenis oſtendentes/& multo poſt terga eorũ relicti.hoc eſt certe quod in pſal-
mis ad dominum Iheſum dicitur : quoniam pones eos dorſum . Nam qui pri- Pſalmus.
mi omnium propter uirtutes patrum erant : poſt uocationem omnium gẽtium 20
ſaluabuntur.Cum enim plenitudo gentium ingreſſa fuerit:tunc uniuerſus ſal- Ad roma
uabitur Iſrael. hic ſenſus ſola compoſitione ac ordine rerum emergit, nunc ce- 11
tera conſideremus. Cap,CXXIII.

» ERat autẽ quidã homo ibi triginta & octo annos habẽs in infirmita-
» te hũc cum uidiſſet Iheſus iacentẽ / & cognouiſſet quia iam multũ
» tẽpus haberet:dicit ei . ¶ Tẽpore paſche/ die feſto azimorũ ac oc-
ciſionis agni celebrato:phariſeorũ moroſitate depulſus a Hieroſo-
lymis ad Samariã dñs deceſſit. Pẽtecoſtes uero tẽpore(hic enĩ dies
feſtus poſt illũ deiceps ſequitur) Hieroſolymã reuerſus hominẽ a morbo libera-
uit diuturno.triginta enĩ & octo annis iacuit/ & duo ſolũmodo anni ei decrant a
quadraginta : qui annorũ numerus ſecundũ legem perfectus definitur.ſed hec
hiſtoria modo pretermittatur: & in ſpiritalẽ a rerũ figura contẽplationẽ aſcen-
damus.Poſt paſca igitur quãdo agnus occidebatur : inuidia Iudeorum pulſus /
Samaritanis & Galileis ſalutẽ prebuit.Qua ex re poſt cedẽ in cruce:ſuã relictu-
rus Iudeorũ gentẽ & gentibus ſe daturus ſignificabat.Sic enim diſcipulis poſtq̃ Matheus
reſurrexit dictu iri mãdauit:qa in Galileã eos precederet.Qd aũt in fine ſepte 28

hebdomadū/pentecoſtes die reuerſus in Hieroſolymā eſt/enigmatice Iudeorū conuerſio ſignificatur: que in ultimis huius ſeculi temporibus miſericordia ſaluatoris fiet. Quod autē anteq̄ determinatum lege ſpacium tēporis abſoluere=tur/a diſſolutione membrorū eger ille liberatur: diſſolutionem & morbum Iudaice gentis longum ſignificat.non tamen omnino omnes perdentur:ſed ſalua toris uirtute obedientia & fide in piſcina tandē ſaluabuntur.Quod autē quadra genarius numerus ſecundū diuinā legem perfectus eſt: omnibus puto eſſe per=ſpicuum qui ſcripturarum peritiam habent. Cap,CXXIIII.

» VIs ſaluus fieri? Magnū miſericordie Chriſti eſt argumētum: nō expectare ſemper laborantiū preces / ſed ſua miſericordia preue=nire.precurrit enim ut uides, uenit ad iacentē.miſericordia flecti=tur etiam anteq̄ ei ſupplicetur.interrogat autē ſi ſanari uellet.non quia id alicui dubiū eſſet:ſed ut cupiditate ualitudinis ad petendū incenderet.Preterea interrogatio huiuſmodi/ſi uellet rem optatā conſequi: ad illud occultius intelligendū reducit/qđ ipſe facile id p̄ſtare poſſet. Ad hec para=tiorē ipſum fieri ad ſuſcipiendā hāc gratiā:interrogādo hortatur.Cap.CXXV.

» REſpondit ei languidus:domine hominē non habeo/ ut cum contur
» bata fuerit aqua/mittat me in piſcinā,dū enim uenio ego: alius āte
» me deſcendit. Die pentecoſtes angeli de celo deſcēdentes/piſci=ne illius aquam mouebāt: & huius motionis ſonus/ adeſſe ipſos ad ſanctificandū aquā ſignificabat. Ad quā qui primus poſt huiuſmo di factā turbationem deſcendebat:ab omni egritudine curabatur. hec curatio=nis uirtus in uno terminabatur homine: quod ſignum erat utilitatē legis in ſolo Iudeorum genere terminatam/nec ad alios un̄ tranſgreſſam fuiſſe.Mandata
Exodus. enim legis per angelos in monte Sinay mōſtrata:die pētecoſtes poſtea cōſtitute
19 miniſtrata/a Dan uſq; ad Berſabee ſolummodo dilatata fuerūt. Quapropter aqua etiam illius piſcine/angelorum aduentum ſignificans:non alio q̄ penteco=ſtes tempore mouebatur.ſed eger iſte tam dolores ſuos q̄ ſolitudinem deflebat dicens:domine hominem nō habeo/qui me in piſcinā mittat. Ad hoc enim pro=futurum ſibi Chriſtum ſperauit. Cap.CXXVI.

» DIcit ei Iheſus:ſurge / & tolle grabatū tuum & ambula.& ſtatim ſa=
» nus factus eſt homo: & ſuſtulit grabatū ſuum & ambulabat. erat
» autē ſabbatum in illa die. Non eſt hominis tanta poteſtas & uir=tus.Solius enim dei eſt proprium:ut ſic imperare poſſit.Non enim orat ut homo curetur/ne de prophetarū numero aliquis uideatur: ſed ut uirtutū omnium dominus/fieri qđ uult imperat,grabatū etiam in hume ris ferre iubet: ut qui uidebāt / q̄ta dñi uirtus eſſet inde colligerēt.facit aūt illico eger/quod audiuerat:obedientia & fide quod longis temporibus optauerat cō=ſecutus.In ſabbato autē ſanauit.cūq; ſanaſſet:confeſtim ad ſoluendas legis ob=ſeruationes hortatur.Grabatū enim tollere iubet:cum aperte deus per quendā
Hieremi, prophetarū clamet.Non exportabitis die ſabbati onera ex domibus ueſtris.nec
17 tamē ad contēnenda Chriſtus mādata legis hominē impellebat: ſed quia ultima hebdomade dies ſabbatū eſt/ultimis Iudeos teporibus integritatem fidei ſuſce=pturos ſignificabat.& in nouā uitēdi reformatos diſciplinā; umbras & figuras

legis depoſituros,hic beatus Paulus ut arbitror / recurrētibus ad legē ſcribit : qa ſi circūciderētur /nihil Chriſtꝰ eis prodeſſet.Et rurſus, euacuati eſtis a Chriſto/ qui in lege iuſtificamini:a gratia excidiſtis. Ad gala. 5 Cap,CXXVII.

» VIdebant ergo Iudei /illi q ſanus factus fuerat:ſabbatum eſt /nō licet » tibi tollere grabatum tuum. ¶Probe ut puto de illis dici poterat . ecce populus ſtultus ac uecors:oculos habent & non uident. Quid enim iſtis inſanius? qui cū admirari tātam Chriſti uim debuiſſent/ non modo id non faciunt / uerum etiam increpant atq; reprehendunt.& tranſgreſſionis crimine hominem accuſant;qui uix poſt lōga tempora morbum effugit. & iacere imperite perſuadent : quaſi ſabbatum egrotatione quoq; hominum honoraretur, Hieremi, 5 Cap.CXXVIII,

» REſpondit eis.qui me fecit ſanū;ille michi dixit /tolle grabatū tuū & » ambula. ¶Prudētiſſime atq; breuiſſime Iudeorū criminatiōes repellit. Nā quoniā ut tranſgreſſorē accuſabant / non licere dicentes in ſabbato hec onera ferentē ambulare : ad illū totā rem trāſfert / q ſanitatē ei largitꝰ eſt ,& magna quaſi uoce dicere uidet;illū potius q̄ ſabbatū eſſe honorandū /cui tante uires cui tāta gratia ineſt /ut diuturnū hūc morbū uerbo fugauerit. Non enim homo:ſed deus ſolūmodo rē huiuſmodi facere poteſt. Quomodo enim gratus deo non eſt:qui mirabili /diuinaq; poteſtate utitur? Ita ſignificantius atq; acerbius in eos oratio fertur, Cap.CXXIX.

» INterrogauerūt ergo eum: quis eſt homo ille q dixit tibi / tolle grabatū » tuū & ābula? Is autē qui ſanus fuerat factus; neſciebat quis eſſet. Iheſus » enim declinauit a turba cōſtituta in loco. ¶Feruet cupiditate cedis animus Iudeorū ; & eum qui tollere grabatū imperauit diligenter inquirūt,ille aūt ianuas quidē mortis effugit;& medicū nō cognouit / non abſq; diſpenſatione in multitudine hominum occultatū /ut ira Iudeorū aliquantulū deferueſceret.nō quia ipſe timeret ne quid irati poſſent aduerſus eum anteq̄ uellet facere : ſed ut exemplo eius declinādum eſſe ab iratis diſcamus. Cap.CXXX.

» DOſtea inuenit eum Iheſus in tēplo:& dixit ei. ecce ſanus factus es: » iam noli peccare /ne deterius tibi aliquid contingat. ¶Vt diſpēſatio latuit:ita rurſus diſpēſando apparet / temporū in omni re oportunitate ſeruata , nec poterat certe ab eo quippiā fieri qui peccare neſcit:quod ratione factū non ſit.Occaſionē autem loquēdi admonitio prebuit:qua homo docetur /iā non peccare / ne in peiora incidat. Hinc docemur non ſolū ad futurū iudicium peccatoribus ſupplicia reſeruari ; uerū etiā multis ac uariis modis in hac uita plerūq; ipſos puniri, Quod ita fieri etiā Paulꝰ teſtatur clamans.ideo inter uos multi infirmi & imbecilles / & dormiunt multi, qđ ſi noſmetipſos diiudicaremus:non utiq; diiudicaremur. dū iudicamur autē: a domino corripimur /ut non cum hoc mundo damnemur. 1.ad corī. 11 Cap,CXXXI.

» ABiit ille homo:& nunciauit Iudeis /quia Iheſus eſſet /qui fecit ipſum » ſanum. ¶Nunciat manifeſtatq; Iudeis medicū:non ut mali quicq̄ in eum cogitantes / impietatis ſe crimine coinquinent / ſed ut non ignorarent medicū /ſi quis etiam eoꝝ curari deſideraret.Nō enim quaſi accuſans dixit:quia Iheſus eſſet qui tollere grabatum ac am-

bulare in ſabbato imperaſſet/ſed qui fecit eum ſanũ. Quare patet:nichil aliud eum facere uoluiſſe/q̃ medicum eis oſtendere. Cap.CXXXII.

» PRopterea perſequebantur Iudei Iheſum: quia hec faciebat in ſab=
» bato. ¶ Non ſimpliciter quia eũ perſequeretur/narratio hec oſtẽ=
dit:ſed ut impudentia Hebreorũ non lateat/cauſa etiam additur:
quia iſta faciebat in ſabbato. Quaſi enim nõ liceret in ſabbato be=
nefacere,quaſi eo die/miſereri alicuius lex prohiberet.quaſi nihil
ex charitate fieri iuberet:& humanitatis laudẽ atq; gratiam in illo die extermi=
naret.ita Iheſum perſequuntur:ut non ſolũ impij/uerũ etiã imperitiſſimi fuiſſe
uideantur.multis enim atq; uariis rationibus uoluntatẽ legis ignoraſſe arguun
Lucas. tur.Nã ut ipſe Chriſtus dixit:boues oueſq; ſuas die ſabbati potũ ducebant. cir=
13 cuncidebantur etiã in ſabbato.deinde turbantur: cũ a longa egrotatione in ſa=
Ioannes nitatẽ eo die homo reductus ſit. Tanta enim iniquitate tenebantur: ut hominẽ
7 qui ad imaginẽ dei factus eſt/pecoribus nõ preponerẽt.Sed illa quidẽ abſq; cul=
pa/a fame ac ſiti poſſe liberare credebant:omnibus uero ſupplicijs cruciandum
putabant/ſi quis proximo prodeſſet in ſabbato,iure igitur de illis ſcriptum eſt.
Matheus. erratis neſcientes ſcripturas:a quibus figurate Iheſus deſcribitur indifferens de
22 ſabbato futurus fuiſſe.Moſe nãq; uita perfuncto/ac in ſuperiores tranſlato mã
ſiones:iudicio ac ſententia dei Ioſue gubernationẽ populi ſortitus fuit, Qui cũ
Ioſue. innumeris militibus Hierico urbẽ circũdediſſet: arcã dei integris ſex diebus per
6 leuitas circũduxit/in ſeptima uero id eſt in ſabbato uniuerſam multitudinẽ fũ=
mos clamores ad clangorẽ tubarũ edere iuſſit.& ſic menia concuſſa deciderũt,
& ingreſſi Iudei:urbẽ ceperunt, Nec propter legẽ que de ſabbato eſt uictoriam
amiſerũt:nec ductoris ſui Iheſu Naue imperia recuſarũt/ſed principatum eius
omni laude ſemper proſecuti ſunt. hec quidem figura fuit. Venit deinde ueri=
tas id eſt Chriſtus: aduerſus naturam hominis fabricata a diabolo menia depo=
ſiturus. Cunq; aduerſus morbos noſtros in ſabbato militet/tam diu per figurã
(ut diximus) ſoluto:ferre imperiti non poſſunt. ita quoniam Iheſum ſanantem
homines perſequũtur:ipſam etiam naturam/que id plerumq; facit in ſabbato/
accuſare uidentur. Cap.CXXXIIII.

» IHeſus autem reſpõdit eis:pater meus uſq; modo operatur/& ego
» operor. ¶ Hec uerba Chriſtus die ſabbati locut⁹ eſt. Hoc enim cũ
dicat uſq; modo intelligere omnino debemus. Nã aliter nulla bui⁹
orationis uis eſt. Cũ igitur propter imperitiã Iudei naturã unigeni
ti penitus ignorarent/ac ſoli deo patri Moſaicã legẽ attribuerent/
cui omnino parendũ cenſebãt/hac oratione breuiſſime atq; apertiſſime docẽ=
tur/in omnibus ſe patri cooperari.Nam quoniã eiuſdem nature cum patre eſt/
nec aliud preter illũ/q̃tum ad identitatẽ ſubſtantie pertinet: idcirco alia q̃ pater
uelit/uelle non poteſt.ipſe enim uiuẽs conſiliũ/atq; uirtus patris ſubſiſtens eſt:
ac ideo uniuerſa operatur cũ patre: ut igitur iratos ſibi propter ſabbatũ recon=
ciliaret: pater meus inquit uſq; modo operatur & ego operor. ſi creditis inquit
nutu & uoluntate opificis dei ſabbati quoq; die omnia gubernari/ac ſolẽ quidẽ
oriri/fontes fluere/plantas e terris prorumpere/ignẽ uſui hominum etiam die
ſabbati ferure: cur temere atq; imperite accuſatis eum per quem omnia pater

operatur? Omnia enim deus pater: non aliter q̄ per uirtutē & ſapientiā ſuā qui filius eius eſt / peragit, propterea inquit: et ego operor. Refrenare igitur atq; retūdere irā eorū ſtudet: cū nō tantū ſibi / q̄tū patri cui legē attribuebāt repugnare oſtēdat. & ut filium patris natura ſe eſſe ſignificet: ſiguları quodammodo articulo prepoſito patrem ſuum deum appellat / ut ad hanc ueriſſimam religionem mentes auditorum impellat. Cap.CXXXV.

» PRopterea ergo magis querebāt Iudei eum interficere: quia non ſolum ſoluebat ſabatum / ſed et patrē ſuum dicebat deum / equalē ſe
» ficiens deo. ¶ Ad maiorē incitatur crudelitatē animus Iudeorum:
» et cum oporteret eos uerbis Chriſti ad melius commutatos fuiſſe / n cedem eius incenduntur: qui rebus magis q̄ uerbis nihil in deum cōmiſſum eſſe docebat / ſi homini ſalutē ſuā in ſabbato largitus eſt. & ut maioribus impietatis ſe ipſos uinculis ſtringāt: nō poſſūt ferre ſinguları quodā modo patrem Chriſti deum appellari. Non enim intelligebant uerbum dei / uitam ex patre fluentem / unigenitū ſcilicet eius filium / per quem proprie atq; uere deus et dicitur & eſt pater: hominem propter nos eſſe factum. Non eſt enim proprie atq; uere pater noſter: ſed adoptione non natura ad illā nos dignitatē / propter Chriſtum qui in nobis per ſpiritum ſanctū habitat / aſcendimus. homine igitur eſſe uidentes / & habitantem in eo deum non cognoſcentes. ferre non poterant ſinguları ut diximus modo deū ab eo patrē appellari, Recte nāq; id ſolū intelligebāt: quia cuius uere ac proprie deus pater eſt / is ſecūdum naturā deo equalis eſt. quod in maiorē eos inſaniā incitabat. Cap.CXXXVI

¶ Quod neq; ſecundum uirtutem / neq; ſecundum operationem patre filius minor eſt: ſed equaliter omnipotens / ut ab eo prodiens ſecundum naturam.

» REſpondit Iheſus: & dixit eis, Amen amen dico uobis non poteſt fi-
» li⁹ a ſeipſo quicq̄ facere: niſi quod uiderit patrē facientem. Quecūq;
» enim ille fecerit; hec & filius ſimiliter facit. ¶ Quod tam preuenientes dixim⁹: id nunc alio modo latius exponit / undiq; ad ueritatem auditores inducens. & quod imbecillitate temporis intelligere nō potuerunt: uaria oratione pertractans. Opus certe diligentis magiſtri eſt: non tranſcurrere neq; altiora prius mēti auditorū ingerere / q̄ priora cognouerint. Diuinis igitur humana cōmiſcens / & dignitatē unigeniti eo modo ſubticens: ut et naturā hominis quaſi domin⁹ excedat / & ſeruis cōnumerari percipiatur: ait / nō poteſt filius quicq̄ a ſe ipſo facere: niſi quod uiderit patrē facientē. Quecūq; enim ille fecerit: hec & filius ſimiliter facit. in eo enim quod omnia poteſt ſimiliter ſicut deus pater facere: idētitas ſubſtantie confirmatur. Similiter enim operantur: que omnino eiuſdē nature ſunt. Que autē diuerſas eſſendi habent rationes: in iis idē operationis mod⁹ eſſe nō poteſt. Sicut igitur deus uerus ex deo uero: eadē patri ſimiliter facere poteſt. Verū ut nō ſolummō equalis in omnipotentia patri eſſe uideatur ſed etiam euſdē omnino uoluntatis: nichil poſſe a ſe filiū facere dicit / niſi quod uiderit patrē facientem. ita quaſi magna uoce ad inuidentes & perſecutores dicere uidetur: non honorari a me ſabbatū putatis / quia hominē eo die curaui. ſed ego nunq̄ id feciſſe: niſi hec a patre quoq; fieri uiderē qui per me mundum etiam die ſabati gubernat. Impoſſibile inquit eſt / cum filiꝰ

eius & ex eo naturaliter ſim: me aliud uelle aut aliud facere q̄ quod pater & uelit & faciat. nō quia quaſi exemplo quodā didicerī / aut quia uoluntate imitandum eſſe patrem iudicauerim: ſed quia nature legibus ad eandē operationē atq; cōſilium conſcendo. id certe ſignificari puto: cum dicitur non poſſe a ſeipſo filius
Obiectio. quicq̄ facere / et ſic pie omnis ſenſus ad obſequium Chriſti capietur. ¶ Sed inſultabit iterum forſan his uerbis quaſi pabulo enutritus / ueritatis inimicus dicēs. Si equalis patri filius eſſet / nec minor ullo modo ſecundū naturā: cur apertiſſime nihil poſſe a ſeipſo facere / niſi qđ uiderit patrem facientē affirmat? Clare nāq; his uerbis nihil a ſeipſo poſſe facere dicit. qđ nō diceret: niſi ſuperiorē ſemetipſo
Solutio. patrem cognoſceret. ¶ Sed oportebat te o homo diligenter prius horū uerborum poteſtatem rimari: q̄ ita temere nobis inſultare. Qua enī ratione ab equalitate patris filiū detrudis? cum dictū non ſit ideo non poſſe a ſeipſo quicq̄ facere / quia nihil poſſit niſi pater ei conceſſerit / ſed potius niſi qđ uiderit patrē faciētem. Illud enim imbecillitatem eius oſtenderet. hoc equalis eſſe uirtutis atq; potentie comprobatur. Videndi enim ſenſus: non maiores uires immittere ſolet / ſed ad perſpicientiā rerū prouocat. Cum igitur patris opera uidere ſe filius dicat: non oſtendit ſe imbecillē / ſed perſpectorē (ut ita dicam) operū patris. quod paulo poſt latius enodabimus. Quod autē identitate operationis / omnipotētie identitas declaratur: a uerbis ſuis liquido colligitur. ipſe nāq; ſubiecit. Quecūq; enim ille fecerit: hec & filius ſimiliter facit. Quomodo igitur minor eſt: qui eadē operatur? aut quō ignis: aliud q̄ ignis operabitur? Sed hec de propoſito textu dicta ſufficiant. Conſideremus autē rurſum uirtutis & potētie nobis ratione propoſita: non conuenienter dici ſecundū eſſe natura / filium a patre. Vtrum igitur deum uerum ex deo naturaliter / & ex ſubſtantia patris filium profitentur: aut deum quidē eſſe concedunt / ſed non ex ſubſtantia patris eſſe contendunt. Nā ſi non eſt ex ſubſtantia patris: nec ſecundum naturā deus erit / nec deus uerus. quomodo enī natura deus eſſe intelligetur: niſi ex deo naturaliter ſit? Aut quomodo filius uere: niſi ex ſubſtantia patris natus ſit. Aliter enim adulterinū quēdam / & recentem introducunt deum, Si autem erubeſcēt id dicere: & deum natura / ac uere unigenitū patris filiū non negabūt: quomodo minor q̄ pater erit, Aut quomodo ſi minus ipſe in aliquo q̄ pater poſſit? ibecillitatis crimie ipſa etiā ſubſtantia patris non accuſabitur? Nam ſi cum natura deus filius ſit / imbecillis eſt: quid prohibet patrem quoq; eiuſdem nature deū / imbecillē in aliquo uideri? Et ita ſecundū opinionē iſtorū: non erit natura deitatis immutabilis / & firme beatitudinis. prohdolor: quis patietur hec audiens? Quis non ſtupebit: cum im-
Pſalmus, becillis filius ab iſtis dicatur / quē ſcriptura predicat dominū eſſe uirtutū? quod
23 proprie atq; uere ſoli filio cum patre ac ſpiritu ſancto ineſt. ¶ Sed pater dicent
Tergi primus in operando eſt: quia & uirtutis & ſcientie in eo perfectio eſt. Filius autē
uerſatio primo uidet: deinde imitatione patris habita / operatur & ita ſimilitudine ope-
nis reie- randi deus appellatur. Quod ipſe nos docuit: dicēs nihil poſſe a ſe ipſo facere /
ctio. niſi quod uiderit patrē faciētē. ¶ Quid dicis o omnū hominū audaciſſime: tu figuras quaſdam operationis paterne colligere filiū credis / & hoc modo deū appellari putas? Doctrina quadam ergo & non natura deus eſſe uidebitur: & ſcientia quadam & arte more humano patrem imitabitur. Hunc ergo qui ſolo

artificio dei nomen conſequitur:in celis adorant angeli/& nos abſq; culpa adoramus/quibus a ſcriptura dictū eſt/ne ullum aliū preter uerū deum adoremus Deutero
Sed non ſentiunt qui iſta dicunt: quo impietatis deueniunt.primum enim mutatio in filio inſpicietur:qui a minoribus ad maiora imitationis ſtudio proficiet, 6
At qui is ipſe filius de ſe per prophetā dicit: uidete uidete quia ego ſum / & non Malachi.
mutor. Pſalmiſta quoq; ad eum clamat in ſpiritu:tu autē idem ipſe es,Nā ſi facientem quaſi magiſtrum patrē ſpeculatur/ut opera eius poſſit imitari:quomō Pſalmus,
ab ignoratione ad cognitionem proficere / & a peioribus ad meliora immutari 101
non credetur? cum nemo ſit qui cognitionem ignorantia meliorem non putet.
Deinde dicāt nobis queſo/qui magiſtrū magis q̄ patrem deum appellant: utrū
opera patris ignorans filius facientem uidet ut diſcat/an q̄uis optime ſciat/nihil
tamē facit niſi a patre doceatur? Nam ſi hoc ultimū dabunt:ridiculoſiſſimi profecto erunt/ qui & filio tanq̄ ignoranti conſiderandi que ſciat & patri docendi
fruſtra laborē imponūt,Sin uero alterū dicent/ac ut ignorantē ut diſcat faciem
tem patrē uidere contendant: quomodo uniuerſa ſcire dicitur anteq̄ generen-
tur? aut quomodo uere de ſeipſo dicet:deus appropinquās ego ſum/ & nō deus Hieremi.
de lōge / nō occultabitur quicq̄ a me? Preterea quō ſtultū nō eſt credere / quod 23
omnia ſpiritus ſcrutetur etiam profunditates dei:cū largitori ſpiritus / paterno i.Ad corī
rum operum ignorantiā attribuatis/& minorē ei cognitionem q̄ ſpiritui ſuo ac- 2
commodetis? An etiam ſapientia non erit filius? Quippe ſecundū uos ſi diſcendo proficit:non erit ſapiētia ipſe ſecundū naturam ſed ſapientie potius capax.
Sapientia enim eſt:que ſapiētes facit/non quod ſapiens fit.ſicut & lumen:qđ illuminat/non qđ illuminatur. Erit igitur aliud ipſe/aliud ſapientia que in ipſo eſt.
Quare nec ſimplex ſed a diuerſis rebus compoſitus: nec igitur deus natura &
ſubſtantialiter. Diſcere nāq; ab alio/& duplicem eſſe atq; cōpoſitum:alienū penitus a deitatis natura eſt / cui ſumma ſimplicitas & ſumma perfectio ineſt. qđ
ſi filius natura deus non eſt:quomō ea operatur que ſolus deus poteſt operari?
An ſufficere ad tantā uirtutē ei putabunt ut ſolūmodo patrem uideat facientē/
& confeſtim omnia poſſit facere que pater ei oſtenderit/& ſic dignitatē dei con
ſequatur? Quid igitur prohibebit/ſi aliis quoq; operū ſuorum uiam hanc / rationēq; pater uoluerit oſtendere: nonne multi nobis emergent dii? & ita paterne ſubſtantie dignitas ad diſcendi ſtudiū tota conferetur. Sed certe non doctri
na(ut ipſi nugantur)in dignitatē nature patris aſcēdit filius: ſed natura ut ipſe Ioannes.
dicit/ego & pater unum ſumus.qui me uidet:uidet patrem meum.Cōſiderent 10
igitur queſo quanta impietas e uerbis ſuis erumpit:& rectā de filio dei ſententiā Ioannes.
capiant.qui non conſideratiōe operum patris/nec quia quaſi doctorē imitetur/ 14
creator & mirabiliū operū operator & filius eſt:ſed naturalis quedā lex in identitate patris eum cōtinet.& hoc a perfecta operum ſimilitudine demonſtratur.
Sed propoſito rurſus textu ſenſum diligentius perſcrutemur: & quomodo pie
intelligatur cōſideremus. Nō poteſt inquit filius facere quicq̄: niſi quod uiderit patrem facientē. Quecunq; enim ille fecerit: hec & filius ſimiliter facit.Perſpicis ut operū identitate equalē ſe patri oſtendit/ac ſubſtantie patris heredē.Hec
enim dicit/ut neceſſario natura deus itelligatur:cum eadē cum deo patre operetur.Nemo autē turbetur:quoniā nichil ſe facere poſſe ait / niſi quod uiderit pa-

trē facientē. Nā quia ſeruū formā aſſumpſit: propterea diſpēſando ita loqtur/ ut deum & hominē ſimul deceat.& hec quidem ratio uera eſt: illa uero etiā acutior. Cum enim dicitur non poſſe filium quicq̄ a ſe facere/non imbecillitatē aliquā filij ſibi atteſtatur/ut ſi quis dixerit non poſſe decem ſe milia pondo humeris ferre: ſed eſt alia quoq; iſtius uerbi poteſtas. ſtabile enim operationē nature/ que aliter ſe habere nō poteſt/nōnunq̄ ſignificat: ut ſi rationalis quidē homo/ & ex homine ſecundū naturā rationali natus: non poſſe diceret quaſi propriū quicq̄ a ſeipſo ſe naturaliter facere/quod nature patris ineſſe non uideat, Hoc igitur modo nihil a ſeipſo facere filius poteſt: niſi quod uiderit patrē facientem. Nolite igitur opera filii carpere: qui nō aliud facere poteſt q̄ id quod ſubſtantia patris ſimiliter facit. Verbi gratia: ſi miſericors eſt natura patris/filij quoq; qui ex eo eſt/miſericors naturaliter eſt, nec poteſt aliter ſe habere q̄ pater ſe habeat. Nam quemadmodum a patre ſubſtantiā habet: ſic ſubſtantie quoq; bona/ ſimpliciter & procul ab omni cōpoſitione ut deus habet. Quod aūt hic ſenſus integerrimꝰ eſt: ipſe declarauit/cū ſtatim ſubiecerit, Quecūq; enim ille fecerit: hec & filius ſimiliter facit. Verū ſi cauſam etiā quare a Chriſto hec dicta ſint cōſideraueris: a ſenſu huius loci uero/nō aberrabis. Nam quoniā in egrotū hominē die ſabbati miſericors fuit/ac propterea Iudei ut iniquū perſequebātur: recōciliare illos his uerbis uoluit. & ita deum patrē etiam in ſabbato miſericorditer facere affirmat. Nūq̄ enim que ad ſalutē noſtrā faciūt: pretermiſit. Quare dicebat: pater meus uſq; modo operatur/& ego operor, Quibus ne magis moueretur/adiecit. Non poteſt filius facere a ſeipſo quicq̄: niſi quod uiderit patrē facientem. Quecūq; enī ille fecerit: hec & filius ſimiliter facit. Quoniā enī inquit ſemper/& in ſabbato quoq; ſimiliter/miſericordem eſſe patrem uideo: idcirco etiā ego in ſabbato miſericorditer facio. Nō enim poſſum ſubſtantiā patris cōmutare: cum unum atq; idem cum patre ſecūdum naturā ſim. quare ut ab ipſo ſum: ita oīa que ipſe peragit facio, Qui autē dicūt patrē primo facere/deinde filiū opera illius imitari: magna imperitia laborant, Quomō enim ſeorſum (ut ita dicā) ac ſolus abſq; filio pater unq̄ operabitur? cum uirtus eius qua operatur ſit filij/qui eternaliter ineſt/& uolūtatis eius motioniſq; (ut ita dixerim) in agēdo expreſſiuus. Quod ſi cōtendunt expectari a filio patris operationē/ut eam imitari poſſit: oſtendāt nobis abſq; filio a patre unq̄ aliquid eſſe factū/aut quod ad rem pertinet/aliquem diſſolutum membris a patre abſq; filio curatū afferant: ut poſſint per imitationem patris/a filio hunc hominem curatum fuiſſe nobis perſuadere.

Iſtius uerbi ſcilicet poſſe/eſt alia poteſtas: uis alia ac ſignificatio.

Cap.CXXXVI

PAter enim diligit filiū, ¶ Fruſtra exacerbatos propter ſabbatū arguit. cum ſe diligi afferat a patre. Non enim offendentem/ſed potius gaudio ſe afficientē pater diligit, fruſtra igitur perſequuntur eum: qui operibus ſuis gaudium patri afferat. & ipſi deo patri manifeſte repugnāt: cum odio perſequantur quem ipſe diligit. Patet autem non eſſe illum dilectum patri filiū: qui genitoris uoluntatem contēnens/ ſua cōtilia ſequitur. Verum quoniam filium diligit pater: patet quia etiam in ſolutione ſabbati/et conſentit. Patet etiam nihil hanc rem habere: quo deus legis dominus iure offendi poſſit.

Cap.CXXXVII.

Cap.V.

»  T omnia demonſtrat ei:que ipſe facit, ¶ Neceſſario hec ſuperiori
bus addidit.Patres enim humano more naturali quodã filiorꝫ amo
re etiã inobediẽtes filios ferũt ac patiũtur / ui quadã nature ad hoc
impulſi:ſed non ita inquit deus pater diligit filiũ. Nihil enim face=
re poteſt filius:quod pater nõ faciat.Nã cum una patris & filii ſub=
ſtantia ſit:naturali quadam (ut ita dicam)lege in unam uirtutem & uolũtatem
conducuntur.Nihil ergo preter uoluntatem patris filius facit:ſed que ipſum fa=
cere uidet/ea peragit/cum propter idẽtitatem ſubſtantie a uolũtate patris exci
dere nequeat.Expers enim oĩno mutationis eſt.idem autem ſemper manet: ut Pſalmus.
pſalmiſta cecinit,Pater etiã rurſus filio demõſtrat: que ipſe facit/nõ quaſi depi= 101
cta in tabulis/nec quaſi ignorantẽ doctrina iuuans(omnia enim filius ueluti de?
nouit)ſed totũ ſeipſum in natura filii ſic pĩgens/ ut quecũq; in ſe habeat:in filio
demõſtret.Ita ut ex quib? quenã ſit natura patris cognoſcitur:ex illis etiã natu=
ra filii demõſtratur,idcirco dictũ eſt:quod nullus cognoſcit filiũ niſi pater / nec Matheus.
patrẽ nouit aliquis niſi fili?.Eſt aũt in utroq; nõ ꝑ doctrinã ſed naturaliter/utri= 11
uſq; cognitio:& pater quidẽ in ſeipſo filiũ uidet/filius aũt patrẽ in ſeipſo rurſus Ioannes.
uidet.propterea dicit:ego in patre & pater in me eſt.Videre aũt & uideri:nõ hu 14
mano more/ſed deo conuenienter intelligatur, Cap.CXXXVIII.

»  T maiora his demonſtrabit ei opera:ut uos miremini. ¶ Dictũ eſt
in ſuperioribus:propter ſabbatũ/& quia ſinguları quodã pacto pa
trem ſuũ deum eſſe dicebat/equalẽ ſeipſum deo faciens / cõmotos
Iudeos queſiuiſſe Jheſum occidere. Pr.mũ igitur accuſationem de
ſabbato reiecit : cum ipſum etiã patrẽ ſimiliter operari in ſabbato
demõſtrauerit.Nũc q̃uis homo propter nos factus ſit:equalẽ tamen ſe patri eſſe
oſtẽdit.hoc enim poſt illud ſequebatur.propterea dicit/& maiora his demõſtra
bit ei opera:ut uos miremini.Sanatus eſt inquit homo/qui triginta & octo annis
morbo uexabaꝰ: & hec res diuinã uirtutẽ eius qui geſſit & poteſtatẽ patefecit.
Quẽ ita mirabiliter & cum tãta poteſtate facientẽ/nullus iure carpere poteſt:ſi
deũ ſe eſſe dicat/& filiũ dei patri equalẽ in oĩbus,Verum quoniã inquit propter
hoc opus cõmoti/credere non uultis: multo maiora uidebitis / & mirabimini in
me tãtam ſitã eſſe poteſtatẽ:ut mortuos etiã poſſim ſuſcitare/que uirtus & glo=
ria/deo ſolummodo congruit.quem iniquitatis crimine modo uos accuſatis: &
perſequimini quia me filium dei dixi. Quomodo autem deus pater opera filio
demonſtret:in ſuperioribus expoſitum eſt. Cap.CXXXIX.

» »  Icut enim pater ſuſcitat mortuos & uiuificat: ſic & filius quos uult
uiuificat, ¶ Aſpice rurſus in his equalitatem maxime demonſtra=
ri.Qui enim non aliter q̃ pater mortuos ſuſcitat:quomodo minor
eo erit? Aut quomodo non eiuſdẽ cum eo erit ſubſtãtie: qui eiuſdẽ
nature habet proprietates? Proprium enim eſt ſupreme ſubſtan=
tie/ut mortuos poſſit uiuificare : quod equaliter patri atq; filio ineſt, Nõ autem
alias pater alias filius/aut ſeorſum alter ab altero uiuificat.omnia enim agit fili?
cum patrem in ſe habeat:& omnia ſimiliter pater per filium operatur.quoniam
igitur utriq; naturaliter ineſt ut poſſit uiuificare mortuos:idcirco etiam utriq;
diuiſa oratione/id accommodatur, Cap,CXL.

» NOn enim pater iudicat quēq; ſed omne iudiciū dedit filio. ¶ Aliud quoddā diuinū atq; precipuum affert argumētum: quo ſe natura / & uere deum oſtēdit. Cui enim orbē terrarū iudicare alii cōuenit q̄ ſoli deo? quem ſolum ad iudicādum diuina ſcriptura uocat dicēs. Pſalmus, 81 exurge deus iudica terrā. Et rurſus. quoniā deus iudex eſt: aliū humiliat / et alium exaltat. Datum autem ſibi a patre ait iudicium: non quia poteſtatem hāc ipſe natura non habeat / ſed per diſpenſationē / ut homo / in diuina Pſalmus. 74 poteſtate / ſita eſſe docet uniuerſa. Quare inquantum quidē uerbū dei & deus eſt / hāc poteſtatē naturaliter habet: inq̄tum autē homo factus eſt (quoniā ad ho i. Ad cori 4 minē dicitur: quid enī habes quod nō accepiſti) accepiſſe hanc ſe poteſtatē aperte profitetur. ¶ Sed dicent rurſus aduerſarii. ecce ipſe filius a patre accepiſſe Cauilli ſolutio. iudicium ſe docet, accepit autē quod nō habet. Quomodo igitur maior natura non erit qui abundat / & dat ei qui indiget atq; accipit? ¶ Nos autē accōmo- Ad phili. 2 date ut arbitror atq; decēter / propter incarnationis diſpēſationē qua ſe humiliauit in ſimilitudine hominum factus: id ita eſſe dictum affirmauimus, Verum quoniā tu hec ſimpliciora eccleſie dogmata negligis / & altiora curioſe querens rationibus tuis reſpondere acutius cogis: primū illud dicimus / non neceſſario neq; ſēper non habēti datur / nec maior eſt ſemper qui dat q̄ qui accipit, Quid Pſalmus, enim reſpondebis ſi pſalmiſtā audiueris dicente: date gloriā deo? Gloria ne ca- 67 rere deum putabis: aut maiores creatore creatos homines arbitraberis / qa gloriā deo afferre iubeātur? Plena glorie deitas eſt: etiam ſi nihil a nobis acceperit. Quod autē a ſe habet / ſi id loco honoris accipit: nō eſt minor propterea eo qui obtulit. Quare nec pater maior proprio filio eſt: quia ei totum iudiciū dederit. Deinde conſiderandū diligētius eſt: quia iudicare actus quidā potius eſt q̄ ſubſtātia, nam ſi non actus ſed ſubſtātia eſſet: cum quis iudicare ceſſaret / cōfeſtim etiam ab eſſe ceſſaret, quod manifeſte falſum eſt. Nil ergo aliud iudicare eſt: q̄ Hieremi. quidam act? atq; operatio, Quid igitur pater filio ſuo dedit: ſi totum ei iudiciū 16 preſtitit? nihil aliud profecto q̄ actū quendam ſuper eos qui iudicantur, Quomodo igitur maior natura q̄ fili?: aut quid prebuit filio quod non habebat? Nōne ipſe liquido dicit: omnia que habet pater / mea ſūt? Quomodo igitur inquies: datum ſibi eſſe iudiciū intelligem?? Audi queſo atq; attēde, Nā quēadmodū cum deus pater creare omnia poſſit / per filium tamē ut per uirtutē ſuā id facit: ſic cū iudicare orbē queat / per filiū ut per iuſticiā ſuam id peragit, Veluti ſi quis diceret: ignē naturali ſuo calori cremādi poteſtatē dediſſe / nō lōge aberraret a ueritate, quia cremandi actus hoc modo perficitur, Sic datū eſſe iudiciū filio intelligētes: a diaboli laqueis nō capiemur. Si uero impudēter cōtendūt dicētes honore filio acceſſiſſe / cū fact? ſit iudex; oſtēdāt nobis quō domin? erat omniū / q̄ hac laude in nouiſſimis temporibus coronatur, Cap, CXLI.

¶ Quod omnes deitatis dignitates in filio ſunt: non participatione aut deforis / ſed naturaliter,

» VT omnes honorificent filium ſicut honorificant patrē, Qui nō hono- » rificat filium: nō honorificat patrem qui miſit illum, ¶ Cauſa quedā modo redditur eorū que dicta ſunt, ſed ut uniuerſam orationis poteſtatem abſolutius comprehēdamus: paulo altius ſuperiora repetam?.

Singulari quodam modo patrem ſuum eſſe deum dicebat: ac ſe deo parem faciebat. ſimiliter quoq; omnipotentem ſe non aliter q̄ pater oſtendebat dicens. quecunq; enim ille facit: & filius ſimiliter facit. uitam etiam ſe / & uiuificantem ſecundum naturam ueluti & patrem declarabat. ſicut enim pater mortuos ſuſcitat & uiuificat: ſic & filius quos uult uiuificat, iudicem quoq; aſſenſu patris ſe affirmabat. pater enim neminem iudicat: ſed totum iudicium dedit filio. Qua igitur de cauſa hec omnia dicta ſunt? ut omnes inquit honorēt filium / ſicut honorant patrem. Nam ſi omnia ipſe eſt que pater eſt / quantum ad deitatis maieſtatem pertinet: quomodo par non erit / equaliter illū patri honorari / cui ad idē titatē ſubſtantie nihil prorſus deeſt? ¶ Sed quid ad hec nobis obiiciunt: qui omnia recta ut Micheas dicit peruertunt, Si quoniam inquiunt ſcriptum eſt / ut oēs honorent filium ſicut honorant patrem / idcirco equaliter patrem & filium honoratis: longe a ueritate aberratis. Sicut enim / ſimilitudinis dictio eſt; & ſimilitudinem quandam nō equalitatem rerum ſignificat. ſic enim ſaluator conſulit dicens. Sitis miſericordes / ſicut & pater ueſter miſericors eſt, Num igitur ad equalitatem miſericordie patris aſcendere homines hortatur? nequaq̄. Et rurſus ad patrem de diſcipulis ſuis, & dilexiſti eos ait: ſicut dilexiſti me, An ergo equaliter diſcipuli & filius a patre dilecti ſunt? minime. cur ergo dictiōe ſimilitudinis deceptī / que nullam ad hanc rem affert neceſſitatem; equaliter filium patri honorandum putatis? ¶ Acerbis inq̄ uos aduerſus ueritatem rationibus illatratis. Sed prodeant foras canes / ut Paulus ait: foras omnes mali operarii exeāt. ueritatis enim nos filii ſumus / & genimina lucis. propterea una cum patre filium ueluti deum ex deo / ueluti lucem ex luce / ueluti uitam ex uita: equali honore atq; gloria glorificamus. Scrutari autem altius quod fide ſuſceptum eſt: nō eſſe omnino tutum putamus. ſed tamen ne nobis illudatis: dictionis huius quam ſimilitudinis eſſe dicitis / poteſtatem inueſtigare non grauabimur. Quādo igitur de rebus dicitur diuerſis ac natura differentibus: tunc nō equalitatē / ſed ſimilitudinem (ut etiam uos dicitis) ſignificat, Quando autem de iis dicitur que eiuſdem nature ſunt: tunc ultimā ſimilitudinem / imo identitatē & equalitatem oſtēdit, Nam ſi quis candorem argenti miratus / ſicut ſolem ſplendere argentum quiſpiam dixerit: quoniam diuerſa hec natura ſunt / non equaliter ſoli ſplēdere argentum intelligemus / ſed ſimilitudinem quandam ſplendoris propter dictionem illam ſicut / oſtendi concedemus, Sin uero de Petro & Paulo natura hominibus ac diſcipulis chriſti / aliquis dixerit honorari oportere Paulum ſicuti & Petrum: nemo ambiget quin equalem uelit utriq; honorem contribui. Quare cū honorandum eſſe filium ſicuti & patrem audimus: equalem utriq; honorem / eundemq; offerre iubemur. futura enim ut deus proſpiciens / & huiuſmodi imperitie tue non ignorans / non ſtatim ſicuti & patrem honorari ſe oportere aſſeruit: ſed cum affirmauerit deum ſe eſſe natura / cum ſinguli modo patrem ſuum deum appellauerit / cum uitam ſe mortuorum eſſe oſtenderit / cum uniuerſa ſe poſſe facere que pater faciat comprobauerit / tūc tādem intulit. ut omnes honorent filium / ſicut honorant patrem, Quid igitur prohibet / ſi omnia que pater habet: ipſe quoq; habeat / ſi cuncta facere poteſt que pater facit / quid inq̄ prohibet: ne ei eoſdē quos patri honores offeramus? Filiū enim honorantes:

Obiectiō impiorū Micheas, 3

Lucas, 6

Ioannes. 17

Confutatio, Ad phili. 3

h.i.

ipſam naturam patris in filio fulgentem honorabimus. Ideo enim ſubiecit, qui non honorat filiū: non honorat patrē qui miſit illum. Non enim in alium q̄ in patrem contēptus filii aſcēdit, qui ex natura ſua quaſi quodā ex fonte filiū ita edidit: ut eternaliter cū ipſo / & in ipſo a ſcriptura eſſe aſſeratur. ¶ Sed eſto inquit aſcēdat contemptus filii nō in alium q̄ in ipſum patrem (moleſte enim ferret filium ſuum contemni) ſed non ideo / qua in filio natura eius cōtemnatur ut uos dicitis: ſed quia imago eius & character eſt / optime ad deitatis naturā formatꝰ: ideirco ad ipſum profecto cōtemptus aſcēdit. Par enim eſt ut qui characterem diuinum contempſit: ipſum primitiuum contempſiſſe uideatur, ueluti etiā qui regis alicuius terreni ſtatuas euerterit: non aliter q̄ ſi regem ipſum contēpſiſſet punitur. Simile quoddam a deo de nobis dictum inueniemus. Qui eni ſanguinem hominis inquit effuderit: ſuus etiam effundetur / quia in imagine dei creauit hominem. uides inquiunt imagine dei contempta / quis nō natura ipſius deitatis contempta ſit, in deū tamen patrē aſcēdere iniuriam. hoc modo ergo etiā a Chriſto dictū eſt: qui non honorat filiū / nō honorat patrē. ¶ Num igitur nobis (cum cuncta peruertitis) longe a ſubſtantia patris filius depelletur? Quomodo ergo erit natura deus: ſi non eſt eiuſdem cum patre nature. Impie uero nos facere uidebimur / qui trinitatem eiuſdem eſſe nature confitemur / quos uidelicet oportebat patrem ut deum adorare: filio autem atq; ſpiritui aliam quādam gloriam ut diuerſis quibuſdam a deo naturis accōmodare / aliam rationem nature: unicuiq; attribuentes, ſed unum ſcripture predicant deum / & filiū cū patre ſimul atq; ſpiritu hoc nomine comprehendunt: ita per ſubſtantialē identitatem in unam deitatis rationem ſancta trinitas cogitur. Nō ergo a natura patris alienus eſt unigenitus: qui nec filius uere intelligeretur / niſi a ſubſtantia patris prodiret. Huiuſmodi enim in omnibus profecto eſt modus / & diffinitio filiationis. Si autem filius uere non eſt: nec pater erit uere. Quomodo igitur uerax erit Paulus dicēs: ex quo omnis paternitas in celo & in terra nominatur? Si enim nō genuit filium ex ſe ut deum decet: quomodo paternitatis principium in ipſo eſt / & ab eo per imitationē in ceteris tam in celo q̄ in terra? Sed uere deus pater eſt, unigenitus ergo ſecundū naturam filius eſt / & deitatis integre rationem poſſidet. Deus enim ex deo naſcitur: ſicuti etiam homo ex homine, nec ita uana erit dei ac patris natura: ut diſſimilem ſui fructum producat, Verum quoniam non naturam dei patris in filio / ſed aliud quiddam ut imaginem regis uel ſtatuam contemni arbitrantur / & hac re deum ledi contendunt: interrogādi ſunt / quomodo patris imaginem eſſe ac dici filium putant, Imo uero nos ipſi genera imaginis prius diſtinguamus: ut huius queſtionis ueritas clarior reddi poſſit, Primū igitur imago naturalē identitatem omni ſubſtantie proprietate ſeruata ſignificat, hoc modo Abel imago Ade dicitur. Deide imago dicitur: que ſola imago ſimilitudinē continet, ueluti que in tabulis diligenter pinguuntur / aut alio quodā modo deſignātur, Preterea diſciplinā uiuēdi & mores probos aut improbos ſolet hoc nomē plerūq; oſtendere. ut ſi probū uirū: Pauli / improbū: Simonis imaginē diceres. Similitudo enim uite: non inepte nomen imaginis accipit. Ad hec dignitas / honor / & gloria / omniſq; preſtātia poſterior cū precedentē imitet: hoc nomine nōnumq̄ appellat. ut ſi quis in principatu ſucceſſor: imago eiꝰ dicatur cui

Aduerſariorū cauillatio,

Geneſis. 9

Ad ephe. 3

ſucceſſit/& cuius maieſtatem pre ſe ferat, Poſtremo ut cuncta perſtringamus: aut qualitate/aut quãtitate/aut habitu atq; proportiõe dicitur. Cum igitur hec ita ſe habeant / reſpondeant queſo: utrum naturalis ſimilitudo atq; identitas/ imaginis nomie in diuinis intelligitur? ut patris imago unigenitus ideo ſit / quia ex eo eſt: ſicut & abel ex Adam/totam in ſeipſo naturam patris cõſeruans? An hoc ideo abſurdum putant: ne ſcilicet deum ex deo ſecundum naturam fateri compellantur? ſed ueritati repugnãtes: ſola figure ſimilitudine dici contendũt? Non arbitror ita ſtolidos eſſe: ut hoc dicere audeãt. Nulla enĩ quãtitate/nulla figura/nullo de? loco circũſcribitur/nec has ꝓprietates corpoꝝ patiť. quare nec ille modus capiende imaginis quem ſecũdo poſuimus: de ipſo dici poteſt. Num igitur quia mores / & uirtutem patris ſequatur: ſic appellari putãt? ſed quomodo natura deus dicitur: ſi cum ſola uoluntatis ad bonum inclinatione/deo ſimilis ſit / aliud quiddam q̃ deus eſt? Non enim negabunt: uerbum dei ſubſiſtere. Sed quid maius q̃ creatura poſſidebit: ſi ita eſt? Nam & angelos credimus / cum aliud natura q̃ deus ſint: uoluntatis tamẽ inclinatione q̃tum natura eorum patitur / dei bonitatem imitari. imo uero nos quoq; id facere iubemur. ſitis inquit miſericordes: ſicut & pater ueſter miſericors eſt. Paulus quoq; imitator Chriſti fuit. Sed his omnibus ut arbitror quaſi ad maius atq; dignius ad illud tandem perueniẽt/clamabũtq; imaginem dei eſſe unigenitum dignitate/gloria/efficiendi uirtute/miraculorum operatione/regnandi omnium poteſtate. Et quia (dicent) cum iudex ſit conſtitutus: ab hominibus & angelis & ab omni creatura ſimpliciter adoratur, quibus omnibus nobis patrem oſtendit: ac ideo his omnibus non per ſubſtantiam neq; naturam character eius appellatur. Ergo ut modo dicebamus: nihil eorum que dixiſtis ſecundum naturam habet filius/nec deus uerus/nec filius/nec rex/nec dominus/nec creator/nec iudex/ nec bonus natura eſt: ſed nudus ſecundum ſubſtantiam his omnibus/non iure adoratur. Et quemadmodum in tabulis ſola uarietate picture ſimilitudo effulget / nichil rei uere poſſidens: ſic dignitates paterne nudis nominibus in filio eſſe uidebuntur/quaſi coloribus quibuſdam / figura rerum ex parte naturam depingentes diuinam. Quomodo igitur non adeo manifeſti ſcripture hoſtes eritis / ut iure de uobis dici poſſit: dure ceruicis/incircunciſi aures atq; corda/ ſemp ueluti patres ueſtri ſpiritui ſancto repugnatis? ubi enim nõ uerus deus: filius dicitur? aut ubi nõ ex ſubſtãtia paterna emanare ſcribitur? Quis autẽ ſanctorũ unq̃ dixit: nõ eſſe natura creatorẽ regẽ oĩpotentem/ac denq; adorabilẽ? Nõne pſalmiſta clamat ad eum: ſedes tua deus in ſeculum ſeculi? Nonne Thomas probus Chriſti diſcipulus: & deum & dominũ ſuum appellauit? Nonne omnipotens & creator a ſcriptura uocatur? Nec aduentitias & quaſi acquiſitas ſed naturales habet has dignitates. propterea & a nobis & ab angelis adoratur. cũ certe nihil adorare ſcriptura preter ſolũ dominũ deum iubeat. Si ergo deforis ſibi aduenille has dignitates credunt / & tamen adorandũ eſſe putant: non creatorẽ ſed creaturam adorãt/recentẽ quendã deũ ex imperitia fingẽtes, Si uero non cõſubſtantialẽ patri filiũ dicunt/& tamen uerũ deũ/& uerum filium/uerum quoq; dominum/regẽ/& creatorẽ fatenť/& hec illi ſubſtãtialiter ineſſe arbitranť: attendãt queſo quo impietatis ceciderunt. nihil enim firmũ ac ſtabile/ nihil perpetuũ ſoli

Lucas. 6
i. Ad corĩ 4.
Actus. 7
Pſalmus. 44
Ioannes. 20
Deutero. 6

deo attribuetur:ſi creatura quoq; ea ſubſtantialiter & per naturã ſuſcipere poterit/que in deo ſubſtantialiter ſunt. Et quis non perhorreſcet tantam ueritatis dogmatum perturbationem audiens? Omnia enim ſurſum atq; deorſum euertuntur/deitatis natura ad creaturam deducitur: & creaturarum ſubſtãtia per inſaniam ad ſupreme nature locum ſcandere creditur. Hos ergo fluctus/hanc tempeſtatem impietatis relinquentes: ad tutum pietatis portum enatare ſtudeamus. Imaginem itaq; dei patris filium: non acquiſita atq; aduẽtitia dignitate/ſed ſubſtantie idẽtitate pie fateamur. Omnia enim naturaliter eſt/que pater eſt: deus uerus ex deo uero/omnipotens/dominus/creator/bonus/adorabilis/& omnia ſecundum naturam. ita enim ſolummodo uerum erit: non bonorari patrem ab eo/a quo filius non honoratur. Cap.CXLII.

» AMen amen dico uobis: quia qui uerbũ meum audit/& credit ei qui
» miſit me: habet uitam eternam. & in iudicium non uenit: ſed trãſit
» a morte in uitam. ¶ Cum iam per ſuperiora non ſolum in filium/uerum etiã in patrẽ peccare omnes affirmauerit/qui doctrine ſue atq; operibus iniquitatis maculã ineſſe opinabantur. ac eo terrore temeritatẽ Iudeorũ q̃tum pertinet ad officiũ doctoris oppreſſerit: futurorũ modo ſpe ad obediẽdum ei/hortatur. mirabili autẽ orationis artificio utitur. Nam quoniã nõ recte ſentire de ſe Iudeos ſciebat: fidẽ rurſus ad perſonã retulit pris. honorificatur enim etiã ipſe propter identitatẽ ſubſtãtie. cui ipſe pater uere honorificatur. Credẽtes autẽ/nõ uite tantummõ participes affirmat futuros: ſed iudicii quoq; periculũ aſſerit euaſuros. ita iuſtificatũ iri eos cõprobat: & formidinẽ/ſpei cõmiſcet. Sic eni ſignificãtior ac expreſſior oratio texit. Cap.CXLIII

» AMen amen dico uobis: quia uenit hora & nunc eſt/quando mortui
» audient uocem filii dei: & qui audierint/uiuent. ¶ A morte ad uitam tranſituros in ſuperioribus fideles dixit: modo ſeipſum huius rei eſſe authorem affirmat. occulte ſignificans mirabilem quandã fuiſſe rem: qd omnibus mẽbris antiquo diſſolutis morbo eger/uerbo eius ſanatus ſit. ſed maiora ſe uerbo ſolummodo facturum: non egrotationes corporum ſed ipſam mortem depellendo/& ab interitu in uitam humanũ genus reducendo. hoc ipſum illis uerbis ſignificabatur. pater diligit filium/et oĩa demõſtrat ei que ipſe faciat: & maiora his ei demõſtrabit opera/ut uos mireminí. Maior enĩ admiratio illa in ſuſcitatione mortuorũ fieri uidetur. Occulte autem non paruum eis terrorem incutit ſuſcitaturum ſe mortuos oſtendens/& in iudicium deducturũ: ut audiẽtes ſe reddituros illi omnium harum rerum rationẽ/tardiores hac formidine ad perſequendum facti/quietiore animo doctrinã eius audiant. Credimus igitur omnes fideles tempus aliquando fore: in quo ſuſcitantis uocem/omnes mortui audiẽt. Sed nũc etiam tale adeſt tempus: aut quia (ut cõmuniter dicitur) ſaluatoris uocem. Lazarus audiuit. aut quia fideles mortui erant: anteq̃ ſaluatoris doctrinã reciperent. hec ueriſimiliora nobis magis uidentur/q̃ exquiſita. Quare eiſdem iterum propoſitis uerbis conuenientiorem ſenſum ſcrutemur. Venit inquit hora/et nunc eſt: quando mortui audient uocẽ filii dei. et qui audierint: uiuent. Cum igitur uocem filii dei audituros mortuos dicat: tempus illud ſignificat/quo ad reddendã huius uite rationẽ:

Ioannes. 5

Ioannes. 11

uoce/uoluntate/& poteſtate ſua omnes reſurgent, ſic(uelut iam diximus)hae formidine:ut ad rectā uitā conuertantur impellit. Cū autē ſubiicitur/& qui audierint uiuent; tempus in eum credendi iam adeſſe oſtendit/& huius obedientie mercedē:eternā uitam fore promittit,ita illud quaſi clamās teſtatur. Veniētis omnino in iudicium/reſurrectionis tempore:ubi ſi condemnari amarum ducitis/ſi eternas mihi dare penas formidatis/nolite idoneum iſtud credendi tempus omittere.ſed preſentem iam doctrinam meam complectimini: ſi ad eternā uultis uitam peruenire, Cap.CXLIIII.

» Sicut enim pater habet uitam in ſemetipſo: ſic dedit & filio uitā ha=
» bere in ſemetipſo.& poteſtatem dedit ei iudicium facere: quia filij
» hominis eſt. ¶ Vide rurſus uide inq̄ horū diſpēſationē uerborum;
& huius orationis habitū miratus/imperitorum cogitationes effugies/& extremam perditionē uitabis, Homo enim unigenitus dei filius fact?/& in terris uiſus ut ſcribitur/ac multis uariiſq; modis ad ſalutem Iudeos inducens:duas res magnas ac deo dignas ſibi accommodauit. Nā & ſuſcitaturum ſe mortuos/& pro tribunali ſuo ad iudicium deducturū non obſcure Baruch. 3
dicebat. Turbabātur ergo hec illi audientes/ac uariis ad perſecutionē cogitationibus mouebantur:quia & ſuū eſſe patrē deum dicebat/& equalē ſe illi faciebat Quare poteſtati/ſplendoriq; deitatis/humanitatis orationem coniungens: cū ſummiſſius de ſeipſo loquatur/iram eorum mitigat. Sicut enim pater inquit habet uitam in ſemetipſo:ſic dedit &filio uitam habere in ſemetipſo.Nolite inquit mirari/ſi cum me hominē eſſe uideatis: ſuſcitaturum tamen mortuos me polliceor/& in iudicium deducturum miniter. Dedit enim mihi uiuificandi uirtutē pater: dedit iudicandi poteſtatem.ſed ut lubricam Iudeorū mentē his retinere ſtuduit:ſic aliorū quoq; curā nō paruā habuit. Quapropter cauſam quare hec ſibi data a patre dixerit: ilico ſubiecit dicens.quia filius hominis eſt. ut intelligamus oia ſibi data fuiſſe ut homini;qui cū creatura ſit/nihil habet a ſeipſo. unigenitus uero filius:non uite particeps/ſed uita naturaliter ut pater eſt.quod latius illud exponentes:quod factum in ipſo uita erat/oſtendimus. Cap.CXLV.

» Nolite mirari hoc:quia uenit hora in qua omnes qui in monumentis
» ſunt/audient uocē filii dei.& procedēt qui bona fecerūt in reſurre
» ctionē uite: qui uero mala egerunt/in reſurrectionē iudicii. ¶ His uerbis: reſurrectionis omnū tēpus ſignificatur.quādo(ut diuinus Paulus ſcribit)ipſe dñs in iuſſiōe/in uoce archāgeli/in tuba dei ad 1.ad theſ. 4
iudicandū in iuſticia orbē de celo deſcendet/redditurus unicuiq; ſecundū merita eius, Repetitur aūt hoc paulo quoq; antea dictū:ut tarda hebreorum mens/maiora facturum poſſit intelligere/q̄ unius egroti curatio ſit. propterea nolite inquit mirari hoc/quod unus lōgo morbo diſſolutus/uerbo corroboratus/grabatum etiam tulit & abiit:cum mortem omnino deſtructurus ſim/& orbem terrarum iudicaturus, Non debemus tamen putare: ſplendorem illius miraculi a Chriſto ipſo diminui. Non enim prohibet/ne hoc miretur:ſed paruum hoc eſſe oſtendit/ceteris comparatum.Credere itaq; illos hortabatur:nō a morbo ſolū/ſed etiā a morte poſſe ipſum liberare. ideo maiora hec narrat, quia uenit hora: in qua omnes qui in monumētis ſunt audient uocē filii dei.Nā qui a nihilo cūcta

produxit: quomodo non poterit que ſemel producta ſunt ab interitu ad uitam rurſus reuocare? eiuſdem certe utrumq; ac immẽſe poteſtatis eſt. proceſſuros autem utiliſſime de monumentis ſubiecit / peccatores quidem in ſupplicia ſempiterna / iuſtos uero contra in uitam eternam. Sic harum rerum omniũ iudicem moderatorẽq; ſe futurũ demõſtrat / & partim a uicio terrore deterret / partim ad uirtutem magnitudine premiorum inuitat. Cap. CXLVI.

¶ Quod deus ex deo ſecundum naturam filius eſt / & imago genitoris exquiſitiſſima. propterea equaliter patri honorificatur & glorificatur.

» NOn poſſum ego a meipſo facere quicq̃; ſed ſicut audio iudico ac iudicium meum iuſtum eſt: quia non quero uoluntatem meam / ſed uoluntatem eius qui miſit me. ¶ Attende rurſus diligenter: ut uerborum poteſtatem inſpicias. Nam cum profundum incarnationis myſteriũ Iudei penitus ignorarent / & in templo de uirgine aſſumpto uerbum dei habitare neſcirent: temerario & non ſecundum cognitionem
Ad roma 10 zelo (ut Paulus ait) ita mouebantur / ut lapidibus obruere ipſum meditarentur / quia deum ſe faciebat / & quia patrem eſſe ſuum deum affirmabat / equalem ſe
Ioannes. 10 faciens deo. Sic igitur perperam & ſentientibus & predicantibus de ipſo: magna diſpenſatione ſaluator utitur. cũ nec conuenientẽ deo ſermonem omnino pretermittat: nec penitus a conuenientibus humane nature uerbis recedat, ſed digna deo de ſe locutus: illico iram auditorum mitigans / humanũ quicq̃ adiicit, Et rurſus ad ea que humano more dicta ſunt: nonnihil afferre ſolet quo ſe natura
Ioannes. 5 deum eſſe oſtendit, hunc dicendi modum etiam hic ſeruat, Dictum enim iam eſt. quia ſicut pater mortuos ſuſcitat & uiuificat: ſic & filius quos uult uiuificat, & qđ omnes qui in monumentis ſunt: audient uocem eius. & ſubituri iudicium: retributionem operationum accipiẽt. Que utraq; poteſtate ſolũmodo dei que immenſa eſt / effici poſſunt. Turbabantur ergo qui hominẽ nudum eſſe credẽbant. preſertim cum non ignorarẽt / in ſacris litteris enutriti / deo ſolũmodo iu-
Pſalmus. 81 diciũ orbis attribui. Canebatur enim apud eos illud pſalmiſte. exurge deus iudica terrã. & rurſus. quia deus iudex eſt. Moleſte igitur ferentes: abira reuocat /
Pſalmus, 74 humiliora de ſe dicẽs, Non enim poſſum inquit a meipſo facere. ſicut audio: iudico, Quantũ igitur ad primã uerborũ faciem: Iudeorum tarditatem irridere uidetur, quaſi enim ironice: imbecillitatẽ hac ſibi ratione attribuit. Sed nõ ita ſe res habet. Cũ enim equalis patri filius ſit: eandẽ operationẽ ac poteſtatẽ naturaliter habet. Dicit aũt nihil ſe poſſe a ſeipſo facere / iudiciũq; nõ aliter q̃ audit exercere: alio quodã modo idẽ uelle & idẽ ſe poſſe qđ & deus pater / oſtendens. Nã
Ioannes 1 nec pater ablq; filio (q uirtus eius eſt) aliqd unq̃ operabit. oia enĩ per ipſum facta ſunt: & ſine ipſo factũ eſt nihil, nec filius ablq; patre quicq̃ effecit. ꝓpterea
Ioannes. 14 nihil a ſeipſo facere ſe dicit: ſed pater ait q in me manet / ipſe facit opa. Nec adeo hebetes aut fatui erimus: ut uires q̃ſdã a patre donari filio putem⁹. Nõ enĩ eſſet natura de⁹: ſi deitatis pulchritudo atq; poteſtas foriſecus ſibi accederet. ſed ipſe quidẽ pater pfectiones deitatis poſſideret: cũ per characterẽ nature ſue ut p uirtutem propriã cũcta operet. Nam qui ita credit: aliũ quendã ei querere neceſſe eſt qui tã imagini q̃ primitiuo iſta largiat. & ſic in infinitũ oratio prodiẽs: in profundũ impietatis pelagus ſubmerget: uerũ qm̃ ex patris ſubſtantia filius eſt / ac-

oēs genitoris perfectiones naturaliter possidēs/ una cū ipso idētitate nature cō=
tinetur:propterea ipse in patre est/& habet in se patrē.ac ideo suorū operū uir=
tutē irreprehēsibiliter atq; uere patri attribuit. nō quia ipse minus possit hoc fa=
cies: sed quia uni deitatis actioni/uniuersa sunt accōmodanda.idcirco una dei=
tas in patre & filio & sancto spiritu est:nec uirtute/aut operatione/aut alia qua=
dam re/patre minor filius est/sed in oībus equaliter omnipotens, ut latius tunc
demōstrauimus quando illud exponebamus/nō potest quicq̄ filius a seipso face Ioannes,
re/nisi uideat patrē facientē.Quecunq; eni ille facit: hec & filius similiter facit. 5
Verū quoniā nulla segnities / ne dogmata ecclesie iterū atq; iterū confirmētur/
impedimento nobis esse debet:age rursus diligēter eadē ruminemus.Nō igitur
naturā suam filius imbecillem ostendit:cum dicat nihil a seipso facere posse.sed
Iudeorum superbiā arguit: Mosaicā ab eis contemni legem ostendens,Nam cū
non possum ego quicq̄ a meipso facere dixerit:sicut audio iudico/statim intulit.
quo aperte ostendit nō imbecillitate se non posse: sed quia nō aliter agere uult/
q̄ pater uelit,Nam si propter imbecillitatem non posset:non subiunxisset/sicut
audio iudico/sed uires agendi a patre se accipere affirmasset. Nunc autem non
posse quicq̄ se facere a seipso ideo dicit:quia sicut audit iudicat.Quare manife=
stum est:non propter imbecillitatem ita dictum esse/ sed quia non est possibile/
ut aliud pater aliud ipse uelit.unius enim deitatis: una / eademq; uoluntas est.
nec dissentire unq̄ filium a patre pius quisq; crediderit: sed uoluntatem patris/
filii quoq; atq; spiritus uoluntatem esse predicabit. Necessario igitur filius ad
consentientem (ut ita dixerim) patrem omnia referens: nihil se posse ait / quod
preter uoluntatem patris sit,Id enim significatur:cum a seipso/dicitur. Et quē=
admodum nemo imbecillitatis crimine ipsum accusaret / si non posse peccare
affirmaret / sed miraretur magis tātam deitatis perfectionem (per hoc enim si=
gnificatur: immutabilem ipsum esse (sic quando nihil a seipso posse facere fate=
tur/mirari magis debemus:nature immutabilem fructum uidentes/ q̄ imbecilli
tatis ullam excogitare rationē.hec superioribus similiter dicta sufficiant. Nunc
alio quoq; modo exponere non grauabimur: si parum humiliore de unigenito
utentes ratione / & hunc sensum ad dispensationem incarnationis transferen=
tes/coniuncta cognataq; superioribus hec ostendamus.Quoniā ergo omnes q
sunt in monumentis uocē suam audituros/ac ad subeundū iudiciū processuros
dixit:facta semel iudicii mentione/non in illo se tempore solū in quo mortui re=
surgent/uerū etiā in hac uita recte iudicare ostēdit,Que autem iudicatio erat/
& de quibus fiebat:audi modo atq; attende, Natus est propter nos ex muliere, Ad heb.
non enim angelos apprehendit ut Paulus ait: sed semen abraam.unde in omni 2
bus debebat fratribus similis fieri.factus autem homo / & in forma serui cogni=
tus:etiam sub lege/legū & conditor & deus & dominus factus est. Quare non
nunq̄ ut ille loquitur qui sub lege est:nōnunq̄ ut ille qui super omnē legē est/po=
testq; utrūq; sine aliqua reprehensione facere,Nunc aute ut homo legem custo
diens.ut ille qui mādata patris trāsgredi nequeat / ut ille qui nihil a uolūtate sua
faciat qđ legi diuine nō cōgruat/ad Iudeos loquitur,idcirco ait: nō possum ego
facere a me quicq̄/sicut audio iudico.Nihil facere se posse ostendēs qđ lex probi
beat:sed id iudicium sequi / quod legi uideatur,ita frenum legis excussisse ipsos

occultius denotat:cum dicat ſe non poſſe quicq̃ facere a ſeipſo. uos enim inquit data uobis mandata tranſgredimini.uos a uobis ipſis omnia facere audetis.uos ita de rebus omnibus iudicatis: ut iudiciis ueſtris diuina legis mandata negligere ſtudeatis.uos doctrinã & precepta hominũ ſequimini:& legem ex uoluntate ueſtra feciſtis.ita iuſte ſeipſum iudicare:illos aũt iniuſte affirmat.Et quomodo/ iterum dicamus.curauit hominem in ſabbato/miſertus eſt eius qui longis uexabatur temporibus:recte de ipſo iudicãs.non enim debebat propter ſabbatũ miſericordiã ſuam retinere. Nam & pater etiã in ſabbato creaturas omnes gubernat:nec per aliũ id facit q̃ per ipſum filium.Quare ipſe quoq; filius hominẽ cu-
Marcus. 2 rauit in ſabbato. Non enim ignorabat dñm eſſe filium hominis/etiam ſabbati. & non propter ſabbatum homines: ſed ſabbatũ propter homines eſſe factum, Quare ſaluatoris iudiciũ rectũ fuit.fons enim bonitatis:natura deitatis eſt.nec minus in ſabbato q̃ in aliis diebus bona inde permanant.Iudeorũ autẽ iudicium
Exodus. 23 qui cõmoti hac re temere in eedem ruebant:diuine legi aduerſabatur,Scribitur enim.innocentẽ & iuſtum non occides.Ex crudelitate igitur ſua: non ex uoluntate legis mouebatur.Acriter igitur ad uituperantes ſuum iudiciũ/ad homines qui quod ſibi uidebatur id legẽ faciebãt:reſpõdet dicens.non poſſum ego quicq̃ a meipſo facere/id eſt legẽ Moſis nõ aſpernor:ſed ſequor/& ſicut audio iudico. Quid enim lex uult? Non accipies perſonam in iudiciũ: quoniã iudiciũ dei eſt.
Deutero. 1 Cur ergo inquit mihi ſic iraſcimini/quia hominẽ in ſabbato curaui:cum Moſem
Ioannes. 7 nõ reprehẽdatis/qui circũcidi pueros in ſabbato iuſſit? Nolite iudicare ſecundũ faciẽ:ſed iuſtum iudiciũ iudicate. Cur enim ſi circuncidit̃ homo in ſabbato ne lex Moſeos contẽnatur:totum hominẽ in ſabbato curari pati nõ uultis? Quare ipſe quidẽ iuſte iudicaui,Nihil enim poſſum a meipſo facere:ſed ſicut audio iudico/& iudiciũ meũ iuſtũ eſt,non enim uoluntatẽ meã ut uos/facio: ſed uoluntatẽ patris qui miſit me.uos aũt a uobis ipſis oĩa facitis:ac ideo inique iudicatis. Quõ autẽ miſſio in diuinis intelligit̃:in ſuperioribꝰ dictũ eſt.illud ſummopere obſeruandũ iudico:quod uoluntatẽ dei patris/legẽ appellauit. Cap.CXLVII.

» Ego perhibeo teſtimoniũ de meipſo: teſtimonium meum non eſt
» uerũ.alius eſt qui teſtimoniũ perhibet de me; & ſcio quia uerũ eſt
» teſtimoniũ eius/qđ perhibet de me. ¶ Cũ omnia ſapiẽtiſſimus ille Solomõ colligeret/quibꝰ meliores quiſq; ſuos mores facere poſſet/ atq; omnibus ea proponeret:inter alia/ iuſtus iquit ſui ipſius in ſermone accuſator eſt,Et rurſus.laudet te proximus tuus/ & nõ os tuum:alienus/
Prouer. 18 & nõ labia tua.Moleſtũ enim certe auditoribus eſt: propria nõ aliena uoce/ſuarum rerũ maximarũ uelle teſtimoniũ perhibere. Nati enim ita natura ſumus:
Prouer. 27 ut minus eis credamus/qui precipuũ ſibi decus attribuũt. Quoniã igitur dominus noſter Ihеſus Chriſtus nihil poſſe a ſe facere / ac iuſtũ ſe iudicem eſſe affirmabat/uoluntatẽ dei quaſi regulã in omnibus ſequens:q̃uis hoc ueriſſime diceret/tamen quod ignorantes phariſei natura deũ eſſe/poterant dicere/idipſum
Ioannes. 8 anteuertit,Scio inquit dicturos uos:tu de teipſo teſtimoniũ perhibes/ ac ideo teſtimoniũ tuũ uerũ nõ eſt.nec moleſte fero hec uerba:que per ignorantiã fundis/neq; uolo propter teſtimoniũ meum uos mihi credere.alius eſt qui de me teſtimoniũ perhibet.Significat autem deum patrẽ:qui iam multis modis ſubſtan-

tie identitatem unigenito filio ſuo teſtificatus eſt. Cuius teſtimonium ſcire dicit uerum eſſe atq; integrum / ita rurſus teſtimonium ſuum addidit: ne quis eximpietate / falſo quicq̃ ipſum de ſeipſo dixiſſe arbitretur / & ſic multarum hereſum prauis hominibus anſa prebeatur. Sicut igitur aliquid conſuetudini hominum conceſſit / qua minus ea probantur que de ſeipſo a quopiam dicũtur: ſic ut deus ad conuenientem ei dignitatem recurrit / & patris teſtimonium ſcire ipſe teſtatur ueriſſimum eſſe. Scio igitur inquit meipſum. ſcio quia nihil falſi pater de me dicit. ea eſt natura mea: ut mentiri non poſſim. Primum igitur conſuetudini aliquid dedit: deinde magna cum dignitate ſcientiam ſibi attribuit, hinc etiam illud diſcimus: alium eſſe perſonaliter patrem / alium filium. Alius enim inquit eſt qui de me teſtimonium perhibet.

Cap, CXLVIII.

» VOs miſiſtis ad Ioannẽ: & teſtimoniũ perhibuit ueritati. ¶ Vt turpe
» eſt ſuas aliquẽ uirtutes laudibus efferre / etiã ſi uera de ſeipſo predicet: ſic ultro ac non uocatũ ad teſtificandum accedere / improbari ſolet. Qui enim ſponte ad perhibendum teſtimoniũ ruunt: uideri plerumq; ſolent non ueritatem rerum / ſed uoluntatem animi ſui perſequi. Recte igitur ſaluator noſter: ne id phariſei obiicerent preuenit. uos miſiſtis inquit ad Ioannem / nõ ultro ille ad uos acceſſit: interrogatum miſiſtis / & ille libere atq; integre teſtimonium ueritati perhibuit. interrogatus enim a nunciis ueſtris ſi ipſe eſſet Chriſtus: confeſſus eſt quia ipſe Chriſtus non eſſet / ſed miſſus ante Chriſtum. teſtificatus eſt igitur ueritati, ueritas autem ipſe Chriſtus eſt,

Cap. CXLIX,

» EGo autem non ab homine teſtimonium accipio; ſed hoc dico ut ſal
» ui ſitis. ¶ Non quaſi delectã Ioannis uocẽ negligit / nec teſtimoniũ
» illius tanq̃ inutile repellit (turpe enim eſſet ſi eũ ipſe repelleret: quẽ ad clamandũ miſit / preparate uiã domini) ſed quia Iudeorũ inobedientie ſe opponit / ad maiora neceſſario dignioraq; ſcãdit. ita oſtẽdit nullius hominis teſtimonio ſibi opus neceſſario eſſe: cum a ſplendore ſignorum ac gloria / natura deus demonſtretur. Teſtimoniũ namq; hominis etiã ſancti reprehẽdere quiſpiã aliquo modo poſſet. Quod multi aduerſus prophetas fecerunt / dicẽtes: aliena nobis loquimini / & errorẽ nobis aliũ nunciatis. Azariã quoq; Oſee filiũ / & Ionam Charie legimus in Egyptum fugiſſe: aduerſus Hieremiam multa tractantes atq; dicentes / mentiris non miſit te dominus ut diceres / nolite Egyptum ingredi. demonſtratio autem que per miracula fit / cum dei patris teſtimonio roboretur: quomodo refutari / aut quid aduerſus eam cogitari poterit? Nam etiam Nicodemus qui & magiſter & princeps apud eos erat: miraculorum teſtimonium firmiſſimum putauit dicens. Rabi ſcimus quia magiſter a deo ueniſti. Nemo enim poteſt hec ſigna facere que tu facis: niſi ex deo ſit, Teſtimonium igitur inquit interrogatus Ioannes / de me perhibuit. uerum quia de omnibus uos ſuſpicari ſoletis: gratia ueſtri / Ioannis quoq; teſtimonium trãſeo. habeo teſtimonium patris deſuper. hec autem dico inquit / & undiq; ueritatem affirmo: ut ſaluari uos poſſitis,

Eſaias. 30

Hieremi. 43

Ioannes 3

¶ Secundi libri commentariorum Cyrilli ſuper Ioannem / finis.

¶Commentariorum Cyrilli in Ioannem:liber tertius.

¶Prologus.

Sapientia 3

VIx nuper in ſecundi uoluminis abſolutione in portū delati: aliud non minus nauigandū nobis pelagus conſpicimus. Verū quoniā & reſipſa digna eſt: & probi laboris (ut dicitur) glorioſa ſūt premia: libenter uela uentis cōmittemus / miſericordie dei rem totā tribuētes. Mentis ergo noſtre latitudinem ut uelorum ſinus explicantes: gratie ſpiritus aura precibus ſuſcepta / profunditatem

Pſalmus. 76

queſtionum non horreſcamus. Chriſtus enim eſt: qui uiam in mari oſtendit / & rectas ſemitas preparat in aquis. Cap.I,

¶Quare non modo lucerna: ſed etiam ardens / baptiſta dicitur.

» » ILle erat lucerna ardens & lucens: uos autem uoluiſtis exultare ad horā in luce eius. ¶Lucerna beatiſſimus appellatur baptiſta: qm̄ prout menſura hominis capax eſt / ante manifeſtationem Chriſti non ſuo lumine ſed alieno prefulſit. Non enim propriā / neq; rationalem lucerna lucē: ſed adiectam atq; forinſecus aduenientē poſſidet / quēadmodum in oībus ſanctis a Chriſto in ſpiritu ſancto illuminatio proce-

Ioannes, 1

dit: quod (ut gratiſſimi) homines predicant / dicentes: ex plenitudine ipſius / oēs nos accepimus, lux enim naturaliter unigenitus eſt: qui ex luce / id eſt ex ſubſtātia patris effulſit, Creatura uero rationalis quidquid ſapere atq; intelligere uidetur: luce uera participans ſapit atq; intelligit / inde tota intelligendi ut deriuata. Hoc igitur modo lucerna fuit baptiſta, & his uerbis: ad ſcripture memoriā / tar-

Pſalmus. 131

ditate phariſeorū reducit. Dicit enim pater de baptiſta: paraui lucernā Chriſto meo. hec autē neceſſario adiecta ſunt ad ſuperiora. Nam quoniā ut omnē incredulitatis cauſam excuteret / & undiq; ad fidem impelleret: hominis ſe teſtimonium non accipere dixit. ne parui a ſe fieri baptiſta putaretur / nichil modo ipſe de illo dicere uidetur: ſed uoce patris lucernam appellari monet. Sic enim cōtradicentes: aut formidine dei patris placari / aut impudentius illū quoq; contēnere uideri poterant. Ille inquit erat lucerna: uos autē uoluiſtis exultare ad horā in luce eius. ita nō ſolum a pietate ac fide alienos: uerū etiam ſi quid boni ſaltē uerbis guſtauerint / cito propter inconſtantiam faſtidio affici ſolere phariſeos oſtēdit. hoc enim ſignificat ut arbitror: qđ ad horā in luce Ioannis exultare uoluerit Mirati namq; ab initio illū ut uirtutis & pietatis exemplū / cum audiſſent dicentem: parate uiā domini / rectas facite ſemitas dei noſtri / repente faſtidierūt, Sed

Eſaias. 40

trita huius text⁹ expoſitio hec eſt. Verum quoniā ad altiora nos erigit ſaluator: non lucernā ſimpliciter / ſed ardentē & lucentē baptiſtā appellans / ad ſublimiora nobis acies mentis acuenda eſt, Ille inquit erat lucerna: ſufficiebat hoc ſi pro-

Pſalmus, 131

phetie ſolūmodo de baptiſta admonere uoluiſſet. Canebat enī pſalmiſta de illo dicens. paraui lucernā Chriſto meo. Verum quoniā adiecit ardens ac lucens: nō in prophetiā ſolum auditores remiſit / ſed etiā in legalem quandā figuram que Ioannis lucē in umbra denotauit. ita in Moſaica illos lege nutritos: uideri magis ſcripture peritos q̄ eſſe oſtēdit. Et hic quidē huius orationis ſenſus eſt. Sed oportet loco ſcripture qui ad rem pertinet huc tranſlato; ardentē atq; lucentē lucernam baptiſtā fuiſſe latius oſtendere. ſacro igitur diuinitus tabernaculo conſti-

tuto/ac domini feriis ſtatutis:dixit ad Moſem.precipe filiis Iſrael:ut afferāt tibi oleum puriſſimū ac lucidum ad concinnandā lucernam iugiter extra uelum teſtimonii in tabernaculo federis,ponetq; eam Aarō & filii eius a ueſpere uſq; ad mane corā domino/cultu rituq; perpetuo in generationibus ueſtris. Oleum ab omni fece remotū atq; munduſſimū:ſpiritus ſancti naturā ſignificare mihi uidetur.que ineffabiliter quaſi oleum in animas ingreſſa noſtras:nutrit/conſeruat/auget(quaſi oleum in lucerna poſitum)illuminationē nobis conceſſam. Sic igit beati quoq; baptiſte lucem exarſiſſe credimus.Non enim alīūde uim illuminādi habuit q̄ ab intellectuali hoc oleo: quo diuine huius illuminationis ignis/in nobis accenditur.Quē alibi enigmatice ſaluator ſignificabat dicens.ignem ueni mittere in terrā: quid uolo ſi accenſus eſt. Lucerna igitur ardens ac lucens ſemper in tabernaculo teſtimonii:beatus baptiſta fuit,Quod enim in tabernaculo teſtimonii luceret:non eiici ab eccleſia illuminationē eius / ſed ſuſcipi ac gratam eſſe ſignificat,quod uero extra uelum ardebat lucerna: non aliud denotabat ut puto q̄ ſimpliciorē atq; introductoriā eius fore illuminationem/ penitentiam agite dicentis/quoniā celorum regnū appropinquauit, nihil enim interius atq; occultum myſteriū ſaluatoris demonſtrauit. Non enim in participationē ſancti ſpiritus baptizauit:nec intra uelum/lumen illius/aliquem introduxit, Et ponet eam Aaron inquit & filii eius:a ueſpere uſq; ad mane corā domino,Aarō & filii eius: eccleſiarū paſtores & doctores ſignificāt: qui lucernā intellectualē id eſt Ioannē ſemper ardentē conſeruare iubentur.hoc enim eſt:& ponet eam a ueſpere uſq; ad mane,Totū enim tēpus quo lucerne lumine indigemus / nocturna ſpacia ſūt: quibus ſeculū preſens ſignificatur,futurū namq; ſeculū/lucē eſſe intelliginus. Seruatur igitur ardens in hoc ſeculo lucerna: que gratam credentibus lucē prebeat.Predicatur enim a paſtoribus eccleſie:uerū de Chriſto teſtimonium perhibuiſſe,Quod autem ſaluatoris precurſor per lucernā illam figurabatur / q̄d̄q; ſic intelligenda ſunt que diximus:inde maxime probatur / quod ſtatim ſacerdotū delectum ſubiecit. ſed rurſum totū huius loci ſublimiorē ſenſum ruminantes, ad conſcribentē(ut arbitror)ſpiritalē ſenſum perueniemus. In fine tabernaculi lucerne locatio ponitur/poſtq̄ ſacerdotū acceſſus & uſus deſcribitur: quoniam in fine legis & prophetarū / uox clamātis in tuba ſonuit in deſerto.parate uiam domini dicens.rectas facite ſemitas dei noſtri.poſt quā apoſtolorū ordinatio & predicatio ſplenduit.Sed uerba ſaluatoris iterū repetamus. ille erat lucerna ardens & lucens:uos autē uoluiſtis exultare ad horā in luce eius, Pertinaciā & imperitiam phariſeorū rurſus arguit:qui que ſcire profitebantur minime intelligebant.ſed longe a uero ſenſu ſcripture aberrantes:inani ſe oſtentabāt doctrina. Cum enim lucernam ardentem atq; lucentē Ioannem appellauerit: nondū illos intellexiſſe oſtendit umbras & enigmata legis.cum autē adiecerit: uos uero uoluiſtis exultare ad horam in luce eius/uoluntatē ab eis diuinā negligi ſubaperit. Cum enim legis conditor iuſſerit ſemper ardere lucereq; oportere lucernā: uos inquit uoluiſtis ne ſemper ſed ad horā atq; breuiſſimū temporis ſpacium luceret.Mirati enim Ioannem in principio: lucem eius hoc modo accēdiſtis,Sed poſtea nec ipſi ab eo baptiſati/& baptizari ceteros prohibentes:ad hoc uſq; inſanie delapſi eſtis/ut dei nunciū increparetis.Miſiſtis enim ad eum qui dicerent:quid

Leuitici. 24

Lucas, 12

Matheus 3

Ad cōſcribentē ſcilicet legiſlatorē / q̄ uelamini bus q̄buſdā ſenſū ſpiritualem ei cū ſcribit.

Ioannes. 1

Ioannes, 1 igitur baptizas / id est cur in penitentiā & cognitionē Christi lumine tuo populū ducis? Ita ignorātie atq; iniquitatis crimīe: breviter a saluatore accusari uident?
Lucas, 7 Quorū ignorantiā Lucas etiā ostēdit dicens: & totus populus audiēs uerba uidelicet saluatoris / iustificauerunt deū a Ioanne baptizati. Pharisei uero & legis doctores: dei uoluntatē in seipsis spreuerunt / non baptizati ab eo. Cap. II.

Ego autē habeo testimonium maius Ioanne, opera enim que dedit pater ut perficiā ea: ipsa opera que facio testimonium perhibēt de me / quia pater me misit. ¶ Quanq̄ lucerna fuit baptista / q̄q̄ figuris denotatus legis / q̄q̄ prophetarum uoce uenturus predicabatur ad parandā uiam domini & semitas dei nostri: tamē quoniā inquit
Esaias. 40 non dignus fide uobis uidetur / nec tanti uiri propter arrogantiā uestrā testimonium a uobis suscipitur / maiorē coactus testē uobis offero. cuius splendor mentis uestre oculos ita perstringet: ut nihil omnino dicere possitis. Nō enim uerbis / neq; authoritate hominū rem meā approbo: sed miraculorū splendore ac gloria / ex deo me natum & natura deum ostēdo. nec cuiq̄ ullā iniuriam infero: si leges quas ipse tuli sic moderor / ut a litterali ruditate / que dicta sunt enigmatice / ad spiritualē intelligentiā transferā. Aperte igitur his uerbis docet nemini posse congruentē deo uirtutē atq; operationē inesse / nisi natura deus sit. Certum enim atq; necessarium testimoniū: opera sūt. Si enim dei patris opera efficit / & que nullus preter deū facere potest ea suo iussu peragit: quomodo non erit palā qd̄ eandem naturā cum deo patre possideat / & deitatis perfectionibus resplendeat? Accepisse autem a patre opera hec affirmat: aut humilius propter dispēsationem carnis de se loquens / aut consensum patris in faciundis miraculis / dationis nomine appellans, hoc enim modo etiam missus esse dicitur: quia humiliauit seipsum propter nos. humiliasse uero seipsum: non aliter q̄ propter assumptionem hominis itelligitur. qua factum est ut plerūq; ut homo loquatur. unde
Psalmus. 2 psalmista quoq; humilius de ipso ut de homīe sic cecinit. ego aūt constitut⁹ sum rex ab eo super syon montem sanctum eius / predicans preceptum eius. Nam qui cum deo patre semper regnat: regem se constitutum fatetur. homo enim factus / cui regnare naturaliter non est: regnum accipere dicitur qd̄ naturaliter ut deus semper habet. Cap. III.

Neq; uocem eius unq̄ audistis / neq; speciem eius uidistis: & uerbum eius non habetis in uobis manens. quia quem ille misit: huic uos nō creditis. ¶ Hec uerba rursus non simplicē continent sensum: sed uarii sublimesq; intellectus in eis celantur. Obiiciet enim fortassis quispiā: quamobrē cum patris se testimoniū habere dixerit / ad hec que nihil ad superiora pertinere uidētur / ilico delapsus est? Quid enim ad testimoniū p̄ris attinet: si dei patris uocē nūq̄ pharisei audierūt / nec unq̄ speciē ei⁹ uiderūt? Hec iure quis obiicere potest. Nos aūt gr̄a sp̄ūs opitulāte: dicem⁹ cōsuetudinē fuisse. Christo / maxime qn̄ ad īperitos phariseos loq̄batur / corda illoꝝ aspicere / cogitationisq; motus ut deus examinare, ac ad ea que illi mēte uersabant: oratione nonnunq̄ accōmodare. ac ideo non serie a superioribus quandoq; sibi sermo procedit: cum ad ea que illi secū uerterēt acutissime oratio componatur, quare maxime natura se deū esse ostendebat. nullus enim preter deum: cordiū

occulta ſcrutatur, hec res ab aliis euangeliſtis aperte probatur, Scribitur enim (phariſeis doctoribuſq; legis audientibus atq; uidentibus) egrotū mēbris omnibus diſſolutum a duobus uiris portatū fuiſſe. Cunq; propter multitudinē per oſtiū intrare ad Iheſum nō poſſent: a tecto (remotis tegulis) eū demiſiſſe. Iheſū autē ad illum dixiſſe: dimittuntur tibi peccata tua. Et tunc phariſeos ac ſcribas turbatos: hec ſecum uertiſſe. Quis eſt iſte qui blaſphemat? Iheſum autem cogitationes eorū ſciente / reſpondiſſe: cur cogitatis mala in cordibus ueſtris? Quid eſt facilius dicere: dimittuntur tibi peccata tua / uel ſurge ac ambula? Vides quomodo nō expectauit uerba eorum: ſed cogitationibus ut deus reſpondit. Simile quid apud Lucam inuenies. Alio quodā inquit ſabbato in ſynagoga docebat. & erat ibi homo cuius manus dextera erat arida. Obſeruabant igitur ipſum ſcribe atq; phariſei: ſi curabat in ſabbato / ut occaſionē de ipſo inuenirent. ipſe uero cū ſciret cogitationes eorum: dixit homini qui manū aridā habebat. ſurge & ſta in medio. & ſurrexit & ſtetit. Et Iheſus tūc dixit ad illos: interrogabo uos ſi licet in ſabbato benefacere aut malefacere? Perſpicis rurſum apte ad cogitatiōes eorū uerba Chriſti accōmodari. Tale quid in hoc loco factū fuiſſe intelligimus: quod facile uidebitur / ſi altius cuncta repetemus, Longior ad illos oratio Chriſti de homine curato in ſabbato facta eſt: ac multis uariſq; argumentis comprobauit licere miſereri hominis in ſabbato / omnibus quoq; benefacere licere. ſeq; miſſū a deo patre cōfirmabat / teſtimoniūq; patris habere: unde cōſenſu patris omnia fieri approbabat. Aduerſus hec phariſei doctoreſq; legis / ut & natura rei uerſi mile fit / & ab his que ſequuntur probari poteſt: illud maxime ſecum uoluebant / quis eſt hic ſermo? Quomodo autem conſentiet iſti deus pater / legem ſoluēti? Quando autē teſtimoniū perbibuit de ipſo: aut quando uocē eius de iſto audiuimus? Deum quidē deſcendiſſe in montem Synai; per Moſaicā ſcripturam cognouimus. & tūc ſpecies eius patrib⁹ noſtris uiſa fuit, uox eius audita, totiq; ſynagoge locutus: diem ſabbati colere iuſſit. Recordare dicens ſabbati: & ſanctifica diē illū. ſex dies operaberis & facies opera tua: ſeptima uero dies ſabbati erit ſancta domino deo tuo, nullum opus in ipſa facies. nec ab alio hec patres audierunt: ſed uocem ipſius dei perceperunt. preterea in nobis eſt uerbū dei. hic autē quis eſt? Talia cogitātes acerbius arguit dicens: nec uocē eius audiſtis / nec ipſum quidē uidiſtis. & uerbū eius non habetis manēs in uobis. quia quē ille miſit: huic uos non creditis. Que nāq; per id temporis figurate facta fuerunt / & quare in montē Synai deſcendiſſe deum ſcribitur ignorantes: non intellectualiū rerum imagines priſca illa fuiſſe credebāt / ſed ipſam naturā dei corporalib⁹ oculis perſpectam fuiſſe phariſei putabāt / & uocē ipſius dei proprie auditā arbitrabantur Quod aūt uerax ſaluator noſter eſt / nec uocē dei patris unq̄ (ita ut putabant) audierūt / nec oculis ſpeciē eius uiderunt / nec uerbū eius perceperūt: ut ad querenda ſpiritalia incitemur / operepretium duco ab ipſa ſcriptura demonſtrare. Cumq; eduxiſſet eos Moſes in occurſum dei de loco caſtrorū. ſteterunt ad radices montis, totus autē mons Synai fumabat: eo qđ deſcendiſſet deus ſuper eū in igne. & aſcendebat fumus ex eo quaſi de fornace, & territus fuit totus populus ualde. & ſonitus tube paulatim creſcebat in maius & prolixius tendebatur. Moſes loquebatur: & dominus reſpondebat ei uoce. Hec quidē uerba ſcripture

7. paralı. 6 Marcus. 2 Lucas, 6 Exodus, 20 Exodus. 19

ſunt, uerum quoniã etiam nunc hec ridiculoſa opinio Iudeos detinet / ipſam dei ſpeciem oculis uiſam et ab ipſo deo prolatã uocem auribus auditã putantes: gratia ſaluatoris freti exponamus / et legis rudes figuras / in ſpiritalẽ atq; ſublimem ſenſum traducamus. Sic enim uerum eſſe demõſtrabitur: nec uocẽ dei unq̃ audiſſe / nec ſpeciem eius hebreos uidiſſe. Educitur igitur per Moſem populus obuiam deo, aperteq; ſatis (ut in enigmate licet) ſignificatur hominem non poſſe abſq; cognitione & introductione (ut ita dicã) pedagogica / peruenire ad deũ / ſed lege ad cognitionem introductum: quod deſiderat conſequi, Moſes namq; pro lege accipi ſolet, habent inquit Moſem & prophetas. aſſiſtetia uero ſub mõte populi / cum iam deus deſcẽdiſſet & eſſet in eo: paratũ mentis atq; animi uocatorum ſtudium ad ſeruiendum deo ſuo oſtendit. Difficiliora eni tolerare ſolent q̃ natura ferre poſſit: cum deus adſit, Tales ſunt omnes ſaluatoris diſcipuli: atq; ideo magno animi robore clamant. quis poterit nos a charitate Chriſti ſeparare? tribulatio / anguſtia / perſecutio / fames / nuditas / periculum / gladius? Omnia enim fideles propter charitatem Chriſti perferunt: etiam ſi quaſi mons tribulatio erigatur, nec unq̃ mouentur: nec a charitate dei deſiſtunt. Deſcendiſſe autem non in ualles ſed in cacumina mõtis deus dicitur: ut tu intelligas / q̃us ad imbecillitatem mentis noſtre deitatis natura condeſcendat / & ſeipſam nobis intelligendam quodam modo prebeat / altiorem tamen eſſe quam nos poſſumus intelligere. Sublimitas igitur dogmatum: per mõtem intelligitur / qui totus ater fumo efficiebatur. Acute namq; ſunt nimium rationes: que de deo a nobis habẽtur / & oculos mentis more fumi perturbant. Propterea etiam Paulus in ſpeculo & enigmate uidere nos ait. & tenebras in occultationem eius poſitas eſſe pſalmiſta cecinit: tenebrarum nomine incomprehenſibilitatem eius ſignificans / quã per fumũ hic intelligimus, In figura uero ignis per id temporis congrue nimiũ deus deſcendit. Oportebat enim deum / qui per legem ad cognitionem & ſeruitutem ſuam Iudaicum populum inuitabat: ut illuminatorem uideri / ac punitorem, que ambo in igne ſunt. Tube autem ſonitus paulatim creſcebat in maius: ut intelligas prolatam quidem legem diuinitus eſſe / uoce ab initio ſubmiſſa / & propter hominum imbecillitatem tenui / nec totum tubicinis flatũ capiẽte, ideo tardus lingua Moſes fuit, Progredientibus autem ſeculis litterali umbra (in ſpiritualem cultum hominibus a Chriſto reductis) multo uehementior diuine tube ſonitus effectus / euangelicam predicationem per totum orbem expandit. Non enim ut lex tenuitate uocis in Iudea ſolummodo exauditus eſt / nec tantummodo a Dan uſq; ad Berſabee: ſed in omnem terram exiuit ſonus eorum / ut ſcribitur, His additur quia Moſes loquebatur: & deus ei uoce reſpondebat. Attende diligentius. uoce namq; (inquit) deus reſpondebat, ſed non addidit propria: ſed ſimpliciter uoce dixit / que uerborum ſono humano more miraculoſe in audientium auribus inſonabat, Quid enim efficere deus non poteſt? Sed hec quidem figure ſunt, modo ueritatem perſpiciamus. Legimus igitur in ſacratiſſimis euãgelis dixiſſe dominum: pater clarifica filium tuum. & patrem reſpondiſſe: clarificaui / & iterum clarificabo. Non fuiſſe autem dei patris uere uocẽ ſaluator oſtẽdit / dicẽs ad eos qui aderant: nõ propter me uox iſta facta eſt / ſed propter uos. uides quod factam eſſe uocem ait. Non eſt enim congruum: ut uoce hac ſonora

Lucas. 16

Ad roma. 8

1. Ad cori. 13

Pſalmus. 17

Exodus. 4

Pſalmus. 18

Ioannes. 12

que ictu aeris fit / diuinã uti naturã putemus / etiam ſi ad utilitatẽ noſtrã & per diſpenſationẽ humano more locutus eſſe dicatur, Hec dicta nobis ſunt: ut uerborũ ſaluatoris ueritas appareat. quia nec uocẽ patris unq̃ audierunt: nec ſpeciẽ eius homines uiderunt, nec uerbum eius manens in ipſis phariſei habebãt. quia quem ille miſit: huic non credebãt. Q. ꝺ autẽ per arrogantiam diuinum habere uerbũ predicabant (& propterea ſapientes ſe per imperitiam opinabantur: ipſe Chriſti ſpiritus per Hieremiã teſtatur dicens, quomodo dicitis / ſapiẽtes nos ſumus: & uerbum domini nobiſcũ eſt? uere mẽdacium operatus eſt ſtilus mẽdax ſcribarum. confuſi ſunt ſapientes. perterriti & capti ſunt. & ſapientia nulla eſt in eis. uerbum enim domini proiecerunt. Q. uomodo enim uiuum / ſubſiſtenſq; dei uerbum reppuliſſe nõ uidebuntur: qui credere in ipſum noluerunt? qui patris characterem (quantum in eis ſitum erat) dedecore affecerunt: & ueriſſimã ſpeciem patris per poteſtatem & uirtutem deo ſoli conuenientem aſpicere noluerunt? Non enim aliter q̃ per ea que operatur: ineffabilis natura deitatis comprehendi a nobis poteſt. Q. uapropter a magnitudine ac pulchritudine creaturarum: ad creatoris cognitionem / Paulus nos inducit. quod ſaluator quoq; ipſe facit: cum dicat. Si patris mei opera nõ facio: nolite credere mihi. ſin uero facio: q̃uis mihi non credatis / operibus tamen credite. Et Philippum reprehendſſe uidetur: quia poſſe ſe ad cognitionem dei patris aliter peruenire putauit / q̃ a potẽſtate operum / unde poterat eternã eius imaginem cognoſcere / que in ſeipſa genitorem oſtendit, propterea dicebat: tanto tempore uobiſcum ſum / & non cognouiſtis me? Philippe qui uidet me: ille patrem etiam uidet. Cap. IIII.

Hieremi, 8

Ad roma 1

Ioannes, 10

Ioannes, 14

» Crutamini ſcripturas / quia uos putatis in ipſis uitam eternam habere: & ille ſunt que teſtimoniũ perhibent de me, & non uultis uenire ad me: ut uitam habeatis. ¶ Communis & trita huius textus expoſitio cum imperie quodam excitari a ſaluatore ad inueſtigãdas ſcripturas phariſeos affirmat / ut teſtimonia inde poſſint de Chriſto colligere. Verum quoniam illud copulauit: & non uultis uenire ad me / & cauſam inueſtigationis adiecit: quia uos in ipſis putatis uitam eternam habere / nullo pacto hec oratio cum imperio: ſed cum iudicio proferenda eſt. Nam ſi cum imperio legitur: cum ſimiliter propter copulam totus ſermo ita proferendus eſſet / ſcrutamini dixiſſet & uenite ad me. Nunc autẽ non ita: ſed non uultis inquit uenire ad me. huiuſmodi ergo ſenſus eſt. Nam quoniam uidebat a Moſi libris multa eos diligenter quidem ſed imperite aduerſus eum colligere: idcirco inutilem eis oſtendit hanc diligentiam eſſe. Q. ue nãq; inquit utilitas eſt: ſi ſcripturas quidem ſcrutamini / putantes ad uitam eternã per ipſas peruenire? Cum autem eas teſtimonium mihi perhibentes inueniatis / in quibus ego uita ſum appellatus: non uultis ad me uenire ut uitam habeatis. Q. uare ſequitur / inde maxima uos animarum ueſtrarũ detrimenta colligere: unde ſalutem conſequi putatis. Ad contradicendũ enim ſolũ: ſcripturã legitis, Q. ue uero ad uitam eternam conducunt: ne in mentem quidem ueniunt ueſtram, Q. ꝺ autem & in lege & in prophetis de unigenito qui naturaliter uita eſt / magna fit mentio: neminẽ qui ſacros libros attente perlegerit / ignorare puto.

Cap. V.

»  Claritatem ab hominibus non accipio: ſed cognoui uos/ quia dile-
» ctionem dei nõ habetis in uobis. ¶Senſit immo uero uidit ut de⁹/
commotos uehementer phariſeos fuiſſe: non quia non recte illos
ſcrutari ſcripturas dixit/ſed quia ſubiecit/nõ uultis uenire ad me.
Qua enim egritudine animi laborabãt: eadem ſaluatorem quoq;
laborare credebant. Quonĩã ergo non uultis uenire ad me dixit inanis cupidi-
tate glorie cõmotũ ad ſe uocare oẽs / ex imperitia crediderunt. Ita dirũpeban-
tur / cum uiderent ab herede fructum uinee repeti. acut in parabolis euangelii
Matheus dicitur: uenite ſecum dicebant interficiamus ipſum/ & poſſidebimus hereditа-
22 tem ſuam. Has ſuſpitiones eorum refutans / & inuidiam ac liuorem euertens:
claritatem & gloriam ait ab homine non accipio, Non enim uoco uos ad me / ut
a uobis uel ab aliis gloriã acquirã / qui glorie a meipſo plenus ſum: ſed dixi nolle
uos ad me uenire/ ut clare cognoſcatis dilectionem dei uos nõ habere, qua pri-
uati: quomodo poteritis ad unigenitum filium dei accedere? Cap. VI.

»  Go ueni in nomine patris mei & non accepiſtis me: ſi alius uenerit
» in nomine ſuo/illũ accipietis, ¶Ne phariſei putarent iniuria ſibi a
dño dictũ eſſe/quod dilectionẽ dei non haberẽt in ipſis: idcirco bre-
uiter & uere hoc confirmatur. Ego enim (ait) in nomine patris mei
ueni (cũcta enim ad gloriam dei patris facere uos hortor) uos autẽ
me repellitis. accipietis autem (ſcio enim ut deus futura) eum qui non deo patri
gloriã referet: ſed ad ſe tranſferre conabitur/& nomini ſuo cũcta tribuet. Hinc
2. ad theſ arbitror beatũ quoq; Paulũ/illud de Iudeis & de iniquitatis filio dixiſſe. Quo-
2 niam dilectionẽ ueritatis ad ſalutẽ ſuam non receperunt: idcirco mittet eis deus
operationem erroris/ut credant mendacio: ut iudicentur omnes qui non credi-
derunt ueritati/ ſed cõſenſerunt iniquitati. hec ratio a ſaluatore dicta prophe-
tice: tempore ſuo reipſa ueritatem habebit. Cap. VII.

»  Vomodo poteſtis uos credere / q gloriã abinuicẽ accipitis: & gloriã
» que a ſolo deo eſt nõ queritis? ¶Glorie hominũ ac principatus cu-
pidos eſſe arguit: occultiuſq; monet improbe illos facere / cũ affe-
ctus & egritudines animi ſui/ei qui ſuper oĩa eſt attribuant. Et hac
inanis glorie cupiditate: optime rei/ fidei uidelicet in eum iacturã
Ad gala, illos facere oſtendit. hoc & Paulus apertiſſime dicit, Si enim hominibus placerẽ
1 inquit: Chriſti ſeruus non eſſem. Quaſi enim natura / neceſſarioq; accidit om-
nibus qui gloriam hominum uenantur: ut gloriã dei amittant / & a ſolo deo de-
cidant Solum autem deum dixit: nõ quia ſe aut ſpiritum ab huiuſcemodi ſolius
dei honore ſeparet/ſed quia dũ gentium ad hoc non aſcendunt. Sancte namq;
conſubſtantialiſq; trinitatis plenitudo: unam gloriam/unam naturam (ut ſepi⁹
dictum eſt) poſſidet, Cap. VIII.

»  Olite putare quia ego accuſaturus ſum uos apud patrẽ. eſt qui ac-
» cuſat uos Moſes. in quo uos ſperatis, ¶Ad gloriã magis q̃ ad pieta
tem uiuere phariſeos dixit, propterea ne putarent accuſatorem ſe
illorũ futurum: eſt (ait) Moſes in quo uos iactatis, quippe qui cum
Ioannes, cecus dixiſſet: an & uos uultis diſcipuli eius fieri? magna noce cla-
9 marũt. tu illius diſcipulus ſis: nos autẽ Moſis ſumus diſcipuli. Accuſabit ergo ait

uos Moſes etiam ille:in quo maxime ſperatis / cõtemptus ſpretuſq; a uobis propter arrogantiã ueſtrã.Nec quia dixit:nolite putare qđ ego accuſabo uos ad patrem/nullam delationẽ Iudeorũ nominis a Chriſto futurã arbitrari oportet.Ipſum enim audimus dicentem:quicunq; confitebitur me coram hominibus / cõfitebor & ego ipſum coram patre meo, Et quicũq; negabit me corã hominibus: negabo & ego eum coram patre meo. Patet igitur accuſatũ iri omnes apud patrem per Chriſtum:qui eum non ſuſceperũt,Non erũt igitur Iudei qui pertinacia ſua Chriſtũ negarunt aut negãt: ab hac accuſatione liberi.ſed commodiſſime ad utilitatem eorum / & acutiſſime oratio texitur. Nam quoniam doctrinã eius paruipendebãt & Moſeos ſe diſciplinã ſeruare contendebãt clamãtes / nos ſcimus quia Moſi locutus eſt deus/hunc autẽ neſcimus unde eſt: neceſſario nũc Moſem quoq; ipſum in quo iactabant / ſperni ab eis affirmat. nec opus eſſe alio accuſatore: ſed etiam ceteris omnibus ſilentibus ſolam Moſis legem ad cõdemnationem non credentium in ſe Iudeorum ſufficere aſſerit. Cap,IX,

Matheus 10

Ioannes, 6

» Si enim crederetis Moſi:crederetis utiq; mihi/de me enĩ ille ſcripſit,

¶ Apertiſſime ſuperioribus hec addidit.Si enim ait meis uerbis nõ creditis:ferã & patiar/hac iniuria a uobis affectus, Sed cur Moſem ueſtrum nõ ſuſcipitis? cur quẽ ſummopere admiramini ei non creditis? Date ueſtri animi aures illi: & cognoſcetis / quem neſcientes uituperatis. Cõſiderate figuras:que ueritatẽ parturiũt / ego in libris eius obumbratus ſum,ſed ſi ſcriptis illius non creditis:ille quoq; uos merito accuſabit. Deberemus forſitã euangelii ſenſum exponẽtes ad ulteriora progredi:aliis figurarũ ſcripture interpretatione cõmendata.Pleni enim ſunt libri Moſaici figurarũ huiuſmodi:que ita latẽt ut ſine magno labore ac ſtudio / addã etiã gratia ſaluatoris/interpretari recte non poſſint.Verũ ne laborẽ fugere uideamur: unũ aliquid ad utilitatẽ legentiũ/& ut ueritas illorum uerborũ appareat / ſi crederetis Moſi:crederetis utiq; mihi/de me enim ille ſcripſit:unũ inq̃ aliquid exponam? / dño freti/qui dabit uerbũ euangelizantibus uirtute multa. Prophetã de gente tua/de fratrib? tuis:ſicut me ſuſcitabit dominus deus tuus.Ipſum audies ut petiſti a dño deo tuo in Choreb:quãdo contio cõgregata eſt / atq; dixiſti:nõ audiã ultra uocem dei mei:& ignem hunc maximũ non uidebo ne moriar. Et ait mihi dominus:bene omnia ſunt locuti.prophetã ſuſcitabo eis de medio fratrũ ſuorũ ſimilẽ tui: & ponã uerba mea in ore eius / loqueturq; ad eos omnia que precepero illi,Qui autẽ uerba eius que loquetur in nomine meo nõ audiuerit:ego ultor exiſtã.Ecce rurſus abſq; magno uelamine::incarnationis miſterium ſcribitur/a ſimilitudine Moſis ſubtiliſſime ac artificioſiſſime figuratum, Prophetam enim inquit ſuſcitabit tibi dominus deus tuus de fratribus tuis ſicut me. Quam rem latius exponens: ſtatim intulit / ut petiſti a domino deo tuo in monte Synai ac in die contionis/dicens.non audiam ultra uocem domini dei mei:nec hunc ignẽ uidebo ne moriar,Nam quoniam prudenter maiora illa uidere ac audire populus recuſabat/q̃ magnitudine uiſionis itolerabilia illi fuerũt: mediatio Moſeos/ cuius miniſterio diuina precepta populo deferebãtur / tũc interceſſit. Que res figurabat mediatorem dei atq; hominũ Chriſtum qui natus ex muliere propter

Pſalmus, 67

Deutero 18

Exodus, 20

Deutero. 18

nos/dei patris uoluntatem notam ei ut filio & ut ſapientie dei/uoce humana ut uere homo nobis patefecit. Nam cum corporis oculis deitatis gloriã cernere ne-
Exodus, queamus(nemo enim uidebit faciem meam inquit & uiuet) neceſſario unigeni-
33 tus dei filius imbecillitatẽ noſtram aſſumpſit/humana carne indutus: & ſic uo-
Ioannes. luntatẽ pris nobis annũciauit,Oia inquit q̃ audiui a patre:nũciaui uobis,Et rur-
15 ſus.Ego a meipſo locut⁹ nõ ſum:ſed qui miſit me pater/ipſe mihi mandatũ de-
Ioannes. dit quid dicã & quid loquar.Mediatio igitur Moſis inter deum & Iudeorũ popu
12 lum: mediationis Chriſti figura erat, ſed illa quidem miniſtri modo adhibita/ ſeruilis fuit:libera uero hec Chriſti & miſtica,Mediator enim hominum atq; dei factus:uere utramq; naturam attingit.Nam qui deus natura eſt/ut unigenitus dei filius non ſeparatus a ſubſtantia patris/ſed ex ipſa & in ipſa: is homo etiam factus eſt/ut longe a deo ſeparata natura hominum: per ipſum deo coniungat
Deutero. Quod igitur dicit Moſes/prophetam uobis ſuſcitabit dominus ſicut me:nõ alii-
18 ter q̃ ut diximus intelligendum eſt, Sic enim etiam ipſe deus affirmauit dicens;
Actus, recte locuti ſunt,prophetam ſuſcitabo eis ſimilem tui:& ponã uerba mea in ore
3 eius/loqueturq; ad eos omnia que precepero illi, Omnia enim fert uerbo uirtu-
Ad heb. tis ſue filius:ut Paulus ait,& patris uocẽ nobis intonat:ut ab ipſo mediator con-
1 ſtitutus,ſicut de perſona ipſius Chriſti pſalmiſta cecinit. ego autem conſtitutus
Pſalmus. ſum rex ab eo ſuper Sion montem ſanctum eius:predicans preceptum eius.Po-
2 terit autem quiſpiam propter illud ſimilem tui/quoniã legis miniſter Moſes fuit
Matheus. illud in medium afferre,audiſtis quoniam dictum eſt ab antiquis:non mechabe
5 ris/ego autem dico uobis/non concupiſces. poterit etiam ductorem Chriſtum intelligere:quo in celum & ad uitam eternã aſcendimus:ut & Moſes priſcis du-
Deutero. ctor fuit ad promiſſionis terram.unde ſepius dicit. & introducet te dominus de⁹
18 tuus in terram quam iurauit patribus tuis. & ſerua precepta hec:ut longo tem-
pore uiuas, Verũ quoniã ſcribitur;qui aũt uerba eius audire noluerit/ego ultor exiſtam,audiant oro Iudei & intelligant;quomodo per imperitiã & arrogantiã ſuam: eternã in ſeipſos ultionẽ cõuocarunt. quomodo torquentur eternis ſupplicijs/omni ſpe bonorũ priuati: quia non crediderunt Moſi.cui ſi credidiſſent: & Chriſto certe/de quo ille ſcripſit/credidiſſent. Cap.X.

47 Si autem illius litteris non creditis: quomodo uerbis meis credetis? Magnas hic ſermo tenebras effundere uidetur, Poterit enim hic certe quiſpiam eo falſitatis deuenire:ut ſcripta Moſis maioris q̃ ſaluatoris uerba putet dignitatis. habitus enim ipſe orationis atq; figura;uerbis ſaluatoris multo digniora ſcripta Moſis/uidetur oſtẽdere.ſed ipſa natura rerum: longe falſum ac omnis plenũ inſanie hunc ſenſum eſſe perſuadet. Quomodo enim maiora dignioraq; illa erũt: que nichil aliud q̃ figure atq; umbre fuerunt? Quomodo inq̃ maiora erunt/q̃ ueritas;que ab illis figurabatur? Non erat difficile propter copiam rerum/longam hac de re orationem conſcribere. Verum quoniam ita patet ut a ſeipſa luceat:ſuperuacaneus eſſet labor, Quare iter noſtrum agamus.huiuſmodi ergo/huius loci ſenſus eſt Si legẽ inquit moſis ſcriptã tenẽtes ac quotidie ſtudioſe legẽtes/tamẽ parui facitis ac trãſgredimini/quaſi eos obliti que quotidie legitis:quomõ uerbis meis recte affecti eritis? aut quomodo uerbis meis credetis/que uix ſemel & negligẽter

audiſtis:cum Moſi non credatis / quem magiſtrū profeſſi quotidie legitis? Aut igitur hoc pacto intelligemus:aut (utilis enim eſt pia in his uarietas) Moſaicā di- Ad gala, cemus ſcripturā figuris & umbris (ut pedagogus ſolet) ad Chriſti myſteria con 3
ducere / & que ibi ſcribuntur: quaſi elementa eſſe quedam euangelice ſcripture
aſſeremus. Diſcipline nāq; legalis Chriſtꝰ eſt finis / ut ſcribit: ſipletio legis & pro- Ad roma
phetarum Chriſtus. Qui ergo ait elementa doctrine mee non ſuſcipitis / & legē 10
que ad me ducit ſpernitis: quomodo altiora hec poteritis cognoſcere? aut quo-
modo maiora ferre ualetis: qui parua ferre indignum putatis? Cap. XI.

POſt hec abiit Iheſus trās mare Galilee qđ eſt Tyberiadis, ¶ Primū
illud dictu perutile puto: qđ a Hieroſolymis nō abſq; cogente cau-
ſa / dominus ſemper abire uidetur, ubiq; autem tāq in tabulis ua-
ria nobis ſecundū rerum conditionē myſteria depingit. Sed quenā
ſit huius receſſus cauſa / & quid inde ſignificatur: tempore ſuo di-
cemus, Nūc quod primum occurrit: primum quoq; declarandum eſt. Poſt hec
inquit abiit Iheſus, Querendū diligenter eſt: quenā iſta ſunt / de quibus dixit /
poſt hec. mirabilis igitur medicus dominus in Hieroſolymis uiſus eſt. qui trigin-
ta & octo annorum egrotum / nulla medicina / nullo remedio / ſed ſolo uerbo ut
deus / poteſtate / nutu atq; imperio ſuo curauit. Surge namq; dixit & tolle lectu- Ioannes,
lum tuū: & uade in domū tuam, uerum quoniam ſabbatum erat: moleſte tule- 5
runt Iudei qui ruditati nimiū litterali herebant / qui magis peccati q̄ egrotus ille
morbi uinculis ſtringebātur / qui ſemper ſabbatū id eſt bonorum priuationem
habent / qui mentē & animū diſſoluti ſunt. ad quos recte dici poteſt / confortate
manus diſſolutas: genua debilia roborate. Moleſte autē ferunt: quoniam debit? Ad heb,
honor ſabbato / etiā a legis conditore non redditur. Condemnant Chriſtum ut 12
tranſgreſſorem / ſcriptum illud cōtemnentes ipſius qui dicit regi: legem tranſ-
grederis. Ad hec multa dicta ſunt a ſaluatore / & ſermo longior habitus eſt: quo
demōſtrabatur ſabbatiſmum ociumq; illius diei priſcis figurate per legem da-
tum fuiſſe, & quod dominus eſt etiam ſabbati filius hominis, Sed qui nihil boni Matheus
poterant intelligere / qui ad omne malum parati erant: inſurgebant in doctorē. 12
cedē eius meditabātur: qui ad ſapientiā eos reuocabat / mala ei pro bonis (ut ſcri Pſalmus
bitur) retribuentes. Poſt hec omnia igitur geſta ſimul ac dicta: neceſſario a Hie- 37
roſolymis abiit, Et quoniam feſtus dies Iudeorū prope erat ut paulo poſt legit /
in quo lex Moſaica omnes undiq; ut tabernaculorū ſolēnitatem peragerent ad
Hieroſolimā Iudeos proficiſci iubebat: feſtū diem dominus declinans / paludē
Tyberiadis / mare propter magnitudine a Iudeis uocatā nauigauit. Per hūc fe-
ſtum ſcenophegie diē: ſanctorū ad Chriſtū congregationem ſpiritualiter intel-
ligimus. quando ab uniuerſo terrarū orbe / poſt reſurrectionē mortuorū ad ce-
leſtē Hieruſalē uere ſcenophegie ſolemnitatē ppetuo acturi cōgregabūtur: gra
tias agentes domino de reſurrectione corporū ſuorū / & interitu mortis. Hiſto-
rice autem infinitam pene multitudinem ad diem illum feſtum ſolitos fuiſſe in
Hieruſalem aſcendere dicitur. Quoquidem in tēpore: multum neceſſario pha-
riſei poterant. Nam cum propugnare legi uidebantur: facile in tanta tamq; im-
perita multitudine aduerſus tranſgreſſores aut quos illi tranſgreſſores puta-
bant clamātes / turbas incitabāt. que ſolent fluctus more / aut etiā ignis ingentē

materiã nacti quasi uentis principũ uerbis / huc atq; illuc uehemetius exagitari. Hec non ignorans dñs: clã inde cum discipulis abiit / & ultra mare Tyberiadis cũ discipulis se traiecit. Quod autẽ cedem suam cupiẽtes iudeos declinat: ipse nobis euangelista declarat dicens. post hec ambulabat Ihesus in Galilea, Nõ enim uolebat ambulare in Iudea: quia iudei querebãt eum interficere. Sed hec ita esse non inficior / diceret quispiã: qđ autem diem festum etiam declinaret / id discere cupio. Eos igitur qui fratres eius putabant̃ / audias: qui Christo in Galilea dicebant. ascende hinc in Iudeam: ut discipuli tui uideant signa que facis. Ad quos dominus. ascẽdite uos / ego nõ ascendo in solemnitatem hanc: quoniam tempus meum nondum adest. Perspicuum ergo est a hierosolymis illum abiisse: scelere Iudeorum & persequentium crudelitate coactum / ac inuidie tela / artificiose sola sui depellens absentia. non quia pati aliquid poterat nolens: sed ut exemplum nobis non timiditatis sed charitatis proximorum seipsum poneret.. Hinc enim discimus persequentes inimicos etiam si nihil officere possunt / declinandos tamen esse. ut hoc modo ira & impetus eorum deferuescat: & sic multo magis illis q̃ nobis conferamus, Non enim nostra tantum: uerum etiam aliorum querere debemus Opus quippe charitatis est: nõ insurgere in maliuolos / nec uiribus nostris uti ne impotentia illorum redarguta: maiore concitetur odio, Charitas enĩ (ut Paulus ait) non querit ea que sua sunt. Veru si iterũ atq; iterum euangelica uerba consideres: mirabilem dispesationem in saluatoris ab Hierosolymorum urbe recessibus facile inuenies. Nam cum crudelitate Iudeorum sepius ad alienigenas abierit / quoniã apud hos & tutari seipsum uidebatur & honorifice tractabatur: gentium ecclesie iure datam palmam reipsa ostendebat / & impietatem Iudeorꝝ pietate alienigenarũ pre oculis ponebat / ac crudelitatem illorũ horum mãsuetudine in mediũ trahebat. Ita undiq; merito a repromissione patrũ expulsi sunt. Propterea recedens ab Hierosolymis: non ad finitima castella diuertit / sed trans mare Tyberiados abiit. ut reipsa Iudeis intimaretur tam longe se propter impietatem eorũ ab eis migraturum: ut inaccessibilis ad eum uia futura. sit, Non enim est possibile pedibus hominum maria transiri. Qđ & uerbis minatus est paulo post dicens. queretis me: & nõ inuenietis. & quo ego uado uos non potestis uenire, Facilis enim & plana uia iusticie omnibus est / qui per fidem ad eum proficiscuntur: aspera uero atq; ardua imo autem omnino inaccessibilis iis / qui sua incredulitate dominum irritant / iuxta propheticum illud. recte sunt uie domini: & iusti ambulabũt in ipsis / impii uero infirmabunt̃ in ipsis. Interiectum igitur maris spacium: difficilem imo uero impossibilem Iudeis uiam / propter crudelitatem eorum atq; impietatem / futuram significat, Sic impie anime uiam uallo ac fossa prohibiturum se deus apud quendam prophetam minatur. ideo (inquit) ego sepio uiam eius uallo: & non inueniet semitam eius. Quod igitur ibi uallum facit / idipsum hic mare peragit: sanctum a sceleratis disseparans. Ita Hebreorum populus qui ab Egyptia seruirtute liberatus / repromissionis loca petebat / quem Egyptiorum rex in seruitutem iterum redacturus persequebatur / qui per medium mare tutus transiuit / & hostem uidit eodem mari submersum: eum a quo saluatus fuit / maria modo transire coegit. Surgat igitur Moses: atq; ista non equo animo ferens / repetat que predixit,

Ioannes, 7

Ioannes. 7

1. Ad cori 13

Ioannes, 8

Osee, 2

Osee. 14

Deutero. 32

generatio prauа & adulterа: hec domino retribuitis? non erubeſcitis trans maria illum pellere: qui per medios fluctus a ſeruitute uos reduxit? Merito igitur ſubmergimini. qui enim perſequuntur nō qui fugiunt: iure illud patiūtur. propterea Dauid etiam canebat dicens, non me demergat tempeſtas aque. Naufragium enim hoc Iudeorum ſignificans / deprecabatur: ne cum illis in profundo impietatis ſubmergeretur, Sed Egyptii quidem corpore periclitati ſunt: Iudei uero animarum iacturam fecerunt. Ita iure de utriſq; ultio facta eſt. Tyberiada uero paludem: aut quia magna eſt / mare (ut diximus: quod uulgo facilitatū eſt) appellauit. aut ſcripturam ſecutus eſt / apud quam congregationes aquaū maria nuncupantur. Pſalmus, 68 Geneſis. Cap. XII, 1

» ET ſequebatur eum multitudo magna: quia uidebant ſigna que ſu-
» per iis qui infirmabantur faciebat. ſubiit ergo in montem Iheſus: &
» ibi ſedebat cum diſcipulis ſuis. ¶ Cum ab Hieroſolimis abierit dominus / ut apud prophetas dictum eſt / dereliqui hereditatem meā: cum ab infrenato Iudeorū populo ad alienigenas peruenit / tūc magna ſequitur eum turba: ipſe uero in montem aſcendit / ut re oſtendat quod dixit. ſi exaltatus fuero: omnia ad meipſum contrahā, Exaltatus enim fuit de terra: quando in crucem pro nobis aſcendit. Exaltatus uero aliter eſt: cum in altum quaſi montem / in honorem & gloriam deitatis aſcenderit, Non enim ut hebraicus populus / quaſi hominem nos nudum contemnimus: ſed ut deum & ſaluatorem & dominū adoramus, Illi enim quaſi abiectum quēdam etiam Samaritanū appellare non erubeſcebant: & qui modeſtius de ipſo loquebantur / fabri filium uocitabant. Apud fideles autem: ut uere deus (quod ſignis apparuit) glorificaſ, Audis etiam eos / qui ſecuti fuiſſe modo ſcribuntur ſignis commotos / que ſuper iis faciebat qui infirmabantur: magno ſtudio id feciſſe / a miraculis ad cognitionem eius progrediētes / & a poteſtate qua ut deus utebatur / diuinos ei honores conferendōs eſſe intelligentes. Hac certe uia: ſaluator ad uitam omnes inducit, Ipſa enim opera inquit que facio: teſtimoniū de me perhibent. Et rurſus. ſi non facio patris mei opera: nolite mihi credere. ſin uero facio / & ſi mihi non creditis: operibus meis credite. Nam quēadmodū a magnitudine / pulchritudineq; creaturarum / creator deus cognoſcitur: ſic a ſignis / deitatis poteſtas percipitur / & ſequentium fides iure laudatur, Ego autem arbitror acutiorem etiam ſenſum in his uerbis latere. Non enim propter ſigna ſimpliciter Chriſtum mirabantur: ſed additur propter ſigna que in infirmis egrotiſq; faciebat. Contrarius igitur animus iſtorum: Iudeorum (ut puto) animo demonſtratur. Illi propter curationem egroti / uehementius turbabantur: iſti non ſolum talia ſigna mirantur / uerumetiam propter hec quaſi deum ſequuntur. Fugiamus igitur oro / qui Chriſtum deum atq; dominum profitemur: turpem Iudeorū imperitiam. adhereamus Chriſto per patientiam. imitemur patientiſſimos illos diſcipulos: qui nunq̄ ab illo recedebāt. qui reipſa quod poſtea Paulus uerbis explicuit: conclamabāt, quis nos a charitate Chriſti ſeparabit? Sequamur etiam ipſum fugientem: ut & in montem aſcendamus / & ibi cum eo ſedeamus / id eſt ad ſublime gloriā ueniamus / & cum eo ſimul regnemus. Ipſe enim iam nobis pollicit? eſt: qđ uos qui mecum ſecuti eſtis in tentationibus meis / quādo in regeneratione in ſede maieſtatis ſue Hieremi, 12 Ioannes 12 Ioannes. 8 Matheus 13 Ioannes, 10 Sapiētia. 13 Ad roma 8 Lucas, 22

filius hominis ſedebit:etiã uos in duodeci thronis ſedebitis / iudicantes duodeci tribus iſrael, Hec enim puto hinc ſignificari : quod ad montẽ cum ſaluatore diſcipuli conſcenderent / ac ibi cum eo ſederent. Cap.XIII.

» CVm ſubleuaſſet ergo Iheſus oculos / & uidiſſet quia multitudo ma-
» gna uenit ad eum:dicit ad Philippũ. Vnde ememus panes ut man-
» ducent hi? hoc autem dicebat:tentans eum. ipſe enim ſciebat quid eſſet facturus. ¶ Optimã diſciplinã & ſacris cõſentaneã uiris : ſuis modo diſcipulis Chriſtus propoſuit. Nam etiã in mõtibus & deſerto paratos eſſe docuit oportere / ad hoſpitalitatis uirtutem. Qua quidẽ re:quid homini / qui dei charitatẽ aſſequi uelit / maius excogitari poteſt? Cũ enim quaſi aquarũ fluẽta innumeri homines ad eũ confluerẽt:ad ſuſtentãdos illos cibo / diſcipulis iuſſit. Cuius rei cum propter multitudinẽ hominũ / tum propter locorũ ſolitudinẽ magnitudine atq; difficultate / quis diues non fuiſſet perterritus? ſed omnẽ huiuſcemodi formidinẽ ſpe gratie ſue abiiciẽdã monet. Sed hiſtorice quidem facilis ſic uerborum eſt ſenſus. Spiritualiter uero dicimus:quaſi ex alto mõte preſcientie ſue adeo omnes qui ſeruenti fide illum exquirunt preuideri / ſicut
Ad roma 8 apud Paulũ dicitur. quos preſciuit:hos & predeſtinauit conformes imaginis filii eius / hos etiam uocauit, Subleuatis igitur oculis Chriſtus eos uidet / qui uiſitari
Eſaias. 26 ab eo (quoniã ipſum querant ac diligant) digni ſunt. ueluti etiam benedictionis
Prouer. 10 modo ad Iſrael dictũ eſt, Cõuertat dñs faciẽ ſuam ad te:& det tibi pacem. Verũ
Pſalmus. 64 non in uiſitatione ſola / gratia terminatur:ſed alimẽta & dapes quoq; preparãtur, ut uerum illud quod in parabolis dicitur eſſe cognoſcas. non occidet dominus fame animam iuſtam. ſeipſum enim ut panem de celo apponet: & fidelium
Ioannes, 6 animas nutriet / omnia uite neceſſaria ipſis preparãs / ut in pſalmis dicitur. para
Ad roma 8 ſti eſcam eorum : & quia ſic paratio tua. Et ipſe Chriſtus in euangelio ait. amen amen dico uobis:qui ad me uenit nunq̃ fameſcet. Dabit enim (ut diximus) celeſtem eſcam : & uariã ſpiritus copioſamq; gratiam, preparabitq; anteq̃ quicq̃ ab eo petatur:neſcimus enim orare ac petere ut decet. Quare ipſe nobis porrrigit; que ad ſalutem eternam cõducunt. Dixit enim ad Philippũ : unde ememus panes? Non eſt alienũ conſiderare:quare ad Philippum. Libenter Philippus diſcebat / querebatq; ſepius : ſed non erat adeo acutus / ut altiora poſſet intelligere. Quod inde patet. quia magno tempore ſaluatorem ſecutus / & uaria deitatis eius ſigna in dies aſpiciens / & tam rebus q̃ uerbis ad cognitionẽ attractus : quaſi nihil adhuc didicerit / in ultimo fere diſpenſationis tempore dicit ad Iheſum. do
Ioannes. 14 mine oſtende nobis patrem:& ſufficit nobis. Et quoniam abſq; malicia interrogabat:probe docebatur. Tanto enim tempore ait uobiſcũ ſum:& non cognouiſti me Philippe? ut ergo rudiorẽ ad ſublimiora ingenio conſequenda / & ad fidẽ uocans & roborãs:rogat. hoc ſignificauit euãgeliſta : cũ tentatũ a dño illũ fuiſſe dixerit. ipſe enim (inquit) ſciebat:quid eſſet facturus. Vnde autem ememus panes dixit:ut paupertatẽ diſcipulorũ oſtenderet. qui iam pridem colligendi eris abiecto ſtudio : unde emerẽt nõ habebant. Illud etiã artificioſiſſime facit. Vnde nãq; iſtud / nõ fruſtra dictũ eſt : ſed qa omnẽ uiã colligẽde pecunie illis cõcluſit / ad illud erumpere interrogando cogit : ſi uoluerit multitudinẽ alere / cum nihil eſſe diſcipulis ſciat / oportebit ipſum ineffabili uirtute ac poteſtate ut dominum

alimenta producere, hoc enim ſolum reliquum erat: & ad hoc illos prouocabat, ut gentium poete dicunt: ferro ulceri opus eſt. Cap. XIIII.

» Ducentorũ denariorũ panes non ſufficiunt eis: ut unuſquiſq; modi-
» cum accipiat. ¶ Subiecte Philippus ualde atq; humiliter reſpõdet.
» Nã cũ unde illud audiuiſſet: nõ uirtutis oĩpotẽticq; Chriſti ſibi ue-
nit in mentẽ / ſed trepidus ad ſolã pecuniarũ uiã refugit / nullo alio
modo hanc rem peragi poſſe exiſtimãs / niſi cõmuni triteq; pecu-
niarũ medio. Quare quantũ ad paupertatẽ diſcipulorũ attinebat / quantũ etiã
ad Philippi ſententiã nondũ perfecte de ſaluatore ſentientis: ad ĩpoſſibile iam
liberalitas nutriede multitudinis deducta erat, Sed quod ĩpoſſibile eſt apud ho Lucas.
mines: poſſibile eſt apud deũ, & nature ipſius terminis: deitatis natura ſuperior 18
eſt / oĩa facile peragens etiam que mentem noſtram excedunt. Cap. XV.

» Dicit ei unus ex diſcipulis ſuis Andreas frater Simonis Petri: eſt puer
» hic qui habet quinq; panes ordeaceos / & duos piſces. ſed hec: quid
» ſunt inter tantos? ¶ Similiter Philippo imbecillã de Chriſto fidem
Andreas quoq; habere arguitur. Nõ enim etiam ipſe ab aliis ſignis
que uiderat oĩa Iheſum poſſe / intelligere potuit, propterea ſignifi-
cauit quidẽ nonnulla inueniri apud quendam adoleſcentulum: ſed hec ait quid
faciunt in tam multos? Oportuiſſet certe ſi firmior apud eos fides fuiſſet: non
magnum ſibi uideri cibaria tunc illi multitudini preparari poſſe ab eo / qui cun-
cta produxit ex nihilo. Inerat tamen in uerbis eorũ quedam utilitas, Nam cum
clare dixerint / alter quia ducentorũ denariorum panes eis non ſufficiunt / alter
ſed quid hec ſunt in tam multos: extollũt quodammodo his uerbis miraculum /
ac faciunt ut maiores Chriſti uires uideantur. cuius uirtute mox tãta multitudo
ad ſaturitatem erat peruentura, ita incredulitatis illa uis in certius conuerſa te-
ſtimoniũ fuit. nam qui ultro fatebantur grandem ad ſuſcipiendos illos pecuniã
non ſufficere: illi ipſi ineffabilem Chriſti uirtutẽ hac ſua incredulitate eſſe demõ Nũerus.
ſtrant, huiuſmodi fidem apud Moſem quoq; fuiſſe in deſerto cõperiemus. Fle- 11
bant enim hebrei Egyptie memores copie: & diuinorũ obliti bonorum / in Mo-
ſem ductorẽ ſuũ inſultabãt. Deus uero nõ ignorabat cupiditate carniũ illos exa-
gitari: & daturũ ſe illis carnes ad ſaturitatẽ promiſit. Que res cũ impoſſibilis fa
ctu in deſerto uideret: acceſſit clamãs Moſes. Sexcẽta milia hominũ hic ſunt: &
tu dixiſti / dabo eis menſe uno carnes ad ſaturitatẽ. Quid igit ad hec deus? An
ait manus domini non ſufficiet? Quid enim nõ poterit deus? hec ad Philippum
atq; Andreã dicere poſſumus, Nonne manus dñi nõ ſufficiet? His nobis exem-
plis cõmoniti: extremum omniũ malorum incredulitatẽ putemus. Et cum deus
feciſſe aliqd aut facturus eſſe dicitur: ſimplici fide / omni temeraria cura longe
remota / facile illud deo eſſe credam⁹ / nec imbecillitate noſtra diuinas uires me-
tiamur, Modeſti enim prudentiſq; uiri eſt / credere quẽadmodũ oculis non tan
tum cernimus q̃tum uolumus / ſed q̃tum uidendi acies ferre poteſt (nã que ual-
de remota ſunt: diſcernere non poſſumus) ſic & humanã mentẽ etiam ſi mũda
ſit ad certos uſq; terminos protẽdi. Nihil eni ſupernaturaliũ cõprehẽdere cer-
tius poſſumus: ſed credimus / nulla tenẽtes prĩcipia unde illa colligere queamus,
Credẽdo igitur non querendo: iſta comprehendũtur. & ut laudatur qui credit:

ita culpa nō caret qui dubitat,quod ſaluater ipſe teſtatur dicens. Qui credit in
Ioannes, filiū non iudicatur.qui autē non credit:iam iudicatus eſt, Quod ad utilitatem
3 legentiū etiā ſacris litteris ita cōprobemus:ut uel in hac uita ſecutā animaduer-
ſionem oſtēdamus.Iubebatur olim magna populo ſiti laborante Moſes: ut una
Nūerus, cum fratre Aaron/lapide uirga percuſſo fontes aquarū educeret.Sed cum non
20 oīno dicenti deo credidiſſet.fluctuanti animo ut homo/audite me inquit incre-
duli / an ex hoc lapide aquam uobis educemus? & percuſſo lapide effluxit aqua
multa.& dixit dominus ad moſem & Aaron:quoniam non credidiſtis ſanctifi-
care me coram filiis Iſrael/ propterea non introducetis uos hanc ſynagogam in
Exodus, terram quam dedi eis,Hinc uidere quiſq; facile poteſt/peſſimos eſſe fructus in-
33 credulitatis.Nam ſi Moſi non parcitur/illi de quo dictum eſt/noui te preter om
Ad roma nes/& gratiam inueniſti apud me:quis indignationē eius effugere poterit / qui
2 perſonarum conditiones nullo ſuſcipit modo?

Cap.XVI.

» Acite homines diſcumbere.erat autem fenum multum in loco.di-
» ſcubuerunt ergo uiri numero quaſi quinq; milia. Innata ſibi mā
ſuetudine non increpat/nec ullo modo reprehendit diſcipulos tan
a puſillanimitate affectos: ſed rebꝰ ipſis ad fidem inducit. Quod
enim dicit/facite homines diſcumbere: illud quaſi ſignificare uide
tur/o tardi intelligendas uires meas & percipiendum quis uobiſcu loquitur/ fa-
cite homines diſcūbere:ut uideatis quo illos miraculo ſaturabo: quibus ducenti
denarii non ſufficient. ut uideatis cuncta uiribus meis ex nichilo eſſe producta,
3.regū. Nonne poterit qui uidue uaſculum uacuari oleo non permiſit/& hydriam effe-
17 cit non carere farina:hos etiam quinq; panes multiplicare / aut ex nihilo quaſi a
fonte magnam ciborū copiam producere? hec/aliaq; huiuſmodi ex illa ſignifica
tione uerborum ſic emphatice dicta/facite homines diſcumbere: intelligere de-
cet, Fenū autē ea de cauſa dicitur fuiſſe:ut locus ad diſcumbendū aptus cogno-
ſcatur, Animaduertendū autem diligenter:non mulieres neq; pueros qui uiris
permixti erant / enumeratos fuiſſe. Secutus eſt (ut puto) euāgeliſta ſcripture cō
Nūerus. ſuetudinē:in qua cū a deo ad Moſen dictū ſit/ut ſynagogā filiorum Iſrael ſecū-
1 dum cognationes ex nomine numeraret/ ut unuſquiſq; ultra uigeſimū annum
p̄cepta faceret / nec femina nec puer aliqs numeraretur,ita ueritas atq; cōſtātia
q̄ nullā habet puerilē ac muliebrē in bonis leuitatē:i libro dei cōſcribit.ita & ſcri-
pture cōſuetudinē ſeruat:& ſpirituale quiddā nos docuit. Nōne iure dicem? ad
unuerſam huius miraculi ſpiritalitatē reſpicientes: arrogantē cōtumeliatorēq;
Pſalmus. Iudeorū populū iure a Chriſto depelli? Laute autem recipi & celeſtibus alimentis
103 nutriri/pane celeſti(qui cor hominis confirmat)cōceſſo/ oēs qui ad Chriſtū con
ueniunt,Suſcipiūtur autē hilare/& cum quadā uoluptate licenti, Id enim nobis
fenum in quo diſcubuerūt oſtendit:ut merito qui tali gratia ſunt dignati / illud
Pſalmus. pſalmiſte dicere poſſint, dns regit me & nihil mihi deerit: in loco paſcue ibi me
22 collocauit.Magna certe uoluptate ac copia donorū ſpiritualium ſanctorū mens
Cantica. connutritur / ut in canticis dicitur. comedite & bibite & inebriamini / qui pro-
5 pe eſtis.Mulieribus autem &pueris confuſe diſcumbentibus/de uiris ſolū men-
tionem fecit:enigmatice monens/omnibus qui uiriliter probitatē ac fidē ample-
ctuntur/nō imbecillibus aut mollibꝰ celeſtē a ſaluatore cibū preberi.Nā qui mu-

liebri animo aut puerili ſunt:nihil magni cognoſcere poſſunt. Cap.XVII.

» Cepit ergo Ieſus panes: & cum gratias egiſſet/diſtribuit diſcipu
» is.diſcipuli autem diſcũbentibus/ſimiliter & ex piſcibus quantum
» uolebãt, ¶ Gratias agit:partim ut exemplo ſe nobis prebeat/par=
tim ut nature deitatis/uirtutem miraculi ſicut homo attribuat, Et
fuit iſte modus ſibi uſitatiſſimus:ratione diſpenſationis ãte paſſio=
nis tempora dignitatẽ ſue deitatis occultanti / & ſimul ſeculi huius principẽ oĩa
iſta celanti. Quapropter etiã in aliis cum ut homo locutus ſit:celeriter ad confir
mandã mentẽ auditor; aliquid remedii attulit. Gratias inquit ago tibi pater:qm̃
audiſti me. Hoc ut homo locutus / quod ſimpliciores turbare poterat confeſtim Ioannes.
illud ſubiecit:ego autẽ ſciebã/qa ſemper me audis. Cuius igitur rei gratia patris 11
auxilium inuocare uidetur? propter circũfuſam inquit turbam/ut credat quia
miſiſti me. Nonne igitur perſpicuum eſt:quia multis modis ad utilitatem noſtrã
ſeipſũ manifeſtans/humilius nonnũq; et ut uere homo loquitur? Non debemus
autem ignorare:quia Matheus nõ egiſſe gratias Ieſum / ſed benedixiſſe ſcripſit Matheus
Sed nulla propter uarietatẽ uerborũ: rerum uarietas inuenitur. unũ enim uer= 14
bis denotari utriſq; Paulus oſtendit/dicens bonũ eſſe omnẽ cibum/& nihil reii= 1.ad thi.
ciendũ/ſanctificatur enim uerbo & appellatione dei. Nõ autem ignoramus be= 4
nedici omne quod ſanctificatur:ea oratione quã in menſa facere ſolemus. Verũ
quoniã nobis omnia conquirenda ſunt que conferunt: age de quinq; etiam pa=
nibus & duobus piſcibus qui apud adoleſcentẽ illũ erant/aliquid dicamus,par=
turiunt enim myſticam hec quandã rationẽ. Cur enim ſtudioſus quiſpiã dicet:
alius quidã numerus utriuſq; rei non fuit? Aut cur nõ ſimpliciter a pauciſſimis
minimiſq; tãtam fuiſſe ſaturatã multitudinẽ ſcripſit / ſed numerũ quoq; addi=
dit? Quare diliges omniũ rerũ & ipſius numeri deſcriptio;aliquid parturire ui=
detur/quod querendũ eſt. Quiq; nãq; panes fuiſſe ait / & illos ordeaceos:duos
uero piſces quibus diligentes ſe Chriſtus ſaturauit. Puto igitur ipſe(q̃uis melio
ra ſtudioſos querere hortor) quinq; Moſaicos libros: quinq; ordeaceis pan bus
ſignificari. Tota enĩ lex que in illis cõtinetur:litteralẽ ac hiſtoricũ cibũ/atq; ideo
duriorem & quaſi ordeaceum affert. Duobus autem piſcibus:piſcatorũ libros/
quibus delicatiora hominibus alimenta deferũtur ſignificari arbitror. Duo aũt
piſces ſunt:qa & predicatio Chriſti que per apoſtolos effulſit/euangelica & apo
ſtolica ſcriptura reſplendet. Ita ſaluator & diſciplina legis ſpiritalis & noui te=
ſtamenti:mirabili doctrina fidelium animas ad uitam alit eternam, Qđ autem Matheus
diſcipuli domini piſcatores fuerunt:perſpicuũ omnibus eſt, Si enim forſan non 4
omnes huiuſmodi(ne contẽdamus) ſed quoniam principales eorum/piſcatores
fuerunt:non erit aliena noſtra hec a ueritate oratio. Cap.XVIII.

» Vt autẽ impleti ſunt: dixit diſcipulis ſuis. colligite que ſuperauerũt
» fragmenta: ne pereant. collegerunt ergo & impleuerunt duodeci
» cophinos fragmentorũ. ¶ Videbitur forſan alicui Chriſtus quadã
parcimonia iuſſiſſe diſcipulis: ut fragmẽta colligerent. ſed ad hoc
opus puſillanimitatis/non dico Chriſtus/ſed nemo aliorũ paulo li=
beriorꝰ deſcendiſſet. Magna igitur factum eſt diſpenſatione:& miraculi nouitas
maiorẽ auditoribus infert ſtuporẽ. Tanta enim poteſtas Chriſti ex hac re appa=

ruit:ut ex quinq; ordeaceis panibus & duobus piſcibus / non ſolū ingens multitudo ſaturata ſit / ſed etiam duodecim corbiū fragmenta ſuperfuerint. q̄uis ſuſpitionē quoq; illā / fragmentorū copia depulerit, non enim falſo neq; per phantaſmata quinq; panibus impleti ita multi uidentur : cū tot ſuperfuiſſe & qui comederunt uidebant / & qui miniſtrabāt colligendo & portando ſenſerunt. Sed maximū atq; utiliſſimū illud eſt. Liberalitas enim nobis hoc miraculo cōmendatur:& quaſi magna uoce dicitur,quanto plura dabis liberaliter atq; miſericorditer / tanto tibi plura largius confluent, facigitur libenter quod ſcribitur:frange eſurienti panem tuū. Nam & diſcipulos uidemus tardiores in hac re a principio fuiſſe. quibus ſic affectis:copioſiſſimā fragmentorū multitudinē ſalua tor largitus eſt. Ita docemur : propter minima que ad gloriā dei conſumimus / ditiſſimā nobis a Chriſto eſſe preparatā. Non ſimus ergo tardi ad ſuſcipiendos fratres ex charitate:ſed prompti ac liberales omni propter ſpē ac fidem abiecta formidine Nam ſi firmiter credemus multiplicata hec fuiſſe diuinit⁹ : facile ut iubemur uiſcera miſericordie indigentibus aperiemus. Quādo enim miſericors eris:ſi tenax in hac uita fueris? Quando preceptū hoc complecteris:occaſionē faciendi quotidie pretermittens? recordare pſalmi : quia non eſt in morte qui memor ſit tui / in inferno autē quis cōfitebitur tibi? Quis enim erit fructus poſt mortem? aut quomodo dei quiſpiā recordabitur uel quomodo precepta faciet: qui deſcēdit ad inferos? Cōcluſit enim deus in eo:ut ſcribitur. Idcirco & Paulus docet dicens. Donec tēpus habemus:operemur bonū. Hanc nobis hiſtoria ipſa parit utilitatem. Verū quoniā ſpiritualiter (oportet eni hoc in ſcriptura facere) per quiq; quidē ordeaceos panes Moſaicos libros / per duos uero piſces apoſtolorū euangeliſtarūq; ſcripta ſignificari dicebamus: age de collectiōe quoq; fragmentorū / conſentaneū quiddā ſuperioribus ſpiritale feramus. Diſcubuerūt ergo domini iuſſu / turbe : quibus benedicti panes & piſces / diſcipulorum miniſterio appoſiti ſunt. omnibuſq; iā ſaturis:duodeci cophini ex fragmentis implentur / unus uniciuiq; diſcipulorū, Quid igitur hic intelligimus? conuiuii princeps fideliū Chriſtus eſt. & celeſtibus atq; diuinis diſciplinis preceptiſq; tā legalibus & prophetiicis q̄ euangelicis & apoſtolicis conuiuas accipit ſuos. idq; nō per ſeipſum / ſed miniſterio apoſtolorū gratiā eius nobis miniſtrantiū:facit. Non enim ipſi loquunt ut ſcribitur:ſed ſpiritus patris eſt / qui in ipſis loquitur. nec ſine mercede / laborē hunc apoſtoli ſufferunt:ſed cum ſaluatoris dapes miniſterio ſuo nobis appoſuerint / pleniſſima eis gratia retribuet diuinitus. Hoc eni & nō aliud mea quidem ſentētia inde ſignificatur:qđ poſt laborē & miniſtrationē conuiuii / iuſſu Chriſti cophinū unuſquiſq; fragmentorum plenū reportauerit. hoc ipſum ad preſules ſanctarum eccleſiarum ſucceſſione tranſiſſe non dubita,

Eſaias. 58

Pſalmus, 6

In eo: qui mortuus eſt,

Ad gala. 6

Matheus 10

Cap,XIX.

» » Illi homines ergo cum uidiſſent quod fecerat ſignū:dicebant quia hic eſt uere ille propheta / qui uenturus eſt in mundū. ¶ Mirantur nouitatē ſigni:qui hec congruentia deo putabāt / quiq; ratione potius humana q̄ pecudū temeritate ut impii Hieroſolimitani mouebātur. Illi cū recto de miraculis iudicio iuuari poterāt : lapidare potius Iheſum cogitabāt / quoniā multa miraculoſe ac ultra nature uires quotidie peragebat. iſti nō paulo meliores adeo excellētia huius inauditi ſigni affecti ſūt:

Ioannes, 8

ut firmiter & credant & predicent hunc illū eſſe/ qui: loco prophete in mundū uenturus ſcribitur. Sed maior adhuc inter Iudeos & alienigenas hinc differētia uidetur. Iudei enim q̄uis multa uiderint admiratione digniſſima:nō ſolum duri agreſteſq; ſunt / uerū etiam ſaluatorem ſuum occidere meditantur, hi uero qui longe ab Hieruſalem habitabant/atq; ideo alienigenas eos appellamus:uno ſigno ſic afficiuntur,unde iure ſeipſum Iſrael condemnauit; & gentes ſimiliter ſuſcepte diuinitus ſunt. Cap.XX.

» Heſus ergo cū cognouiſſet quia uenturi eſſent ut raperēt eum / &
» facerēt regē:fugit iterū in montē ipſe ſolus, ¶ Laudabilis ſane ſententia fuit illorum: qui quod apud homines ſummi honoris eſt / id Chriſto digne conferri poſſe/arbitrati fuerunt, Nichil enim aliud hec regni oblatio/q̄ hanc animi ſui de Chriſto ſententiā ſignificat, ſed contēptus glorie:regnū fugiens Chriſtus/nobis exemplū eſt. docet enī nos/ reipſa parua eſſe:que maxima in hac uita putātur. Nam honor atq; gloria mūdi fugienda iis eſt:qui uolunt gloriā dei cōſequi, ſtultū enim omnino eſt:ſi eterna regna deſideras/regna huius mundi appetere.Caducā igitur gloriā/que ſuperbie ac flatui coniuncta eſt:quaſi acerbū hoſtem fugiamus/ & humilitatis decorē amplectamur/alter alteri cedentes/ut beatus Paulus monet dicēs, hoc ſentite in uobis quod & in Chriſto Iheſu:qui cum in forma dei eſſet/non rapinā arbitratus eſt ſe eſſe equalē deo. ſed ſeipſum exinaniuit formā ſerui accipiens: in ſimilitudine hominū factus/ & habitu inuentus ut homo,humiliauit ſeipſum factus obediens uſq; ad mortē/morte autē crucis, propter quod & deus illum exaltauit:& donauit nomen quod eſt ſuper omne nomen,Perſpicis quomodo uoluntaria hec humilitas: fulgentiſſimum affert finē. Vides quomodo radix multorum exiſtit bonorum / ſenſus nequaq̄ elatus,unigeniti enim patris filius humiliauit ſeipſum propter nos: & ab hac humilitate carnis cum ipſa carne in dignitatem & gloriā dei rediit. hoc modo in nobis quoq; intelligendū eſt, Cū enī in hac uita humiles propter Chriſtū fuerimus: ſupernā gloriam conſecuti / dii per gratiā futuri ſumus/filii dei adoptione nuncupati, Ipſum igitur etiā ſupremum regni honorē ſi offertur/recuſemus: ſi celeſtia potius q̄ terrena ſapimus, ſed repetamus breuiter que facta ſūt:ut ſpiritalia facilius uideamus.que quodā modo euangeliſta ſub aperiens/ac querēda neceſſario proponens: ſolus inquit Iheſus in montē iterū deceſſit.Crudelitatē igitur Iudeorū aſperi natus:ab Hieroſolymis abiit,Reliquit domū ſuam/dimiſit hereditatē ſuam ut ſcribitur: & trās mare Tyberiados lōge ab illis factus / cum diſcipulis in montē conſcendit,quod ſignificare diximus inacceſſibilē moroſitate ſua factā eſſe Iudeis uiam in Chriſtum/uſq; ad conuenientia tempora.& ad hec quia Chriſtus cum diſcipulis ſuis a Iudeis ad gentes uerſus: gratia ſua in eas tranſlata cōſpicuus erit atq; illuſtris. A monte autem cum ſubleuaſſet oculos multitudinēq; uidiſſet:ad nutriendam ipſam ſe cinxit.quod dicebamus enigmatice uiſitationē dei ſanctis debitam ſub oſtendere iuxta illud / oculi domini ſuper iuſtos. Ad hec miraculoſe multitudo illa quinq; panibus & duobus piſcibus ad ſaturitatē fuit accepta:quare uetera & noua ſcripture mandata / fidelibus per apoſtolos appoſita intelligebamus.cuius miniſterii plenam & apoſtoli & eorū in eccleſiis ſucceſſores gratiā poſſidebunt.

Ad phili. 2

Hieremi. 12

Pſalmus. 33

Poſtremo mirati ſignum ſpectatores:rapere ad regnum ſaluatorem cogitabāt: qđ ille nō ignorans ſolus deceſſit in montē. Cum enim a gētibus ut miraculorū effector / ut deus admiratione habitus ſit / cum in regē & dñm ſuum oēs ipſum acceperint:tum ſolus(nemine omnino ſequente)in celū aſcendit,hic eſt ille mōs
Pſalmus, de quo pſalmiſta dicit,quis aſcēdet in montē domini:aut quis ſtabit in loco ſan-
23 cto eius? innocens manibus & mundo corde huiuſmodi enim homo: tēpore ſuo Chriſtū ſequetur / & intellectualē mōtem aſcendet ad eum peruenturus. qui cū
1,Ad corī ſit primitie mortuorum:ſolus in montem magnum & uerum aſcendit,deceſſit
15 autē in montem id eſt aſcēdit in celū:non quia regnare in fidelibus nolit / ſed regnandi expreſſiora ſigna ad futurum ſeculum differens. Nam quando in maieſtate patris deſcendet: nō ſignorū ut antea ratiocinatione / ſed gloria cōgrua deo:ab omni dubitatiōe procul / rex omnium / uere ac natura deus cognoſcet, Quando igitur a Iudeis / iniquitate illorū abiit / deus a gentibus cognitus: tum oēs ipſum regē accipiunt. ſolus autem in celum aſcendit:oportuno tēpore / multis expreſſius regnandi demonſtrationem conſeruans. Cap,XXI

» VT autē ſero factum eſt:deſcenderūt diſcipuli eius ad mare, & cum
» aſcendiſſent nauim:ueniebāt trans mare in Capharnaū. Ita miraculoſe uno ſigno confecto:deceſſio in montem ſaluatoris / initium
per diſpenſationē ſigni alterius inuenitur / & procedit (ut ſcriptū
Pſalmus. eſt)a uirtute in uirtutē dominus noſter Iheſus Chriſtus.in omnib⁹
83 enim modis uolebat mētem apoſtolorū in fide roborare. Nam quoniā doctores
Ad phili. orbis futuri erāt / & quaſi luminaria mūdi(ut Paulus ait)neceſſario illos undiq; confirmat / quorū doctrina ad ueritatē ceteri confirmandi erant. Sed ambiget
2 forſan aliquis:quāobrem poſt multiplicationē panū & piſciū / maris quoq; ſe dominum oſtendit. huius rei cauſa ueriſimillima illa eſt. Nam quoniam non poſſe ipſum tantā multitudinem enutrire Philippus & Andreas ſuſpicati ſunt / alter uix grandem pecuniam ſuffecturam reſpondens / alter nichil eſſe quinq; panes & duos piſces in tot homines affirmās / quibus uerbis nihil ultra naturam poſſe ipſum / putare neceſſario uidebātur. ut ab hac opinione illos liberaret / & labantem mentē eorū confirmaret / ſi ſe omnia poſſe nulla rerum natura prohibente oſtenderet / ſub pedibus humidam aquarū naturā ſubiecit / que humanis corporibus ſubeſſe / natura non poteſt. Sero igitur facto & querentiū diligentia / temporis obſcuritate retuſa / in mare diſcipuli deſcenderunt:& nauigio inde / magiſtro & domino parentes abire ſtudebant, Cap.XXII,

» ET tenebre iam facte erant / & nō uenerat ad eos Iheſus: mare autē
» magno facto uēto exurgebat. Quam utiliſſima diſpenſatione ad idē omnia concurrunt: quibus compelluntur diſcipuli ardētius ſaluatorem inuocare. cōturbat tenebrarum multitudo: qua fiebat ne in tāta' nauicule iactatiōe / ubi eſſent aut quo tenderet poſſent cognoſcere. & conturbat nimia uis uentorum & impetus: quo funditus euerti mare / & fluctus in mōtes erigi uidebātur. & quod plus timoris inferebat: Chriſtus nō aderat. Neceſſe eſt enim procellis excogitari omnes:qui diuinorum preceptorum contemptu atq; delictis / a Criſto deciſi ſunt. quare ſi graue durumq; eſt / intellectualibus tenebris detineri / & in profundo uoluptatum ſubmergi:re-

cipiamus ex toto animo Iheſum, is enim ſolū a periculis & a peccato mortali nos liberabit. & que tunc facta in diſcipulis fuerūt / in nobis quoq; ſpiritaliter aduentu domini efficientur. Cap. XXIII.

» CVm remigaſſent ergo ſtadia quaſi uiginti quinq; aut trigita: uidēt
» Iheſum ambulantem ſuper mare / & proximū naui fieri. & timue=
» runt, ille autē dixit eis, ego ſum / nolite timere. ¶ Quando lōgius iam a littore aberant / & certior mors mari undiq; circundatis imminebat: tunc deſideratus apparet Chriſtus, tantoq; gratiorem eis ſalutem donauit: quanto magis uitā deſperarant. Stupeſcunt aute / per media maria & ſuper aquas ambulantē dominū uidentes: & ſtupor formidini non parū adiicit, ſed confeſtim ſaluator eos liberat dicens, ego ſum, nolite timere. cedit enim omnis turbatio / cum ſtaq; pericula deſinunt: cum Chriſtus adſit. hinc diſcimus / prudenter patienterq; ferendas eſſe tentationes ſpe quā habemus in Chriſto: etiam ſi undiq; periculorū fluctus inundarent / ſaluari non dubitantes. opere namq; precium eſt obſeruare. nō ſtatim neq; in principio periculoru ſed quādo iam loge a terra remigauerant / Chriſtū diſcipulis apparuiſſe. non enim incipientibus aduerſis gratia Chriſti cōfeſtim nos ſaluat: ſed poſtea q terror increuerit / & certū uideatur imminere periculum / tūc e mediis fluctibus eripit / timorem abiicit, & ab omni periculo liberans: ineffabili uirtute / in ſum mā tranquillitatem periculorum fluctus tranſponit, Cap. XXIIII.

» VOluerunt ergo eum accipere in naui: & ſtatim nauis fuit in terra ad
» quam ibant. ¶ Non a periculis nauigantes ſolummodo / uerūetiā ab omni labore & ſudore liberauit ineffabili ſua uirtute: ad quem ibant locū / naui temporis momento deducta. tot multa miracula eodem pene tempore confecit. non dubitemus igitur: abſq; labore multo matora q̄ ſperauimus preſtantioraq; Chriſti preſentia nos bona conſecuturos. & qui abſente ipſo laboramus: preſente eo ſine opera noſtra quieſcemus, ſic enim omniū periculoꝝ Chriſtus ſolutio eſt: ut omnium uirtutū / bonorumq; omnium que uires noſtras excedunt baſis ac fundamentū, Sed idoneum precedentibus ſpiritale ſenſum modo connectamus. Quando igitur in celum Iheſus poſt reſurrectionē ut in altum quendā montē ſolus aſcendit tunc relicti ad predicandum apoſtoli / quaſi maris procellis / huius u te periculis exagitantur / multis uariiſq; tentationibus aduerſus eos inſurgentibus. Nā undiq; ueritatis euangelice aduerſarii illos aggredtebantur. ſed tam ipſi q̄ ſucceſſores eorū a periculis & ab omni labore liberabuntur: quando rurſus eis in maieſtate deitatis (uniuerſo ſub pedibus orbe ſubacto) Chriſtus apparebit. id enī arbitror ſignificare ambulationē illam marinā. Capitur enim plerumq; apud ſcripturam mare pro mundo, hoc mare magnum (ut ait pſalmiſta) & ſpacioſum. Cū igitur in gloria patris uenerit Chriſtus: tunc apoſtolorū nauicula / & qui nauigant per eam / eccleſia ſcilicet & qui fide ac charitate dei ſuper res mundanas atq; fluxas feruntur / abſq; labore aliquo / quo tendebāt peruenient. Erat aute eis ſummus ardor atq; cupiditas acrior in tutiſſimum regni celorū portum applicare. hūc ſenſum ipſe ſaluator cōfirmat / ad diſcipulos modo dicens, modicū & non uidebitis me; & iterum modicū & uidebitis me. modo / in mūdo preſſuram habebitis; ſed cō=

Pſalmus. 103

Ioannes. 16

fidite / ego uici mundum. deſcedit autē noctu a monte / et uigilātibus apparuit diſcipulis / neq; id abſq; ingenti metu illorum : ut hinc intelligas uelut in nocte / dormiente quaſi uniuerſo terrarū orbe / & ſomno peccatorum ſopito / de celo
Marcus. deſcenſurum. unde hortatur nos dicens. uigilate : quia neſcitis horam qua do-
13 minus ueſter uenturus eſt. Quod non minus ex decem uirginum etiam para-
Matheus bola diſcimus. Omnes enim tardāte (inquit) ſpōſo obdormierūt, & media nocte
25 clamor factus eſt. ecce ſponſus / exite in occurſū eius, Perſpicis in tēpeſta nocte
1. ad theſ. ſponſum dici uēturum. Clamorē autē illum & occurſus modum Paulus decla-
4 rat / modo dicens, quia ipſe dominus in iuſſione & uoce archāgeli & in buccina dei deſcēdet de celo. modo / quia nos uiui qui reſidui ſumus / ſimul rapiemur in nubibus obuiā dño in aerem / & ſic ſemper cū domino erim⁹. timore autē (quā-uis dñm uenire uideāt) nō paruo diſcipuli afficiuntur: quia terribilis aduētus ille dñi omnib⁹ fore hic ſignificatur. Ad terrā autē illico nauis deducitur: quia nō ut ad uirtutē impellat ſed ut laborum premia reddat / apparebit. Cap. XXV

»  Ltera die turba que ſtabat trans mare: uidit quia nauicula nō erat
» niſi una / & quia non introiſſet cum diſcipulis ſuis in nauē / ſed ſoli
» diſcipuli eius abiiſſent. Alie uero ſuperuenerūt naues a Tyberiade
» iuxta locum ubi manducauerant panem / gratias agētes domino,
» Cum ergo uidiſſet turba quia Iheſus nō eſſet ibi / neq; diſcipuli ei⁹:
» aſcenderunt in nauiculas & uenerūt Capharnaū querētes Iheſum. ¶ Quamq̄ in nocte & in tenebris et clam omnib⁹ ſuper mare Iheſus ambulauerit: nullo ta-men pacto id latere potuit, Turba enim que diligenter ipſū ſequebatur / cū uigi lantiſſime obſeruaſſet / nec cum diſcipulis ſuis eum nauigaſſe / nec alio tranſire potuiſſe nauigio (ſola enim apoſtolorū nauicula ibi erat) rem omnem miraculo factā intellexit. Nihil ergo recte actum latere poteſt: & uerū eſſe diſcimus quod
Matheus fertur / nihil eſſe occultu quod non fiat apertū. Quare oportet ſi ueſtigia Chri-
10 ſti (ut homini poſſibile eſt) ſequi uolumus: illum nobis ut exemplar proponere / nec ad oſtētationē uirtutis properare / etiam ſi mirabilē quādam atq; ſingularē uiuendi diſciplinā quiſpiam elegerit, a ſolo enim deo conſpici ſatis eſt: qui quod occulte geſtū eſt / in medium oportuno tempore protrahet, Secuti autem turba illa miraculorum editorē diligētius ſunt, non quia multum inde ad fidem iuua-rentur: ſed quia retributionem quandā hoc modo laudis / referri aliquando ſibi ab illo arbitrabātur. Nō parua uero mētis & animi egritudo eſt: non ſpiritalibus bonis ſed caducis atq; inanib⁹ inhiare / nec celeſtia lucra ſed terrenū queſtū dili-gētius querere. quod illos tūc feciſſe paulo poſt liquido patebit. Cap, XXVI

»  T cum inueniſſent eum trans mare: dixerunt ei / Rabi quādo huc
» ueniſti? ¶ Et ſi affectū amoris oratio hec ſignificet: tamē ſtulte pe-nitus ac pueriliter habetur. Nō enim oportebat uanū quicq̄ aut in-utile ab illo petere: cuius diuinas uirtutes uidebāt, Quod enim ab hac interrogatione poterāt aſſequi emolumētum? Sapiēter igitur
Ad coloſ. ſapientes interrogādi ſūt: & imperito ſermone taciturnitas preſtātior eſt, unde
4 ſale ſermonem condire noſtrum a diſcipulo Chriſti iubemur, Et quidā ſapiens
Eccūs. dicit. ſi ſermo cum intelligētia tibi o fili eſt: reſponde, ſin uero nō eſt: manus tua
5 ſit in ore tuo, Sed lingue loquacitatem dānari: inde quoq; cognoſcimus, Si quis

enim inquit fidelis in uobis uidetur qui nõ frenat linguam suam / sed decipit cor suum: huius fides inanis est, Iacobus. 1

Cap. XXVII.

» Respondit eis Ihesus & dixit. amen amen dico uobis: quereris me nõ
» quia uidistis signũ / sed quia mãducastis ex panib⁹ & saturati estis.
¶ Commune illud & tritum modo dicere / alienum non est. Solent quasi natura duce acerbius in eos magni doctores inuehi; qui magna quedam & inutilia querunt, nec id arrogantia faciũt: sed interrogantium imperitiam retrudere conãtur. quod de nudis hominibus apte atq; commode dictũ esse arbitror, Sed saluator noster ardẽtius illos imperite loquetes arguit, Non enim quomodo probi uiri fierent queritabant: sed corporali ac tenuissima mercede persuasi / Christum sequebãtur. Quid enim abiectius: q̃ tenue atq; quotidianũ alimentũ? Religionẽ ergo Christi atq; charitatẽ amplectamur non ut aliquid corporaliũ rerũ assequamur / sed ut eternã inueniamus salutẽ. nec bonis uerbis erga dominum utamur / sicut illi: rabi appellantes / ut caducarũ rerum aliquid nobis concedatur, Nam qui hac re sic abutitur: eius occultam maliciã acerbe dominus arguet. mirabilis autem etiã in acrimonia huius sermonis dispensatio inest, nam quoniã graui (ut diximus) egritudine animi laborabãt: quasi optimus medicus duplex illis remedium / signi ac reprehensionis imponit. Nõ enim paruũ signũ est: quod nequaq̃ cogitationes illorũ ignorare ostẽderit. Reprehensionis autem uiribus reprimuntur: cum nõ religione sed uẽtris uicio sequi arguantur. dupliciter igitur illis prodesse uidetur. tu quia monet nõ paruam esse insaniã si quis suauitate uerborũ prauitatẽ animi celans / diuinũ se putet oculum effugisse / & hoc pacto a tanto eos delicto remouet, Magna enim certe impietas est: hãc habere de deo opinionẽ. tum quia oportuna reprehensio: cursum peccãdi facile detinet / qui magno impetu fertur cũ nihil prohibeat. nihil sane prohibere uidet⁹: cum latere putamus, Nã suspecti statim retrahimur. Ita etiã his uerbis dominus / quibus obducta exulcerare uidetur: magnam affert utilitatẽ. Hinc ecclesie presules discant non decipi suauitate uerborũ & assentatiunculis: quib⁹ plerũq; utuntur omnes / qui nõ recte de fide Christi sentiunt. nõ enim oportet silentiũ de ignorantia sua / tanq̃ in mercedem laudis qua ab illis afficimur: sibi retribuere. Arguendi enim sunt: ut & ipsi se ad melius transferãt / & alii exemplo eorũ firmentur: ut est apud Paulũ peccantes inquit in conspectu omnium argue: ut etiã reliqui timeãt. Sed de historia / satis: modo spiritualia cõsequenter contemplemur. descensus a monte domini / secundũ (ut diximus) aduentum eius de celo denotat: cum uigilãtibus adhuc / laborantibusq; suis sic apparebit / ut & ab omni formidine liberet / & in salutis portũ deducat. Sed obserua modo post descensum eius a monte: tarde quosdam ad eum peruenisse. Venerunt enim altera die. non enim frustra id ab euangelista positũ est, cumq; uenissent / blandis uerbis utũtur: sed increpat Christus / acerbeq; arguit / ut recordemur inutile uirtutis studiũ fore hominibus / post descensum illum de celo domini, non enim datur tẽpus ulterius: in quo Christũ per fidem sequentes / salutem possimus adipisci. sed si qui blandis uerbis cõfisi quicq̃ uoluerint miti Christo insinuare: acerbe repellentur. audias oro ipsum dicentem: multi mihi dicent in illa die iudicii scilicet / domine domine nõne in tuo nomine demonia eiecim⁹? 1, ad thi. 5 Matheus. 7

tum inquit confitebor eis. amen dico uobis: nunq̄ uos cognoui, non enim inquit probe me quesistis nec sanctimonia splēdere uoluistis: sed mercature modo / re-
Hieremi. ligionem ostētastis. propterea uos non cognoui, quod igitur in illis uerbis ualet
10 domie dñe: id ipsum in his uerbis rabi significat. si cui ergo suppliciorū fuga cure est: is nulla se corrū pat ignauia misericordiā dei cōsiderans / sed preparet (ut
Prouer, scriptum est) opus suū in exitum suū. preparet se: donec in agro id est quousq; in hoc mūdo est, Sic enim agrum dominus ipse interpretatus est. preparet autē
24 Matheus se: ut cum sanctitate atq; iusticia / pro tribunali iudicis possit consistere. non est
13 enim tunc misericordie oportunitas: nec erit tūc misericors / qui ad salutē modo conuocans omnes / immensa utitur misericordia. Queramus igitur eam: si uolumus obliuioni delicta nostra tradere sempiterne. Cap. XXVIII.

Peramini non cibū qui perit: sed qui permanet in uitam eternam,
Ad gala. ¶Tale quid sane q̄is generalius: Paulus nos etiā monet. qui semi-
6 nat in carnem inquit: corruptionē metet ex carne, qui uero seminat in spiritum: uitam eternā ex spiritu metet, In carne enim seminā: qui uoluptatibus corporis dediti / nihil inter utile atq; inutile discernunt. nec precepta uiuendi cōsiderant: sed precipites iocūdo sensuum motu feruntur. In spiritū autem seminā: qui a spiritu sancti preceptis toto animo pendent. tantoq; studio hunc mētis sue cultū aggrediuntur: ut nisi natura cogeret /
Ad roma necessaria etiā uite alimenta negligerent. nulla igitur carnis cura nobis habēda
13 est: sed necessariis ac eternis inuigilādum. Non enim differt a bestiis / qui corporis uoluptates consectatur: sed qui uirtutibus inheret / & spiritali uitam peragit lege, illisq; qui omnino deditus est que nobis diuinitus concessa iter ad superos preparant: is mihi uidet̄ seipsum cognouisse / nec ignorasse se rationale animal ad imaginē creatoris esse productū. Nō simus ergo soliciti (ut saluator ait) quid
Matheus māducemus / aut quid bibamus / aut quid induamur: sed considerantes prestan
6 tiorem esse animum q̄ alimentū / & corpus q̄ indumētum / prestantioribus magis studeamus, Nulla enim ex deliciis corporis ad miseram animam utilitas: imo
Marcus. contra detrimētum intolerabile transit. Siquidem in ignem eternum qui bene
15 non uixerunt: peruēturi sunt. Qui autem recta ratione appetitum domarūt / & spiritus sancti preceptis subiacuerunt: ii tam corpus q̄ animam in salutē ducent. Stultissimum igitur est / carnem & carni iocunda sic amplecti: ut nullam aut uix equalem de anima / que multo corpori prestat / curam habere uideamur. cui tanto studere quisq; magis iubetur: quanto ceteris prestantior est. sic enim sapiēter & iudicabimus & operabimur. Operemur igitur (ut saluator ait) non eum cibum qui lapsus in uentrem & breui nos uoluptate afficiens / per aluū tandem emissus perit: sed cibum spiritalem qui corda confirmat / & in uitam eternam perducit. quem largiturum se pollicetur dicens: hunc cibum uobis filius hominis dabit. ita coniunxit humana diuinis: & totum incarnationis mysteriū tetigit. occultius enim spiritalē cibum ostēdit: quo animā simul & corpus sāctificati in Christo uiuim⁹. sed apertius hoc mox dictur⁹ est, quare nos quoq; conuenientem huic loco expositionem: ibi latius conscribemus. Cap. XXIX.

¶Quod character hypostaseos dei patris unigenitus est: nec preter eum alius aut est / aut intelligitur character esse.

» QVem filius hominis dabit uobis: hũc enĩ pater ſignauit deus. ¶ Nõ ignorauit ſed preuidit ut deꝰ que crimina Iudei ex imperitia eſſẽt allaturi: qui hominẽ eſſe conſiderãtes / nec uerbum dei in eo homie eſſe intelligentes / dicturi erãt. quis eſt iſte: qui diuinã ſibi poteſtatẽ aſſumit? Quis enim permanentẽ ad uitam eternã cibũ prebere poteſt? Nemo profecto mortalis: ſed ſolus deus / qui omnia & creauit & gubernat. Anteuenit ergo ſaluator / & huiuſmodi loquacitatẽ compeſcuit: a filio dicens hominis hunc cibum qui ad uitã nutrit eternam datum iri, & ſtatim ſubiecit: a deo patre ſeipſum eſſe ſignatum, Signari aũt aut pro ungi poſuit (ſignabatur enim qui ungebatur) aut naturaliter ad formã patris (ut ita dicam) ſe eſſe formatũ / ſignationis nomine denotauit, ut dicere uideretur, non eſt mihi difficile permanentẽ cibum uobis largiri: quo ad eterne uite inauditas delicias deducemini. Nã etſi homo ſum ut unus ueſtrum: unctus tamen a deo patre ſignatuſq; ſum ad incommutabilem eius identitatem, Nam & ego in patre & pater in me naturaliter cernimur. Quare q̃uis propter uos per ineffabilem diſpenſationis rationẽ homo ex muliere factus ſim: eam tamen uirtutem habeo qua poſſim omnia ut deus efficere, nec ullo modo minor uirtus mea q̃ patris eſt, unde ſi ſpiritualem cibum ac ad uitam eternã conducentẽ pater uobis preſtare poteſt: poteſt etiam ſimiliter & filius, qui q̃uis carnem aſſumpſerit: imago tamen incõmutabilis eius eſt, que ſumma identitas: non lineamẽtis corporis / nec ulla corporali figura / ſed ſubſtantia / gloria / poteſtateq; regia deitatis aſpicitur. Illud apprime rurſus obſeruandum, quia cum filium hominis diuinum hunc cibum daturũ / & ad imaginem dei patris ſignatum dixerit: nullam ſeparationẽ patitur / que poſſit templum aſſumptũ ex uirgine a uero filio dei ſeiungere / ſed unum ſe intelligi uult ſicuti eſt. Vnus enim uere Chriſtus eſt: totum hominem ex anima uidelicet atq; corpore compoſitum / ſicut regia ſtragula indutus. Vnus ergo ex duabus naturis Chriſtus. ¶ Sed clamabit magnus Chriſti aduerſarius cauillationibuſq; quo uolumus falſo huius loci explicationẽ trahi contẽdet, Clare namq; dicet: per hec uerba non eſſe a ſubſtantia patris filium oſtendi / ſed ſimilitudinẽ quandã ſubſtantie illius. Nam quemadmodũ ſigillũ inquit quo ſignamus / cere aut alii materie q̃ ſignari apta ſit impreſſum / ſolã ſimilitudinẽ imprimit ſui / nec quicq̃ aliud agere aut pati cõſpicitur: ſic filius a patre ſignatꝰ / ſimilitudinẽ quidẽ illius exquiſitã ſuſcepit / ſubſtãtia uero patris ei cõmunicata non eſt / ſicut nec ſigilli ſubſtãtia in rem ſignatã tranſfertur. ¶ Audiat queſo atq; attendat quicũq; ſtudioſus Chriſti eſt: quõ etiã nunc iniquitas ut uenenoſus coluber in altum ſe erigens nobis inſultat. Sed qui capita fregit draconũ: frãget certe ſcio etiam huius / dabitq; nobis uires quibus pernicioſiſſimũ effugiemus uenenũ, Dicat enĩ nobis: utrũ ſigillum omne atq; ſignaculũ ex ferro aut auro uel quauis alia materia factũ / chãractere quodã ſignat / propter quem ſigillum atq; ſignaculũ eſſe intelligitur: an etiã abſq; chãractere ſigillũ dicitur? nemĩnẽ eſſe arbitror qui rebus ipſis cõpulſus non concedat: chãractere ſigillum ſignare / & abſq; chãractere ſignare non poſſe. Quoniã igitur diuina ſcriptura teſtatur chãracterẽ hypoſtaſeos dei pris filiũ eſſe / quia in ipſa & ex ipſa eſt naturaliter: quo alio chãractere pater filium ſuũ ſignauit? aut ipſe pater quo chãractere ſignatus eſt: ut filiũ ſignare poſſit?

Ioannes. 14

Impiorũ cauillatio.

Confutatio.

Pſalmus. 73

nullius enim dicet patrē non eſſe in forma deitatis, filius aūt forma genitoris eſt quem ſi quis intellectualiter uiderit: ipſum patrē omnino uiderit. Quapropter etiā in ipſo ſe eſſe naturaliter ait: quāuis ex eo etiā ſit quoniā ſubſiſtit / ſicuti forſan ſplendor in re & ex re que ſplendet. alius enī eſſe ratione intelligitur / & alia res ipſa que ſplendet: ſed nō aliud / ſi ad naturā utriuſq; aſpexeris. quoniam ex re ſplendente ſplendor eſt: & in ipſa rurſus ineſt. nec quoniā idem natura ſunt: a ſeipſo etiam eſſe quicq̄ credetur. Prodeunt enim que ſic ex alio ſunt: ita ut intelligantur proprie ſubſiſtere / quamuis non ſeparata neq; deciſa. ¶ Signatur ergo a patre qui ex ſubſtantia eius eſt filius: non ad ſimilitudinem nudam / nec abſq; carne ſed potius in carne. ut per eum / qui ad ſimilitudinem dei per gratiā conſcendunt ſignentur. Hoc enim modo illud etiam intelligimus: ſignatum eſt
Pſalmus. ſuper nos lumen uultus tui dñe. Vultū enim dei patris: filium appellat / id eſt patris characterem, lumē uero illius: gratiā ſpiritus / que ad omnes penetrat creaturas: per quam ad deum fide cōformamur / tanq̄ ſigillo quodam ad filium conformati qui patris imago eſt / & ſic recte in nobis ſeruatur / id ſcilicet ad ſimilitudinem & imaginem eſſe creatos, quoniam igitur uultus dei patris / filius eſt: ipſe
Noua obiectio. quoq; character erit / in quo deus ſignat. ¶ Sint hec / aduerſarius Chriſti dicet. credimus enim per ſpiritum ſanctos a deo ſignari: ſed nihil hoc omnino ad propoſitā queſtionem. Nam ueluti ſigillum (ut diximus) ferreū aut aureum ſimilitudinem ſuam in alia materia imprimit: nec ullum patitur detrimentū / ſed ſola impreſſione ſimilitudinē in apta reliquit materia: ſic a patre ſignatus filius / nihil habet de ſubſtātia eius. Sed cum aliud quicq̄ deus pater ſit: exquiſitā ſolūmodo
Increpatio aduerſariorum illius (ut imago primitiui) ſimilitudinem poſſidet. ¶ O furorem immenſum / O precipitantem ſe ad pericula mentem: quam cito oblita eſt omnium que modo dicebantur, characterē enim patris: filium eſſe aſſeruimus. & in eo non ſeipſum (nihil enim ſui ipſius character eſt) ſed aliud ſignari intelleximus. Tu autem hac ratione non recte retruſa: ſolam impreſſionis ſimilitudinem dicere non erubeſcis. in ſolis enim impreſſionis figuris filius ſecundū uos / deus eſt. natura uero minime. ſed ſola forma q̄dam atq; figura / qua genitoris ſimilis eſt / q forſan nec omnino genuit. Hac enim opinione ueſtra ſupernā quoq; illā generationē oīno negare uidemini. ſed qđ natus ſit ex patre filius: multa iam diximus / & alias forſan plura dicemus. Nūc inani reſiſtentes loquacitati / libenter interrogabimus: utrū qđ datur / quodq; forinſecus aduenit: auferri / remoueriq; poſſe cōceditis? An etiā ſi natura inſitum non ſit: remoueri tamē poſſe negatis? Sed patet etiam uobis tacētibus qđ aufferri poſſēt q̄ natura nō inſunt, poterit ergo hac ſimilitudine filius priuari. ſiquidē ut uos ſentitis / nō naturaliter ſed impreſſiōe quaſi ſignaculi / patri ſimilis eſt: cū alius quidē natura p̄ter genitorē ſit / & lōge a ſubſtātia eius ſeiūctus. Clare nāq; tutoq; dixiſtis: nihil preter ſimilitudinē / a patre filio datū eſſe: ne ſcilicet detrimentū aliquod aut paſſio ſubſtantiā p̄ris perturbaſſe uideatur. Sed ignoraſtis ſic deum patrē longe ab omni paſſione filiū generare: quemadmodū etiā abſq; paſſione oīa producit, igne nāq; multo melior eſt: quē uidemus (cogimur enim etiā exēplis rudioribus uti) quē inq̄ uidemus nō paſſione / nec deciſione aliqua uel ſeparatione que in corporibus inuenitur: calorem a ſeipſo generare. Attendite igitur omnes oro: qui uirtutē potius q̄ uicium putatis

ita incaute de diuinis rebus diſputare/ attedite inq.quia ſi ſola huiuſmodi ſimilitudine patri filius coniūgitur:nullū ſibi bonū immobile futurū eſt/poteritq; uideri deus natura nō eſſe. Preterea mutationis in peiora ſuſceptibilis erit. Legimus enim ad Tyriorū principē dictū eſſe diuinitus / qđ neceſſaria quadē ratiōe diabolo accōmodare perſuademur: tu es impreſſio ſimilitudinis, inuenitur aūt ab hac ſimilitudine quicūq; tandē ille fuit / decidiſſe:a quibus uidere licet filium quoq; poſſe ſimilitudinē illā abiicere, Non enim ſufficit ad immobilē eternitatē bonorū:probe ad creatoris naturā ſignatū eſſe. decidūt enim etiam intellectuales ſubſtātie/turpis alicuius rei electione. quare ſi idētitate nature patri filius ſimilis non eſt/ſed aduētitia tantūmodo quadā ſimilitudine/quā probe uolūtatis laude cōſeruat:mutari quoq; poterit, & ſi nō mutabitur uolūtate:id nō naturali ut deus immutabilitate poſſidebit, nō erit ergo uerus deus, Et cur adoram⁹ eū? cur etiā cū patre cōglorificatur? aut cur a ſuperioribus uirtutib⁹ colitur? An ſeraphin quoq; illa beata longe aberrare opinamini:cum non natura deū glorificent & ſabaoth dīm appellet? non enī negabitis ſupernas oēs illas uirtutes/potestates/dominationes / quantū ſibi poſſibile eſt:ad dei cōformitatē cōparandā ſtudere. Nā ſi homo paruū quoddā animal ſi illis cōparatur / tali dignitate creatoris gratia honoratur:quis negabit nō eſſe preſtātiora illis diuinitus dona collata? quō ergo dīm ſabaoth nūcupantes quaſi ſatellitū ut regi rerū omniū/miniſteriū reddūt? cuius aūt rei gratia ad dexterā ipſius dei patris ſcribitur ſedere? ſeruus enī cū dño/& creatura ſedet cū creatore? Patet igitur undiq; nō creaturā:ſed ſubſtantialiter ac naturaliter deū imutabilē natura/atq; impaſſibilē filiū eſſe, Quomodo igitur qui hec dicunt / ferēdi ſunt? aut quō iure dici de ipſis nō poteſt: ue q eſtis ebrii abſq; uino? ¶ Verū nō erubeſcūt adhuc:ſed ſignatū eſſe a patre filiū in exquiſitā a deo ſimilitudinē aſſerūt. ut quāuis ex patre nō ſit natura:tamē immutabilis ſit. Quō dic queſo q ex deo ſecundū naturā nō eſt:proprietatē deitatis natura poſſidebit? Quis negabit: non poſſe creaturā increate nature proprietate potiri? Quis nō fatebitur: nunq̄ poſſe que naturaliter deitati inſunt/ eodē modo in alio preter deū poſſe inueniri? immutabilitas ieſt deo naturaliter:ſic creaturis ineſſe nō poteſt/ſed quodā ſtudio uigilātia/cura ꝑ gratiā dei q̄ facit ne ad turpia rationales creature labant̄/ad immutabilitatē diuinā quātū ſuſcipere poſſūt cōformātur, quod ſi ullo modo deitatis quedā ꝓprietas ſiue ꝓfectio alii ꝓter ipſum ſimiliter (ut ipſi dicūt) ierit:quid prohibet oia illi natura inſita/ceteris quoq; oibus ineſſe? Si enī una immutabilitas ſic trāſire ad aliud cognoſcitur:& cetera ſic trāſire/fateri neceſſe eſt.& ita nobis oia cōfuſa erūt.& deus nihil omnino a creaturis differet.&creature ad naturā deitatis conſcendēt Nā quoniā omnia bona deus creaturis abſq; ulla inuidia propoſuit q̄ ſuſcipere poſſunt: non erit dubium quin multi nobis euadent in deos ſecundū naturam terrā celum aliaq; huiuſmodi ex nihilo creare potētes. Cōſiderate igitur queſo: quāta uis blaſphemiarū ex hac poſitione ueſtra ſcaturiat. deus ergo ſuā naturā conſeruat:& creatura ad immutabilitatē illius minime ſecundū naturā aſcēdit, ſed cōiunctione quadā ſpirituali participes imutabilitatis efficit̄, filius aūt qui natura immutabilis eſt: natura quoq; deus eſt. neceſſario igit̄ ex patre. nulla enī dignitas/nulla perfectio/nulla proprietas deitatis eſt:q̄ filio naturaliter nō inſit.

Ezechiel, 28

Eſaias. 6

Ad heb, 1

Eſaias, 51

Noue obiectionis dilutio.

Verum quoniã illã quaſi firmam nobis incutiunt rationem: alium eſſe filium dicentes alium patrem / quoniã aliud imago aliud primitiuũ / & hinc diuerſitatem ſubſtãtie patris & filii demonſtrari arbitrantur: friuola ſe atq; inania nugari dicent / ſi omni contentione depoſita / probe iſta conſiderare uoluerint. ¶ Quid enim fruſtra contendunt: aut cur a proprietatibus ſubſiſtendi ac perſonalibus diuerſitatẽ ſubſtãtie arguunt? Non enim quia in propria ſubſiſtentia & perſona filius eſt: idcirco a natura patris ſeiũgitur. Ex patre enĩ uere eſt: quia ex ſubſtãtia patris. & in patre eſt / quia in ipſo ſecundum naturam. Ego inquit ex deo proceſſi & ueni, & rurſus, ego in patre & pater in me, Non enim ſeparatus a patre eſt: cũ totius trinitatis una deitas ſit. cunq; in patre ſit ratione ac habitudine conſubſtantialitatis: ex eo etiã per emanationem effulgentem ut ſplendor prodire ineffabiliter creditur. lux enĩ eſt ex luce, Quare & in patre / & ex patre indiuiſibiliter ſimul atq; ſeorſum. ſicut enim character / indiuiſibiliter ineſt: ſicut uero imago ad primitiuum relata / propriã ſubſiſtentiam habet. Cuius rei exemplum non alienũ eſt ad confuſionẽ hereticorũ / a legis ſumere auctoritate. ad redemptionẽ ſui capitis unuſquiſq; ſecũdũ legẽ debebat didrachmi medietatẽ cõferre, Didrachmi autẽ quãtitas in uno erat ſtatere. his umbraculis legis: Chriſtꝰ qui ſe ad redẽptionẽ oĩm deo patri obtulit / depingebat. in una enĩ drachma intelligebatur q̃ ab altera ſeparata nõ erat, Erat enim in uno (ut diximus) minimo drachme due. ſic pater ad filiũ / & filiꝰ ad patrẽ ſe habẽt in una quidẽ natura. ſed tũ diuiſim: qm̃ uterq; ſubſiſtit, tũ contũctim: qa alter ſine altero nõ eſt, & quem admodũ due drachme in uno erãt minimo / nulla quãtitatis mẽſura differentes: ſic pater & filius in una ſubſtantia ſunt / nulla nature ratione differentes. Hanc ueritatẽ ſi ſeq̃ris: integre cuncta que de filio ſcribuntur intelliges. Cap. XXX.

Alia cauilli cõfutatio.

Ioannes. 8

Ioannes, 10

Exodus. 30

Matheus, 19

Matheus 10

» Dixerunt ergo ad eũ: quid faciemus ut operemur opus dei? Reſpõ-
» dit Iheſus & dixit eis. ¶ Nõ ex bono animo / nec ex diſcẽdi cupiditate: ſed ex arrogãtia potius hec interrogatio prodiit. quaſi enĩ oia ſcirẽt / ac nihil ſibi diſcẽdũ reſtaret: ita rogarũt. Satis nobis inquiũt precepta Moſis ſunt: nõ minus ſcimus q̃ oporteat illos ſcire / qui dei opus facere uolũt. quid igitur nouũ ipſe aut inauditum docere nos poteſt: quod ſcriptura dictũ nõ ſit? tale quid etiã apud Matheũ habes. Adoleſcens enĩ quiſpiã magno diuitiarũ cumulo circũfuſus / querebat: quõ uitã eternã poſſet adipiſci, Ad quẽ dñs. bene inquit noſti mãdata: nõ occides / non mechaberis / non peierabis / & que iſtis cõiuncta ſunt. ſed hec ille inferiora cognitione ſua putãs: hec omnia dixit a iuuentute cuſtodiui. quid adhuc mihi deeſt? Quod igitur ille eximperitia ſuperbiaq; intulit / q̃d adhuc michi deeſt: id etiam iſti ex arrogãtia faciũt dicentes. Quid faciemus ut operemur opus dei? Proba igitur res humilitas eſt / & animi nobilis ſignum doctoribus credere: ac illis ueluti doctioribus cedere / quando precipiendo nos ad meliora traducere ſtudent, quomodo enim doctoris dignitatem habebunt: niſi melius que conferant perſpicere poſſit? nõ eſt diſcipulus inquit ſuper magiſtrum ſuum, Cap. XXXI.

» Hoc eſt opus dei: ut credatis in eum quẽ miſit ille, ¶ Quãuis aliquantulũ occulte: magna tamẽ cũ increpatione / arrogantie ſe illorũ opponit. puabit autẽ quiſpiã nihil aliud hic Iheſum precipere / q̃ ut in ſeipſum audi-

tores crederent:ſed ſi quis diligentius conſiderat / latiorē ampliorēq; ſenſum in
his uerbis latere uidebit. Nam cum illi doctrinā ſaluatoris impie ſpernentes: ſa=
tiſq; ſibi ad ſciendum opus dei legem Moſeos eſſe putātes / dicerent / quid facie=
mus ut operemur opus dei? commode longe a uero cultu dei eſſe ipſos ſubape=
rit, nihilq; ſcire ipſos docet: quia litterę inherētes / figurarū atq; umbrarū nō ue=
ritatis pleniſſimi ſint, ita ſignificanter fidei fructum a legali cultu diſſeparans /
dicit: hoc eſt opus dei / ut credatis in eum quē miſit ille. Hoc eſt inquit opus dei;
non illud quod uos putatis / umbras ſolummodo legis atq; figuras reſpicientes:
diſcite quāuis nolētes: nunq; actorem legis bouum aut outū cedē expetiſſe. Quid
autē thus eſt: etiam ſi ſuaui odore circunfuſum aerē repleat? Hircus porro: quid Pſalmus,
iuuare poterit / aut cynamomi oblatio? nū carnes taurorum deus manducabit: 49
num hircorū ſanguinē bibet? nouit omnia uolatilia celi: & pulchritudo agri cū Eſaias,
eo eſt, odit ac reppulit ſolēnitates ueſtras: nec aliqd ſolēnitatū ueſtrarū olfaciet 1
ut ipſe dicit. nec ad patres ueſtros de holocauſtis & hoſtiarum cede locutus eſt, Heremi.
non eſt igitur hoc opus dei: ſed illud / ut credatis in eū quē miſit ille. fides enim ſa 7
lutem affert & gratia iuſtificat: mādata uero legis condēnant magis. Opus igit̄
dei: fides in Chriſtū eſt, quare doctrine ſue / non umbraculis legis inherendum
eſt. Illud mirari omnino decet. Nam cum ſolitus eſſet Chriſtus nullā de iis face=
re curā / qui per tentationē interrogabant: impreſentiarū tamen quamuis nullā
conſecuturos utilitatem illos uideret / in condemnationē eorū reſpondet, quod
ipſe alibi dixit. Si non ueniſſem & locutus fuiſſem eis: peccatum non haberent, Ioannes.
nunc autē excuſationem non habent de peccato ſuo. Cap. XXXII. 15

„ Exerunt ergo ei, quod ergo tu facis ſignū: ut uideamus & credamus tibi? quid
„ operaris? patres noſtri manna māducauerunt in deſerto: ſicut ſcri
„ ptū eſt. panē de celo dedit eis māducare. ¶ Reuelatur paulatim animus
Iudeoꝝ. Nā etſi ex arrogantia dixerunt / quid faciemus ut operemur opus dei? Pſalmus,
putantes (ut diximus) ſufficere legem Moſaicā ad omnē preſtandā ſcientiā / qua 77
opus dei poſſent cognoſcere: latebat tamen hec ſua ſententia. nunc uero denu=
data: in mediū prodit. quid enim aiunt: quod ſignū tu facis? honoratur inquiūt
merito beatus Moſes ille. fuit enim ſuſceptus a deo mediator inter deum & ho=
mines. dedit huius rei ſignum precipuū: comederunt in deſerto manna quicūq;
cum eo erāt. tu uero cum maiora petere uidearis q̄ Moſes / cū precepta illius mu=
tare ſtudeas: quibus id ſignis corroboras / aut quo miraculo ad nouā nos doctri=
nam reducere niteris? Hinc uere dixiſſe ſaluator oſtenditur, Arguuntur enim
non ut miracula uideant / Chriſtum ſequi: ſed quoniā manducarunt / ſaturatiq;
ſunt, ſignū enim non quodcunq; petunt: ſed quod putabant Moſem feciſſe / cū
nō anni ſpacio ſed quadraginta integris annis Hebreorū populum manne cibo Exodus.
in deſerto deus aluiſſet. ita nichil uidetur penitus intelligere. quippe qui non di= 16
uine poteſtati ſed Moſi: ſignum illud manne / ſtultiſſime accōmodant, Tale igit̄
etiam a Chriſto flagitant ſignum: parumq; putantes quod in uno die miraculo=
ſe nutriti ſunt / longi tēporis otioſa petunt alimenta, Sic enim aſſenſuros ſe do=
ctrine illius polliceri uidentur. apertum igitur iam factum eſt / quod latebat: qa
non tantum de ſignis curant / quātum mirari laudareq; Chriſtum ſimulāt pro=
pter impuram uentris & otioſam uoraginem, Cap. XXXIII.

» Dixit ergo eis Iheſus. Amen amen dico uobis: non Moſes dedit uobis
» panem de celo. ¶ Acriter etiam nūc nec legē quidem Moſis noſſe illos arguit, nō oportuit enim ipſos ignorare miniſtrum dei ad populum / ac rurſus populi ad deum: nullius aūt miraculi Moſem authorem fuiſſe. Reprehendit ergo eos: quia que dei ſolius ſunt / ſtultum ſimul atq; impiū eſt hominibus attribuere. Manifeſtū igitur eſt cum miraculorū poteſtatē a Moſe abſtulerit: ſibi eam ac patri concedere, quāuis propter auditorū ineptias / aperte id nō dixerit: ne inſtabiles uanoſq; homines cōmoueret. qui nec dignitate loquētis cognoſcebāt: nec de ueritate multū curabant. ſed ſolū Moſe authore inflati: nōnunq̄ maiorē q̄ oporteret honorem ei conferebāt / diuina opera illi accōmodātes. Hinc ergo diſcimus quo animo ſancti patres co-
Ad roma 13 lēdi ſunt. Reddere nāq; debemus (ut ſcribitur) timorē cui timor: honorē cui ho-
1, Ad corī 14 nos debetur. tunc enim iure omnia faciemus: cū unicuiq; ſuū recta proportione reddemus. Nā & prophetarū ſpiritus prophetis ſubiiciuntur, ſed cū de ſaluatore noſtro ſermo habetur: tūc clamare neceſſe eſt. quis in nubibus equabitur do-
Pſalmus. 88 mino / aut quis ſimilis erit domino in filiis dei? Cap. XXXIIII.

¶ De manna qđ figura erat Chriſti & ſpiritalium eius gratiarum,

» Sed pater meus dat uobis panē de celo uerum. Panis enim uerus eſt
» qui de celo deſcendit: & dat uitā mundo. ¶ Non ſolum a falſa opinione qua non miniſtrū ſed authorē miraculorū Moſem fuiſſe putabāt / illos remouet: uerū etiam miraculū illud Moſaicum paruum ac uere nullū cōparatione fuiſſe affirmat. Voceq; ita quaſi clamitat magna. in paruis illis ac tenuiſſimis o uos maiora latere non cogitantes: liberalitatem largitatēq; dīi parua nimiū menſura definitis. Panem enim celeſtē manna ex imperitia nūcupatis: quo (quāuis innumere pene gentes in orbe ſint) ſolū tamen Iudeorum genus / & breui tempore fuit enutritum. ſic contractam miſericordiam dei ac exilem eſſe putatis: ut uni ſolummodo Iudeorum populo celeſtem panem largitus ſit. Manna uero figura quedam erat uniuerſalis dei liberalitatis: loco arre hominibus conceſſa. Nunc uero cum figurarum iam exactum ſit tempus / & ueritas in tanuis adſit: pater meus celeſtem uobis panem largitur / qui per manna priſcis temporibus obumbrabatur, Neminē enim uirum errare uolo: non erat panis ille celeſtis / ſed hic eſt qui uniuerſum terrarum orbem poteſt nutrire / & toti mundo uitam dono prebere, Accuſat ergo ualde Iudeos: qa ueritatem ſpernentes / figuris affixi ſunt. Non enim illud uerum manna & uerus celeſtis panis fuit: ſed ipſe unigenitus filius / uerus panis eſt, qui cū ſit ex ſubſtantia patris: naturaliter uita eſt cuncta uiuificans. ut enim panis hic terreſtris facit imbecillitatem carnis noſtre ſuſtinens atq; conſeruans: ita & ipſe per ſpiritum ſanctum / ſpiritum noſtrum uiuificat / & corpus ipſum a corruptione liberat. Verum quoniam mentionem de manna fecimus: non erit ab re ſi locum de ipſo ſcripture hic tranſcribamus / ac pauca & breuiter ad perfectā huius loci expoſitionē altius explicemus. Sic eni plane uidebitur: qđ uerū māna Chriſti eſt / qui per figuram manne priſcis illis a deo patre dabatur, Quintodecimo inquit
Exodus. 16 die mēſis ſecūdi poſtq̄ egreſſi ſunt de terra egypti / murmurauit omnis cōgregatio filiorū iſrael contra moſem & Aaron in ſolitudine. dixeruntq; ad eos filii

Iſrael.utinã mortui eſſemus per manũ dñi in terra Egypti: quando ſedebamus
ſuper ollas carnũ & comedebamus panẽ in ſaturitate. Cur eduxiſtis nos in de-
ſertum iſtud: ut occideretis omnẽ multitudinẽ fame? Hec hiſtorice ita patent:
ut nulla explicatione indigeãt/quare ſpiritalẽ ſenſum rimemur. Cum adhuc in
Egypto Hebrei habitarent:iuſſu dei ſolemnitatẽ Chriſti celebrarũt, Cibo enim Exodus,
agni:durã tyrannidẽ intolerabileq; ſeruitutis illius iugũ excuſſerant, Rubrum 12
deinde mare miraculoſe tranſierunt: fameq; in deſerto oppreſſi querebant de
Moſe.& dei munerũ obliti:carnes Egyptias/ aliosq; cibos miro modo cupiebãt,
Egyptus igitur/tenebroſa quedã regio interpretatur: & pro conditione preſen
tis ſeculi atq; ſtatu(in quo magna profecto premimur ſeruitute) ſpiritaliter ca-
pitur,Nõ enim deo dediti ſumus:ſed immani tyrãno principi huius ſeculi ſerui-
mus/ & quaſi fetulentũ lutum uoluptates carnis peruoluimus. unde nulla mer-
ces labori:ſed ſupplicia & labores retribuũtur. Sed ſi quando dei preceptorum
nobis in mentẽ recordatio uenerit / & huius ſeruitutis amaritudinẽ intellexeri-
mus:tunc exitus cupiditate capti/ad Chriſtum libertatis initium atq; ianuã ue-
nimus. Huius ſanguine atq; gratia tuti: turbationes huius ſeculi quaſi fluctus
maris effugimus.& integram uiuendi amplexi diſciplinam:in deſerto inanium
cogitationum ſumma tranquillitate quieſcimus.quam tamen nonnunq; tenta-
tiones perturbant:& memoria uoluptatis exagitat.& ſic cupiditate uicti:nõ iu-
re conquerimur/nec parta libertate contẽti ſumus,Nam cũ in fame quadã pri-
marum deliciarum & uoluptatum uerſemur / & labores continentie horreſca-
mus: priorem uitam rurſus concupiſcimus. Magnas enim profecto uires huius
carnis uoluptas poſſidet: quibus facile ab oĩ probitate mentes hominũ deiicit.
Dixit autem dominus ad Moſem, Ecce ego pluam uobis panem de celo.hoc eſt Exodus.
etiam quod in pſalmiſta canitur. Panem de celo dedit eis:panem angelorũ man 16
ducauit homo. Sed perſpicuum eſſe arbitror:non alium panem / neq; aliud ali- Pſalmus.
mentum preter filium dei rationalibus intellectualibuſq; ſubſtantiis propoſitũ 77
eſſe,ipſe igitur eſt manna uerum:ipſe inquam eſt panis de celo/qui omni ratio-
nali creature a deo patre prebetur. ita gratia & miſericordia dei uel a cupidita-
te caducarum rerum uariis multiſq; modis humanam ſolet reuocare naturam,
Nam cum ut magni ponderis lapis ad hec inſtabilia carnis premat appetitus/&
tyrannice ad interitum ſuum redigat:quaſi freno ad deſiderium rerum melio-
rum Chriſtus nos circunducit, & ſanitate mentis donatos: in habitu uirtutis
confirmat.Vides enim etiam illos nunc corporali cibo / & ocioſa captos uita: ad
deſiderium celeſtis panis / ad ſpiritale manna / ad ſpiritus ſancti conſolationẽ/
Chriſti doctrina reuocari, Propterea omni nos patientia muniamur: nec im-
becillitate animi que non licẽt appetamus: ut intellectuale manna Chriſtus do-
minus noſter/in ſua nos pietate confirmet.Verum quoniam non ab re aliquan-
tulum a propoſito exiſſe uidemur: totum hunc locum (perutilis enim eſt) non
grauabimur latius tractare, Queret igitur quiſpiam: cuius rei gratia miſeri-
cors deus non prius q̃ peterent / illis prouidit, ſed cum fameſcentes uideret:
tardus ad patrocinium fuit, Aut quare ſic conqueſtos non puniuit: quos ta-
men poſtea quando ſimiliter egrotantes / panes / carnes / aliosq; cibos deſide-
rabãt, Egyptios/ſupplicio perſecut? eſt. unde ut in Numeris ſcribitur / monu-

mentum cupiditatis locus ille fuit appellatus: ubi hac cupiditate ſuperatos ſepe-
Nūerus. lierunt. Ad primū igitur dicimus: conuenienter petitionē clamoremq; illorū ex-
11 pectatū fuiſſe, Tunc enim gratiſſimū ſolet uideri beneficiū: quando magno ar-
dore petitur / & imminente periculo / neceſſario expectatur, aliter animus ho-
minis / beneficii magnitudinē non cognoſcit. Sed non petitionē illam: clamorem
potius murmurationēq; ac iurgia fuiſſe contēdes. Verū modeſta per orationem
petitio / perfectorū eſt: cui exequatur imbecilliū ac infirmorū obiurgatio & mur
muratio. Nec moleſte ullo modo ſaluator tulit. Nam quemadmodū ploratu ne-
ceſſaria ſibi alimenta infantes flagitant / & hoc modo mater ad fouendos filios
ſuos prouocatur. ſic conqueſtuoſus obiurgationiſq; plenus clamor ad deū / pe-
titionis (ſi ab infirmis adhuc & infantibus in habitu uirtutis fit) locum retinet,
Quod autem quāuis terrenis uiderit cupiditatibus ſuperatos / non puniuit ta-
Pſalmus. men ſtatim in initio: hec (ut mihi quidē uidetur / cauſa eſt, Nā quoniā nuper ab
103 Egypto effugerint / panēq; celeſtem qui cor hominis corroborat adhuc nō rece-
perint: facilius poterant in cupiditates carnis incidere. propterea & uenia digni
uiſi ſunt. Poſtea uero q̄ dño fruebantur / ut ſcribitur: tūc iure quoniā corporalia
ſpiritualibus prepoſuerunt / acerba dederunt ſupplicia / & ad ſupplicia inſignē
Exodus, calamitatis memoriā reliquerunt, Egrediatur populus & colligat que ſufficiunt
16 per ſingulos dies. Sēſibile illud manna: intelligibile hoc figurabat, Eſt autē intel-
ligibile manna / ipſe Chriſtus: ſenſibile uero / rudior legis diſciplina, Ad dies aūt
ſingulos colligebant / & in craſtinum reſeruare uetabantur: quia ſaluatoris ad-
uentu figure legis ceſſarunt, & colligere inde alimenta non poſſumus: ipſa ueri
tate nobis & pane celeſti ad fruitionē propoſito. Die autem ſexto parent quod
inferant: & ſit duplū q̄ colligere ſolebant per ſingulos dies. Conſidera diligeter /
quia ſeptima die ſenſibile māna colligi noluit: ſed pridie collecto uti iuſſit. Septi-
ma enim dies / ſaluatoris tempora ſignificat: in quibus ſanctificati ſabbatiſmum
peccatoꝝ agere debemus, alimēta fidei ab antecollecta quoq; legis cognitione /
accipientes. non tamē neceſſario modo colligimus: qui uerum cibum habemus /
& panem de celo retinemus. Duplici autē menſura ante ſeptimā manna colligi-
tur: quia tempore legis exacto / & ſeptima / id eſt Chriſti aduentu incipiente: du-
plici quadā gratia / legali ſcilicet & euangelica in fide homines roborātur. qđ per
Matheus, parabolā dominus docuit, omnis ſcriba inquit / regni celorū diſcipulus effectus /
13 diuiti homini ſimilis eſt: qui ex theſauro ſuo noua & uetera ꝓducit. Vetera enī /
Exodus. legalia ſunt: noua uero / Chriſti. Dixerūtq; Moſes & Aaron ad oēs filios Iſrael /
16 ueſpere ſcietis quod dominus eduxit uos de terra Egypti: & mane uidebitis glo-
riam domini. dabit enim dominus uobis ueſpere carnes edere: & mane panes in
ſaturitate. Attende / diſtingueq; diligentius ſingula, Nam coturnix legē quodā
modo denotabat, nunq̄ enim effertur uolatu / ſed prope terrā ſemper hec auis
uolat. Nam & diſciplina legis / terreſtris quodam modo eſt: animaliū oblationes
& purificationes Iudaicas continens / quibus illi non multū e terra leuabantur.
Veſpere autem traditur: uel quia magna obſcuritate figure legis inuoluuntur /
uel quia mūdus tenebrarū effuſione tenebatur / luce uera carēs que eſt Criſtus,
Ioannes. ego inquit lux in hūc mūdum ueni. Cognituros autem ait quod dominus eduxit
12 eos ab Egypto; quia uniuerſalis quedā atq; cōfuſior in Moſaicis libris ſalutis co-

gnitio ſolūmodo eſt, Nondū enim aderat gratia: quod ipſe ſignificauit dicens,
mane uidebitis gloriā domini: dum det uobis panes in ſaturitate. Solutis enī no-
cturnis legis iam tenebris / & ſole nobis intelligibili orto: preſentis domini gloriā
intuentes / copioſiſſime panem celeſtē ipſum rurſus Chriſtū aſſequimur. Factū Exodus.
eſt ergo ueſpere / & aſcendens coturnix operuit caſtra. mane quoq; ros iacuit 16
per circuitū caſtrorum, cūq; operuiſſet ſuperficiē terre: apparuit in ſolitudine /
album ac minutum quaſi coriādrū, Conſidera rurſus ſpiritaliū ordinē ſenſuū.
Nam de coturnice quidem dicitur: quod caſtra operuerit, de manna uero: quia
ceſſante rore mane de celo deſcēdit per circuitū caſtrorū in facie deſerti. Lega-
lis enim diſciplina quam per coturnicē intelleximus: figuris atq; umbris, Judeo-
rum populum contegit, Latet enim (ut Paulus ait) uelum in corde ipſorum / et 2. Ad corī
cecitas ex parte, Sed poſtea quam mane factum eſt oriente iam ſole uero euāge 3
lica doctrina fulgēte / cum etiam ros id eſt rudis & pruinoſa mādatorū legis ob- Ad roma
ſeruatio iaceat atq; deſinat (finis enim legis & prophetarum / Chriſtus) tunc ue- 10
rum de celo deſcendit manna / tunc euāgelica doctrina rutilauit. non in hebre-
orum cōgregatione atq; ſynagoga: ſed per circuitū caſtrorum in facie deſerti Eſaias.
ac ſolitudinis / in omnibus uidelicet gentibus / in eccleſia gentium de q̄ dictum 54
eſt: qa multo plures ſūt filii deſerte q̄ eius q̄ habet uirū, In omnē enim terrā in-
tellectualis manne gratia fuſa eſt, que coriādro comparatur / et minuta dicitur:
quia tenuis profecto eſt & frigidior, diuini ſermonis uirtus / paſſionū ardores
frigidtate ſua extinguens, frigidiſſima enim dicitur eſſe uis coriandri. Quod Exodus.
cum uidiſſent filii Iſrael: dixerunt adinuicē, quid eſt hoc? cum huius rei nullum 16
haberēt periculum / nouitate rei perculſi: alter ab altero quid illud eſſet petebāt:
et hinc nomen rei factum eſt, Manna enim ſyrorum lingua: quid eſt hoc / ſigni-
ficat, Vnde iudicio meo denotabatur: ut reipſa modo uidemus non cognituros
Chriſtum Iudeos, Dixitq; Moſes ad eos, nullus relinquat ex eo in mane. qui nō
audierunt eum ſed dimiſerunt quidam ex eis uſq; mane. & ſcatere cepit uermi-
bus / & cōputruit: & iratus eſt contra eos Moſes, Mane rurſus in his ſplēdidiſſīa
ſaluatoris aduētus tempora ſignificat: quando umbra legis depulſa / & tenebris
gētium illuminatis / unigenita lux ſpirituale nobis diluculum eluxit: iuſſit autē
Moſes manna illud nullo modo ad mane uſq; relinquere: quia orto ſole umbra-
cula legis euaneſcūt / & ueritatis preſentia / figure omo deſinunt. Quare Paul? Ad phili,
quoq; iuſticiā legis rutilante Chriſto: inutilem oſtendit / dicēs de ſeipſo, per quē 3
omnium iacturā feci / omniū inquit: quibus lex plurimū iactabat. dico enim ait
omnia eſſe ſtercora: dūmodo Chriſtū lucrer / & inueniar in eo nō habens iuſti-
ciam legis / ſed eam que eſt per fidē Ihesu Chriſti. nihil igitur paulus ut ſapiens /
ad mane uſq; cōſeruauit. qui autem tunc ſenſibile illud manna conſeruauerūt:
bi Iudeorum incredulitatem figurabant. quibus non oportuna legis cōſeruatio:
putredinē ſane ac uermes parıet. unde merore quoq; affectū & ira concitatum Exodus,
Moſem legimus. Dixitq; Moſes ad Aāron, Sume aureū uas unū: mitte ibi māna 18
quantū poteſt capere gomor / & repone corā domino ad ſeruandū illud. Ex ad-
miratione iam exclamauerim. O profunditatē diuitiarū ſapiētie ac cognitionis
dei. Incomprehenſibilis nempe in ſcripturis ſapientia latet: & magna profundi-
tatis altitudo in ipſis inuenitur. Cōſidera oro diligentius: quid in hac ultima par

ticula reconditū eſt. Nam quoniã uerũ mãna illo ſenſibili figuratus eſt Chriſtus neceſſario nunc docet / qua gloria & uirtute plenus eſt qui Chriſtũ in ſeipſo recondit / qui Iheſum in corde per ueritatẽ ac fidem rectam fixum firmiter gerit. Audis enim quomodo uas aureum per Aarõ impletur manna: & coram deo ad perpetuam conſeruationẽ reponitur. pia enim ſanctaq; anima / que Chriſti fidẽ concepit / que totum in ſeipſa celeſtẽ theſaurũ cõdidit: preciosũm atq; aureum uas eſt. & a pontifice omniũ deo patri offeretur: ſeruabit urq; in conſpectu eius ineternũ. Merito igitur inflatos Moſis doctrina Iudeos putanteſq; ab eo manna datum priſcis fuiſſe / nec aliquid ultra figurã intelligentes: Chriſtus redarguit dicens, Amen dico uobis: nõ Moſes dedit uobis mãna, Oportebat enim omnino illos miniſtrum ſolummodo fuiſſe Moſem non ignorare, res enim ipſa: non potuit hominis opus eſſe. dei ergo fuerat munus quo celeſtis panis non unius gentis ſed totius mundi uita ſignificabatur. Cap, XXXV.

» Dixerunt ergo ad eum: dñe da nobis ſemper panẽ hunc. ¶ Denudatur iam penitus (quãuis latere ſtuduiſſet) animus Iudeorum, patet etiam non poſſe Chriſtũ mentiri. nõ enim quia ſigna uiderunt ſequuntur: ſed quia uſq; ad ſaturitatẽ comederunt, de quorũ ignorãtia oportune dixerim, ecce populus fatuus atq; uecors: oculi ſũt ipſis & non uident, aures ſunt ipſis & non audiunt. Nã etſi multis uicibus a carnali eos ſenſu ſaluator remoueret / etſi ad ſpiritalẽ mirabili ſua doctrina contẽplationẽ illos reuocaret: nihil tamen proficiunt / neq; a carnalibus ullo modo recedunt. quippe panẽ audientes quo uita mundo datur: terreſtrẽ intelligebant, Ventri ergo quaſi deo ſeruientes merito audient. quorum gloria in confuſione ipſorum. Similes enim ſunt Samaritane illi muliери / que cum longam de intelligibili aqua Chriſti orationem audiſſet aperte dicentis / qui bibit ex hac aqua iterum ſitiet, quicunq; autem bibet ex hac aqua quã ego dabo / fiet in ipſo fons ſalientis in uitam eternam: nihil tamen intelligens / ad ſenſibilium memoriã aquarum labebatur dicens. da mihi domine hanc aquam ne ſitiam / & ne ueniam huc haurire. ſed illa & Samaritana & mulier / quare nõ mirum ſi tardior fuit. Iſti uero & Iudei & uiri: nichil uirilis prudentie habent / ſed uentris effeminantur cupiditate / uere de ſe dictum eſſe oſtendentes, Stultus ſtulte loquetur: & cor eius uana intelliget. Cap, XXXVI.

» Dixit autem eis Iheſus: ego ſum panis uite. ¶ Quamq; ſolitus fuerit Chriſtus enigmatice quodam modo nec aperte nimium myſteria exponere / ne res diuine celeſtis etiam hominibus in deriſionem paterent: nonnunq; tamen propter audientiũ imperitiã cum nihil eos intelligere uideat / omni ambiguitate ſermonis remota / dilucide ac breuiter totã myſterii uim explicat / ut nulla excuſatio nõ credentibus relinquatur. Quod aũt obumbrato quodã ac ſubobſcuro plerumq; ſermone uteretur: ipſe docet in pſalmis dicens. Aperiam in parabolis os meum, Eſaias quoq; hoc ipſum demonſtrat clamans. Ecce rex iuſtus regnabit / & principes cum iudicio principabũtur: & erit homo occultans ſermones ſuos. illũ enim regnaturũ prenũciabat: qui dicit. Ego autem cõſtitutus ſum rex ab eo ſuper Syon montẽ ſanctum eius: predicans preceptũ domini, Iudicio autẽ id eſt rectitudine principes

Hieremi, 5
Ad phili, 3
Ioannes, 4
Eſaias, 32
Pſalmus, 77
Eſaias, 32
Pſalmus, 2

id eſt ſancti diſcipuli omnia gubernaturi fuiſſe ſcribuntur: qui ad ſaluatorē ſer- Lucas,
mones ſuos celantē accedebant ſepius atq; dicebant. Expone nobis parabolam 8
hanc, Ipſe quoq; cauſam adieciſſe inuenitur: ut uidentes non uideant / & audiē-
tes non audiāt neq; intelligant. Non enim erāt digni: ac ideo iuſta dei ſententia
electi ſunt. Multis igitur uerbis ultro citroq; habitis / poſtq̄ illas nihil intelligere
uidebat: apertiſſime iam ego inquit ſum panis uite, O ſola imperitia excellentes
homines, cum de celo daturū ſe deus panē uobis dixerit / & tantā banc rem polli
citus ſit: nō erubeſcitis de ſenſibili manna ita hoc intelligere / ut ulterius progre-
di nolitis. Non ſentitis: quia breue illud & paruū tam uobis erat qui accepiſtis / q̄
deo qui largitus eſt. Nolite igitur credere illū fuiſſe panē de celo, Ego enim ſum
panis uite: qui olim uobis figura ſolūmodo datus / nūc adſum omnē adimplens
figuram. Sum autē panis uite / non corporalis qui fami ſolū corporee remedium
preſtat: ſed qui totū animal ad uitam eternā reformē / & morte ſuperius efficiā.
His autē uerbis ſuboſtendit ſanctiſſimi ſui corporis uitam & gratiā: qua in nobis
unigeniti proprietas / id eſt uita & ingreditur & permanet. Illud etiā ſcire opor-
tet qđ quadraginta integris annis (Moſe adhuc uiuente) manna illud ſenſibile Exodus,
Iudeis largiebatur a deo. ſed poſtq̄ Moſes diem ſuū obiit / & ductor populi Ioſue 16
factus eſt / Iordaneq; traiecto lapideis circūciſi gladiis: pane nutriti ſunt / nō am-
plius manna pluente deo. Hinc ſignificatur / quia cū Moſes nature conceſſerit / Ioſue,
id eſt quando legalis cultus figure ad exitū uenerint: Chriſtus uerus Iheſus atq; 5
ſaluator nobis apparuit / qui ſaluum fecit populū ſuum de peccatis eorū. & tūc Matheus,
nos Iordanē tranſgreſſi / ſpiritalē circunciſionē doctrina duodecim lapidum id 1
eſt diſcipulorū Chriſti accepimus, de quibus ſcriptū eſt, qđ lapides ſancti uoluū-
tur in terra, omnem enim orbē terrarum peragrarunt illi: qui nos circunciſione zacharie,
non manu facta / ſed ſpiritali per ſpiritū ſanctū circunciderunt. Quādo igitur 9
ad regnū celorum per Chriſtū uocati ſumus (non enim aliud ſignificat Iudeo-
in repromiſſionis terram ingreſſus) tunc & manna ſenſibile deſiit. nō enim lit-
terali amplius legis ſenſu / ſed celeſti pane id eſt Chriſto ad uitam eternā nutri-
mur / & morte deſtructa dei participes gratia ſancti ſpirit⁹ & communicatione
corporis domini efficimur. Cap, XXXVII.

33 VI uenit ad me non eſuriet: & qui credit in me non ſitiet unquam,
NOnihil his uerbis latere mihi uidetur: quod enodare neceſſe eſt
tolebat Chriſtus ſanctorum uirorum gloriā non modo nō depri-
mere / ſed etiā confirmare. Vetum cum nonnullorū inſcitia / excel-
lentiam Chriſti nō cognoſceret / ac ideo plus illis atrribueret: com-
modiſſime ac ſubocculte ab ipſarum rerum collatione in infinitū ſe illis preſta-
re modeſtiſſime oſtendit. Loquebatur olim ad Samaritanam: & ei ſe uiuentem
aquā dare pollicebatur, quod illa minime intelligens / an tu maior es dicebat pa- Ioannes.
tre noſtro Iacob / qui dedit nobis hunc puteū? Ab hac ergo uolens eam ſaluator 4
opinione remouere / ac ſe abſq; comparatione maiorē oſtēdere: ad aquarū dif-
ferentiā uenit. quicunq; enim ait ex hac aqua bibit: ſitiet rurſus. quicūq; autem
biberit ex aqua quam ego dabo: fiet in ipſo fons aque ſalientis ad uitam eternā.
Quid igitur hinc ſequitur? Illud profecto: ſuperiorē eſſe multo eum / qui multo
maiora tradere poteſt. Tale quid etiam nunc facit. nam quoniā ſuperbire Iudei

uidebantur/Moſem ſemper anteponentes/& Moſaicam ut conſueuerāt ſequi doctrinā magis q̄ Chriſti uolentes/manne copiā & aquarū e lapide fluxum animo uoluebant/& ſic illū Chriſto maiorē putabāt: neceſſario ad conſuetum ſibi modū delatus/aperte quidē maiorem ſe Moſe non dicit:ne in iram infrenis illorum audacia incideret/ſed rem quam admirabantur ita ponit:ut ex comparatione minimam oſtendat,non enim eſuriet inquit/qui uenit ad me:& qui credit in me nunq̄ ſitiet, dederit ergo inquit(ut hoc uobis concedatur) Moſes manna: ſed qui comederunt rurſus eſurierunt. produxerit copioſa ex lapide flumina; ſed qui bibebāt rurſus ſitiebant. Q. ut uero ad me uenit/nunq̄ eſuriet:& qui in me credit nunq̄ ſitiet. Quid igitur Chriſtus pollicetur:quid credentibus affert? corruptibile certe nullum:ſed benedictionē quam cōmunicatione corporis atq; ſanguinis Chriſti/aſſequimur,unde ad eam incorruptionē integre reducemur: ut cibo & potu corporali nō indigeamus,uiuificat enim corpus Chriſti:& ad incorruptionē ſua participatione reducit. non enim alterius cuiuſdam ſed ipſius uite corpus eſt/uirtutē incarnati uerbi retinens: & plenum poteſtate illius/quo uniuerſa & uiuunt & ſunt. Quę cum ita ſe habeant/ſciant baptizati homines & diuine gratie participes facti:ſi rarius in eccleſiam proficiſcantur/& lōgo tem porū ſpacio propter ſimulatā religione myſtice cōmunicare Chriſto recuſent: ab eterna ſe uita procul depellere, quippe recuſatio huiuſmodi quāuis ex religione proficiſci uideatur: & ſcandalum facit/& laqueos inſtruit,quare oportet omnibus uiribus a peccato mundari:& recte uiuendi ractis fundamentis magna cum fiducia ad ſumendam uitam concurrere, Sed uarie ſunt diaboli multiplices q; ad decipiendū inſidie,Nam primū ad uiuendum turpiter inducit,deinde cum malis onerati fuerint/tunc abhorrere a Chriſti gloria perſuadet:qua poſſent a turpitudine uoluptatis/quaſi ab ebrietate reuocari. quare demus operā oro/ut uinculis eius abruptis & iugo ſeruitutis peccatorū excuſſo: in timore domino ſeruiamus. & ut carnis uoluptate per cōtinentiam ſuperata: ad celeſtem gratiam accedamus/corporiſq; Chriſti participes efficiamur. Sic enim ſic inq̄: & diabolum fugabimus/& diuine nature participes ad uitam & incorruptibilitatem aſcendemus,

NOTA

Cap. XXXVIII.

» Sed dixi uobis; quia & uidiſtis me & non credidiſtis, ¶ Multis eos inducit rationib⁹/& omni modo ad fidem & ſalutē impellit. & (ut deus) non ignorat:quanta incredulitate teneantur. ut ergo ſciant non ignorare ipſum quales ſunt futuriq; ſunt/intelligantq; ira diuina perditum iri omnes qui tales ſunt: idcirco intulit. ſed dixi uobis:quia & uidiſtis & me & non creditis. Sed ubi dicet quiſpiā tale quid Chriſtus dixit? Eſaiā queſo audi, Vade & dic huic populo. audite audiētes & nolite intelligere/& uidete uiſionē & nolite cognoſcere. excecatū enim eſt cor populi huius. An non uera hec oratio rebus ipſis demonſtratur? uiderūt tunc deū eſſe naturaliter dominū:quando quinq; ordeaceis panibus & duobus piſcibus multitudinem eorū ſaturauit,uiderūt:& tamē non credunt/quia peccatorū uinculis coartati/nec liberatorem quidem ſuum cognoſcere uolunt,ideo ira dei digne ipſos excecauit:& rudius factū eſt cor eorū. Quod aūt ſigni miraculo deū eſſe aut uiderūt aut uidiſſe potuerūt:unde maxime cōſpicies/quod ex admiratione nimia

Eſaias. 6

rapere ipſum uolebãt: & regẽ facere. Nullus igiſ eis excuſationis locꝰ relinquiſ: qui admirãtes ſigna / & ab eis ad cognoſcẽdas uires eius inducti / abhorrẽt tamẽ a fide / & a bonis moribus in profundũ perditionis deſiliunt. Cap, XXXIX.

OMne quod dat michi pater: ad me ueniet, ¶ Non ſimpliciter dicit Chriſtus / quia & uidiſtis me & non creditis: ſed cauſam quoq; cecitatis neceſſario ſubiecit / ut diſcant in diuinam ſe iram occurriſſe. Quare optimus medicus cauſam eis ſubaperuit: non ut in morbo ſemp morent / ſed ut citius atq; facilius ab eo reſiliant / omni modo deũ placãtes quem peccatis ſuis irritarunt. Venire autem ſaluator etiam ait ad ſe quod pater ſibi dederit: nõ quia ipſe non poſſit quoſcũq; uelit adducere (quo modo enim cui omnia ſubiecta ſunt / ut Paulus ſcribit) ſed quia nemini hoc niſi ſoli diuine nature conceditur / ut ignorantie tenebris inuolutos illuminet: ſicut homo / patri hãc rem attribuit, quod eſſe ſolitũ facere multotiẽs diximus, Cum autem ad ſe uenturũ omne quod pater dederit dicat: iam iã uenturas gentes ſignificat. ita cõmodiſſime minari uidetur iacturã gratie quam facturi erant: allatis a deo patre ad uiuificantẽ & natura filiũ uniuerſis miſericorditer gẽtibus / ut benedictionis eius ac diuine nature participes ad uitam & incorruptibilitatẽ reducantur / in priſcu m nature habitũ reformare, quemadmodũ igitur quiſpiã egrotum medico affert ut ei medeatur: ſic a deo patre illos qui digni ſalute ſut / filio adduci dicimus, perniciosa enim res omnino eſt / cordis duricies. ideo prophetico ſermone iudeis imperatur: ut duriciam cordis circũcidantur. quod illi quidem recuſarunt: nos autem quos pater filio dedit ſuſcepimus. & ſpiritu ſancto circunciſi: occultius ac myſtica circunciſione ludei ſumus. par igitur eſt duriciem illorum abhorrere: & facilitate animi ad pietatem ac fidem / imminẽtem illis perniciem effugere. Cap, XL.

1. Ad corĩ 1

Hieremi, 4

ET eum qui uenit ad me: non eiiciam foras. ¶ Non erit ait inutilis eis qui ad me ueniunt fidei pietas. & certe oportebat gloriosam atq; utiliſſimam eis qui afferuntur; patris adductionẽ oſtendere. Adeunt ergo inquit omnia bona iis: qui ſupertore gratia uocati ad me ueniunt, nõ enim eiicio foras uenientẽ nec quaſi uas futile repellã / ut a quodã propheta dicitur. Vituperatus eſt Hieconias ſicut uas cuius nullus eſt uſus: & proiectus in terrã quam ignorauit. Terra terra / audi ſermonẽ domini, Scribe uirũ iſtum hominẽ abdicatũ, Non ergo abdicabitur inquit / nec ut inglorius eiicietur qui uenit ad me. nec erit expers mee benignitatis / ſed recondetur in horreũ / & in celeſtes manſiones diuertet / ingredieturq; quo mens hominum nequaq̃ cogitauit, Oculus enim non uidit / & auris non audiuit / nec in cor hominis aſcenderunt ea: que deus diligentibus ſe preparauit, Cũq; autẽ dicitur / non eiiciam foras uenientem: illud profecto dicitur / non tradam iudicio fidelem qui diuina gratia munitus eſt, foras enim hoc: tale quid ſignificare cõperies. ut in illa apud Matheum parabola. Simile eſt regnũ celorum ſagene miſſe in mare / & ex omni genere piſcium congreganti: quam (cum impleta eſſet) educentes & ſecus littus ſedentes / elegerunt bonos in uaſa ſua / malos autem foras miſerunt. Nam quod collecta ſint bona & in uaſis depoſita: id probos atq; pios in celeſtibꝰ atriis ſemper uicturos ſignificat, quod autem inutilia foras eiecta dicuntur: id omniũ

Hieremi, 22

1. Ad corĩ 2

Matheus 13

bonorum iacturã facturos / & in iudicium caſuros impios denotat, Cum igitur dicit Chriſtus / quia eum qui uenit ad me non eiiciam foras: euaſurum ab eternis ſuppliciis integra uenientẽ fide populum demonſtrat, ita remotis a pietate minari michi uidetur: niſi uere ſincereq; credant / procul a ſe omnes proiiciendos / nolenteſq; ab eo receſſuros, Qua enim ratione non eiecturum ſe foras uenientes pollicetur: eadem ſane non uenientes eiecturum minatur.

¶ Tertii libri commentariorum Cyrilli in Ioannem / finis.

¶ Commentariorum Cyrilli in Ioannem liber quartus.

¶ Quod cum a deo patre naturaliter filius ſit: nulla in re minor ipſo eſt / etiam ſi dicatur a quibuſdam illi ſubiectus eſſe, Cap. I.

» Via deſcendi de celo non ut faciã uoluntatẽ meam / ſed uoluntatem
» eius qui me miſit patris, ut omne quod dedit mihi pater / nõ
» perdam ex eo: ſed reſuſcitẽ illud in nouiſſimo die, ¶ Videbitur certe ſi quis ſuperficiem (ut ita dicã) ſolã uerborũ conſideret: difficilis nimium hic ſermo / adeo ut multa hinc aduerſus rectam fidem / ueritatis inimici habituri argumenta uideantur. Sed nichil hic arduũ eſt. facilia enĩ omnia ſunt intelligẽtibus: & recta his q cognitionẽ inueniunt / id eſt illis qui pie ſcripturarũ myſteria intelligere conſueuerũt, Rationẽ ergo quodã modo ut certiores ſimus / Chriſtus hic affert: quare non eiiciatur foras quicũq; ad ſe uenit, Hac enim inquit de cauſa deſcendi de celo / id eſt uoluntate patris homo factus / quaſi etiã inuoluntarias res non recuſauit: modo eternã uitã reſurrectionẽq; a mortuis (morte deſtructa) credẽtibus prebeã. Quid aũt erat qđ uoluntariũ & non uoluntariũ Chriſto fuiſſe dicimus? Iudeorũ in illũ iniurie / flagella / ſputa / calũnie / mors ipſa. Hec enĩ propter nos paſſus eſt Chriſt⁹. Nam ſi potuiſſemus nos ſaluari (qđ illi ſtudio erat) abſq; paſſione omnino ſua: noluiſſet certe opprobria illa pati. Verũ quoniã libera uolũtatis poteſtate uſi Iudei omnino cenſuerũt tot tantaq; ipſi facere: admittit paſſionẽ propter nos / & facit uoluntariũ ſibi quod per ſe erat inuolũtariũ / propter humani generis utilitatem patre aſſentiente ac cõprobante, Hinc enim maxime immenſam diuine nature bonitatẽ inſpicimus: qđ etiã id propter ſalutẽ noſtram non recuſauerit / quod per ſe erat abiiciendũ. Qđ autem nõ uoluntariũ quodam modo Chriſto erat crucis patibulum / uoluntariũ autẽ propter uolũtatem patris & propter ſa-
Matheus. lutem noſtrã: unde facile diſces, Cũ enim ad paſſionẽ acceſſurus eſſet: patrem in
26 orationis habitu alloquebatur dicẽs. Pater ſi poſſibile eſt: tranſeat a me calix iſte Verũtamen non ut ego uolo: ſed ut tu. Ea enim ratione qua uerbũ dei deus eſt / & ipſa naturaliter uita: nemo ambiget quod nullo modo mortẽ formidauit, caro autem factus: permittit carni ut ſua patiatur. & ideo ut uere homo: preſentẽ iam in ianuis mortẽ timeſcit ac dicit / ſi poſſibile pater eſt: trãſeat a me calix iſte, Verũ quoniã aliter fieri non poteſt: fiat non ut ego uolo ſed ut tu. Vides quẽadmodũ natura humana etiã in ipſo Chriſto ſua patitur & formidat? ſed a cõiuncto ſibi uerbo ad conuenientẽ deo fortitudinẽ & robur reducitur / doceturq; ne qđ ſibi uidetur ſed diuinã uoluntatẽ ſequatur: & illo ſemper tendat quo uolun-
Matheus tas dei perducit. hec ipſa ueritas ita ſe habere cõfirmat. Spiritus enĩ inquit prom
26 ptus / caro autẽ infirma. Non enĩ ignorauit Chriſtus nõ parũ a dignitate abeſſe

diuina;qđ mors timẽda uideatur.propterea imbecillẽ quidẽ naturaliter carnem eſſe dixit;promptũ autẽ ſpiritũ/qui ſciebat nihil eſſe mali calũnus iniuriantium uexari.Perſpicis non fuiſſe propter carnẽ uoluntariã Chriſto morte;fuit tamen uolũtaria/quoniã propter eam ſecundũ uoluntatem patris ſalus & uita hominibus donata eſt,idipſum etiam hic ſignificare uidetur, cum dicat eam eſſe uolũtatem patris ut nullum eorũ qui ſibi afferũtur perdat / ſed exuſcitet eum in nouiſſimo die.Nam(ut iam diximus)Chriſto ſicuti uite ac ſaluatori : fidei ſalutiſq; indigẽtes/miſericordia patris adducit. ¶Sentio me inconcinna/ueritatis inimico dicere.Non enim conſentiet;ſed magna uoce clamabit,Quo nos his tuis excogitationibus ſeducis : quo a ueritate orationẽ diuertis? Erubeſcis uidelicet uel nolentẽ ſubiici patri filium cõfiteri.An hinc tibi conſpicuũ non fit;non eſſe principem filiũ huius diſpenſationis/ſed uoluntati patris ſubiectum? non enim ignorat ita ſe patri ſubiici;ut modo quodã cogatur etiam que nolit facere/& ſic facere ut nolens facere uideatur,Non enim que ipſe uult;ſed que pater uelit/ facere ſe ait.Nec mihi dicas inquit ut ſoles;ut hominẽ eum ſubiici,Cũ enim adhuc uerbum homine nudum eſſet.deſcendit de celo : ita uel anteq̃ ſerui formã aſſumeret / patri ut maiori atq; preſtantiori ſubiiciebatur, ¶Acerrimis ut putas ogeneroſe tu uerbis in nos excurris;non tamen recte/ ſed extra regiã tritamq; ſemitam curris.Recta enim uia omiſſa;ad percipitia & rupes acutas teipſum inimittis. nos autẽ non diſſidentẽ inter ſe neq; diſſentientẽ trinitatẽ eſſe firmiter credimus;nec aliud unq̃ patrem/aliud filium/aliud ſpiritũ ſanctum / ſed unum & idem ſemper uelle,ac unam & eandẽ eſſe uoluntatẽ: ſicut unam & eandem naturam trinitatis fatemur.Ceſſet igitur omnis longa oratio; abſit omnis contentio/abſint uerba fruſtra uobis excogitata.Verum quoniam impie tam ſentire q̃ loqui didiciſtis/&quoniã cum uoluntatẽ patris filius ſequatur/neceſſario ſubiectum eſſe patri putatis,pauca uobis hac de re dicenda uidentur,Nam ſi ex ſimplicitate ſubiici patri filium diceretis;nec nos fortaſſis diligentius in cõtrouerſia hec uerba oporteret diſcutere,cum uero malicioſe inſidiemini : neceſſario/uirtute ac gratia ſancti ſpiritus freti / magno animo inſurgemus,nõ abſolute neq; in omnibus;ſed de re quadam determinata / propter ueſtras(ut michi uidetur) friuolas rationes. Prouidebat enim nobis ut deus. non ſuã ſed patris uoluntatẽ ſequi filius aſſeruit,ita inuoluntariũ ad uoluntariũ reddidit / paſſionẽ dico crucis/de qua/una uoluntate tota trinitas conſenſit ut diximus.qđ licet a uerbis ipſius aperte percipere, Hec enim eſt inquit uoluntas patris : ut omne quod dedit mihi/non perdam ex eo / ſed reſuſcitẽ illud in nouiſſimo die.quãuis autem uoluntariã & nõ uoluntariã quodam modo paſſionem crucis fuiſſe paulo ante diximus;latius tamen ad utilitatẽ legentiũ repetere placuit / ſi prius de ſubiectiõe quã nobis incutitis nonnihil diſſeruerimus, Eſt autẽ nobis preſuppoſitũ ſemper quod ab eccleſia ſine ulla dubitatione ſuſcipitur; unius & eiuſdẽ trinitatem eſſe uoluntatis atq; ſententie, ¶Reſpondeant igit nobis queſo utrũ ipſum eſſe filii aliud q̃ ſubiectio ſit/ita ut natura eiꝰ ſubiectio ſit/ ut humanitas hominis: an eſt ipſe quidẽ per prius exiſtẽs/deinde quaſi conditione quadã propria patri ſubiiciatur;ut de angelis & de homine rationali dicimus.Creatura enim per prius exiſtens;ſubiectionis modũ per poſterius habet.Nam ſi primũ uere dici putatis;nõ

Heretica debacha. tio.

Deſeſio.

filius profecto/ſed ſubiectio/dei uerbū erit. Et quomodo non erunt hec furoris plena? Subiectio enim ipſa ut ſubiectio / quomodo ſubſiſtere intelligetur? Talia enim omnia/neceſſario ſubiecta requirunt quibus accidere ſolent:& ſubſtantiis potius accidunt / q̄ per ſeipſa ſubſiſtere uideātur. & quemadmodum cupiditas qua que cupiunt ad expetibile ferūtur/nunq̄ per ſeipſam ſubſiſtit / ſed ſuſcepti bili ſolet ineſſe: eodē certe pacto ſubiectio cum uoluntatis inclinationē ad paren dum alicui oſtendat / non ſeparata quadā natura ſubſiſtit / ſed ſicut paſſio aut uolūtas aut cupiditas alicui eorum ineſt que ſunt. ¶ Preterea tam res ſubiectio- 2
nis q̄ nomē ipſum/ſi ſolū profertur / uix certe intelligit̄ nec utrū bonū an malū ſit cognoſcit̄/niſi cui? rei ſubiectio ſit/addat̄. Nā tū deo diabolo ſubiici quiſpiā dicitur. & quēadmodū calliditatis nome mediū eſt (callidi enī multi ſūt ad male faciēdū:& callidi rurſus ad effugiēda incōmoda cōmodaq; q̄renda) ſic ſubiectio mediū quoddā eſt/& incertū/quouſq; ſcias cui? ſubiectio eſt, Quare ſi filius na tura:qđ ſubiectio ſit dicere non poſſumus. Ipſa enim ſubiectio ſecundū uos fili? eſt. incerta igitur quedā & dubia natura filii erit. ¶ Sed nullo modo ſubiectionē 3
per ſe ſubſiſtere intelligemus:ſi ad creaturas reuerſi hoc ipſum conſiderabimus Nam ſi hominē nil aliud eſſe q̄ ſubiectionē fingemus:non erit homo/de quo dici poſſit qđ ſubiectio non ſit. Quomodo ergo ſi homo natura in ſubiectione repe
Pſalmus. ritur/dicitur a pſalmiſta/ſubiiciaris domino & ſupplices ei? Hoc enim ad eū di-
36 citur:qui non modo natura ſubiectio non ſit/uerū etiam cui ſubiectio nō acceſ- ſerit. uides igitur q̄ inane q̄ falſum ſit/addā etiā inquū:ſi quis ſubiectionē ſubſi- ſtere per ſe credat. Erit ergo neceſſe in ſua natura per prius ſubſiſtere filium: deinde ſubiici patri confiteri. Quid igitur nos coget eum qui natura genitus eſt a patre/qui ſigillum eſt/a ſubſtantia patris remouere? ſed nos quidē recte & ſen tientes & predicantes:cōſubſtantialē genitori filium / & equalē in omnibus cre- dimus, Tu uero uideas quomodo ab equalitate patris propter hanc quam dicis ſubiectionē filium deturbas: qui eiſdem omnibus propter identitatē ſubſtantie
Calūnia. naturaliter bonis pollet. ¶ Sed hoc ipſum inquiunt ſententiam roborat noſtrā:
impiorū. quod non uoluntatē ſuā/ſed patris facere filius fateatur. Nam cum obtēperare ſe illi omnino dicat:ut preſtantiori ſcilicet atq; maiori obtēperat, ¶ Hoc ipſum ego etiā inq̄ nullum ueritatis fructū in uerbis tuis eſſe oſtēdit, Et enim ſi quiſnā preſtātior & maior in gloria ſit/in queſtiōe uerſaretur: uideretur fortaſſis quā- dam (q̄uis etiam tunc infirmam) ſubiectionis nomen rationē habere. Cum uero utrum cōſubſtantiales ſint pater & filius queratur / ac conſubſtantiales eſſe nō inficiemur:quomodo non eſt inſanum maiorē filio patrē putare? maius enim & minus & huiuſcemodi cetera/nō ſunt per ſe ſubſiſtētia/ut de ſubiectione quoq; modo dicebamus:ſed de foris ſunt/& de ſubſtantiis dicūtur. quod enim exiſtit per ſe: id collatione alterius maius aut minus appellari ſolet, Cum uero nullum ſubiectū ſit/cum nichil exiſtat de quo talia dici poſſint: quomodo erunt iſta per ſe/que ut accidentia & intelliguntur & diffiniuntur? Cum igitur maius & min? in trinitate dicitis / nec unigeniti nec patris ſubſtantiā tangitis ſed ſolum exte- riori quadā excellentia uel offenſione: alterum honorabitis alterū deprimetis,
Ioannes. nec pudebit uos id facere clamantē ipſum audientes:qui non honorat filiū/is ne
5 patre quidem honorat. Et rurſus. ut omnes honorent filiū:ſicuti honorāt patrē.

Cap. VI.

eadē enim gloria que ſunt eiuſdē ſubſtātie glorificari oportere: Chriſtus his uer
bis docet, nec ab hominibus de ſe id teſtimoniū habuit; ſed ut rebus omnibus fi=
delior teſtis / ipſe de ſe teſtimoniū perhibuit. uereq; perhibuit qui ſecundū natu
ram ueritas eſt; qđ rebus ipſis cognoſcere poſſumus. homo enī homine ut homo
eſt / nunq̄ maior aut minor erit, eadē enī in oībus nature ratio eſt, ideo de omni
natura eodē modo uere dici poteſt. Quare oībus equaliter ratiōe nature inſunt
que naturaliter inſunt, Maius uero ac minus & huiuſmodi non inſunt ſed acci=
dūt, Quō igitur tā pater q̄ filius natura deus eſt: ſi maior aut minor alter altero
inuenietur? id enī qm̄ ex patre filius natus eſt: cogit etiā nolētes uos conſubſtan
tialitatē cōfiteri, Hoc igitur nobis preſuppoſito queramus ſi uideꝫ utrū equalē
filio gloriā ſicuti patri reddemus: an cōtra minore glorificantes filiū honore / ui=
tuperabimus, Id enim uerius ut ego arbitror dicitur, Gloria enim patris eſt / ſi
talis a ſeipſo filius emanauit: qualis ipſe natura ſit. Totum uero cōtrariū accidit
(ſed propitiꝰ nobis ſit deus) ſi nō eandē naturā filius cōſeruauerit / ſi minor erit
aut gloria aut quapiā re alia earū quibus perfecte ac uere deus eſſe intelligitur,
Cum igitur hec natura filii ſit: quid rides o homo / quid caput quaſſas / ſi patrē
honoratꝰ cū admirari deberes potius / glorificareq; ipſum qa genitorē ſuū & di=
ligit & honorat, ois enī uirtutis numerus ab illa radice pullulat: & ab illa ſubſtan
tia q̄ ſuprema omniū eſt q̄ſi a fonte manat. Omnia enim bona ide ad nos (qui ad
imaginē dei facti ſumus) profecto defluunt, propterea lex patrē & matrē colere Exodus,
iuſſit / & premia facientibus magna uidemus propoſita eſſe: longi temporis ui= 20
ta huiuſmodi filios donatos audimus. Sicuti igitur nos ſubiecti parentibus / non
mutamus naturā quia illis paremus: ſed cū non minus homines ſimus q̄ parētes
noſtri ſint / ac eandē nature rationē cōſeruemus / eis propter uirtutē eximiā ob=
tēperamus. Simili modo de patre atq; filio intelligēdum eſt. Filius enī eſt qui eſt
ex deo deus / perfectus ex perfecto / incōmutabilis character ſubſtātie genitoris
Quare nihil aliud ipſe cogitabit q̄ ille cuius & conſiliū & uerbū eſt, uolet autem
eadē que pater, eiuſdē enim ſubſtātie (ut ita dicā) legibus, ad eandē uoluntatem
cōpellitur. Non cōturberis igitur o homo / cum dicentē audias: deſcendi de celo
non ut faciā uoluntatē meā / ſed uoluntatem patris mei qui miſit me. Nā ut inci=
pientes diximus: determinata quadam de re Chriſtus ita locutus eſt, Cum enim
docere uellet uoluntariam ſibi eſſe mortem deitatis uoluntate / non autem uo=
luntariam / quia crucis tormenta & mortem ipſam natura perhorreſcat huma=
na his uerbis uſus eſt. quod autē inuoluntaria paſſio Chriſti ut homini fuit / etiā
ab ipſa natura rerum conſequenter perſpiciemus. Dicimus ergo Iudaici furoris
opus fuiſſe / ut omnino Chriſtus crucifigeretur. & hoc omnino facturi erāt: ex=
ercitati ad cedem ſanguine prophetarum / ad omnemq; audaciam nutriti, Ve=
rum quoniam non poterat aliter humanum genus ex morte in quam ceciderat ad
uitam reſurgere / niſi filius dei homo factus eſſet / imminebat autem propter
crudelitatem Iudeorum mors acerbiſſima: idcirco quod per ſe non uoluntariū
homini fuit / uoluntarium fecit. id enim natura diuina ex miſericordia ſua uo=
lebat. Nam opifex omnium ſapientia id eſt filius dei: quod diaboli malicia pre= Oīm opi=
parauerat (crudelem dico eius in carne mortem) id ſalutis uiam / id uite ianuam fex ſapiē=
effecit. Ita in contrarium ſpes diaboli uerſa eſt; ut uix poſt hec cognouerit durū tia; filius,

ſibi fuiſſe aduerſus deum pugnare. quod mihi uidetur pſalmiſta ſuba perſi-
Pſalmus, ſe:cū de Chriſto & de diabolo dicat,in laqueo ſuo humiliabit eum. Nam mortē
9 q̄ſi laqueū/Chriſto diabolus preparauerat;ſed in ipſo laqueo ſuo humiliatus eſt
Mors enim in morte Chriſti deſtructa eſt; & tyrannus cecidit qui ſe id paſſurū
nō formidabat.plura de his dicere/ difficile non eſt:ſed ad propoſitū rurſus re-
deamus,Si non proprie atq; uere uolūtatis ac immanitatis Iudaice fructū fuiſſe
mortē Chriſti dicamus/ſed iudicio(ut nonnulli putant) diuino ad tātam crude-
litatem depulſos putabimus:uix poterimus effugere/ne concedamus que homi
nes faciūt/ea diuino impulſu coactos facere.deinde quomodo dic queſo:qui di-
uine obtemperarunt uoluntati puniuntur? Quō autem in melioribus eſſet ille
Matheus. miſer per quē Chriſtus traditus eſt:ſi natus unq̄ non eſſet homo ille? Ex his igit̄
26 ceteriſq; q̄ plurimis patet de celo deſcēdiſſe filiū dei/paſſumq; fuiſſe pro hūano
genere uolentē ſimul atq; nolentē:ut nouiſſimo die omnes ſuſcitet/& hoc ita pa
tri etiā propter nos uiſum fuiſſe, Diuerſe uero nature filiū eſſe aut ulla in re pa
tre minorē: his uerbis ne ſuſpicari quidē poſſumus. Quare ſuberubeſcere ad-
uerſarios Chriſti credo:qui talia dicere auſi ſunt.Si uero contētionis adhuc po-
tius q̄ ueritatis cupidi non erubeſcāt: illud addā. Si deſcēdit de celo filius non ut
ſuā faceret uoluntatē ſed patris/ut ipſe ait;ſi que tibi diximus / ſup hoc minime
placēt / nonne fiteberis neceſſario nō unā ſed duas & diuerſas patris ac filii eſſe
uoluntates? Nam ſi nihil inter patris & filii uoluntatē intereſt:una eademq; in
ipſis uoluntas eſt.Sin uero alia eſt filii/qua tamē pretermiſſa patris ſequitur uo-
luntatē:quō diuerſa nō erit ab illa? Sed uideamus quid pater uelit:ut etiam uo-
luntatē filii cognoſcamus.patris igitur uolūtas eſt ut ſaluator ait:ut omne quod
dedit ei/nō p̄dat ex eo ſed ſuſcitet illud in nouiſſimo die.bona hec & miſericor-
die plena uoluntas eſt:non repugno. Si ergo diuerſa filii uolūtas ab iſta eſt atq;
cōtraria:nec miſericos erit/nec omnino bonus qui patri contraria uelit/ nec ſal-
uare nec a morte ſuſcitare ſtudeat. quomodo ergo bonus eſt paſtor/quomodo
Ioannes. magne ſue charitatis erga nos ſignum dabat:quod animam ſuam pro nobis tra
10 deret? Nam ſi de celo deſcendit ut id ultro faceret:quomodo cum que adducun
tur a patre non perdit/ſed in nouiſſimo die ſuſcitat/ſua id inquies uolūtate nō
facit? Sin uero nō ſponte id facit / ſed ut uoluntati patris miniſtret ſaluat perdi-
tos & ſuſcitat mortuos:quomodo non uere nec bonus nec miſericors appellabi-
tur? quieſcant igitur obſecro Chriſti aduerſarii nec ulterius in nos latrent/cum
undiq; ad impietatem hec ſibi concludatur oratio Cap.II.

» HEc enim eſt uoluntas patris mei qui miſit me:ut omnis qui uidet fi-
» lium & credit in eum habeat uitam eternam,& ego reſuſcitabo eū
» in nouiſſimo die. ¶ Et ſi bonā patris uolūtatem iam definierit: la-
tius tamē modo dilucidat / apperte adductionis modū & eius pro-
fectum explicans,filio ergo qui uiuificare poteſt: quecūq; uita indi
gent pater tradit.Traditio aūt hec eſt:ut filiū cognoſcant/ ſincereq; intelligant
atq; credāt uerum eſſe deum qui ex deo uero eſt.qui enim ſic affect? eſt/ & iſtis
contēplationibus preditus: is ad ſublimia illa fidei premia id eſt ad uitam eternā
conſcendet.ita pater quidē per cognitionē & fidem ad filium eos adducit: quos
hac gratia dignos iudicauerit,filius aūt accipiēs quaſi ignis ſcintillas; uiuificātis

ſpiritus uirtutē/ac ſue nature bonū ſic in eis immittit/ ut ad immortalitatē totū
hominē tranſformet. Tu uero cum hic rurſus audias adductionē quidē a patre
fieri/uitam aūt adductis a filio preberi:caue ne cogites aliā patris/ aliā filii pote=
ſtatem ac operationē eſſe/ quaſi alius ad alia faciunda naturaliter aptus eſſe ui=
deatur.Sed crede omnia a patre per filiū in ſpiritu fieri:&totius(ut ita dixerim)
trinitatis noſtram ſalutem opus eſſe/ id eſt nature noſtre ad'uitā reditū.nec du
bita patris & filii & ſpiritus ſancti unam eandēq; in omnibus rebus uirtutē eſſe
ac poteſtatē.Illud etiam animaduerte:precipuā in fide filii rem inueniri.uita enī
eterna;huiꝰ rei premiū eſt.qđ ſi in filio deus ipſe natura cognoſcaſ: qs ferat eos
qui nō conſubſtātialē patri dicere audentſ eo etiā qđ a morte liberare mortales/
& in uitā eternā reducere poteſt; eiuſdē ſe eſſe nature cum genitore oſtēdit,ui=
uificare enī;propriū uite eſt. Quare cū pater naturaliter uita ſit & q ab eo ſecū
dum naturā natus eſt filius;uita ſimiliter ſit(ego enī inquit reſuſcitabo) idētitas
ſubſtantie/niſi quis deliret/negari non poteſt, Cap,III.

» MVrmurabant ergo ludei de illo:quia dixiſſet, ego ſum panis qui de
» celo deſcēdi,& dicebant, ¶Moleſte ferunt rurſus nihil intelligen=
tes. ſolet enim quodam modo animus imperitorū in iſtis certius co
gnoſci.Cū enim rem non intelligat/qua poſſet ad melius conuerti:
ex ipotētia in moleſtiā deducitur, quod illis accidiſſe uidemꝰ. Qua
enim alia ratiōe:ad murmuratiōes depulſi ſuntſ Oportebat certe magis ſi quicq̄
intellexiſſent;ab ipſis rebus & a ſignis ab eo patratis rimari utrū mentureſ Chri
ſtus/cum ſe panē appellet qui de celo deſcēdit/an uere id diceret. ſic enim recto
iudicio ad inuentione ueritatis deduci potuiſſent, Nūc uero nihil querētes:fru=
ſtra ſolūmodo murmurāt/ preſerti cū panē ſe uite & quidē uerū Chriſtꝰ modo
demōſtrauerit. Qui enī uenit ad me inquit:non eſuriet unq̄,Nā qui fide ad illū
ueniūt:nō ſimiliter ut illi qui ſenſibile mānā comederūt/ breuē corporalēq; ha=
bebūt refectionē/ſed ꝑpetuos uite fructus adipiſcenſ,fallunſ ergo ualde ludei/
terrena tantūmodo reſpicientes:& hoc erat qđ de ipſis & canebatur & canitur.
Obſcurētur oculi eorū ne uideāt:& dorſum eorꝝ ſemp incurua. ut propter arro Pſalmus,
gantiā ac inobedientiā ſuā nullo modo ad cognitionē myſteriorꝝ dei animū eri= 68
gētes:mali male perdātur,Ego uero q̄ apud Moſem ſcripta ſūt mēte ſepe reuol= Matheus
uēs:q̄ſi paternā hereditatē/ murmurationē de rebus bonis ad ludeos deſcēdiſſe 22
cōperio.quā ſemp in pernicioſū exitū deueniſſe reipſa cognoſcere licet.Murmu Exodus,
rabāt illi aduerſus deū ex ingratitudine in deſerto:murmurāt &iſti de Chriſto/ 16
& ſaluatorem ſuum in obedientia ſua uituperāt.ſed draco uenenoſus eos mor=
debit.ſemper enim in pernicie inobedientia ſolet exire. Cap,IIII.

» IOnne hic eſt Iheſus filius Ioſeph:cuius nos nouimus patrem & ma=
» trem: quomodo ergo dicit:quia de celo deſcēdiſ ¶O animū temu Eſaias.
lentia/ imperitiaq; depreſſum.rudius effectū eſt(ut ſcribitur)cor 6
populi huius.nihil enim uidet eorū que oculis cernit:ſed riſu digna
& ſentit & loquitur,quē oportebat tum a ſcriptura Moſaica tum a
predicatione prophetarū intelligere; nō abſq; carne ad nos Chriſtū fuiſſe uen=
turum. quippe qui predicabatur in habitu & forma hominis ad nos fuiſſe uētu= Eſaias,
rus.Conceptura enim uirginem & filium edituram propheticus ſermo exclamat. 7

& iurasse dominus Dauid scribitur ueritatē / quam nullo modo neglecturū pol-
Psalmus, licitus est. & uirga ex radice Iesse germinatura nūciabatur. illi autem in tantam
131 temeritatē delapsi sunt: ut quia prenūciati Christi matrem cognouerunt / pro-
Esaias, pterea de celo ipsum descendisse credendū esse non ducunt. Nam etsi corpore
11 id factū non est: erat tamen in corpore ut in templo uerbū dei. qđ ex patre pro-
Ad heb, pter salutē omniū in terrā descēdit: & semen Abraā apprehendit / ut in omnib⁹
2 fratribus similis factus / & deus uere simul ac homo inuentus / ad filiorū dei ado-
ptionē humanū genus adueheret, quā dispensationē saluatoris ignorātes Iudei
quoniā matrē eius cognouerāt & patrē / q tamē pater non erat / non erubescunt
negare. Imo etiā indignātur: qa de celo se descēdisse dixerit. hinc nobis perutilis
disciplina proficiscitur. discimus eni non esse paruū detrimentū: a corporis par-
uitate / diuina & sancta cōsiderare. cū debeamus oculis animi uirtutē sanctorū
inspicere & reconditam in eis gloriā contēplari. Sic enim de sanctis apud prophe
Hieremi, tas scribitur, Benedictus uir qui cōfidit de domio: & erit dñs fiducia eius. & erit
17 quasi lignū quod trāsplantatur sup aquas: quod ad humorē mittit radices suas:
& non timebit cum uenerit estus. & in tempore siccitatis non erit solicitum: nec
aliquando desinet facere fructū, Cum igitur nos / a deo cognitū hominē & uir-
tutibus rutilantē in solā carnem respicientes ex arrogantia plerūq; paruifacia-
mus: quomodo regi omniū contrarii non erimus? quō acerbas penas non dabi-
Esaias. mus / sublimia quantū est in nobis deprimētes / & lucē tenebras & dulce amarū
5 nominantes? Consideranda igitur est in sanctis gloria sua. Considerandi enim
sunt nō carne sed intrinseca gloria, uerum plurimi nostrū humilē in hoc mūdo
uirū etiam si uirtutibus excellat: in solam tamē caducam diuitiarū gloriam ini-
Iacobus. quis oculis respicientes: non recte iudicant. quos Christi discipulus nō iniuria re-
2 prehendit dicens. Si introierit in conuentu uestro uir aureū annulum habens in
ueste candida / introierit autē & pauper in sordido habitu: & intendatis in eum
qui indutus est ueste preclara / & dixeritis ei / tu sede hic bene / pauperi autē dica
tis / tu sta illic aut sede sub scabello pedum nostrorū: nonne malā discretionem
habuistis apud uosmetipsos? Sed a rebus etiā ipsis cognoscere possumus: q̄ amē-
tes atq; insani sint / qui exteriori habitu non ut intrinsecis bonis hominē admirā
tur. diuitiarū enim oīs splēdor: aduenticiā atq; caducā hominibus gloriā affert.
uirtutis autē & interioris hominis fulgor: proprias atq; naturales adducit diui-
tias q̄ nō simul cū ista carne cadere solent: sed animo insunt & ille cū ipso euolāt /
Ioannes, quo creator omniū constituit, Multe nāq; sunt mansiones apud patrē, Nō ergo
4 diuitiis claros / nec terrestri gloria quasi flosculos rutilantes: sed eos quos splēdo
re operū ad inextinguibile gloriā currere cognoscimus / in quibus interior pul-
chritudo omni uirtutis numero lucet / honorare debemus, Cap, V,

» Respondit ergo Ihesus & dixit eis, nolite murmurare inuicem. Nemo
» potest uenire ad me: nisi pater qui misit me traxerit eum: & ego eum
» resuscitabo in nouissimo die. ¶ Paruifaciunt Iudei Ihesum celestem
eius patrem ignorantes / & terrestrem matrem solummodo: & Ioseph
qui pater uidebatur cognoscentes: propterea illis acrius respondit & statim ad
rem que solius dei est insiliit. Nam cum inter se illi de ipso murmurarent: pa-
tefecit Ihesus animum suum ut ipsi se intelligant procul a ueritate excedere,

Nam qui corda hominum nouit / & animorum conſilia non ignorat: quomodo tantum hominibus non preſtabit / quantum terreſtribus natura deus excellit? hac de cauſa mentē eorum aperiens: primo ait / nolite murmurare in inuicem, deinde gratia dei cognitionem ſui haberi oſtendit / cum dicat: neminē ad ſe uenire poſſe / qui patris monitionibus non trahatur. ita eis perſuadet penitentia & lachrymis ueniam de iis que fecerunt & dixerunt / a deo patre poſtulare: ut per fidem in ſeipſum conſilio patris atq; auxilio / meliore itinere facto / quod ipſi peccando exaſperauerant: ad ſalutē reuocentur, Suſcitaturū autē a mortuis ſe credentes affirmat: deitatē ſuam hinc iterum oſtendens. deus enim ſolūmodo poteſt qđ morte corruptū eſt ad uitā reducere, Nā qui naturaliter uita eſt / nō qui ab alio uiuendi gratiam conſequitur: efficere illud poteſt. Cap, VI,

» SCriptum eſt in prophetis: & erunt omnes docibiles dei. ℂ Arrogātiam ludeorū non ignorās ut deus: teſtimonio prophetarū firmauit quod dixerat, ita & ignorantiā eorū denudat / & ora obſtruit, non enim poterāt etiam uocibus prophetarū ſe opponere: qui predixerūt a deo patre dignis hominibus ineffabili doctrina filiū reuelatū iri. Nō enim cum dicat neminē poſſe ad ſe uenire niſi pater traxerit eum ui q̄dā cogi trahiq; credētes putandū eſt / ſed monitiōe / doctrina / reuelatiōe ineffabiliter facta / ut ille ſolus nouit qui dignos cognouit. unde intulit. Cap, VII,

» OMnis qui audiuit a patre & didicit: uenit ad me, ℂ Vbi enim auditus diſciplina / doctrinaq; adeſt; ibi fides nō ui ſed perſuaſiōe orit, patrocinio igitur dei patris / qđ ex charitate dignis preſtatur nō ui: Chriſtū fideles agnoſcunt. Non eni poſſumus ſecundū eccleſie ueritatiſq; dogmata: liberā poteſtatē hominis (quod liberū arbitrium appellamus) ullo modo negare. Ita iuſti quidē premiis ꝓpter iuſticiā afficiunt / qui uero male uixerūt: nō iniuria puniunt. Scire aūt oportet / quādo Chriſti myſteriū pater dignis reuelare affirmatur: nō abſq; filio / ſed per filiū ut per ſapientiam eius id ab eo fieri, Abſurdū enim eſt abſq; ſapiētia cognitionē aliquā factā eſſe putare, patris aūt ſapiētia / filius eſt. quare per filiū huiuſmodi reuelationē dignis in hominibus pater efficit. & ut ſimpliciter & uere dicā: oia que deus pater uelle aut facere dicitur / filius quoq; ac ſpiritus ſanctus ſimiliter patri & uelle & facere profecto dicentur. Idcirco cū deus pater reuelare fidelibus ſuum filiū ſcribatur: ipſe quoq; filius & ſpiritus ſanctus id facere ſcribuntur, Petro eni conſtantiſſime confitenti quia tu es Chriſtus filius dei: beatus inquit es tu / quia caro & ſanguis non reuelauit tibi / ſed pater meus qui eſt in celis. Paulus autē / non ab homine hoc ego accepi miniſteriū inquit; ſed per reuelationem Ihеſu chriſti. ſed ſpūs quoq; ſanctus nō minus id facit. Ioānes eni in epiſtola ſcribit. Et uos unctionem quā accepiſtis ab eo: maneat in uobis, & nō neceſſe habetis / ut aliqs doceat uos: ſed ſicut unctio eius docet uos de omnibus, ipſe quoq; ſaluator de ſpiritu dicit, Adhuc multa habeo uobis dicere: ſed non poteſtis portare modo. Cum autem uenerit ille ſpiritus ueritatis: docebit uos omnem ueritatem. nō enim loquetur a ſemetipſo: ſed quecunq; audiet loquetur / & que uentura ſunt annunciabit uobis, ille me clarificabit: quia de meo accipiet & annunciabit uobis, Cū enim ſpiritus ueritatis ſit; non poterit nō deducere ad ueritatē omnes ad quos perue-

Matheus 16
Ad gala, 1
i. Ioānes, 2
Ioannes, 16
Ioannes, 16

nerit.Hec dicimus non ſcindentes aut diuidentes patrem a filio/aut ſpiritū a filio atq; patre:ſed diffinientes quia una deitas eſt.ideo omne conſilium &operationem/quamuis uni perſone accōmodetur: equaliter tamen toti(ut ſic dicam) trinitati neceſſario attribui.non enim diuiſim operatur natura diuina quamuis proprie unaqueq; trinitatis perſona ſubſiſtere uere credat̄.pater enim idipſum qđ dicitur pater eſt: & filius ſimiliter ac ſpiritus ſanctus. Ad hec illud mihi dicendum uidetur/que quodammodo ad aliquid ſe habeant; hec ita ſe habent ut alterum ab altero cognoſcat̄.quare neceſſe eſt:ut a patre filius & a filio pater reueletur. Nam ſi quis deum ut patrem natura intelligat:is & filium eius ex deo natum neceſſario intelliget.& ſi quis filium confiteatur:is patrem ignorare nō po-

Ioannes, 17 teſt,propterea ſaluator ait:manifeſtaui nomen tuum hominibus. Nam quia filius dei eſſe cognitus eſt:patris hinc uere nomen cognitum eſſe aſſerit.Cognitionem autē ſui filii non ſono aut uoce pater nobis immittit; ſed illuminatione mētis / qua recte diuinas ſcripturas percipimus, que illuſtratio animi a filio quoq;

Lucas. 24 fieri dicitur,Scribitur enim/quia tūc adaperuit oculos eorum: ut ſcripture intuo lucra poſſent intelligere. Cap.VIII,

» ON quia patrē uidit quiſq̄/niſi is qui a deo eſt.hic uidit patre. ¶Cū ut deus preuiderit non recepturos illos doctrinā ſpiritus/nec de ſuperna illuſtratiōe quicq̄ cogitaturos/credētes ex iperitia non poſſe a deo ſe doceri / niſi deū oculis cernāt / auribuſq; audiant/ut temporibus Moſis factū fuiſſe putabant;quaſi freno quodā connectit/ hortaturq; ne adeo rudes ſint/ut oculis poſſe unq̄ cerni naturā deitatis arbitrē-

Exodus. 19 tur,Nullus enī inquit patrē unq̄ uidit.uidetur autē occulte de Moſe dicere: quē Iudei putabant/qm̄ in montē aſcendit & in tenebras ingreſſus fuit/ ipſam ineffabilem dei naturā oculis ſuis uidiſſe,uerū ne turbarentur: nō de ipſo determinate/ſed de oībus uniuerſaliter dixit / nō quia patrem uidit quiſq̄,nolite inquit que naturā excedunt poſcere: uel quod omni creature impoſſibile eſt/ ad illud furioſa cogitatiōe delabi,nullus enim deū uidit preter filiū; qui ultra omnia eſt. ¶uomodo igitur ſi cum nullus patrē uidit/& nihil id penitus poſſe preter filiū intelligimus:non erit ultra omnē creaturā filius? quomō ſi omnia ſint ex deo(ut

1.Ad cori 8 ait Paulus)nec quicq̄ preter filiū/patrē uideat:non erit ipſe quodā alio modo ex deo q̄ creature/id eſt ex ſubſtātia ipſius patris? Si enim ita nō eſt: quānam obrē cum omnia ſint ex deo/ipſe ſolus idcirco quia ex deo eſt patrē uidet? Pater igit̄ per creationem cetera:filium autem altiore quodā& ueriore modo ex deo eſſe/ quia ex deo naturaliter. propterea ceteris non cōnumeratur, quia creatura nō eſt/ſed tanq̄ patri conſubſtantialis uidebit profecto eū ex quo eſt,quomodo autem aut ipſe patrem uidet/aut pater eum:lingua hominū dici non poteſt/intelligere tamen id debemus/ut deitatem decet, Cap,IX,

» AMen amē dico uobis:qui credit in me habet uitam eternā. ¶Audi iudi inq̄ atq; attēde.Ianua & uia in uitā fides eſt: & recurſus quidā atq; reductio a corruptione in immortalitatem. Mirari autem decet diſpenſationē;qua in his uerbis utitur, Nam quoniā inſenſatos omnino eſſe uidet/& prophetarū etiā uerbis parū ex imperitia credentes; imbecillitatē eorū ad fidē quaſi iure iurando erigit/premia credentibus

precipua / quibus ad ſe trahat proponens. ita nolentes firma premii ſpe ad fidē impellit, quid enim melius / aut ſuauius mortē & corruptionē timentibus / q̄ uita eterna? Cum autē ipſe ſit uita / & uita eterna: ſeipſum credentibus daturū pollicetur / quod eſt ut in cordibus noſtris per fidem inhabitet, Cap. X,

» EGo ſum panis uite. patres ueſtri māducauerunt māna in deſerto:
» & mortui ſūt. hic eſt panis de celo deſcendēs: ut ſi quis ex ipſo mā-
» ducauerit / nō moriat. ¶ Liqdo in iſtis uidere licet quod ab Eſaia Eſaias,
predictū eſt, apparui non querentibus me / inuentus ſum a non in- 65
ueſtigantibus me, dixi ecce ecce ego ad gentē: que non inuocabat nomē meū, expandi manus meas tota die ad populū incredulū / & contradicentem. oibus enī orationis uelaminibus remotis: aperte ſeipſum oſtēdit dicēs. ego ſum panis uite. ut diſcerēt ſi mortē effugere uellent: neceſſe eſſe illo pane participare / qui mortē ſolus & interitū poteſt deſtruere, Id enim opus propriū uite eſt. uerū q̄n manna de celo patribus ſuis pluiſſe contēdentes / panē uerū qui de celo deſcēdit id eſt filiū dei non ſuſcipiebāt: neceſſario figure ad ueritatē collationem ſubiecit. ut hinc diſcāt non illum / ſed eum eſſe panē de celo: quem periculo rerū ita iure & eſſe & appellari percepimus. Nam ueſtri maiores ait quāuis manna comediſſent: nature tamen cōceſſerunt / breue corporaleq; alimentum inde conſequentes, quo nil aliud fiebat: niſi ne fame morerentur, quod certum argumentū eſt nequaq̄ in immortalitatē tranſformatos fuiſſe / qui manna comederunt. contra uero id ipſum ueſtigium eſt / quod panis uite uere filius eſt. quia qui eo participant / a uinculis mortis omnino liberantur. Imaginem autem atq; umbram panis ueri māna fuiſſe: & nobis in ſuperioribus dictū eſt latius / & pſalmiſta in ſpiritu clamat, panē de celo dedit eis: panē angelor& manducauit homo Videtur enim hec de maioribus ſuis dixiſſe: uere autem non de illis: ſed de nobis Pſalmus,
potius dicit, furoris enī penitus plenū eſt: angelos (qui natura incorporei ſunt) 77
rudiore uti alimento putare / patrocinioq; indigere cibi / quemadmodū animata hec & terreſtria corpora, patet enim quia ſpiritus ſunt / naturaq; intellectus: Angeli incorporei,
ſpiritali quoq; illos ac intelectuali frui alimento. quomodo igitur maiores Iudeorum panem hunc angelorum ſpiritalem comederunt? Conſpicuum igitur eſt: quoniā Chriſti qui uniuerſa continet atq; nutrit / figura quedā erat manna ſenſibile. idcirco q̄d umbra ueritatis erat: ueritatis nomine in ſpiritu appellauit, & eo q̄d angeli terreſtri participare cibo nequeunt / uel nolentes ad ueritatē a figura impellit auditores. & ad Chriſtū / qui etiā ipſorū angelorū panis eſt: enigmatica oratiōe reducit. Mortui ergo ſūt inquit q̄ māna māducauerūt: qa nullā inde uite perpetue uirtutē acceperūt. Non enī uiuificabat: ſed famē ſolūmodo corporalē remouebat / & figura erat ueritatis. q uero panē uite ſuſcipiūt: immortalitatem cōſequētur / & oia interitus mala effugiēt / cū Chriſto eternaliter uiuentes, nihil autem uerbis noſtris offert / nec idcirco mētiri utdebimur: quia fideles qui Chriſto participarūt / corpore moriuntur. Nā etſi hac cōmuni omniū morte ca- Ad roma
dere uideantur: uiuunt tamen deo / ut Paulus ait, Cap. XI, 6

» EGo ſum panis uiuus: q de celo deſcēdi. ſi quis māducauerit ex hoc pane:
» uiuet in eternum. ¶ Eadem ad uos dicere Paulus ait: & uobis tutum & Ad philī.
mihi non moleſtum / ab ipſis ut puto Chriſti uerbis ita perdoctus, Nam 3

quemadmodũ cruditati uulnerũ / non unum ſed uaria uiciſſim remedia conferuntur / neq; ſemel ſed frequenter appoſitis remediis mollitũtur: ſic duro animo uaria quedam & frequens accõmodanda doctrina eſt. ut ſi prima parũ profecerit / ſecũda ſaltẽ aut tertia uel eiſdẽ uerbis allata permulcere atq; attrahere poſſit. Quapropter ſaluator uaria oratiõe: modo enigmatice atq; obſcure / modo dilucide atq; aperte eandẽ rem Iudeis propoſuit / ut excuſari nequeant ſi reſilie
Matheus 22 rint. ſed malt male perdẽtur: tanq̃ manu propria in animã ſuã gladiũ immittentes, iterum igitur plane clamat. Ego ſum panis: qui de celo deſcendi, Ille figura / imago / umbraq; ſolummodo fuit, Audiatis hoc dilucide dictum. ego ſum panis uiuus: ſi quis manducauerit ex hoc pane / uiuet ineternum. Non obdureſcamus igitur: totiẽs a Chriſto ueritatẽ audientes, Non eſt enĩ ambigendũ: quin ſumma
Ioannes, 15 ſupplicia ſubituri ſint / qui ſepius hec a Chriſto iterata nõ capiũt, propterea etiã de Iudeis dicit. Si non uenitſſem / locutuſq; ipſis eſſem: peccatũ nõ haberent. nũc autem non habent excuſationem de peccato eorum. Nam qui nihil audierunt: mitiorem forſan inuenient iudicem / nihil ſe audiſſe cõtendentes. q̃uis quoniam non queſiuerunt: relaturi rationem ſint. qui autem ſepius eadem doctrina monentur / qui ſeipſos ſponte obdurant: maiore cruciatu uexabuntur / nihil habentes quo iudex placari poſſit, Cap. XII.

¶ Quod Chriſti corpus uiuificat.

» T panis quem ego dabo: caro mea eſt / quã ego dabo pro mũdi uita
» ¶ Morior inquit pro omnibus: ut per meipſum omnes uiuificẽ / & caro mea omniũ redẽptio fiat. morietur enim mors morte mea: & ſimul mecũ natura hominũ reſurget. Factus enim homo ſum ex ſemine Abraã: ut in omnibus fratribus ſimilis ſim, Quod cum recte
Ad heb. 2 intellexerit beatus ille Paulus: ait, quia ergo pueri cõmunicauerunt carni & ſanguini: et ſimiliter ille participauit eiſdẽ / ut per mortẽ deſtrueret eum qui habebat mortis imperiũ / id eſt diabolũ, Nõ enim poterat mors aliter deſtrui / et mortis princeps deponi: niſi Chriſtus ſeipſum in redemptionẽ pro nobis tradidiſſet.
Pſalmus, 36 propterea in pſalmis immaculatã quaſi hoſtiam patri ſe offerẽs ait. ſacrificium et oblationẽ noluiſti / aures autem perfeciſti mihi. holocauſta & de peccato tibi non placuerunt: tunc dixi ecce uenio, in capite libri ſcriptum eſt de me, ut facerem uoluntatẽ tuam deus meus uolui. Nam quoniã taurorũ hircorũq; ſanguis & iuuencarũ cinis ad peccatorũ ablutionẽ non ſufficiebat / nec brutorũ unq̃ animalĩũ cedes mortẽ poſſet deuicere: ipſe Chriſtus / ipſe inq̃ unus penas pro oibus
i. Petri. 2 luit, Liuore nãq; ipſius ſanati ſumus: & delicta noſtra ipſe corpore ſuo in lignũ tulit. crucifixus autem eſt pro omnibus: ut morte unius in ipſo omnes uiuamus. non enim fuit amplius poſſibile a morte atq; interitu uitam noſtram detineri, Quod autẽ pro uita mundi carnem ſuã obtulit: uerbis ſuis cognoſcemus. Pater
Ioannes. 17 inquit ſancte conſerua eos, & rurſus. pro eis ego ſanctifico meipſum. Sanctificare autem ſeipſum dicit: nõ quia mundior ipſe animo fieret ut nos / nec qa ſpiritu ſancto participaret: quippe in quo ſpiritus naturaliter eſt / atq; ideo ſanctus ſemper eſt, ſed quia ſe offert quaſi hoſtiã immaculatã in odorem ſuauitatis: ſanctificare ſeipſum dicit. Sanctificabatur enim / id eſt ſanctum ſecundũ legem apellabatur: quod ad altare adducebatur. Dedit igitur pro uita omniũ corpus ſuum

dominus:& per illud rurſus uitam in nobis immittit,& quomodo:dicã breuiter pro utribus meis.Nã cum uiuificãs dei filius in carne habitauerit: ad ſuũ bonum eam id eſt ad uitã reformauit, & totus(ut ita dicã) toti / ineffabili modo unionis coniũctus:uiuificantẽ ipſam effecit /quia natura uiuificãs eſt. propterea participantes:hec caro uiuificat, elicit enim mortẽ ab eis/& interitum penitus expellit. ¶Sed obiciet fortaſſe quiſpiã / ad dormientiũ exuſcitationẽ mentis oculũ dirigens,Nõne qui Chriſti etiã fidẽ non ſuſceperũt / ac ipſius corporis participes facti non ſunt:reſurrectionis tẽpore reuiuiſcẽt? Nõne uniuerſum humanũ genus quod in mortẽ cecidit:ad uitã recurret? ¶Omnino ita futurũ reſpondebimus, reſurgent enim mortui /propheta dixit:& ad omnẽ naturam humanã reſurrectionis Chriſti myſteriũ peruenire credimus, & in ipſo primo: totũ humanũ genus ab interitu liberatũ didicimus.omnes enim reſurgent: propter eum qui primus reſurrexit.& omnes ut homo in ſeipſo cõtinebat, & ſicut in primo homine omnes mortui ſumus:ſic rurſus in eo qui primogenitus propter nos & mortuus eſt/omnes reuiuiſcent, ſed qui bona fecerunt / in reſurrectionem uite/ut ſcribitur : qui uero mala egerunt / in reſurrectionẽ iudicii.morte autem ipſa ego puto acerbius:ad cruciatus eternos reſurgere,uitam igitur proprie illã que in Chriſto eſt intelligere debemus:que beatitudine cõtinetur eterna,quã euãgeliſta recte cognouit dicens.Qui credit in filiũ /habet uitam eternã:qui autẽ incredulus eſt filio/nõ uidebit uitã /ſed ira dei manebit ſuper ipſum, Ecce enim ecce inq̃ nõ uiſuros uitã incredulos affirmat:q̃uis per reſurrectionẽ omnes reuiuemus,quare patet preparatã ſanctis glorioſiſſimã uitam / ſic a ſaluatore apellatam fuiſſe: ad quam per participatione uiuificantis carnis/certe perueniemus.Verũ quoniã ſepius ſe Chriſtus panem appellauit: conſideremus ſi hoc uocabulo uſpiã a ſcriptura nominetur.Scriptũ eſt ergo in numeris. Locutus eſt dominus ad Moſem dicens,loquere filiis Iſrael et dices ad eos.Cum ueneritis in terram quam ego dabo uobis /& comederitis de panibus regionis illius:ſeparabitis primitias domino de pinſendis panibus ueſtris.ſicut de area primitias ſeparabitis:ita & de pulmẽtis dabitis primitiua domino. Enigmatice atq; obſcure nimium : per figurã iſta fiebãt, quibus uelut de celo panis id eſt Chriſtus obrũbrabatur , Recordari enĩ oportet:quod homo propter nos factus /& ad ſimilitudinẽ noſtram quaſi primitie quedã ac ſeparatio noſtre maſſe(ut ſcribitur)deo patri oblatus eſt /primogenitus ex mortuis factus /& primitie reſurrectionis hominũ /ad celum uſq; aſcendentes. Cepit enim a nobis hominẽ:ut ſcribitur /quia ſemen Abrae apprehẽdit. oblatuſq; eſt unus ex omnibus /& pro omnibus: ut oẽs uiuificaret. ſicut ex area primus manipulus deo patri offerri ſolebat . & quẽadmodũ cũ ipſe ſit uera lux: hanc rem diſcipulis quoq; /gratia attribuit:uos enim inquit eſtis lux mũdi.Sic cũ ipſe ſit panis uiuus qui oia uiuificat /continetq; ut ſint:ſimilitudie atq; umbra legali per duodecim panes ſacrum apoſtolorũ prefigurauit conſortium. Legitur enĩ in leuitico.& locutus eſt dominus ad Moſem dicẽs.Precipe filiis iſrael ut offerant tibi oleũ de oliuis purum ac lucidũ ad concinnandas lucernas iugiter extra uelum teſtimonii in tabernaculo federis.Accipietis etiam ſimilam & coquetis ex ea duodecim panes : qui ſinguli habebũt duas decimas.quorum ſenos altrinſecus ſuper menſam puriſſimã coram deo ſtatuetis, & ponetis ſuper eos thus luci

Obiectio, Reſpõſio Eſaias, 26 Ioannes, 5 Ioannes, 3 Nũerus, 15 Ad colo, 1 1.Ad cori 15 Aſcendẽtes:primitie ſcilicet. Ad heb, 2 Leuitici. 3 2 Matheus 5

Leuiti. dissimum & salem:ut sint panes in monumentũ oblationis domini. Lucernam
24 igitur q̃ in sancto tabernaculo & extra uelũ posita locũ illuminabat: beatũ esse
baptistã / in superioribus diximus, Oleo autem purissimo ardere dicitur:illumi-
Esaias. natione scilicet spiritus sancti. Extra uelũ autẽ lucebat:quoniã doctrina eius pre
40 parabat / non perficiebat. preparate inquit uiam domini:& rectas facite semitas
dei nostri. Non enim que intra uelum erant / id est reconditũ Christi mysteriũ:
Matheus. aperte denudauit. Ego inquit baptizo uos ad penitentiã in aqua, qui uero post
3 me uenit / fortior q̃ ego est:cuius ego calciamẽta nequeo portare. Ipse uos bapti-
zabit in spiritu & igne. uides quomodo simpliciore doctrina lucet ad penitentiã
uocans:& interiora uelaminis denudanda illi relinquens / qui spiritu & igne ba-
Ioannes. ptizat? sed hec latius tunc diximus:quando ille propositus locus erat / ille erat lu
5 cerna ardens & lucens. Nũc uero tetigimus:ut ordine a Ioanne ad apostolos de-
scenderemus. Hac enim (ut ego arbitror) de causa cũ de lucerna scriptura dixe-
Leuiti. rit:duodecim nobis contẽplationes panũ tradidit, Facietis inquit panes duode-
24 cim: qui singuli habebant duas decimas. Solet scriptura denarium numerum:
quasi plenũ semper accipere, numerorũ enim omniũ deinceps ordo: anfractũ
quẽdam & reuolutionẽ denarii numeri continet, duabus igit̃ decimis unũquẽq;
panum constare iubet:ut perfectionẽ duabus rebus eorum cõsideres / in actiua
scilicet uirtute atq; cõtemplatiua, Altrinsecus aũt ponere bipartitos iussit:ut sta
tionem ipsam ostẽderet, consueuisse nãq; discipulos credendũ est in medio sui
semper Christũ habere:& quasi ad doctorẽ semper circunfundi. Vt autẽ disca-
2.ad cori. mus Christi eos odorẽ factos ac deo patri oblatos / ut Paulus ait: thus imponi su-
2 per panes imperauit. sale autẽ spargi: quia ipsi sunt sal terre. die quoq; sabbati
Matheus hec afferri lex uoluit:quia ultimis seculis apparuerunt. ultimus enim dies hebdo
5 made / sabbatum est. neq; id solum:uerũ etiam quia saluatoris aduentu spirita-
liter sabbatisamus / ociũ peccandi agentes: quo tempore sancti ad nos apostoli
missi sunt. quoꝝ diuina scriptura:ad uitã & sanctificationẽ nos alũt, idcirco die
sabbati duodeci illos panes:in altari id est in ecclesia Christi ponere lex iubebat,
Significatur enim sepe a parte totum, ut panis igitur in lege saluator figuraba-
tur panes autem rursus etiam discipuli similitudine ipsius dicuntur. Panis enim
uerus / Christus est, similitudine autẽ ipsius / per gratiã etiam in discipulos ac in
discipulorum successores appellatio ista transit, Cap. XIII.

» Litigabant ergo Iudei adinuicẽ dicentes: quomodo potest hic nobis
» carnem suã dare ad mãducandũ? Dixit ergo eis Ihesus. ¶ Omnia
Prouer. plana & recta illis sunt:qui cognitione (ut scribitur) inuenerũt. Fa-
3 tuis uero etiã facillima obscura uidentur, Probus enim auditor ac
sapiens / que intellexit: nulla intelligentia remoratus / mẽtis ea the-
sauro statim cõmendauit, si qua uero ardua uidentur:sepe ac multũ inuestigãs
atq; interrogans tandẽ assequitur. Venatrices apprime canes imitatus: que huc
atq; illuc percurrunt feras querẽtes, Sic affectũ esse sapientẽ:propheticus quoq;
Esaias. sermo denotat dicens. Conquirẽs quere:& apud me habita. querendũ enim ita
21 semper est:ut apud eũ habitem⁹ & ad alienas sententias non deferamur. sed nõ
ita facit animus malignus, Nam quecũq; nõ intelligit: stati tanq̃ friuola falsaq; /
per arrogantiã eiicit nulli cedens / nec aliquid supra ipsum esse existimans. qua-

les Iudeos fuiſſe cõperiemus. Nam cũ oporteret eos qui diuinam uirtutẽ ſaluato
ris ac poteſtatẽ ſignoꝝ miraculo perceperunt / ſermonẽ eius libenter ſuſcipere /
& ſiqua difficilia uidebantur eorum ſolutionem querere: cõtra omnino facĩt /
& quomodo poteſt hic carnẽ ſuã nobis dare: de deo non ſine magna impietate
condamãt / nec in mentẽ uenit nihil eſſe impoſſibile apud deum. Nam cum ani=
males eſſent (ut ait Paulus) ſpiritalia intelligere non poterant. Sed fatuitas que= 1. Ad corĩ
dam tam magnũ ſibi uidetur myſteriũ, ſed nos magnũ queſo a peccatis aliorũ 2
profectũ faciamus: & firmã fidem myſteriis adhibentes / nunq̃ in tam ſublimiꝫ
rebus / illud quomodo / aut cogitemus aut proferamus. Iudaicũ enim hoc uerbũ Ioannes,
eſt: & extremi ſupplicii cauſa. Ideo Nicodemus etiam cũ diceret / quomodo hec 3
fieri poſſunt: merito audiuit. Tu es magiſter in iſrael: & hec ignoras. Aliorum
igitur ut diximus culpa pdoctiꝫ cũ deus operetur / non queramus quomodo / ſed N
operis ſui uiam atq; ſcientiam illi ſoli cõcedamus. Nam quemadmodũ quamuis O
nullus nouit quidnã ſecundũ naturã deus ſit / iuſtificatur tamen per fidẽ / cũ cre T
dat premia illum redditurũ querentibus eum; ſic & ſi operũ eius rationem igno= A
rat / cũ tamen fide omnia illum poſſe non dubitet / non contennenda probitatis
huius premia conſequetur. ita profecto nos affici per prophetã Eſaiam dñs ipſe Eſaias,
hortatur, nõ enim ſunt conſilia mea inquit ut conſilia ueſtra: nec ſicut uie ueſtre 55
uie mee ſunt / dicit dominus. ſed ſicut exaltatur celum a terra: ſic exaltate ſunt
uie mee a uiis ueſtris / & cogitationes mee a cogitationibus ueſtris. qui autẽ ſapiẽ
tia a uirtute & deo excellit: quomodo non operabitur ita miraculoſe / ut operum
ſuorũ ratio mentẽ noſtrã effugiat? Nõne uides quid ſepenumero mechanici fa=
ciunt? Incredibilia uidẽtur nobis nõnunq̃ enarrare. ſed tamen quia ſimilia ipſos
feciſſe uidimus: poſſe peragi ab ipſis facile credimus. Quomodo igitur ſummis
cruciatibus digni non erunt: qui rerum omniũ opificẽ deum ita contemnũt / ut
quomodo / in operibus ſuis dicere audeant? quem totius ſapientie largitorẽ eſſe Matheus
non ignorãt: quẽ omnia poſſe ſcriptura nos docuit. Si uero tu o Iudee / quomõ / 19
etiam nũc clamas: hãc tuam imperitiã ego quoq; ſecutus / libenter quomodo ex
Egypto exiuiſti rogabo. quomõ in ſerpẽtem Moſaica fuit uirga conuerſa, quo=
modo lepra manus affecta: uno momento temporis in priſtinũ ſtatum reſtituta
iterũ fuit? quomodo in naturã ſanguinis aque tranſierunt? quomodo patres tui
per media maria ut per aridã effugerũt? quomodo per lignũ amaritudo aqua=
rum in dulcedinẽ recidit? quomodo e lapide fontes aquarũ fluebãt? quomodo
ſtetit Iordanis? quomodo ſolo clamore iexpugnabilis Iherico cecidit? innumera
bilia ſũt in quibus ſi quomodo queris: uniuerſam euertere tibi ſcripturã neceſſe
erit / prophetarũ doctrinã & ipſius Moſis ſcripta contemnenti, quare credidiſſe
Chriſto potius uos oportuit. & ſi quid arduum uidebatur / ab eo humiliter pete=
re / quam ueluti temulentos exclamare / quomodo poteſt hic nobis ſuam carnẽ
dare? nonne uidetis: quia cum hec dicatis / ſtatim cum iſta uoce / arrogantia ma=
gna ſignificatur?

Cap. XIIII.

» Men amen dico uobis: niſi manducaueritis carnem filii hominis / & bi=
» beritis eius ſanguinẽ / non habebitis uitam in uobis. ¶ Miſericors certe
ac mitis Chriſtus eſt: ut a rebus ipſis uidere licet. non enĩ aſpere ad cru=
delitatem eorũ reſpondit / nec ullo modo contendit: ſed uiuificantem

huius myſterii cognitionē iterū atq; iterū in mētibus eorum imprimere ſtudet, & quomodo quidem carnē ſuam dabit ad manducandū / non docet: quia intelligere illi nō potuerunt, q̄ magna uero bona ſi cum fide manducabunt / adipiſcentur: id iterum atq; iterum aperit. ut eterne: deſiderio uite ad fidem compellantur: per quā etiā doceri facilius poterint, ſic enim Eſaias dixit. ſi enim inquit non crediderit is: nec intelligetis, oportebat igitur fidei primū radices in animo iacere: deinde illa querere que homini querenda ſunt. illi uero anteq̄ crederent: importune querebāt. hac igitur de cauſa: dominus quomō id fieri poſſit non enodauit / ſed fide id querendū hortatur, ſic credentibus diſcipulis fragmenta panis dedit dicens. Accipite & manducate: hoc eſt corpus meū, Calicē etiā ſimiliter circuntulit dicens. Bibite ex hoc omnes, hic eſt calix ſanguinis mei: qui pro multis effundetur in remiſſionē peccatorū. Perſpicis / quia ſine fide querētibus myſterii modū nequaq̄ explanauit: credentibus autē etiam non querentibus expoſuit, Audiāt hec qui ex arrogātia nondū Chriſti fidem ſuſcipere uolūt: niſi māducaueritis inquit carnē filii hominis / & biberitis eius ſanguinē / non habebitis uitam in uobis. Nō enim poſſunt cum ſanctificatione beate uite fieri participes: qui per myſticā benedictionē Iheſum nō ſuſceperunt. uita enim ſecundū naturam ille eſt: qui ex uiuo patre genitus eſt. ſed non minus corpus quoq; ſuum uiuificat. Coniunctum enim ineffabiliter eſt filio dei: a quo uniuerſa uiuificantur. idcirco corpus ſuum dicitur / & unus cum eo eſt. Nempe poſt incarnationē unus eſt / & unus manet abſq; diuiſione ulla: preterq̄ quod dei patris uerbum & templum a uirgine ſumptū / idem natura non ſunt. Non enim eſt eiuſdē ſubſtantie uerbo dei homo aſſumptus. unus tamē cum illo eſt cōiunctione ineffabili. Q̄m igitur ſaluatoris caro uerbo dei quod naturaliter uita eſt cōiuncta / uiuifica effecta eſt: quādo eam comedimus / tūc uitā habemus in nobis / illi cōiuncti que uita effecta eſt. hac de cauſa in excuſandis mortuis non ſolummodo uerbo atq; imperio ut deus utebatur: uerū etiam carnem ſuam quaſi cooperatricē nonnunq̄ adhibebat, ut re ipſa oſtenderet: carnē quoq; ſuam quoniā ſibi coniuncta eſt uiuificam eſſe / atq; fideles doceret ſuum non alterius corpus eſſe. Nā quando ſynagoge principis filiolā ſuſcitabat: manū eius apprehēdit ut ſcribitur / & erexit dices. puella ſurge, ita ut deus & uerbo & carnis ſue tactu eam excitauit / unam ab uno ſe Chriſto deo uidelicet atq; homine operationem producens. Q̄uādo etiam in ciuitatē Naim uocatā / ingrediebatur & offerebatur unigenitus matris filius iam mortuus: tetigit corpus eius dicens, adoleſcēs tibi dico ſurge. Nō ergo uerbo ſolum ſemper (ut diximus) uerū etiam tactu mortuos excitabat: ut oſtenderet corpus quoq; ſuum uiuificare poſſe. quod ſi ſolo tactu ſuo corrupta redintegrantur: quomodo non uiuemus qui carnē illam & guſtamus & māducamus? reformabit enim omnino ad immortalitatē ſuā participes ſui. Nec uelis Iudaice quomodo querere: ſed recordare / quāuis naturaliter aqua frigidior ſit / aduētu tamen ignis / frigiditatis ſue oblita eſtuat. Hoc ſane modo etiam nos / quamuis propter naturā carnis corruptibiles ſimus: participatione tamē uite ab imbecillitate noſtra reuocati / ad proprietatē illius ad uitā reformamur, Oportuit enim certe ut non ſolum anima per ſpiritū ſanctū in beatam uitam aſcenderet: uerū etiā ut rude atq; terreſtre hoc corp⁹ cognato ſibi / guſtu / tactu / & cibo ad immorta

Eſaias. 7

Matheus. 26

Cū eo: cū corpore,

Matheus 9

Lucas, 7

litatem reduceretur. Nec putet ex tarditate mentis ſue Iudeus inaudita nobis excogitata eſſe myſteria, uidebit eni ſi attentius querit: hoc ipſum a Moſis temporibus per figurā ſemper factitatū fuiſſe. quid enim maiores eorū ab ira Egyptiorū liberauit; quando mors in primogenita Egypti ſeuiebat: nōne omnibus palam eſt / quia diuina inſtitutione perdocti: agni carnes manducarunt / & poſtes ac ſuperliminaria ſanguine perunxerunt / propterea mortem ab eis diuertiſſe? Pernicies namq; id eſt carnis huius mors / aduerſus genus humanum propter primi hominis tranſgreſſionem furebat, Terra enim es & in terram reuerteris / propter peccatum audiuimus, Verum quoniam per carnem ſuam Chriſt? atrocem hunc euerſurus erat tyrannum: propterea id myſterium apud priſcos obumbrabatur: & ouis carnibus atq; ſanguine ſanctificati (deo ita uolente) perniciem effugiebant. Cur igitur o Iudee turbaris: prefiguratam ueritatē iam uidens? cur inq turbaris: ſi Chriſtus dicit / niſi māducaueritis carnem filii hominis & biberitis ſanguinem eius / non habebitis uitā in uobis? cum oporteret Moſaicis te legibus inſtitutum / & priſcis umbris ad credendum perdoctum: ad intelligenda hec myſteria paratiſſimum eſſe. Cap. XV.

» QVi māducat carnem meā & bibit ſanguinem meum / habet uitam
» eternam: & ego reſuſcitabo eum in nouiſſimo die. ¶ Mireſtatim incipiens euangeliſta clamabit / & uerbum caro factū eſt, nō enim in carnem ipſum ueniſſe: ſed ut mirabilē unionē oſtenderet / carnem factū eſſe dicere non dubitauit. nec tamen quoniā ita dictū eſt: aut uerbū dei in naturam carnis mutatū / aut hominē in naturā uerbi tranſformatū eſſe credimus. Manet enim inuiolata utraq; natura: & unus ex utriq; Chriſtus eſt. ſed ineffabiliter & ultra q̄ poſſit mens humana intelligere / uerbū humanitati coniunctū totā in ſeipſum ita reduxit: ut indigentia uite poſſit uiuificare, ſic interitū a natura humana expulit: & mortē que peccato plurimum poterat deſtruxit. quare qui carnē Chriſti manducat: uitā habet eternā. habet enim hec caro dei uerbum: quod naturaliter uita eſt, propterea dicit: quia ego reſuſcitabo eum in nouiſſimo die. Ego enim dixit (id eſt corpus meum quod comedetur) reſuſcitabo eum. Non enim alius ipſe eſt q̄ caro ſua. non id dico quia natura nō ſit alius: ſed quia poſt incarnationē in duos ſe diuidi filios / minime patitur. Ego igitur inquit qui homo factus ſum per meam carnē: in nouiſſimo die comedētes reſuſcitabo, Nēpe impoſſibile omnino eſt ne interitus & mors ab eo qui naturaliter uita eſt ſuperetur, propterea q̄uis mors que propter peccatum noſtrū in naturā noſtrā inſilit / corpus humanū ad corruptionē impellat: tamē quia filius dei homo factus eſt / omnes profecto reſurgemus, Nō enim poteſt natura noſtra uite coniuncta non uiuificari. Et quemadmodū ſi quis ſcintillā ignis in feno aut palea occultauerit / totum inde ignitum neceſſario fiet: ſic uerbum dei tanq̄ ſcintilla in naturam noſtrā immiſſum / totam inde inflammauit / atq; ad uitam interitu penitus deſtructo reduxit. Cap. XVI.

» CAro eni mea uere eſt cibus: & ſanguis meus uere eſt potus. ¶ Diſtinguit rurſus inter myſticam benedictionē & manna / & aquarū fluenta ex lapide & calicis ſancti cōmunicationē. ita iterum eadem repetit: ne magis manne miraculum admirentur / ſed ipſum poti? ſuſcipiant qui celeſtis panis eſt / & eterne uite largitor, patres enim

Ioannes, 1

Exodus, 12

Geneſis. 3

inquit ueſtri manducauerũt manna in deſerto & mortui ſunt. Hic eſt panis qui de celo deſcendit: ut aliquis ex ipſo comedat & non moriatur. mãne namq; alimentum non eternã uitã / ſed breue famis remediũ afferebat. Non ergo erat cibus uerus: id eſt panis de celo. Sanctum uero Chriſti corpus: ad immortalitatẽ & uitam eternam nutriens cibus eſt, ita inquit. ſed aquam illi ex petra biberunt. quid igitur inde lucrati ſunt: q mortui fuerũt? nõ erat igitur potus ille uerus: ſed uerus potus eſt ſanguis Chriſti. quo radicit⁹ mors euertitur atq; deſtruitur. Nõ enim hominis ſimpliciter ſanguis eſt: ſed eius qui naturali uite coniunctus / uita effectus eſt. Propterea corpus & membra Chriſti ſumus: quia per hanc benedictionem myſterii / ipſum filium dei ſuſcipimus, Cap. XVII.

» QVi mãducat meam carnẽ & bibit meum ſanguinem: in me manet / » & ego in illo. ¶ Quoniã res ardua eſt & fide magis q̃ alio modo recipitur: ideo multis atq; uariis modis mirabilẽ eius utilitatem exponit / fundamentũ & baſim fidẽ eſſe confirmans. qui mãducat inqt carnem meam & bibit ſanguinẽ meũ: in me manet / & ego in illo, Sicuti enim ſi quis liquefacte cere aliã cerã infuderit / alterã cũ altera per totũ cõmiſceat: neceſſe eſt ſi quis carnẽ & ſanguinẽ domini recipit / cum ipſo ita coniungatur / ut Chriſtus in ipſo & ipſe in Chriſto iueniatur. Simile quodã modo apud Matheum cõperies, Simile eſt inquit regnũ celorũ fermento quod acceptũ abſcondit mulier in farine ſatis tribus. Quid igitur ſemina ſit / & que ſatorum trinitas / aut omnino ſatum quid ſit: loco ſuo dicetur. Nunc autẽ de fermento ſolũ dicamus. Sicut parũ (ut Paulus ait) fermẽti totam maſſam fermẽtat: ſic paruula benedictio totũ hominẽ in ſeipſum attrahit / & ſua gratia replet / & hoc modo in nobis Chriſtus manet / & nos in Chriſto. Vere enim totum fermentum in totam maſſam pertranſit, ſed ſenſus quidẽ loci huius hic eſt. Nos uero ſi uitam eternã conſequi uolumus / ſi largitorẽ immortalitatis habere in nobis deſideramus: ad recipiendam benedictionẽ libẽter concurramus / caueamuſq; ne loco laquei dãnoſam religionẽ diabolus nobis pretendat. Recte inquit dicis. ſcriptũ tamẽ eſſe non ignoramus: iudiciũ ſibi comedere atq; bibere illũ / qui de pane comedit & de calice bibit indigne. Ego igitur probo meipſum: & indignũ inuenio. quãdo igit̃ / quicunq; tu es qui iſta dicis / dignus eris? quando Chriſto teipſum offeres? Nam ſi peccando indignus es & peccare non deſinis / quis enim delicta intelligit ſecundum pſalmiſtã) expers omnino eris uiuifice huius ſanctificationis. Quare pias queſo cogitationes ſuſcipias / ſtudioſe ſancteq; uiuas & benedictiõe particips, que (mihi crede) non mortẽ ſolũ / uerũ etiã morbos omnes depellit. ſedat enim cum in nobis maneat Chriſtus: ſeuientẽ membrorũ noſtrorũ legem / pietatem corroborat / perturbationes animi extinguit. nec in quibus ſumus peccatis conſiderat: ſed egrotos curat / colliſos redintegrat, & ſicut paſtor bonus qui animam ſuam pro omnibus poſuit: ab omni nos erigit caſu, Cap. XVIII.

¶ Qd aliene uite filius particeps non eſt: ſed ipſe ſecundum naturam uita eſt.

» SIcut miſit me uiuens pater: & ego uiuo propter patrẽ, & qui manducat » me: & ipſe uiuet propter me. ¶ Latet ſenſus horũ uerborũ / nec ita facile querentibus apparet, qui tamen cum fide querunt: facile ipſum inuenient, Cũ igitur miſſum ſe eſſe filius dicit: tunc incarnatũ ſe eſſe / & nihil preter

Matheus 13

1. Ad cori 5

1. Ad cori 11

Pſalmus, 18

hoc aliud denotat, incarnatū aūt uerbū dei cū dicimus: totū ſe hominē aſſum=
pſiſſe intelligimus, quemadmodū igitur (inquit) homo factus ſum uoluntate pa
tris/qui e naturali uita emanaui/& homo factus uiuo/ corpuſq; meū uita reple=
ui: non aliter qui carnē meam māducat / propter me uiuet. Mortalē enim carnē
aſſumpſi, ſed quia naturaliter uita exiſtens/habito in ipſa: totam/ad uitā meam
reformaui. non enim ſum uictus interitu carnis: ſed ut deus/ omnē interitum &
mortē ipſe ſuperaui. ut igitur (non enim grauabor iterum dicere) q̄uis me pater
miſit/id eſt homo factus ſum: uiuo tamen propter patrē/id eſt genitoris naturā
ad unguē conſeruo, ſic qui māducatione carnis mee me recipiet: uiuet profecto
totus ad me reformatus, qui uiuificare poſſum: quoniā ex uiuo patre ſum. a pa=
tre autē ſe carnem factū eſſe affirmat: cum ſcriptum ſit, ſpiritus ſanctus ſuper= Lucas,
ueniet in te/& uirtus altiſſimi obumbrabit tibi. ut rurſus intelligas quia una pa= 1
tris & filii & ſpiritus ſanct̄i natura ſit: ideo non eſſe diuiſas operationes/ſed qđ
ab una perſona factū dicitur id opus trinitatis totius eſt. Cum enim cōſubſtan=
tialitate unum ſit trinitas: una profecto eſt uirtus eius atq; potētia, omnia enim
ex patre per filiū in ſpiritu ſūt, ſed dicamus rurſum: qđ ſepius diximus, Nā etſi
aures auditorū eadē dicentes obtundimus: tutius tamen eſſe non ſumus neſcii,
cōſueuit Chriſtus q̄ uim hūmanā excedentia patri attribuere. hūmiliauit enī
ſeipſum factus homo: & ideo cōuenientē homini menſuram non recuſat, pater Ioannes,
inquit qui in me manet: ipſe facit opera, patri ergo etiā incarnationis operatio= 14
nem/quoniā uirtutē excedit humanā: ut ſolet/accommodat. ¶ Sed clamabunt Cauillus
rurſus aduerſarii Chriſti/ac dicēt, Et quomodo aliter naturā ſuā filius/aut quō heretico=
magis aperte maiorē eſſe patrē poſſet oſtendere/ q̄ ſi diceret propter patrem ſe rum.
uiuere? Nam ſi pater filio uitā largitur: quis adeo mente captus eſt/ ut nō uideat
non eſſe idē natura uitā & qđ uita participat? Hec illi. ¶ Nos autem ſtulta dici a Refuta=
ſtultis dicimus: & cor eorum inania intelligere/& ſeductionē ac errorē in uerbis tio.
ſuis habitare non ambigimus. Quō enim hec ultima ſeductiō non eſt: qua a ui= Eſaias.
uificante Chriſto alienare multos non erubeſcunt/ uite participē ipſum predicā 32
tes/ ſicut & creaturas? an etiā animal dicent eſſe filiū? quoniā omne animal non
ipſum uita: ſed uite particeps eſt. Aliud enī animal eſt: aliud uita que in ipſo eſt,
Nam ſi idē eſſet animal & uita: oīe animal profecto uita diceretur. quod nemo
mentis cōpos unq̄ cogitauit. unigenitus ergo animal non eſt: ſed uita ſecundum
naturā. Aliter uerū illud non eſſet: ego ſum reſurrectio & uita. uita porro illud
eſt quod uiuificat/non quod ab alio uiuificatur: ſicut & ſapientia qđ ſapientem Ioannes.
facit/non quod ſapiēs ſit. uita autem Chriſtus eſt, Ego inquit ſum uita. & pſal= 11
miſta de ipſo ad patrē dicit. Quia fons uite apud te. & Ioānes in epiſtolis: quod Ioannes,
erat ab initio/quod audiuimus/qđ uidimus oculis noſtris / & manus noſtre pal= 14
parunt de uerbo uite: & uita manifeſtata eſt / & uidimus & teſtimoniū perhibe= Pſalmus,
mus: & annūcio uobis uitā eternā que apud patrē erat/& manifeſtata eſt, uides 35
latius hic illud pſalmiſte exponi. qm̄ apud te fons uite. Erat enim & eſt fons uite i. Ioānes,
filius apud patrē. Sed ipſum Ioannē rurſus audiamus. Et ſcimus aūt / quia filius 1
dei uenit: & dedit nobis mentē ut cognoſcamus uerū / & ſimus in uero filio eius 1. Ioānes,
Iheſu Chriſto. hic eſt uer⁹ deus & uita eterna. Quis igitur patietur has nugas? 5
Quis merito iſtos/impios nō appellabit; qui cū ſcriptura clamet / uerum deum

& fontem uite & uitam eternã filium eſſe / uite Chriſtũ participem audeãt dicere: quomodo autẽ erit uerus deus aut fons uite: qui uita indigens ab alio eam cõ-

Cauilli reiectio, ſequitur, ¶ Sed uitã inquiunt dicimus filiũ, quia cum patrẽ qui uita eſt in ſe habeat: ipſe quoq; uiuificare poteſt, ¶ Maligni animi hec oratio eſt, cum enim idcirco uitam appellari filiũ dicitis / quoniam cum in ſe patrem habeat / poteſt indigentia uite uiuificare: quomodo non immenſam hic ſermo parturit malitiã? an ignoratis quid ſecundum naturam ſit: quid ex eo quod ſit ſecundũ naturam / & quaſi compoſitũ? ueluti calidum natura ignem putamus: calida uero etiam alia ſunt / ex igne ita facta / ut puta ferrum aut lignũ, nõ tamẽ quia ignita ſunt: propterea ignis erunt, Alienam enim non naturalẽ caliditatem retinet & Grãmatica uel Geometria / ſcientia quedam eſt: qui uero ſcit nõ eſt Grammatica / ſed ab ea Grammaticus uel Geometricus denominatur. Eodemmodo & uita ſecũdũ naturam aliud profecto eſt / q̃ ea que ad ipſam tranſformantur, Cum igitur in filio patrẽ qui naturaliter uita eſt eſſe aſſeratis / atq; ideo uiuificare filiũ poſſe contẽdatis: nõ recte affirmatis / filiũ eſſe uitã / cum uite magis particeps ſit, ſi quidẽ in eo uita ut in materia ſecundũ uos eſt: & ſic habitudine quadam non ſubſtantialiter ad dignitatẽ uiuificantis patris aſcendit. & quẽadmodum nullus recte q̃is ab ignito ferro caleſcat / ab igne ſe caleſcere dicet / nemoq; nõ inſanus quia Geometras docendo quiſpiam facit Geometriam eum appellabit, eodẽ certe pacto: ſi filius naturaliter uita non ſit / ſed propter inhabitantẽ patrem / nõ recte quoniam alios uiuificat uita poterit appellari, Propterea quid prohibebit unum de hominũ numero corruptibiliſq; filium nature opinari ſi propter patrem uiuit / id eſt ab eo uita donatur / ut iſti ſentiunt? Corrumperetur enim / niſi uiuentem patrem in ipſo haberet. Et ſi uerax ipſe eſt / ſicuti certe eſt / ſicut ipſe in ſe patrẽ habet q naturaliter uita eſt: ſic ipſe quoq; in patre eſt / qui ſubſtantialiter ſecun-

Ioannes. 10 dum uos uita non eſt. Ego enim inquit in patre / & pater in me eſt. & taceo impietatẽ que ſequitur: imo dicã in redargutionẽ ipſius impietatis. Erit enim pater uita priuatus / cum in ſe habeat naturã corruptibilẽ. hec nos & cogitare & ſcribere: peruicacia ueſtra cogimur, impellimur enĩ exquiſitius ad utilitatẽ legẽtiũ iſta ſcribere, Nã ſi uitã ſecundũ naturã / patrẽ eſſe cõceditis / probe id quidem: ſed uita etiã ſecundũ naturã filius eſt, Id enim ex uerbis etiam ueſtris ſequitur Quid enĩ in filio cũ in ipſo ſit / pater operabitur? An ſuã uitã tanq̃ indigenti nec a ſe habenti ei donabit? & quomodo nõ erit abſq; uita naturaliter filius? Quod autem a ſeipſo uitam non habet: quomodo corruptibile non erit? ſed nõ largiſ uitam filio pater, uitã enim genuit: atq; ideo ipſe filiꝰ uita per ſeipſum eſt. Quõ igitur ideo uita erit: quia patrẽ in ſeipſo habet? Nam ſi abſq; patre uiuere intelligitur: non uiuit propter patrẽ / id eſt non habet uitam participatione, Quod ſi propter patrẽ ita uiuit / ut ipſe intelligunt: non habebit ipſe propriã uitam / ſed mutuo ab alio accipit. & ut dicebamus: corruptibilis potius eſt nature / & animal magis q̃ uita. Quomodo igitur ſeipſum uitã appellat? An tibi quoq; licebit dicere: ego ſum uita? Quod ſi non licebit / ſicuti certe creature non licet: filius certe qui hoc de ſe uere dicit / nouit ſe uitam naturaliter eſſe, aliter quomodo erit character hypoſtaſeos genitoris? Quomodo imago / figura / & ſimilitudo exquiſita? Quomodo non recte dicebat Philippus: oſtende nobis patrẽ & ſufficit nobis?

Cap. VI.

Sicuti enim uos dicitis: poterit aliquis uidiſſe *filium qui patrem nō uidit*, ſi quidē pater ſecundum uos ſubſtantialiter uita eſt: filius autem uite particeps, Nemo enim unq̄ in uiuificato uiuificantem conſpiciet: nec per indigentem / nō indigētem recte intelliget, ita falſo illud dixerit neceſſe eſt. Qui me uidet: uidet & patrē, Qui ergo immaculata eccleſie dogmata ſequitur: fugiat abiſtis / & ad ſimplicem ueritatis pulchritudinē uias dirigat ſuas, & ſicuti patrē / uitam eſſe naturaliter credit: ſic filiū quoq; uitā eſſe ſubſtātialiter nō dubitet. ut enī lumen de lumine eſt. ſic & uita de uita. & quēadmodū que luce indigēt / per filiū pater illuminat / & ſapientes per eū facit: ſic que uitā egent per filiū ut per uitā ſuā que ex ipſo emanat / uiuificat. Quando igitur ipſe dicit / uiuo propter patrē: noli cogitare ideo ipſum uiuere / quoniā a patre uitā recipiat, ſed q̄n ex uiuo naturaliter patre natus eſt. propterea ſe quoq; uiuere naturaliter uidelicet confirmat. Non enim poteſt nō uiuere: qui ex uiuo uere natus eſt patre / ut ſi quidā diceret rationalem ſe homine eſſe / quia ex rationali natus eſt. ſic & unigenitus dei filius: uiuo inquit propter patrē. Nā quoniā uita ſecūdū naturā genitor meus eſt / & qa ego naturaliter eius filius ſum: hāc nature ſue proprietatē id eſt uitā naturaliter mecū habeo. Cum igitur unus ex uno intelligatur (ex patre enim filius eſt) uere ac proprie perfectionibus patris glorificatur,. Ioannes, 14

Cap. XIX.

» Hic eſt panis qui de celo deſcendit. Non ſicut mā ducauerunt patres
» ueſtri manna / & mortui ſunt, Qui manducat hunc panem: uiuet
» in eternum, ¶ Magna certe ſunt que a magnis aguntur / ideo que a deo nobis prebentur: digna profecto diuina magnificentia ſunt. Si enim credis de celo panem deſcēdiſſe / quod quidem q̄ maximū eſt: cur non credis eternam ab eo uitam credentibus immitti? Hic enim effectus profecto demonſtrabit / de celo id eſt ex deo eſſe hunc panem. decet enim eterna eſſe: que ab eterno donantur, Non enim prudenter que ad breue tēpus ſuffi ciunt: hoc nomine appellabuntur. nec panis erat ex deo: quem maiores Iudeorū comederunt / & mortui ſunt. Nam ſi de celo & ex deo fuiſſet: liberaſſet a morte participantes, contra uero corpus Chriſti / panis de celo eſt: quia eternam comedentibus uitam largitur. Magnum certe ſignum / deitatis in hoc corpore naturam habitare: quoniam illa hinc donantur / que certam omnem naturam excedunt, atq; ideo a rudioribus minus creduntur. ſed ditiſſima illa natura: ſummas largitur diuitias. quas Paulus quoq; admiratus clamat: non uidit oculus / nō audiuit auris / non aſcenderunt in cor hominis: que deus diligentibus ſe prepara uit. ſed lex iſta ut magna in paruis figurabat. umbrā enim atq; imaginem futurorum bonorum: non ipſarum rerum ueritatē habebat. ita in alimento manne: benedictio hec Chriſti figurabatur & futura denotabatur. 1. ad corī. 2 Ad heb, 10

Cap. XX.

» Hec dixit in ſynagoga docens in Capharnaum. ¶ Ipſius Chriſti au-
thoritate a quo hec predicta ſunt: aduerſarios terret. Claritas enim dicentis: paratiorem ad credendum facit auditorem, probe autem nō obticuit: quia in ſinagoga hec dicta ſunt / ne paucos hec audiſſe exiſtimes. Ipſe quoq; per Eſaiā p̄dixit, non ſum locutus in occulto / nec in recōdito loco terraru. Pala autē hec uerba fecit: omne Iudeis atq; incredulis excuſationē auferens / & maioris criminis reos faciens. Si enim ſe nihil audiſſe Eſaias. 45

dicere possent: non dubito quin mitiorem in eos sententiam iudex proferret, Cum uero sepius audierint & tamen resilierint: quomodo non absq; misericordia punientur? ipsum audi saluatorem, si enim non uenissem inquit & locutus
Ioannes, 15 essem eis: peccatum non haberent. nūc autem non habent excusationē de peccato suo. Non obaudiamus ergo queso Christi uerba: sed fidem ipsi docenti firmam prebeamus. sic enim cum incredulis nequaq̄ uexabimur, In Capharnaum etiam hec dicta fuisse asserit: ut cum tibi omnia diligenter exponat / & locum quia in synagoga / & urbem quia in Capharnaum / nihil prorsus de ueritate narrationis possis dubitare. Cap. XXI.

» MVlti ergo audientes ex discipulis eius dixerūt. durus est hic sermo.
» quis potest eum audire? ¶ Fatuis sane consuetudo hec est, semper enim sublimiori doctrine quam ipsi non intelligunt: detrahere solent, Cumq; attendere magis deberēt & subtilitate rerum eleuari: contra deiiciuntur / & durum appellant sermonem quem admirari debebant. Non aliter igitur faciunt q̄ edentuli soleant, molliora enim eligunt alimenta etiam si peiora sint: solidiora uero ac meliora edulia magnopere uituperant / egrotationē suam celare studentes. mentis quoq; acumine priuati scientiam abhorrere solent: que magno studio multaq; opera esset conquirenda. Sed
Psalmus, 118 spiritualis quidem uir ut in deliciis in doctrina domini uersatus / iugiter canit: quā dulcia faucibus meis eloquia tua / super mel ori meo. Animalis uero Iudeus: spiritale hoc mysterium fatuitatis plenum arbitratur, cumq; domini uerbis ad sublimiorē intelligentiam rerū concitetur: tamen ad insitam sibi dementiā omnino delabitur, & qđ prauū est: bonum appellat. proba uero: improba ducit / ut
Esaias, 5 scribitur. Ita maiores suos penitus imitatur: qui manna cum benedictione recipientes: diuinū dei donū aspernati / Egypti carnes desiderabāt, hi uero cum ui-
Nūeri, 11 uificantis spiritus gratiā / & panē uerum qui ex patre ad homines uenit accipere rogentur: uoluptatis se potius q̄ dei amicos ostendentes / in errorem deferuntur consuetum, & quemadmodū illi ipsum manna etiam aspernabantur dicentes / exaruit anima nostra in hoc māna: sic isti uerū panem nō erubescunt abiicere / dicētes: durus est hic sermo, Demus igitur operā / qui dei mysteria discere gliscimus: ut quasi optimi nummularii nummū cognoscamus, aut in fide accipienda ratione doceri uelimus: aut que ratione probari possunt / temeraria credulitate approbemus. sed alterutris ut decet attendentes / ac per iter regium in neutrā partem declinantes ambulemus. Regia certe uia omnibus facienda est: qui rectitudinem fidei Christi sequi desiderant, Cap. XXII.

» SCiens autē Ihesus apud semetipsum quia murmurarent de hoc di-
» scipuli eius: dixit eis, hoc uos scandalizat, Si ergo uideritis filium ho-
» minis ascendentem ubi erat prius. ¶ Ex imperitia / multi qui Christum sequebant̄ / uerba ipsius nō capiētes: perturbabātur, Nā cum audissent: amē amē dico uobis / nisi comederitis carnē filii hominis & biberitis eius sanguinē / nō habebitis uitā in uobis: ad īmanes feraꝝ mores uocari se a Christo arbitrabantur, incitariq; ut uellent crudas hominis carnes māducare / & sanguinē bibere: q̄ uel auditu horribilia sūt. nondū enī mysterii huius formā & dispensationē pulcherrimā cognouerāt. illud etiam ad hec cogitabāt:

quomodo caro huius hominis eternā nobis uitā largietur? aut quomodo ad im=
mortalitatē adducere poterit? Que cum intelligeret is cuius oculis omnia nuda Ad heb.
sūt atq; aperta: alia eos re mirabili ad fidē impellit, frustra inquit o uos propter 4
uerba mea conturbamini, quod si credere nō uultis uitam uobis a meo corpore
dari: quid facietis quando in celum uolare me conspicietis? non enim ascensurū
me solummodo in celum profiteor / ne rursus quomodo id fieri possit queratis:
sed oculis etiam ita fieri uestris cernetis, Quid igitur hoc uidentes: dicetis? An
non erit hoc magnū dementie uestre argumentū? si enim putatis carnē meam
uitā uobis afferre non posse; quō tanq̄ uolucris in celū ascendet? quō per aera uo
labit? hoc enim similiter generi humano impossibile est, quod si preter naturam
caro mea in celū conscendet; quid prohibet ne similiter preter naturā uiuificet.
Nam qui terrestre hoc corpus / celeste cōfecit; is etiam uiuificū reddidit / q̄is na=
tura sui corruptibile fuerit, Sed animaduerte rursus unum esse Christum non
duos / ut nonnulli temere asserunt. Animaduerte inq̄; quia ubiq; post incarna=
tionem / indiuisibilē se esse ostēdit, filiū enim hominis inquit ascendere illo uide=
bitis / ubi prius erat, & certe corp⁹ Christi in celo prius nō fuit; quod nec fuit qui=
dem ante incarnationē, uerbū autem dei eternaliter cum patre est, probe igitur
Paulus / unus inquit dominus Ihesus Christus, unus enim & ante incarnationē i. Ad cori
& post incarnationem filius est, non est ergo alienū a uerbo corpus suū, idcirco 8
filium hominis appellat uerbum dei; quod de celo descendit / quodq; secundum
euangelistam caro factum est / nō in carnem mutatū, immutabilis enim natura
est. sed quia reuera homo factus: in templo quod a uirgine assumpsit habitare
uoluit. dicit autem se ascensurum illo ubi prius erat; ut audientes intelligant / de
celo quoq; ipsum descendisse. & sic non ut homini / sed ut deo attendentes; uiui
ficam carnem suam esse facilius credatur. Cap. XXIII.

» SPiritus est qui uiuificat, caro non prodest quicq̄. ¶ Non imperite
inquit omnino uiuificam carnem esse negatis. Nam si sola intelligi
tur: nichil prorsus uiuificare potest quippe que uiuificante indi=
geat. cum uero incarnationis mysteriū laudabili cura scrutati fue=
ritis / & habitantē in carne cognoueritis; q̄is nihil penitus caro per
seipsam possit / uiuificam tamē esse factam credetis / nisi etiam spiritum sanctū Detra=
non posse uiuificare contendatis. Nam quoniā cum uiuificante uerbo / caro con xit; nō de
iuncta est; tota est effecta uiuifica, Non enim ad corruptibilē suā naturā iunctū orsum ad
dei uerbū detraxit; sed ipsa ad melioris uirtutē eleuata est. q̄is ergo natura car inferiorē
nis ut caro est uiuificare nequeat; facit tamen hoc / quia totam uerbi operationē dignita=
susceperit, Corpus enim est nō cuiuslibet hominis; cuius caro prodesse quicq̄ potest tem caro
(non enim Pauli aut Petri aut ceterorū) sed ipsius uite & saluatoris nostri Ihesu dei uer=
Christi corpus; in quo deitatis plenitudo corporaliter habitat / facere hoc potest. bū traxit
Nam si mel cum naturaliter dulce sit / ea dulcia facit quibus immiscetur: nonne Ad colo,
stultum erit uiuificam uerbi naturam putare non dedisse homini in quo habi= 2
tat uiuificandi uirtutem? Quas obres caro quidem ceterorum omnium quicq̄ Ioannes,
uere non prodest: caro autem Christi quia in ipsa unigenitus dei filius habitat / 4
sola uiuificare potest. spiritum uero seipsum appellat: quoniā deus spiritus est / 2. Ad cori
& ut ait Paulus. dns spūs est. Nec ista dicimus: quia spiritum sanctū in propria 3

perſona ſubſiſtere non putemus: ſed quia ſicut factus homo filium ſe hominis appellat / ſic ſe a proprio ſpiritu ſpiritum nominat. Non eſt enim alienus ab eo ſpiritus ſuus,

Cap.XXIIII.

»  Erba que ego locutus ſum uobis: ſpiritus & uita ſunt. ¶ Totum corpus ſuū uiuifica ſpiritus uirtute plenū eſſe oſtendit. ſpiritū enim hic ipſam carnem nūcupauit: non quia naturā carnis amiſerit / & in ſpiritū mutata ſit. ſed quia ſumme cum eo coniuncta / totam uiuificandi uim habu ſit, nec turbari propter hoc decet, nam qui domino cōglutinatur / unus cum eo ſpiritus eſt: quomodo igitur caro ſua / una cum eo non appellabitur? Huiuſmo-
1. Ad corī di ergo eſt quod dicitur, putatis inquit me dixiſſe: uiuificū natura ſui terreſtre
6 hoc eſſe corpus. Ego uero de ſpiritu & de uita eterna locutus ſum, non enim natura carnis uiuificum reddit ſpiritū: ſed ſpiritꝰ uirtus uiuificam carnem efficit, uerba ergo q̄ uobis locutus ſum: ſpiritus id eſt ſpiritalia / & de ſpiritu & uita id eſt de uiuifica & naturali uita ſunt. ſed quod modo diximus: id iterum repetere non erit inutile, Natura carnis ipſa per ſe uiuificare nō poteſt. quid enim maius natura deitatis haberet? nec ſola in Chriſto eſſe intelligitur: ſed habet filium dei ſibi coniunctum / qui conſubſtantialiter uita eſt. quando igitur uiuificam Chriſtus ipſam appellat: non ita illi ut ſibi ſiue proprio ſpiritui uim uiuificandi attribuit. nam propter ſeipſum ſpiritus uiuificat: ad cuius uirtutē per coniunctionē caro conſcendit, quomodo autē id fiat / nec mente intelligere / nec lingua dicere poſſumus: ſed ſilentio atq; firma fide id ſuſcepimus. Spiritum autē filium quoq; a ſcripturis nominari manifeſtum eſt. Scribit enim Ioannes de Chriſto, hic eſt
1. Ioānes, qui uenit per aquam & ſpiritum Iheſus Chriſtus: nō in aqua ſolum / ſed in aqua
5 & ſpiritu. Spiritus enim eſt qui teſtimonium perhibet: quia ſpiritus eſt ueritas.
Ecce ſpiritus ueritas nūcupat. cū Chriſtus aperte dicat. Ego ſum ueritas, Paul?
Ioannes. quoq; inquit, uos non eſtis in carne: ſed in ſpiritu dei. ſiquidē ſpiritus dei habitat
14 in uobis. Si quis autē ſpiritū Chriſti non habet: hic non eſt eius. Si uero Chriſtus
Ad roma in nobis corpus quidem mortuum propter peccatum / ſpiritus autem uita pro-
8 pter iuſticiā, Ecce rurſus cum ſpiritū dei habitare in nobis dixerit: ipſum Chriſtum in nobis eſſe affirmauit. non enim ſeparatur a filio ſpiritus eius cuius ſubſtantialis eſt: q̄uis propria hypoſtaſi ſubſiſtere uere credat. idcirco indifferēter modo ſpiritum / modo ſeipſum nominat.

Cap.XXV.

»  Ed ſunt quidam ex uobis qui non credunt. ſciebat enim ab initio
» Iheſus credētes: & quis traditurus eſſet eum, & dicebat propterea
» dixi uobis / quia nemo poteſt uenire ad me / niſi fuerit ei datū a pa-
» tre meo, ¶ Etiam hic uidere aperte licet prophetica iam adimpleta uerba, Audite audiētes / & nolite intelligere: & uidete uiſionem / &
Eſaias. nolite cognoſcere. Excecatū eſt enim cor populi huiuſmodi, aures eius aggra-
6 uate. oculi eius clauſi: ne forte uideant oculis ſuis / & auribus ſuis audiant / & corde ſuo intelligant / & conuertātur & ſanem eos. nam cū ipſius ſaluatoris doctrinam non a quoq; ſanctorū ſed ab eo ipſo audirent / & oculis eum cernerent: dementia ſua rudiores facti & ſolem iuſticie aſpernati / oculis animi clauſis illuminationē euangelicā non receperunt. improbi enim homines erant / & innumeris pene delictis opprimebantur: propterea & cecitas ex parte in Iſrael facta eſt / ut

Paulus ait, Et qm̄ diuini ingenii est posse deum humana in forma latentē cogno Ad roma
scere: neminē ait ad idem peruenturū / qui a deo patre cognitionē nō acceperit. 11
nec id iniuria. Si enim omne datū optimū / & omne donum perfectū desursum Iacobus.
est / descēdens ex patre luminū: quomodo cognitio Christi / dextere patris mu- 1
nus non erit? aut quō ueritatis perceptio: summa gratiarū omniū nō erit? supre
ma uero cū sit / deitatis solūmodo est: quā non impuris neq; incredulis pater lar
gitur. Nec enī in sordido uasculo preciosissima immittuntur unguenta. Idcirco Esaias,
propheta quoq; Esaias mundari primo iubet eos Christo per fidem uolunt adhe 55
rere clamās, Querite deū dum inueniri potest: inuocate ipsum dum prope est.
derelinquat impius uiam suam: & uir iniquus cogitationes suas. & conuertatur
ad dominū / & miserebitur eius: quia multus est ad ignoscendū, uides quomō a
peccatis & a preuia iniquitatis uia nos remouet: ut delictorꝝ remissionē per fidē
Christi consequi possimus. Iustificamur enim non ex operibus legis sed gratia
Christi: q̄ desursum nobis per misericordiā dei cōcessa est, ¶ Sed dicet quispiā, Matheus
quid ergo prohibuit eadem misericordia Iudeorū quoq; peccata fuisse dimissa: 9
presertim cū perfecte hoc pacto bonꝰ uideretur? quomodo etiā uerū illud uide- Matheus,
bitur. Non ueni uocare iustos: sed peccatores in penitentiam? ¶ Nos autem di- 15
cimus solis & primis domini gratiā Iudeis seruatam fuisse. Missus enim fuit ut
ipse ait: ad solas perditas oues domus Israel, recurrissent ergo facile si uoluissēt
ad uitam eternam, Et certe qui bonis moribus apud eos uiuebant / quiq; uerita-
tis amatores erant: gratia dei opitulante salutem per fidem adepti sunt. Arrogā
tes autem pharisei / & dure ceruicis pontifices / senioresq; populi / q̄uis Mosis &
prophetarū scripturis docti fuissent: credere tamē noluerut / sed malignis eorū
consiliis indigni eterna uita comperti / dei patris illuminationē non receperunt,
Cuius rei figura in Mosaicis libris legitur. Nam quemadmodū omnibus qui deo Nūeri.
non crediderūt in deserto / repromissionis terra concessa non fuit: sic incredulis 14
in Christo in regnum celorum quod repromissionis terra figurabat / uenire nō
datur. nec ideo iniustus est deus iram suam istis reseruans: imo ut natura iustus
omnia recte ac sue nature conueniēter determinat, quamuis dispensationis sue
uiam nos ignoremus. Cognouit autem omnes Ihesus fideles simul atq; incredu- Eccūs.
los / & ipsum impietatis ministrum. nec mirum: omnia enim deus uel anteq̄ pro- 23
ducantur / cognouit,

Cap. XXVI,

» EX hoc multi discipulorū eius abierūt retro: & iam non ambulabant
» cū eo. ¶ Dura uidētur insipiētibus que sapienter dicūtur, nā quē-
admodu egrotis oculis lux solaris officere solet / tenebrosa uero lo-
ca prodesse uidētur: sic egrotātes animo perfectiorē aspernant̄ di
sciplinā / & plenam bonis orationē abiiciut / si iuola uero ac inutilia
quasi plena iocunditatis amplectuntur. hac igitur ratione Iudei cum magna eis
mysteria Christus exponeret / & uaria oratione cognitionem suam eis immitte-
re uellet / & uelum templi iam ita retraheret ut interius tabernaculum reuela-
ret: tantam rem tamq; mirabilem doctrinam abominantur & respuūt / & in de-
mentiam suam delapsi retro abeunt / neq; cum ipso ambulant. Hoc enim profe
cto est retro abire, idcirco Hieremias ad contentiosam Hierusalem que peruica Nūeri.
ces homines nutriebat dicit, Auersa es a me dicit dominus: & retro abibis. Nam 8

certe qui a bonis auertitur: hunc retro cadere neceſſe eſt, deus autem eſt ipſum bonum. Abierũt igitur retro. neq; cum ſaluatore miſeri ambulabant: ad aſpera delictorũ ſuorũ itinera diuerten: es, huius quoq; rei figurã apud Moſem habes, Nã poſtea q̃ dura itinera peregerũt Iudei / poſtea q̃ uaſtas ſolitudines exierunt / poſtea q̃ prope repromiſſionis terram iam erant: tũc Ioſue cum quibuſdam aliis explorata repromiſſionis terra enarrabant populo. alii quidẽ quod gigantum filios ibi uidiſſent; ceteraq; horroris plena / quibus audientes terrebãt, Ioſue aũt ſolus ſummis regionem laudibus efferens: magno animo eſſe hortabatur quoniam dominus facile illuc eos deducere poſſet. Sed qui tunc fuerunt hebrei: lapidibus obruendũ eſſe Ioſue conclamabant. & quaſi nihil poſſet deus qui eos ducebat: ſedentes plorabant / ut ſcribitur, Ita incredulitate illorum dominus irritatus: ut indignos repromiſſionis terra priuauit, Iuraui ait in ira mea: ſi ingredientur in requiem meam, retro enim redire iuſſit / dicens ad Moſem: conuertimini ad uiam maris rubri, nec id iniuria. quoniam enim ire quo uocabãtur noluerũt: redire merito iubebantur. quod igitur illi perpeſſi ſunt: hoc & iſtis uolentibus accidit. Nam cum eterne ſibi uite uia proponeretur / qua in regnum celorũ peruenire poſſent: incredulitate ſua rem totam contemnunt / retro abeunt / & ambulare cum domino ſuo moroſitate recuſant,

Nũeri, 14

Pſalmus, 94

Cap. XXVII,

» EXit ergo Iheſus ad duodeci, Nũquid & uos uultis abire? ¶ Nõ hortatur ut abeãt: ſed non abſq; detrimẽto id fore oſtẽdit, & minatur cõmode potius: niſi ſe meliores illis oſtendant / retro caſuros nec ſecum ambulaturos / ſed in perditionem abituros, Non enim quicũq; adorant / qui plurimi ſunt / deo accepti ſunt: ſed qui recta fide id faciũt / qui pauci ſunt. Idcirco multos eſſe uocatos: paucos uero electos ſcriptura teſtatur, Nõ inquit etiã uos abire uultis? ideſt ſi oratiõe noſtra eſtis perſuaſi / ſi in fide indubitabili que a me dicũtur myſteria ſuſcipitis / ſi nullã accuſationẽ uerbis meis affertis / ſi more aliorũ non dictis / quomodo hic poteſt nobis carnem ſuam dare manducandũ: libẽter uos ui deo / & uobiſcũ ſuauiter uiuã / ac ut proprios amplectar amicos. ſin uero eadem que illi qui retro abierũt cogitatis: non modo abire uos uolo / uerũ etiã nõ iniuria compellã, ſeuerus enim ſum aduerſus incredulos: mitis uero erga fideles ſi probitatẽ conſeruent, Nam aliter etiã ipſi abſcindentur: ut ait Paulus, qui enim naturalibus ramis non pepercit: nec inſertis parcet. Audiat hec & attendat: qui ex dementia claudus eſt in fide, Nã niſi finem huius claudicationis uoluerit facere: retro abibit / duce amiſſo q ad eternã uitã deducit: ad inferos hoc amente cõfilio delabetur / ubi eſt fletus & ſtridor dentiũ. Non inquit & uos abire uultis? ne putentur duodeci diſcipuli Iudeorũ imperitia detineri / aut cũ illis murmurare qui etſi q̃ſi diſcipuli ſequerẽtur / tamen Chriſti doctrinam ut durã accuſare non uerebãtur: utiliſſime interrogauit an cũ illis uellẽt abire / ut hac interrogatiuncula ad confeſſionem recte fidei prouocaret.

Ad roma 11

Matheus. 8

Matheus 20

Cap, XXVIII,

¶ Qđ tabernaculum & arca que in eo erat / & candelabrum: figura Chriſti erat. ſimiliter etiam menſa & altaria tam incenſi q̃ holocauſti.

» REſpondit ergo Simon petrus: domine ad quem ibimus? uerba uite eterne habes, ¶ Per unum qui preerat omnes reſpondent ſanctam profecto ſanctiſq; congruentẽ diſciplinã optime cõſeruãtes / & poſterioribus

prudentie/atq; modeſtie laudabilia prebentes exẽpla.decet enim nõ omnes cõ=
fuſe nec proſilientes imprudenter/quaſi rapta uti oratione: ſed cedere iis qui &
conſilio & ordine prepoſiti ſunt. propterea Paulus quoq; ait:prophete duo aut
tres & uiciſſim loquentur,Opus igitur erat diuinitus cõprobate prudentie: ſoli i.Ad cori
reſpõſionem cõmittere illi/qui ordine maior erat. Ad quẽ igitur ibimus inquit: 14
id eſt quis nos docere ſimilia poterit / uel apud quẽ meliora inueniemus? cum tu
non dura ut illi dicũt uerba:ſed eterne uite habeas/id eſt que conducere creden
tes poſſũt ad uitam incorruptibilẽ. hinc etiã diſcimus unũ ſolũmodo Chriſtum
ſequendũ eſſe magiſtrum / illi ſoli inherendũ / qui ad uitam eternam deducere
poteſt.Sic enim in primogenitorũ eccleſiã ingreſſi: ultima beatitudine perfrue=
mur.Q̃d autem ſolus Chriſtus ſequẽdus ſit / qđq; hinc ſolũmodo ſalus habea=
tur:q̃uis ipſa rerũ natura pateat / non erit tamen ab re priſca etiam ſcriptura id
confirmare.Cum egyptum fugientes ad repromiſſionis Hebrei terram feſtina
rent: non quocunq; uolebãt ne confuſione abſq; duce progredientes errarent/
ire iubentur. Sic enim in numeris ſcribitur, Q̃ua igitur die erectũ eſt taberna= Nũeri.
culum:operuit illud nubes, a ueſpere autem ſuper tentorium erat quaſi ſpecies 9
ignis uſq; mane.ſic fiebat iugiter.per diẽ operiebat illud nubes: & per nocte q̃ſi
ſpecies ignis.Cũq; precederet nubes que tabernaculũ protegebat:tũc proficiſce
bantur filii Iſrael.& in loco ubi ſtetiſſet nubes:ibi caſtrametabantur, Ad impe=
rium domini proficiſcebantur: & ad imperiũ illius figebant tabernaculũ.uides
quomõ caſtrametari nube ſtante / & abeũte ſequi eam iubentur? ſalutare nãq;
ualde eſt: ducenti ſemper obtẽperare. quare tunc populus Iſrael: nunc autem
nos Chriſto cõglutinari iubemur.ipſe enim eſt & tabernaculũ & nubes & ignis.
quod ut omnibus pateat:totam ad ſpiritalius hiſtoriã traducamus. quando igit Prouer.
ſapientia domum ſibi(ut Solomon dicit)edificauit/& uerius ſibi tabernaculum 9
templum illud cõſtituit/quod a uirgine aſſumpſit / in quod ineffabiliter ex ſinu
patris deſcendit factus homo:tunc tam illuminatis & iuxta Paulum in die ambu Ad roma
lantibus nubes factus/eſtum peccatorũ extinguit,Errantibus uero adhuc & q̃ſi 13
nocturnis in tenebris degentibus illuminans ignis conſtitutus:in ardorem ſpiri=
tus eos tranſformat, feruere nãq; ſpiritu bonos atq; fideles credimus. nec aliud
q̃ quod diximus:nubis in die ſuper tabernaculum/ignis uero in nocte uiſam ſpe
ciem/ſignificaſſe putamus.Stare autem & ſequi ad nubis motũ & ſtatum iube= Ioannes.
bantur:ut illud intelligas/quod a Chriſto dictũ eſt,qui mihi miniſtrat me ſequa 12
tur/& ubi ego ſum:ibi ſit & miniſter meus,fixum enim eſſe ac indiuiſibiliter he
rere Chriſto fidelẽ oportet:quod exambulãdi cũ eo uolũtate ac opere ſignifica=
tur.Non enim corporis itinere id intelligitur: ſed uirtute atq; animo perficitur,
unde ſapientiſſimi diſcipuli quoniam toto animo infixi Chriſto erãt/& retro cũ
incredulis abire pernicioſum arbitrabãtur:ad quem inquiunt/abire poſſumus?
id eſt tecum ſemper erimus.tua mandata ſequemur.ſermonem tuũ audiemus.
nec ut imperiti accuſantes / dura uerba tua putamus: ſed illud potius dicimus/
q̃ dulcia faucibus meis eloquia tua/ſuper mel ori meo,ſed propoſiti quidem loci
huiſmodi ſenſus eſt. Q̃uod autem tabernaculũ in figura Chriſti priſcis tribu=
tum fuerat:optime cognoſcimus / ſi attẽtius que ad Moſem diuinitus uerba di= Pſalmus,
cũtur examinabimus, nec digreſſio nobis timenda eſt: nõ enim oportet exactã

in ſcripturis diligentiã accuſantes formidare. ſed ſcripture uerba primo ponamus. Locutus eſt inquit dominus ad Moſem dicens. menſe primo in neomenia
Exodus, 40 mẽſis uno die eriges tabernaculũ. Quãobrem uniuerſi dominus in uno die nec in pluribus:& in neomenia non cuiuſuis menſis ſed primi / tabernaculũ erigere. Moſi iuſſit: omnia enim hec non abſq; cauſa dicuntur: cũ nihil temere dictũ in ſcriptura inueniatur. Dicimus igitur tabernaculũ illud qđ tũc erigebatur: ſanctiſſimum Chriſti corpus / &(ut ita dicã) totius carnis eius ſoliditatẽ / in qua plenitudo deitatis corporaliter habitauit / ſignificaſſe. uno uero igit' die: ut per hũc
Ad coloſ. 2 diem / tempus intelligas in quo carnẽ aſſumpſit. Neomenia uero nihil aliud denotat q̃ ſaluatoris aduentum: quo renouamur / quo tranſactis iam priſcis omnia
2. ad cori 5 noua facta uidemus. nouũ enim uere tẽpus in Chriſto nobis apparuit: antiquitatem cultu iam terminans & in nouã uitã euangelica doctrina reformans / & pectis inueteratos in iuuentam iuſticie redigens / & corruptionis uires deſtruens: ac incorruptibilitatis fulgore omnes qui ad eum concurrunt mirũ in modum exor
2. Ad cori 5 nãs, noua enim creatura efficitur: quiſquis in Chriſto eſt / ut ſcribitur. Mẽſe aũt primo tabernaculũ erectũ eſt: quãdo mitigata hyemis ſeuitia / uerni tẽporis pulchritudo reſplendet / quando ſolis radii & clarius fulgent / & tẽperantius calefaciunt / quãdo floribus terra decoratur / & uireſcentibus herbis prata ueſtiũtur. que omnia ſpiritaliter intelligenda ſunt, Hyemis enim tẽpeſtas / id eſt atrociſſima diaboli tyrannis & uires eius: tẽpore Chriſti ceciderũt. Sol autẽ nobis fulgen-
Malachi. 4 tior / Chriſtus ipſe apparuit, de quo deus pater dicit. Et orietur uobis ſol iuſticie: delictorũ frigiditate corruptos ſpiritus ardore ad iuſticiã reficiẽs. flores autem & uireſcentes herbas / merito ſanctos dicemus: feruenti erga deum pietate uarios uirtutis fructus edentes. & qui olim regnãte peccato ut in hyeme nullũ producentes fructũ uerſabamur: fidei fructũ ſpirituum largitori quaſi bono agri-
Eſaias, 52 cole afferimus. hoc ipſum quaſi ex perſona Chriſti prophetarũ quidam nos docuit ipſe qui loquor adſum inquit: ut uer ſuper montes. quid enim in montibus uer efficiat: & nos tetigimus / & oĩes intelligunt. In uno igitur die tabernaculũ (quod Chriſti figura erat) erigere Moſes iuſſus fuit: ut intelligas ſemel Chriſtũ preſenti hoc tempore mortuũ fuiſſe / nec amplius moriturũ, Nam ſemel homo factus / ſemelq; mortuus / ſemel etiam ſurrexit. ſequitur enim poſt mortẽ reſurrectio que corporis rurſum cũ anima coniunctio eſt. Neomenia uero: quia nouũ in Chriſto ſeculũ eſt / quia noua creatura in eo. Primus autẽ menſis: a morte ad uitam / ab interitu ad corruptionem / a ſterilitate ad uirtutis fertilem uſum / humane nature reditum atq; tranſgreſſionẽ denotabat. Alio deinde modo Chri-
Exodus, 40 ſtum nobis figurauit dicens: & pones in eo arcã teſtimonii / & teges eam uelo, in ſuperioribus totus nobis Chriſtus integritate tabernaculi notabatur. Edes enim dei eſt ſanctiſſimũ Chriſti corp⁹: in quo propter nos habitare uoluit. In his uero per arcam que in tabernaculo erat: idem rurſus nobis quaſi per partes oſtendi-
Exodus, 25 tur. conſtituta enim fuit ex lignis que putredinẽ non patiuntur: ut incorruptibile corpus Chriſti eſſe perdiſcas. auro etiam puro intra & extra fuit deaurata: qa
Ad coloſ. 1 preciosa / regaliaq; omnia in ipſo ſunt / non ſolum que deitati uerũ etiam que humanitati eius attribuuntur. in omnibus enim primus eſt (ut ait Paulus) & aurũ honoris atq; preſtantie loco ſuper omnes accipitur. Hoc modo conſtituta deau-

rataq; arca: diuinā legē in ea repoſitam continebat. que quoniā uerbum dei eſt
non ſubſiſtens ſed mandatū: dei uerbum ſubſiſtenti carni coniunctū ſignifica-
bat, uelo autem tabernaculum tegitur: quia in carne deus latebat / & quaſi uela-
mine corporis tectus ignorabatur. unde multi deitatis poteſtatē que in ipſo mi-
raculis fulgebat / percipere propter carnem nolentes: modo criminabantur quia
deum ſe faceret / cum eſſet homo / modo ſine rubore clamabant, nōne hic eſt fi-
lius Ioſeph / cuius noſcimus patrem & matrē? quomodo nunc dicit quia de celo Ioannes.
deſcendi? Eo igitur uelo quo tabernaculum tegebatur / nō cognitum iri a pluri- 6
bus Iudeorū Ihesum denotabatur. Precedebat autē populum ſuū in deſerto: qa
ipſius dei locū tenebat / qui populū ſuum (ut pſalmiſta quoq; teſtatur) ſolus du-
cebat. deus cum egrederēris in cōſpectu populi tui / cum pertrāſires in deſerto: Pſalmus,
terra mota eſt / etenim celi diſtillauerūt, uides Chriſti figurā fuiſſe arcam, Cum 67
enim arca precederet: deus preceſſiſſe aperte dicit. quod inde liquidius demon-
ſtratur. Nā cū per Moſem deus in mōtē Seir ad expugnandū Amorreū Iudeos Nūeri.
aſcendere iuberet: tūc illi timore perculſi / nec dei uirtutē ſed uires ſuas conſide- 14
rantes / ſedebant in radicibus montis plorātes / ut ſcribitur. Moſes autem irrita-
tus: non deducturū ſe illos in repromiſſionis terram minitabātur, Ita commoti
raptis armis abſq; iuſſu ductoris aſcendebāt: deus uero per Moſem ſibi futurū
euentum cecinit. non aſcendatis ne cadatis in conſpectu hoſtiū noſtrorum: nō
ſum enī uobiſcū. at illi ex inobedientia non attendetes aſcendebant. Arca uero
nō aſcēdit cum eis: ſed ſtetit fixa in caſtris. audiſti dicentē non ſum uobiſcum,
uides non conſcendiſſe cum illis arcā. Nonne igitur clare hic intelligis dicētis dei Ioſue.
locū eam tenuiſſe? Per Hierico etiam ſacerdotū manu circunducta: non machi- 6
nis nec arietibus / aut uineis ſed tubarum clāgore alta deiecit menia. Ipſe namq;
Chriſtus per ſanctos uiros modo ubiq; circunductus: nō armis aut machinis ſed
buccinarū clangore / ſed euangelica apoſtolicaq; doctrina uniuerſas diaboli ui-
res euertit / cum omniū pene gētium conſenſus fide dominum ſuum ſuſcipiat,
Quod & in glorificationibus in eccleſia publice fieri uidemus: pontificali bucci-
na reſponſionē populi precedēte, Pontificis enim uocem quaſi buccinā quandā
intelligimus: & hoc pacto aduerſarios fundimus atq; fugamus. Non enim corpo 2. ad cori.
rea ſūt arma noſtra (ut ait Paulus) ſed ſpiritalia / & diuine uirtutis plena, Quod 10
aūt per ſanctos uiros circunuehatur Chriſtus: tum Abacuc propheta docet di- Abacub.
cens / qui aſcendis ſuper equos tuos / & quadrige tue ſaluatio / tum maxime ipſe 3
ſaluator de Paulo ad Ananiam dicens. Vade quoniā uas electionis eſt mihi iſte: Actus,
ut portet nomen meū coram omnibus gentibus Ad hec allata inquit menſa po- 9
nes ſuper eam que rite precepta ſunt: candelabrū ſtabit cū lucernis ſuis, quibus Exodus.
ambobus Chriſtus ſignificatur. Chriſtus enim menſa eſt: in qua panes depoſiti 40
ſunt / quibus omnes participatione corporis ſui ad uitam eternā alūtur. Ego enī Ioannes,
ait ſum panis qui deſcendi de celo: & uitam eternā do mūdo. Si quis mād ucaue- 6
rit ex hoc pane: uiuet in eternū. & panis quem ego dabo: caro mea eſt / quā ego
dabo pro mundi uita. Menſe igitur propoſitio id eſt panes: ſanctiſſimū Chriſti
corpus (quo ad uitam eternā omnes alūtur) prorſus ſignificat. uerum quoniam
Dauid cū ſuis cum eſurirēt propoſitionis panes comediſſe ſcribūtur: uideamus i. Regum
quid hac ex re myſticū notabatur, Non licebat de panibus propoſitionis niſi ſa- 21

cerdoti comedere: quod tamē Dauid & ſui q̄uis ex tribu ſacerdotali nō eſſent/ eſurientes fecerunt, figurabatur igitur hinc gentiū fides: & hebreorū ex parte. Iudeis enim & uiris ſacris propter maiores ſuos & legē Chriſtus debebatur. ſed multitudo gentiū quāuis prophana idolorū cultu fuiſſet: cucurrit tamen ad panem uite / Dauid etiam rege preſente ac locum eorum per figurā tenēte qui ex Iſrael ad ſalutē uenerūt: quos Eſaias appellat reliquias. Multi enim etiā ex iudeis Chriſto crediderūt, Candelabrū etiam uniuerſum terrarum orbem illuminās: Chriſtus eſt. Ego inquit ſum lux mūdi. Septem uero lucerne in candelabro ſūt, quia multis ac uariis modis per gratias ſancti ſpiritus credentiū animas Chriſti illuminat. que omnia ex auro fiunt puriſſimo: quia nihil (ut diximus) precioſius Chriſto. Solidum uero haſtile fit: quoniā nihil concauū nihil leue in Chriſto eſt Lilia etiam fiunt: propter ſanctificationis odorē, Ego inquit ſum flos prati/ & lilium uallis, duos autem ramos in candelabro uideri zacharias propheta dicit: ut duorū intelligas populorū deū miſertū fuiſſe/ quos & filios appellauit. unde dare patet Chriſtū candelabro figuratū fuiſſe: qui obediētia & fide Iudeorum gētiumq; populos aſſiſtere ſibi fecit. Multifariā deinceps Chriſtū ſcriptura ſignificauit dicens. Et pones altare aureū in quo adoleatur incenſum coram arca teſtimonii. Tentoriū in introitu tabernaculi pones: & ante illud/ altare holocauſti (& circū pones tabernaculū & ſanctificabis omnia. Cōſidera q̄ diligenter utriſq; altaribus Chriſtus nobis deſcribitur. corā enim arca aureū altare in quo incēſum adolebatur poſitū erat: & in introitu tabernaculi tentoriū extendebat̄/ ne quid de interioribus uulgo cerneretur, holocauſti uero altare iuxta portas tabernaculi extra tentoriū conſtitutū erat. ita per altare quidē incēſi: ut ſuauitatis odor aſcendiſſe ad deum patrē intelligitur. Per holocauſti uero altare: ut hoſtia pro nobis ad cedem acta. celabatur uero primū: quia occulta atq; recondita eſt gloria Chriſti. Alterū aūt uulgo patebat: quia mors eius omnibus patet. Sed coram etiā arca altare aureū erat conſtitutū: ut in cōſpectu dei patris miram admodū atq; precioſam filii gloriā eſſe/ enigmatice ſuboſtenderet, iuxta illud. Nullus cognoſcit filiū niſi pater. In itroitu uero tabernaculi altare holocauſti ſtabat: quod mortē Chriſti quam pro omnibus tulit ſignificabat/ ut diximus, ut intelligamus nullo nos poſſe modo ad deum patrem accedere: niſi per ſacrificiū Chriſti. Ego inquit ſum porta: & nemo ad patrē accedit niſi per me. Tendebatur autem tabernaculū/ omniaq; continebat: ut unum omnia nō multa eſſe uiderētur, unus enim q̄uis multipliciā in nobis intelligatur / Chriſtus eſt tabernaculū quidem: propter carnis tegmentū. arca uero legem habens reconditā: ut dei patris uerbum. menſa: ut cibus & uita, candelabrū: ut lux ſpiritalis, altare incenſi: ut odor ſuauitatis in ſanctificatione. altare holocauſti: ut hoſtia pro totius mūdi uita ad crucem acta, omnia uero hec ſanctificantur: quia quocūq; modo Chriſtum intelligas/ totus ſanctus eſt. Tabernaculo igitur precedente Hebrei ſequebantur/ ſtante caſtrametabantur: ut nos diſcamus nullum alium datū nobis eſſe ducem ad ſalutem q̄ uerbum dei hominem factum. Et hoc modo conemur ſua ſeruantes precepta: uitam eternam conſequi, quod illi non fecerunt: qui doctrinā Chriſti ſpernentes retro abierunt/ & non ambulabant cum eo. Petrus autem & omnes duodecim recte ut ſancti uidebant/ non poſſe aliunde ſe uitam acquirere q̄

Eſaias, 10
Ioannes, 8
Cantica. 2
zachari. 4
Exodus. 40
Matheus 11
Ioannes. 10
Ioannes, 14

a Chriſto:ideo illi firmiter inherebant, Cap.XXIX.

» ET nos credimus & cognoſcim⁹:quia tu es Chriſtus filius dei. ¶ Mirabilis fuit apoſtolorū fides, feruentiſſimus iſte cōfeſſionis modus. eximia & ſingularis prudentia, non enim ut rudes retro abierunt: nec ut leues abſq; re aliqua inducti ſunt ad credendū. ſed multis ſignis facti certiores / quod uerborū uite plenus eſſet Chriſtus / quia celeſtem predicaret doctrinā: uere crediderunt, ſane quādo non ita firmata eſt fides / quoniā radicē non habet: cito ex animo ſolet euolare / ſemini illi ſimilis qđ in lapidē cecidit / & quia radices iacere nō potuit / facile fuit exſiccatum, Lapidē enim hic enigmatice / duram mentē quam dei doctrina uſq; ad interiora nō penetrat appellauit: qualē & habuerūt & habent Iudei, ac ideo per prophetam eis dicitur, dirūpite corda ueſtra & non ueſtimēta ueſtra. Nam quemadmodū arā tro proſcindēdos eſſe agros pri⁹ agriculture legibus docemur / q̄ ſemina eis credantur, ſic arbitror anteq̄ fides nobis credatur: corda noſtra deſiderio eius comminuēda ſunt. Cognouiſſe igitur firmiter diſcipuli dicūt: quia ipſe ſit Chriſtus filius dei. ſapienter uero nimiū & credere & cognoſcere ad uiuum hec duo uerba conducenter dixerunt, Non enim quia credimus / rationē omnino contemnimus: ſed conamur potius aliquam ut in ſpeculo / & enigmatice cognitionē habere. Optime autē fidē cognitioni prepoſuerunt. Precedit namq; fides: cognitio ſequitur / iuxta illud, Si nō crediderit⁹: non intelligetis, Niſi enim abſq; ulla dubitatione / fidei ieceris fundamēta: nō poteris paulatim cognitionē que in Chriſto eſt ſuperedificare: ac ita in uirum ſpiritalē euadere. Ecce inquit ego immittā in fundamētis ſyon lapidem erectū / angularem ac precioſum, initium enim & fundamentū in ſanctificationē atq; iuſticiam: Chriſtus eſt / per fidē ſcilicet & nō aliter / hoc enim modo in nobis habitat. Illud etiā diligenter cōſidera: quod ubiq; precipue cum prepoſitione articuli / tu es ipſe Chriſtus dicūt / ipſe dei uiui filius: ab aliis filiis dei qui uocati per gratiā adoptati ſunt / uere ac naturaliter filium ſe parantes: cui nos coniuncti per ſimilitudinē filii dicimur. Chriſtū autem ipſum dicunt: quia unus & idem eſt Chriſtus & filius dei. Chriſtus uero non idcirco uocatur / quia ſubſtantialiter idem ſit Chriſtus & filius dei: ſed unus quidem Chriſtus precipuo quodā eſt modo. Nemo enim eſt Chriſtus ut ipſe, Chriſtus autem ſimilitudine noſtra nuncupatur. Nam cum proprie ac ſingulariter tam nomine q̄ re uere dei filius ſit: commune ſibi nobiſcū Chriſti nomen eſt. unctus enim eſt inquantū homo eſt: & idcirco Chriſtus eſt. quoniā ergo ungi humano generi attribuitur: ſimilitudine ut diximus noſtra / non ut filius dei / Chriſtus eſſe intelligitur, unus tamē eſt ſingulariter atq; precipue & ante carnē & poſt carnē Chriſtus / non duo: ut nonnulli aſſerunt / myſterii profunditatem ignorantes. Non enim ut in hominē quendam (ſicut in prophetas gratia ſpiritus) uerbum dei deſcendit: ſed uere caro id eſt homo factū eſt / ut ſcribitur. Non ergo in duas poſt incarnationem perſonas ſcinditur: q̄uis aliud ſecunndū naturam eſſe uerbum dei / & aliud humanitatem eius omnino credendū eſt, Hanc enim fidem ipſi nos apoſtoli docēt: qui cognouiſſe aiunt ipſum eſſe Chriſtum filium dei. Quare qui aliter dicere audent: ſuſcipiendi non ſunt. Cap.XXX.

Lucas, 8

Iohel. 2

Eſaias, 7

Eſaias. 28

Ioannes, 1

» RESpondit eis Ihesus,Nõne ego uos duodecim elegi / & unus ex uo-
» bis diabolus est? dicebat autẽ de Iuda Simonis Scharioths, Hic enim
» traditurus erat eum:cũ esset unus ex duodecim, ¶ Acrioribus eos confirmat uerbis / diligentioresq; facit:periculo ante oculos posito. Sic enim dicere uidet ,Magna uobis o discipuli uigilãtia / magnoq; studio ad salutem opus est, Lubrica enim admodũ perditionis est uia / non imbecillam solummodo distrahens mentẽ; uerũetiam firmos nonnunq̃ animos uoluptate decipiens.quod autem ita sit : non eorum qui retro abierunt / sed uestri exemplo cõfirmatur.Ego enim uos ut bonos elegi / nõ ignorabã sed cognoscebam ut deus corda uestra:sed rapuit unum uestrũ auaritia deceptũ diabolus.liberum enim homo animal est; & potest siue dextrũ siue sinistrũ uelit iter(uirtutem dico aut uitiũ) èligere. Vigilantiores ergo facit omnes:quia quis traditurus sit / clare non dicit.sed uni generaliter tante impietatis onus imminere affirmãs; sollicitos oñes reddit / & horrore ad matorẽ uigilantiã erigit, illud etiam ad hoc facit,nam cum illi credere atq; cognoscere filium dei esse illium asseruerint ; hãc confessionem suam predictione futurorum ueram esse demõstrat. unus enim solummodo deus futura nouit. diabolum uero / diaboli ministrum appellauit,
i.Ad corĩ 6 Nam sicut qui domino conjungitur / unus cum eo spiritus est : sic contra quoq; fieri non est negandum. Cap.XXXI.

» POst hec ambulabat Ihesus in Galileã. non enim uolebat in Iudeam
» ambulare:quia querebãt eum Iudei interficere, ¶ Post hec inquit que facta dictaq; sunt, Vt in superioribus patuit: ambulabat id est conuersabatur in Galilea ,quod non ultro nec libenter / sed necessario factũ:adiecta causa ostẽdit. Idcirco enim inquit in Galilea cũ alienigenis longo tempore fuit:quia Iudei querebant ipsum ut interficerẽt.Magna profecto hec rursus Iudeorũ accusatio est:quorũ crudelitate fiebat ut apud
Hieremi, 12 alienigenas degeret.quod futurũ Hieremias predixit. dereliqui enim inquit domum meã / dimisi hereditatẽ meam:dedi animã meam dilectam in manus inimicorũ eius. Gẽtes enim quoniam creatore neglecto creaturas colebãt:inimici dei
Lucas. 11 erant ,qui enim inquit mecũ non est : contra me est. Ante uero Christi tempora deum uerũ gentes ignorasse : nemo unq̃ dubitabit. Erant ergo contra deum & in inimicorũ loco constitute ,Magna igitur illorũ fuit crudelitas;qua fiebat ut cõuersari cũ inimicis q̃ cum suis uiuere mallet, qui saltem quoniã carne cõiunctus secum erat:diligere ipsum debebant. Iure igitur ad gentes sẽ postea transtulit: quod se facturũ iam re ipsa minabatur.magna quasi uoce clamãs: nisi persequẽdi finem faciant / omnino se ad gentes abiturũ. Quod autem modo re ipsa minari uidetur : id priscis temporibus figura quadam subostendebat / occulte per
Leuiti. 1 enigmata relicturũ se Hierusalẽ significans, Nam quãdo de sacrificiis leges ferebat, ut in leuitico scribitur:uitulum domino munus in figura Christi ad holocaustum primo iussit offerri , Deide. si uero de pecoribus oblatio est inquit:de agnis & hedis ad holacaustũ masculum &absq; macula offeret / ponetq; manus super caput hostie.& immolabit ad latus altaris:qđ respicit ad aquilonẽ coram domio. His uerbis ad gẽtes mysteriũ Christi translatũ iri significabatur.quod facile patebit:si tẽpli situm prius atq; altaris dispositionẽ declarabimus, Sic enim apertũ

fiet:quid ſibi uoluerit / quod nõ recte ſed ad latus atq; ad aquilonẽ oblatũ pecus reſpiceret. Iudeorũ igitur regio in auſtralibus ſita partibus eſt, templũ autem quod Hieroſolymis fuit / orientẽ ita reſpiciebat:ut orientis ſolis radios ſtatim admitteret.altare quoq; ipſum recte ingredienti faciem offerebat, unde alterum latus ad aquilonẽ:alterum ad auſtrum reſpiciebat.hec nõ alio modo ſe habuiſſe ſpiritali Ezechielis uiſiõe cõprobantur. & uidebam inquit & ecce uiginti quinq; uiri quorũ terga ad domini templum:& iſti adorabant orientem ſolem.Nempe qui orientẽ ſolem adorat:faciem adorat / faciem ad ortum uertit. cuius terga ſi facies templi reſpicit: neceſſe eſt faciem & portas tẽpli ad orientẽ ſolem reſpicere.Hoc poſitionis modo:altare quoq; conſtitutũ erat.quare tam templi q̃ altaris facies ad ortũ,latera uero:alterũ ad auſtrũ / alterũ ad aquilonẽ / poſterior pars ad occaſum reſpiciebat, Hec cũ ita ſe habuerint; Galilea id eſt gentiũ regio(ita enim de ipſa ſcribitur)ab aquilone Iudee cõiungitur, quoniã igit̃ poſt paſſionẽ ſaluator noſter a Iudea in Galileam / id eſt ad eccleſiam gentiũ tranſiturus erat: idcirco in latere altaris quod aquilonem & Galileam reſpiciebat / immolabatur. quod etiam pſalmiſta cecinit,Oculi enim eius inquit ad gentes reſpiciunt.declinabat igitur Iudeam dominus, non quaſi formidoloſus / ſed quoniam congruũ crucis tempus non aderat. Cap,XXXII.

Ezechiel, 8

Eſaias, 9

Pſalmus, 65

» ERat autem in proximo dies feſtus Iudeorũ ſcenophegia,dixerunt
» autẽ ad eum fratres eius:trãſi hinc / & uade in Iudeã.ut & diſcipuli
» tui uideãt opera tua que tu facis.nemo quippe in occulto aliquid fa
» cit / & querit ipſe in palam eſſe.ſi hec facis:manifeſta te mũdo.neq;
» enim fratres eius credebant in eum ¶ Nondũ uerbum dei qui ſaluatoris fratres putabantur / inhabitare in eo cognoſcentes: communi opinione ferebantur / putãtes a Ioſeph ipſum natũ fuiſſe. Miracula uero uidentes occultius ab eo in Galilea fieri:ad manẽ gloriam hortantur / quaſi ad hoc ille ſigna faceret ut laudẽ ab hominibus conſequeretur, aſcẽdere autẽ in Iudeã ei conſulũt ac ibi ſigna facere: nõ ut credant in eum diſcipuli eius / ſed ut miraculoſa opera uideant,nã ſi uis cognoſci dicunt: noli hec clam facere / ſed in Iudea / ut plures in regione frequenti diſcipulos facias, Addidit autem neceſſario nõdum etiam illos in Iheſum credidiſſe: ne tã friuola detectaq; uerba credẽtes dicere uiderentur,poſtq̃ tamen crediderũt:eo pietatis cõſcenderunt ut inter apoſtolos numerati ſint,hoc ipſum Hieremias ſermone ad Chriſtum uerſo ſic predixit,fratres inquit etiã tui & domus patris tui ſpreuerunt te: & ipſi clamauerũt poſt te / noli credere quia loquẽtur ad te bona, Qui enim anteq̃ firmiter crederet ita leuiter ſequebantur:quaſi aduerſus eũ clamantes / cõgregati poſtea per fidẽ ad ipſum: bene de ipſo locuti ſunt / ſalutare ceteris euangelium predicantes,diuinitus autem cum fratres propheta dixerit:ſtatim ſubiecit / & domus patris tui,ne filii uiginis: fratres eius putarentur, Cap.XXXII,

Hieremi, 12

Hic uidetur uelle filios fuiſſe Ioſeph Eccũs.

» EIxit eis Iheſus: Tempus meum nondũ aduenit, tempus autem ue-
» ſtrũ ſemper eſt paratũ. ¶ Latet ut plurimũ ſenſus ſermonis eius. ſcriptum eſt enim: quod erit homo occultans ſermones eius,quod ad utilitatẽ audientiũ factũ fuiſſe nemo nõ inſanus negabit. Nondum igitur inquit palam faciẽdi omnia tẽpus adeſt. Cum Iudeorũ

30

animus ſine ira doctrinã meam ferre aut pati nequeat: nec etiam tempus adeſt ut gentibus hec omnino tradãtur/cum nondũ penitus a gratia Iudei reſilierint. mee igitur inquit manifeſtationis tempus nondũ adeſt: ueſtrũ aute adeſt/paratumq; eſt:nihil enĩ prohibet ne ad meliora poſſitis accedere. Preterea quecunq; maiori diſpenſationi res ſubiacent:non omni tempore cõmode aguntur,quales Chriſti res erant,res autem eorum qui maiora negligunt/& humiliora ſequuntur:quouis tempore ſuſcipi poſſunt. Quas ob res:meum quidem nondum/ueſtrum autem tempus ſemper paratum eſt. Cap.XXXIIII.

» NOn poteſt mundus odiſſe uos:me autem odit/quia ego teſtimoniũ
» perhibeo de illo quia opera eius mala ſunt. ¶ Cõmode his uerbis: & illos terreſtribus rebus nonnihil adhuc inhiantes arguit/& alteram artificioſiſſime affert reſponſionem. quia oſtendit adhuc eos ignorare quis ipſe ſit: ac ideo longe ab eo diſiectos eſſe/ut qui huĩ mundi magis q̃ uirtutis uitã admirantur. fuit aũt ſaluatori noſtro conſuetudo: parua cauſa data/multa utiliter audientibus dicere,Semper igitur inquit ſimile ſibi quiſq; amare ſolet: & morum ſimilitudo mirifice ad amorem conglutinat. Videtis quia mundus nõ odit uos:ſentitis enim ut ipſe.me aute odit: quia perpera m operantẽ accuſo,quare uos abſq; periculo in ſolemnitatẽ iſtã proficiſci poteſtis:ego aũt minime,loquar enim omnino ſi uenero que illi conducũt,Sed ueritas odiũ parit:& iram uoluptuoſi animi incẽdit/cum nolit delicioſam uitã cõtemnere. Hinc dicimus non inconſiderate arguẽdum eſſe/neq; coram hominibus increpandũ, Non argue inquit malos: ne te odio habeant.non enim abſq;
Amos, 5 detrimento eſſe odiũ poteſt.quare dicendũ pottus eſt ad audiẽtium aures: pronus enim ad peccandũ mũdus eſt.peccata uero redargutione relinquũtur quorum uel nominatio ſola/redargutio quedã eſt,Nam qui prauitatẽ ipſam uituperat:illos reprehendere uidetur qui praui ſunt, Quando igitur ad arguendum neceſſario doctor uocatur: cum aliter curatio haberi poſſe non uideatur/tunc qa moleſte fert qui redarguitur/multa ex odio mala naſcũtur.propterea Chriſtus ait odio ſe haberi a mundo: quia mundus monitionẽ que increpationis aliquid ſemp habet/ferre nõ poteſt.animus enim uoluptati deditus grauiter fert: ſi a uoluptate reuocaſ. Hec dixit ſaluator:nõ quia nullo ſe modo in ſolẽnitatem aſcẽſurũ oſtẽdere uelit/nec quia ab utili redargutione animũ remouerit/ſed qa oportuno tẽpore cũcta erat facturus, Simile quid etiam diſcipulis dicit.cũ enim eos cõſolaretur propter futuras aduerſus eos in predicatione ueritatis tentationes:ſi e mundo inquit fuiſſetis/mundus quod ſuum erat diligeret,quoniã uero
Ioannes. 15 de mũdo non eſtis:propterea mundus uos odit.mundũ uero in his omnibus nõ uiſibiles creaturas appellat:ſed eos qui res caducas atq; inſtabiles toto animo amplectuntur/qui uirtutis amicos quaſi hoſtes oderunt.diligunt autem omnes qui cum ſimili turpitudine teneantur:uirtutis inimici ſunt, Cap,XXXV.

» VOs aſcendite ad diem feſtum: ego autẽ non aſcendo ad diem feſtũ
» iſtum/quia tempus meũ nondũ impletũ eſt. ¶ Apertiſſime modo nolle ſe una cum Iudeis feſtũ agere diem/& umbras cum illis ſequi dominus affirmat. Nam quod ad paucos & ad fratres dictum eſt: ad totum genus hebreorũ pertranſit.Non enim ſocietatẽ fratrum

ſpreuit: quippe qui cum eis in Galilea uerſabatur, nec dubito quin propter opinionem cognationis etiã cõtueret, ſed per fratres/totum Iudeorũ genus intelligit: quibus cum ſolemnẽ/feſtũq; diem per umbras celebraturũ ſe negat. ut prophetica quoq; uoce predixit. odi ac reppuli feſtiuitates uras, etſi obtuleritis mihi holocauſta & ſacrificia: non accipiam. Remoue a me ſonum cantuũ tuorum: & Eſaias,
pſalmos organoꝝ tuorũ non audiam, ſpiritus enim deus eſt: & adorantes eum/ 1
in ſpiritu & ueritate adorare oportet. Spiritus ergo deus cũ ſit, ſpiritali honore Ioannes.
gaudet. Legales etiam bouũ atq; pecudũ cedes/thuris/ſimile/uini/oleiq; oblationes: uarios ſpiritualis uirtutis numeros figurate ſignificabãt. uos igiť inquit/ 4
qui umbris adhuc inheretis/qui Iudaice affecti eſtis: aſcendite in hunc feſtũ diẽ per umbras celebraturi. Ego uero cui umbre iam cordi non ſunt: non aſcendo, quia per figuras celebrare iocundũ non eſt. expecto autem uere ſolẽnitatis tempus: quod nondũ impletum eſt. Tunc enim in ſplendore ſanctorũ cum eis conuiuam in gloria patris: que ſuper oĩa fulget. ſuũ uero tẽpus appellat, ſua enim ſolẽnitatis eſt. ipſe magiſter eius eſt, ipſi prophetica uoce attribuitur. dicit enim
ad impios & male uiuẽtes diuinus ille Oſeas, quid facietis in die ſolemnitatis do- Oſee,
mini & in die feſto eius? id eſt quomodo qui labores uirtutis aſpernati eſtis/qui 9
dei charitate neglexiſtis: ad celeſtẽ ſolemnitatẽ ingredi poteritis? aut quomodo
cene illius dominus atq; magiſter/nõ eiciet uos dicens. Quomodo intraſtis huc Matheus
abſq; ueſte nuptiali? Cognata his zacharias quoq; propheta ſcripſit. Oẽs inquit 22
qui de uniuerſis gentibus reliqui fuerint que uenerunt contra Hieruſalẽ aſcen- zacha.
dent de anno in annum: ut adorent regem dominũ exercituũ/& celebrent feſtiuitatem tabernaculorũ. Aſcẽſuros enim reſiduos ait: & ad adorationẽ magni 14
regis & ad diem feſtum ſcenophegie. Nam q̃uis multi per gratiam uocati ſunt:
pauci tamẽ admodũ in ſupernam Hieruſalẽ aſcendunt. pauci enim electi ſunt;
ut ait ſaluator. Adorabũt autem non legali ſed ſpiritali adoratiõe, uere ſceno- Matheus,
phegie diem feſtũ agentes/& illud ſumma cũ iocunditate canentes. Benedictus 20
dominus qui exaudiuit uocem deprecationis mee: in ipſo ſperauit cor meum & Pſalmus,
adiutus ſum/& refloruit caro mea. Reflorebit enim rurſus atq; reuiuet. neq; id 27
abſq; chriſto, ipſe enim nobis reſurrectionis initium & uere ſcenophegie ianua
factus eſt, quod certe prophetica uoce ſic dicitur. Et erigam tabernaculũ Dauid Amos,
quod cecidit, tabernaculũ enim/caroq; Chriſti a ſanguine Dauid ſumpta: prima ad immortalitatem uirtute dei patris excitata eſt. ut etiam per quendã apoſtolorũ dicitur. hunc definito cõſilio & preſcientia dei traditũ per manus iniquo Actus,
rum affligẽtes interemiſtis: quẽ deus ſuſcitauit ſolutis doloribꝰ inferni/iuxta qđ 2
impoſſibile erat teneri illũ ab eo. & rurſus, hũc Iheſum ſuſcitauit deus: cuius oẽs
nos teſtes ſumus. Qđ autem ſcriptura ſoleat humanitatẽ Chriſti que a ſemine
Dauid ſumpta fuit/Dauid appellare: omnibus patere arbitror. Cap. XXXVI.

» HEc cum dixiſſet ipſe: manſit in Galilea, ut autẽ aſcenderũt fratres
» eius: tunc & ipſe aſcẽdit ad diem feſtum nõ manifeſte/ſed quaſi in
» occulto. ¶ Diu manet in Galilea/longius a regione Iudeoꝝ ſemotus: ut q̃uis propter errore idolorum imperitiſſima gentilitas eſſet/
nobilior tamẽ Iudeis conuerſationi Chriſti efficiatur, Licet hinc (ut
diximus) etiã oſtendatur merito ſe gẽtes diligere: & Hebreos odiſſe. Quomodo

Eccūs. enim qui oīa nouit anteq̄ producātur: eccleſiā gentiū que ſic facile fidē amplexu
23 ra erat non amaſſet/ & ingratos Iudeos aſpernatus non eſſet: preſci tum cū illi⁹
pulchritudinē uel ante aduētus tempora concupiſſe ſcribatur/hanc uero Iudeo
Ezechiel, rum dico ſynagogā/fornicatricem/& adulterā/& dure ceruicis appellet, audi
16 fornicatrix Ezechiel inquit/domini uerbum, Hieremias autē ut adulteram ac-
Hieremi, cuſat clamās, ſicut ſpernit mulier cohabitantē ſuu ſic me ſpernit domus Iſrael/
3 dicit dominus. Hec igitur ueluti deus preſciens/& pulchritudinem gētilis eccle-
ſie tam proſpiciens/& Iudeorum peruerſos nō ignorans mores: illam ſicuti ſpō-
ſam amplectitur/& hanc quaſi adulteram odit. utrumq; tamen tempori opor-
tuno reſeruauit. Nam nec omnino ſynagogam ante crucem e- cit, nec Galilee
id eſt gentibus omnino ſe dedit anteq̄ illam eiecerit. Quamq̄ igitur dixerit non
aſcenſurū ſe in illū diem feſtum/quoniā tēpus ſuum nondū impletum erat/fra-
tribuſq; permiſerit ut ſi uellent aſcenderent: aſcendit tamen poſt eos nec aliter
dixit nec aliter fecit. Quomodo enim: cuius in ore mendaciu inuentum nō eſt:
Eſaias. ſed non aſcendit feſtum dem acturus: ſed admoniturus potius/ ad uitā eter-
53 nam doctrina illos ſua reuocaturus, Nam quod iſte ſuorum ſenſus uerborum
ſit: inde apertiſſime patet. quia non aſcendit ſimul cum fratribus ſed latentius:
illis omnino diſſimilis/qui ad feſtum diem hilari animo pergebant. quando au-
tem ad ſalutarē ibat paſſionē: tunc non occulte ſed pullo inuectus aſine in figu-
ra populi noui magni adoleſcentulorum multitudine precedēte/per quos uen-
turi populi multitudo ſignificabatur/aſcendebat. clamabant autem qui prece-
Matheus debant. Benedictus qui uenit in nomine domini/oſanna in excelſis, Quoniam
21 ergo latenter aſcendit: non ad diem feſtum ſed ad docendū ſe Hieroſolymam
petiſſe oſtendit. nondū enim ut diximus Hebreos omnino reliquit. Dixiſſe ue-
ro ipſum quod non aſcendet/& tamen aſcendiſſe: in libro Exodi priſcis tempo-
Exodus, ribus figura ſignificatum inuenies. Nam cum Moſes in cacumine montis diuti⁹
32 moraretur/legē a deo expectās/cumq; uitulū (dei pietate neglecta) Hebrei co-
lerent/nequitia hominū irritatus/perdere genus eorū minatus fuit. Et tandem
dixit ad Moſem. uade & aſcēde hinc tu & populus tuus/quem eduxiſti de terra
Exodus, Egypti/ad terrā quā iurauit Abrae dicens. Semini tuo dabo ipſam/& mittā ante
33 faciem tuam angelum meum. Reſpondit Moſes: niſi tu nobiſcū ueniasi nō edu-
ces me hinc. Et quomodo cognoſci poterit iueniſſe me ac populum tuum apud
te gratiam: niſi nobiſcum ueneris? Tunc dicit dominus ad Moſem/& hoc uerbū
quod dixiſti faciam/inueniſti enim gratiam apud me. Vides prius dictum eſſe
a deo propter populi peccatum non aſcenſurum ſe cum illis/ſed angelum quen
dam miſſurum: poſtea uero propter Moſem & patrum memoriam uenia data/
cum illis ſeipſum preſentem fore promittit, Similiter igitur etiam hic cum pro-
pter incredulitatem Iudeorum iturū ſe negauerit: tamen propter ſanctos pau-
cos & ſollicitationes ſuas aſcēdit non ut ad feſtū diem/ſed ut ſalutarem illis do-
ctrinam proponeret, nec angelo ad hoc miniſterū utitur: ſed ipſe ſalutaris do-
ctrine miniſter fit.

Cap. XXXVII.

39 VDei ergo querebant eum in die feſto: & dicebant/ubi eſt ille? Que-
Eſaias, runt Iudei Ihesum non ut credant in eum. obtuliſſet enim hoc modo ſe
65 illis/ut ſcribitur. Apparui non querētibus me: inuētus ſum a nō inueſti-

gantibus me, ſed ex multa uanitate animi in gentium mores delapſi / diuine gratie ſplendore non illuminabantur. ſapientes enim gentium longos reuoluentes ſermones & aranearum telas texentes: quod uere bonum aut iuſtum ſecũdum naturam eſt diligenter querere ſimulant / cum umbram ſolũmodo ſequantur, & uirtute uera uacui ac ſuperiore ſapiẽtia omnino carentes / ad nullam plerũq; utilitatem multa conſcribunt: Iudei quoq; illos imitati / & ignorantiam illorũ admirati: Ihesum querunt, non ut credant / quod re ipſa patuit: ſed ut dicacitatem ſuam in eum exerceant / & hoc modo inextinguibilem ſuper capita ſua flammã incendãt. Preterea inde quoq; patet nõ bono animo illos Ihesum queſiuiſſe: quia cur non adeſt ſolũmodo querunt, affuiſſe namq; oportere opinabãtur feſtum diem illis agentibus tantorũ authorem miraculorum. Ita tocũditatem potius ex admiratione ſignorum q̃ utilitatem uenari uidebãtur. & peritiam habere legis iactantes / & prophetarum dicta non ignorare: non recordantur ſcriptum eſſe Querite deum dum inueniri poteſt: inuocate eum dum prope eſt. derelinquat impius uiam ſuam / & uir iniquus cogitationes ſuas: & reuertatur ad dominum & miſerebitur eius. Animaduertis quod non ſufficit ad ſalutem / ſi ſolum queri: ſed propter cum inueneris obedientia & fide ad illum reuerti. Sed quoniam nec in mentem quidem hec ſibi ueniebant: merito audiant, quomodo dicetis / ſapientes nos ſumus / & uerbum domini nobiſcum eſt? uere mendacium operatus eſt ſtilus mendax ſcribarũ. confuſi ſunt ſapientes / perterriti & capti ſunt, & ſapientia nulla eſt in eis. Verbũ enim dñ proiecerunt, Quomodo eni non reprobarunt; que non ſuſceperunt? aut quomodo non contennebant ſic imperite de ipſo dicentes: ubi eſt ille? Arrogantium enim hoc dictum eſt. nam quamuis propter miracula magnam de ipſo debuiſſent opinionem habere: nondum tamen magnum quid de ipſo dicere uidentur.

Esaias. 55

Hieeemi. 8

Cap. XXXVIII.

» ET murmur multus erat de eo in turba, quidam enim dicebant quia
» bonus eſt: alii / nõ / ſed ſeducit turbas. ¶ Difficile ſemper inuentu bonũ eſt: & ueritatis pulchritudo plurimos latet, nõ enim poſſunt indoctiores / q quodcũq; ſibi uiſum fuerit / abſq; diligenti examinatione ſequũtur ueritatẽ rerũ, recte intelligere, nec dicentẽ Paulũ auditũ ſitis probi nũmularii. omnia enim probãda noueris: ut certius ueritatem cõſequi poſſis, Audiãt queſo atq; attendant: quicũq; Ihesum ex arrogantia non admirãtur. Guſtate & uidete quia ſuauis eſt dominus. Nam quemadmodũ qui guſtu precipuam mellis qualitatem probant / ex minima quam guſtauerũt particula totum cognouerunt: ſic qui uel parum ſaluatoris uerba intellexerunt / bonũ eſſe ipſum cognoſcent / & cognoſcetes admirabuntur. prudẽtiores igitur Iudeorũ Chriſto adſunt / & pene rectam de illo ſententiam efferunt: non poſſe putantes opera dei quemq̃ facere / niſi aut deus ipſe natura ſit / aut dei particeps & gratie plenus & idcirco bonus. loge autẽ a ueritate oberrãt: q non erubeſcut ſeductorem appellare, qui merito audiet, ue qui dicitis malum bonum / & bonũ malum qui putatis tenebras lucem & lucem tenebras, In eodem enim loco conſtitutus eſt qui probitatem accuſat / & qui adeſt improbitati: qui turpia quaſi plena pulchritudinis admiratur & pulchris ſordes imponere conatur, Sed hec opprobria Iudeorum predicta iam a prophetis erant. Ve inquit eis qui reſilierũt

i. ad theſ. 5

Pſalmus, 33

Ioannes, 3

Esaias, 5

Oſee. 7

a me, redemi eos, ipſi autē aduerſus me falſa locuti ſunt. Cap. XXXIX.

39 IEmo tamen palam loquebatur de illo propter metum Iudeorum. ¶ Cum ipſi Iudei murmurent: Iudeorum tamen inquit timore / nemo de illo palam loquebatur, ſed precipue hic Iudeos / Iudeorū principes appellauit. indignum enim (ut mihi uidetur) iudicauit homines adeo a pietate remotos: ſacrdotes aut ſeniores populi appellare, quos per prophetam ut ſpiritalis uinee corruptores deus accuſat dicens,

Hieremi. 12 Paſtores multi demoliti ſunt uineam meam: cōculcauerunt partem meam / dederunt portionem meam deſiderabilem in deſertum ſolitudinis / poſuerunt eam in diſſipationem, quomodo enim dominicam uineam ipſi iniquitate ſua nō deuaſtarūt: qui non modo nichil ad cultum ipſius conducunt / uerū etiā ſtudio & opera faciunt ut populus timore preſſus / non pareat recte docēti? Argumentum autem eſt / nimium illis plebem ſubiectam fuiſſe: quia nec laudare quidem quod laudandum putant / palam audebant. Quemadmodum igitur gubernator: ſic cum ipſe gubernādi rationem habeat / ceteriq; omnes qui in eadem ſunt naui ſibi apprime obtemperent / ipſe ſolus culpam habebit / ſi nauem in cautes & ſcopulos illiſerit, aut auriga ſi agens in inuia currus fregerit, ita certe Iudeorum principes: quia ſubiectam parentemq; plebem habeant / non iniuria perditionis omnium rationes relaturi ſunt. Quod autem ipſi perditionis populi

Heremi. 10 cauſa fuerint: Hieremias etiam teſtatur dicens. Stulte paſtores egerunt / & dominum non queſierunt: propterea non intellexerunt omnis grex / & diſperſi ſunt. Cap. XL.

39 AM autem ſolemnitate mediante / aſcendit Iheſus in templum & docebat, ¶ Sacerdotio digna ſaluatoris doctrina: quare ibi etiam precipue adhibetur / ubi deus habitare credebatur, Nam etſi omnia deus repleat / quia circūſcriptibilis loco non eſt / nec ſecundum naturā ſuā in loco eſſe intelligatur: decentius tamen in ſacris eum locis habitare dicimus, Nā quod figuris ſignificauerat: id modo in ueritatē tradu-

Exodus. 26 cit. Dicit enim ad Moſem, & impones propiciatorium ſuper arcam: & loquar ad te deſuper ab altari inter duo Cherubim que ſunt in arca te timonii. dominus igitur noſter Iheſus Chriſtus mediante iā ſolēnitate in dedicata deo loca ingreſſus: ubi turbas alloquitur. Aſcendit autē occultius, quemadmodū in tabernaculum propiciatorii ita clam aſcendebat: ut tunc ſolum ibi eſſe uideretur / quando loquebatur, & ut ad Moſem illis tēporibus ſolum deus uerba faciebat: ſic modo Chriſtus unā adhuc Iudeorum genus inſtituere ſtudet / nondum effuſa ad oēs gentes liberius gratia, non autē ingreſſum ait fuiſſe in templum: ſed aſcendiſſe;

Exodus. 40 ardua ſane res eſt atq; ſublimis: loca ingredi ſcta / & docēdi munus recte ſuſcipere. rei autē umbra Chriſtum ſignificabat. Moſes enim qui figura Chriſti erat /

Oſee. 1 cum ſanctificari potius homo a locis ſanctis ſoleat: contra ipſe tabernaculum

Eſaias. 20 ungens oleo ſanctificabat / quia nō figure ſed ueritatis gratia hec fiebant. quod

Ezechiel. 4 & in prophetis aſpicere licet. Alius enim fornicanti mulieri uel nolens cohabitare iubebatur. Alius nudus ambulare Alius ſuper dexterum lotus non paruo dierum numero iacere, que omnia non propter ſeipſa: ſed propter ea queq; ſignificabātur fiebant. Ita igitur etiam Moſes quāuis a tabernaculo ipſe ſanctifi-

candus erat. ſanctificare tamẽ illud uidebatur, ut Chriſtũ intelligas: a quo templum ſuum ſanctificatum eſt. Cõuerſatur autem carne cum Iudeis / & in carne illos alloquitur: ut olim in propiciatorio deus. Cap. XLI,

» Mirabantur igitur Iudei dicentes, quomodo hic ſcit litteras / cum nõ
» didicerit? ¶ Non iniuria mirabantur / orationis & prudẽtie inauditam in eo uim uidẽtes; qui litteras non didicerit. Capax enim ſapiẽtie mens eſt humana. & q̃uis nihil adhuc conſecuta ſit: naturali tamen ad prudentiam & ſcientiam aptitudine pollet. que ut quaſi manna eſt in non exercitatis: ita in iis qui plurimum in diſcendo laborarunt / multa commodiſſime parare ac edere ſolet. Stupent ergo Iudei hominem nudũ Chriſtum eſſe putantes: quia & ſapientia & litteris inexercitatus exercitatis longe preſtabat, Stulte igitur etiam modo loquuntur: non uidentes ex tam multis ſignis opificem omnium ſapientiam / ut hominem eos alloquẽtem. Quomodo autem in ſuperioribus / q̃ſi non aliunde q̃ a ſignis Chriſtũ cognoſcẽtes / nec quis aut unde eſſet ſcientes / ubi eſt ille clamabãt: nunc uero ita exacte cognouiſſe uidentur / ut magna uoce audeant dicere / cum litteras non didicerit. ſed alterum ab iis qui eum ſola nouerant fama / quaſi per cõtemptum dicebatur: alterum ab iis qui eum cognouerãt / qui & maiora (ut mihi uidetur) luent ſupplicia, Nam ut ignorantibus parata eſt deprecatio: ſic cognoſcentibus acerbior impendet punitio. propterea uulgo fertur / meliorem eſſe ignorantiam. In ſciendo enim cruciatus maior: quando uoluptatis illecebris ſeducti / ueritatem negligimus. Iheſus Actus, 7
igitur ut Iudei dicebant / litteras nõ didicit. Moſes autem uniuerſa Egyptiorum ſapientia fuit perdoctus: & tamen quaſi nihil penitus ſciens / ad meliorem diuinitus cognitionem erudiebatur, Ita humana omnis ſapientia / imbecilla & fragilis eſt ad diuinam comparata: per quam Chriſti myſteria diſcimus. Chriſtus igitur eſt perfectum bonum in omnibus: qui ſapientiam cognitionemq; rerum / non per doctrinam ſed per naturam habẽt inſitam atq; innatam. Quocirca Eſaias Eſaias, 7
etiam dicit de ipſo. anteq̃ cognoſcat puer bonum aut malum: eliget bonum
Nec ſic erimus amentes: ut rationis atq; prudẽtie opere / bonum ab illo electum eſſe putemus, Sed quemadmodum ſi quis de igne diceret / non ſuſcipi ab eo frigidum ſed calidum ſemper retineri: non uoluntatis ſed ſtabilem nature inclinationem intelligeremus. ſic & in Chriſto. Natura enim inſũt in deo omnia bona, quare non forinſecus etiam ſapientia in eo eſt, imo uero ipſe eſt fons ſapientie, ipſe proprie atq; ſingulariter ſapientia eſt: cuius participatione queuis rationalis creatura ſapiens dicitur. Cap, XLII,

» Reſpondit eis Iheſus & dixit. Mea doctrina nõ eſt mea: ſed eius qui
» miſit me. ¶ Vere illud dictum eſſe a ſapientibus inuenimus. Spiritus dni repleuit orbem: & auris auditionis audit cũcta. Ad eos etiã Sapientia 1
qui ſtulte ſimul atq; impie putãt poſſe quicq̃ dici quod deũ lateat: Pſalmus,
pſalmiſta clamat dicẽs, intelligite inſipientes in populo. & ſtulti aliquando ſapite. qui plantauit aurem non audiet? Quõ enim fieri poteſt ut qui omnia fecit / q ſenſum audiẽdi auribus dedit: nõ audiat uniuerſa? Ex hoc igitur intellige natura ullum eſſe deum: qui quod turbe clam murmurabant / non ignorauit, omnia enim uidet / auditq; ut deus; etiam ſi propter metum Iudeorũ nihil

palam de ipſo loquantur. Verum quoniam ſtupentes multi cogitabant / aut etiã
inuicẽ clam loquebãtur: quomodo hic litteras ſcit / cum non didicerit? deo patri
quẽ omnes nihil didiciſſe credunt / in quo naturaliter cognitionis theſauros re-
conditos putant; equalem ſe eſſe oſtendit, Et poterat quidem hoc etiam ab ope-
Ioannes. ribus ſuis demõſtrare, Quæ enĩ pater facit; hec & filius ſimiliter facit. Sed opor-
5 tune modo cum illi ſcire litteras ipſum ſecum admirentur quas nõ didicerit: ita
hoc ineſſe ſibi demõſtrat quemadmodum patri. Quis igitur huius demonſtra-
tionis modus? ex eo uidelicet quia eandam cum patre docendi ſapientiam ha-
beat, ipſe namq; ſapientia ex deo patre eſt: cui ſimilis in omnibus / non alia q̃ille
poteſt docere. Nam aut quia eadem eſt patris & filii doctrina / aut quia ipſe ſa-
pientia patris eſt / per quam loquitur uniuerſa & ſanxit pater: ſuam eſſe patris
doctrinã aſſerit, Ad hec illud etiam ad audiẽtium ſalutem commode dixit, Nã
quoniam hominem uidentes / doctrinam eius mirabilem quidẽ ſed propter hu-
manam carnem / diuinam non putabant; deo patri eam attribuit / ſimul & rem
ut ſe habet exponens / & formidine auditores ad ſuſcipienda uerba ſua impel-
lens / ne deo patri repugnare uideantur, Miſſum autem ſe dicens a patre: nõ mi
nore ſe patrem oſtendit, Non enim ſeruilis hec miſſio eſt: quamuis meritoita
dici poſſit / quia formam ſerui accepit: ſed mittitur etiam ut uerbum ex mente /
ut ſplendor ſolis ex ſole / ac generaliter fulgor ex re fulgente. hec enim omnia; &
ea in quibus ſunt quoniam foras progredi uidẽtur / modo quodam oſtendunt /
& inſunt naturaliter atq; indiuiſibiliter in illis, Non quia uerbum ex mente / aut
quia ex ſole ſplendor emanauit; idcirco mentem uerbo / aut ſolem ſplẽdore ſuo
carere ullus unq̃ putabit, Sed hec in illis / & illa in iſtis ineſſe uidem⁹, Nunq̃ enim
mens ſine uerbo eſt / nec uerbũ abſq; concipiente formãteq; mente intelligi po-
teſt, quod de aliis quoq; proportionaliter dici poteſt, Cap. XLIII.

3. 3) Si quis uoluerit uoluntatẽ eius facere: cognoſcet de doctrina utrum
ex deo ſit / an ego a me ipſo loquar. ¶ Quãq̃ ſimpliciter propter
miracula / ueritatis uerba ſuſcipere debebant / nõ poſſe aliter rem
ſe habere credẽtes q̃ ſecundũ doctrinã eius: tamen propter incre-
dulitatem eorũ firma quadam utitur ratione, que autẽ ratio ſtitite
rum dicemus, quoniã propter curatũ hominẽ in ſabbato interimere ipſum que-
rerent; propterea occultius nunc arguit / qđ uoluntatẽ eorum potius q̃ diuinã le-
gem eius ſequantur. Tunc enim cognoſcetis inquit ex deo patre doctrinam eſſe
Exodus. meam: quando uolueritis uoluntatem illius potius q̃ueſtram amplecti. Eſt autẽ
20 uoluntas dei qui legem ſanxit; non interimere hominem. tunc inquit nullo pre-
occupati odio; facile cognoſcere poteritis / utrũ ex deo doctrina mea ſit / an ego
a me ipſo loquar, ita utiliter arguit / & iure accuſat; quia immerito doctrinã eius
reprehẽdant / quã pater cõprobauit. uel quod uerius eſt; quam una cum filio ex-
ponit / atq; interpretatur, A me ipſo aũt id eſt ſeparatim atq; diuiſim. patris enĩ
ſunt; que filius loquitur. Nã pater ut per uerbũ & ſapientiã ſuam; ita per filiũ lo-
quitur, nec imaginari poſſimus aliter ipſum loqui q̃ uelit, Cap. XLIIII.

3) Via ſeipſo loquitr; gloriam propriam querit, ¶ Argumẽtum hoc affert
quod ſibi gloriam docendo non querit: quia non contraria neq; aliena a
lege / doctrina utitur. Hoc enim eſt a ſeipſo loqui, ſequi enim ſcripturam

(ſola inutili umbra remota) ſpiritualiter eis perſuadet. hoc & apud Matheum di Matheus.
cit. Non ueni ſoluere legem ſed adimplere, hoc etiam hic occultius tetigit. ſolam 5
enim tranſformationē littere in cōtemplationem ſpiritalem: euangelica cōtinet
doctrina. Nam ſi moſaicas figuras ad decentius tranſformabis: facile ſpiritua-
lis cultus cognitionem habebis, Non ergo a ſeipſo loquitur Chriſtus / id eſt non
alienum atq; cōtrarium quicq̄ affert. Non enim doctrinam legis improbat: ſed
obumbrata in lege / fulgenti colore perficit. optime autē Iudeorum etiam beni-
uolentiam / deo patri gloriam referens / captat: a quo ſolūmodo uerbū eius igno
rātes datā fuiſſe legē putabāt. qua cōſeruata honorari: neglecta uero contēni pa
trem arbitrabātur, q̄uis ergo eadē ſit patris & filii gloria / quāuis ad Moſem per
filiū deus pater locutus ſit: diſpenſando tamen (nihil enim nocebat ueritati / ſed
opinioni illorū / patris ſe gloriam querere docendo dicit. nichil a ſeipſo loquens:
ſed legiſlatoris dei doctrinam exponens. Ad hec illud etiam dicendum. occulte
adhuc illos reprehendit: & ſuam potius q̄ dei gloriam querere ſolitos / in ea inci-
dere crimina ſubaperit / quibus alios accuſent. Legis enim mandata contemnē-
tes: ad uoluntatem ſuam deferebantur / precepta hominum docentes ut ſcribi- Eſaias.
tur. unde commode arguuntur aduerſus ipſum legiſlatorem delinquere: non 29
precepta illius auditoribus ſed ſua proponētes, Cum igitur abſolute atq; in ge-
nere dicatur / qui a ſe ipſo loquitur gloriam propriam querit: phariſeorum arro
gantie morbus manifeſtatur / qui ſua ideo potius q̄ diuina precepta plebi propo
nebant / ut debitam deo gloriam in ſe traducerent. Cap. XLV.

» QVi autē querit gloriam eius qui miſit illum: hic uerax eſt / & iuſticia
» in illo non eſt, ¶ Nam qui dei gloriā non querit / ſed ſuam: is & men-
dax ſimul & iniuſtiſſimus eſt, Mendax quidem: quia ſimulatiōe legis
ſeruāde ſuam uoluntatem auditori proponit, Iniuſtiſſimus uero: qa
legiſlatoris dignitate neglecta / dīuicis preceptis ſua preferre audet, Iuſtus ergo
& uerax Chriſtus: in quo nihil horum criminum inuenitur, Cap. XLVI.

» NOnne & Moſes dedit uobis legē: & nemo ex uobis facit legē? quid
» me queritis interficere? ¶ Multis ac uariis ſaluatoris oratio inuen-
tis ad unam intētionem cōcluditur, Nam cum occultius phariſeos
reprehenderit / quia non diuina mandata ſed ſua predicarent / nec
dei gloriam ſed ſuā quererēt: omnibus modo inuolucris orationis
procul remotis / apertiſſime illos arguit, inique igitur quod ſabbatum non ob-
ſeruaret accuſatus: non unum aut alterum ſed totum Iudeorū genus Moſaicā
legem paruifacere oſtendit, dicite namq; aīt qui miſericorditer agentem in ſab-
bato accuſatis / qui crudelem in benefactores proferre ſententiam non dubita-
tis / qui atrocitatem impudēter laudatis: nonne per Moſem quem admiramini
data uobis diuinitus lex eſt ne hominem occidatis? non audiſtis dicentem: inno
centem & iuſtum non interimes? Cur igitur etiam Moſem ueſtrū tam facile par Exodus.
uipenditis? non enim dicere poteſtis nolle uos id facere: cū me iniuſte interficere 23
queratis, acerrime igitur temerario impetu / quia hominē in ſabbato curauerit:
in cedem atrociſſi. nam peccatorum omniū lapſos oſtendit. Magna igitur uoce
clamare uidet. Ego in die ſabbati ab incurabili morbo miſericorditer hominem
liberaui: & his meis meritis uos incitati turpiter me perſequimini / & uita priuare

ultis 'que igitur ſupplicia ſcelere ueſtro condigna inuentantur? Ecce uos etiam legem tranſgredimini. nec preuaricatio iſta ueſtra illi cõferenda eſt: quam iniuria mihi attribuitis. nõ enim bene alicui (ut ego) uos facitis: ſed ſola prauitate animi in ſanguinem hominis ruitis. ubi ergo uobis eſt Moſes: que a me paruipendi/ non uere dicitis? nonne ipſe uobis legẽ de cede dedit? Cur legem eius quam plurimi facere falſo dicitis: trãſgredimini? hec Chriſtus iure dicere uidetur. Cumq; ipſe legem tulerit; ſoli hoc patri modo id attribuit / ut ſaltẽ hoc pacto Iudeos reprimeret, Moſem etiam nominauit: quem Chriſto maiorem putabant / incarnationis myſterium non cognoſcentes. Cap. XLVII.

» REſpondit turba & dixit: demoniũ habes, quis te querit interficere?
» Reſpondit Iheſus & dixit eis. ¶ Senſerũt illata manifeſte crimina, cumq; ad negationẽ refugiant; ſummopere ſtudẽt ne mandata legis pretertire uideãtur. Videri eni ſolũmodo phariſei uolebãt, quapropter ſepulcha illos dealbata diis appellabat: que artificio forinſecus ſplendent / cũ intus ſordibus fetulẽtis abundent. Ego uero propterea etiã puto / ita dictũ a phariſeis fuiſſe: quo timore illius (ut putabant) ſedato / facilius inſidiarentur, ac fiducia in maiorẽ loquendi libertatẽ illum trahentes: ne formidine preſſus occultius degeret. Non eni putabant difficile ſibi eſſe / quandocũq; uellent eum opprimere: dum id eos cogitare neſciret, Maligntatis ergo hec negatio fuit: & alius quidam modus impietatis. Nam cum quaſi mendace appellẽt; iniquitatem iniquitati ut ſcribitur adiciunt. Cap. XLVIII.

Matheus 23

Eccũs. 5

» VNum opus feci: & oñes miramini. ¶ Interrogationis ſpiritu hic locus proferẽdus eſt, cuius ſenſum diligẽtius oro cõſideretis. Mirabilem enim Iudeis rem quã in ſabbato fecerat narrans: non dixit / curauit hominẽ / ne temeraria multitudinis ira inflãmaretur. ſed ſum miſſius quid protulit / dicẽs: unũ opus feci. fertur enim impetu multitudo / & abſq; iudicio cõſpiratione ſubito facta / initio dato ad ſcelus ruit. Humili ergo nimiũ mitiq; ſermone utitur dicẽs. unũ opus feci / & omnes miramini. una inquit hac re ad ſalutẽ hominis facta / ſabbati ſolũmodo reſpicientes honorẽ / miraculi magnitudine nõ cõmoti: benefactorem damnatis, Cumq; laudare potius tantam rem deberetis: miramini / quia ſalus homini in die ſabbati reſtituta eſt. Ruditas enim Iudeorum hinc apparet: quia motum animi magnarum rerũ ſtupore ſolitum fieri / ad rem friuolam tranſtulerunt. Occulte autẽ ac quaſi per figurã tale quid ſuboſtendit, uno enim inquit crimine (ut uos putatis) a me commiſſo: miramini de animo meo / quia Moſaicã nolim legẽ ſeruare. quantũ igitur eſtimatis aduerſus uos deum eſſe irritatum: cuius legem non ſemel neq; in minimis / ſed in omnibus & ſemper tranſgredimini? Cap. XLIX.

» DRopterea Moſes dedit uobis circunciſionẽ: non quia ex Moſe eſt /
» ſed quia ex patribus / & in ſabbato circũciditis hominem. ¶ Latet altior in hoc loco ſenſus: & difficilis tam intellectu q̃ dictu eſt. ſed gratia ſaluatoris illuminante: in medium protrahetur, Cum igitur ib importuna Iudeos ira propter ſabbatũ cõmotos multis ratiõib? reuocauerit quia nihil adhuc propter eorum peruicacitã actum eſt, ad aliud trãſit / ac ipſum Moſem legis miniſtrum propter circunciſionem quam ex conſue-

tudinē patrū traditam accepit/legem de ſabbato diſſoluiſſe oſtendit.ut hac ratione:ipſe quoq; iure uideatur paternā conſuetudinem ſabbato anteponere. Et quoniam in ſabbato deus operatur:idcirco ſe quoq; qui idem ſemper cum patre uelit/in die ſabbati iure operari aſſerit,propterea dicebat. Pater meus uſq; modo operatur:& ego operor.ne igitur inquit mirū uobis uideretur qđ die ſabbati operarer:preuenit Moſes ac circūciſionis lege firmata/legē de ſabbato diſſoluit Qua porro de cauſa id fecit? non putauit conſuetudinē patrum inquit propter honorē ſabbati contēnendam.idcirco etiam in ſabbato circūcidit̄ homo.Quid ſi conſuetudinē patrū/ſabbati honori Moſes antepoſuit:cur fruſtra de me turbamini/& quaſi cōtemptorē legis perſequimini/quia patrē in omnibus ſequor? ut qm̄ ipſe operetur in ſabbato:ego quieſcere non poſſim, datā uero a Moſe ait circunciſionē que tamē a patribus tradita eſt/ quibus ut circūciderētur / mādatum fuit diuinitus:qa exquiſitius quecūq; ad ipſam pertinēt / ſcriptis Moſes explanauit,Circunciſus enim & Abraam fuit: ſed nō octo dierū: nec colūbarum/ aut turturū par ſecundū poſteriorē Moſis preceptionem obtulit, Cap.L.

Ioannes, 5

Geneſis. 17

Leuiti, 12

» Si circunciſionē accipit homo in ſabbato/ut non ſoluatur lex Moſis:
» mihi indignamini/quia totū hominē ſanū feci in ſabbato. ¶ Quoniam diſtinctione quadam indiget textus:idcirco ut facilius intelligatur / membra trāſponemus,ſi circunciſionem inquit accipit homo in ſabbato: michi indignamini quia totū hominē ſanum feci in ſabbato / ut non ſaluatur lex Moſis.non enim idcirco circūciditur homo in ſabbato:ut non ſoluatur lex Moſis,ſoluitur enim omnino propter circunciſionem: q̄ in eo die peragitur. circunciſio eni non a Moſe ſed a patribus eſt: propter quā lex Moſis de ſabbato ſoluitur, Membrum igitur illud / ut non ſoluatur lex Moſis:non antecedentibus/ſed conſequentibus coniungendum eſt.Nūc totius loci q̄uis alte latentem ſenſum conſideremus. Superat inquit circunciſio & curatio huiuſcemodi uulneris:Moſis conſtitutionē de ſabbato.Neceſſe enim eſt:ut medicinalis cura / eodem die de circunciſo habeatur. Quomodo igitur prohibere uos uultis:ne totū quis corpus hominis die ſabbati curet/cum ipſe Moſes in parua quadam particula id cōceſſerit? Circunciditur enim / curaturq; circunciſus abſq; ulla culpa in ſabbato. fruſtra ergo indignati preuaricatorem me putatis: qui totum hominē ſanū feci in ſabbato, Ita huius rei quaſi figura uidetur fuiſſe quod Moſes ſtatuit:cui uos ut putatis inherētes / uel atrocem ſuſcipere cedem/ leges illius contemnentes/conamini, Cap,LI.

¶ Quid otium ſabbati ſignificabat:& de circunciſione,

» Nolite iudicare ſecundū faciē:ſed iuſtum iudicium iudicate. ¶ Lex inquit quam defendere uidemini:aperte clamat/non eſſe conſiderandam perſonā iudicio/quia iudiciū dei eſt. Vos ergo qui me propter ſabbatū incuſatis/ & hac de re mihi iraſcimini:nolite negligere legē/nolite iudicare ſecundū facie/ ſed iuſtū iudiciū iudicate,& cum Moſem qui propter circunciſionem a patribus traditam / legem de ſabbato diſſoluit/preuaricatorem (recte facientes) non putatis:filium quoq; unigenitum (qui que pater facere ſolet/eadem natura facit) ab omni abſoluite crimine, Si uero ſolum filium cōdemnatis:Moſem q̄uis ſimile omnino fecerit abſoluētes/

Deutero. 1

nonne ſecundū faciem lege ſpreta inique iudicatis / mandatis meliorem diuinis
Moſem facientes? ita de ſabbato legem ſoluere ſolam falſo accuſatus: multas il-
Lucas. los tranſgredi leges ipſa re arguit, illud quaſi euangelicū clamans: feſtucam in
6 oculo fratris tui uides / & trabē que in tuo eſt ſentire non potes, Peſſima profe-
Ad roma ctio res eſt / iudiciū efferre de alijs. Nam in quo alium quis iudicat: in eo ſemetip-
2 ſum condēnat / ut ſcribitur. propterea etiam a ſaluatore dicebatur, Nolite iudi
Lucas. care & non iudicabimini. non condēnate alios: ſi condenatum iri non uultis, ue-
6 rum ſaluator noſter nō modo propter ea que diximus trāſgreſſor minime fuit:
uerū etiā & quia tēpus conſtitutū iam uenerat / in quo quas priſcis dederat um-
Sabbatiſ- bras ad ueritatē & ſpiritalem ſenſum tranſponeret. ¶ Sed quoniam de ſabbato
mus. & circunciſione mentio facta eſt: non erit inutile ſtudioſis / ſi diligenter conſide-
rabimus / quid ſabbatiſmus / & quid circunciſio in octaua die data / ſignificabat /
& quamnā ob rem etiam in ipſo ſabbato circūciſio fiebat, ordine igitur procedē
Exodus, tes: legem de ſabbato primo poſitā inſpiciamus. Cum igitur ab Egyptiorū ſerui
12 tute / per Moſem in priſcam libertatē Hebreorū genus deus uendicaret: per me-
dia traductū maria in terram repromiſſionis proficiſci iuſſit, & ad continētiam
probitatemq; animi illos exercens: in montē Synai contione uocata in ignis ſpe-
Exodus. cie deſcendit / & ſalutaria dabat mandata dicens, Ego ſum dominus deus tuus:
20 qui eduxi te de terra Egypti a domo ſeruitutis. non habebis deos alienos coram
me. non facias tibi ſculptile in omnem ſimilitudinem que eſt in celo deſuper / &
que in terra deorſum / nec eorū que ſunt in aquis ſub terra / nō adorabis ea neq;
coles. ego enī ſum dominus deus tuus fortis & zelotes. Oportebat profecto hinc
incipere / ac cognitionē dei hominibus iis imprimere: qui ſeipſos in obſequiū dei
dedicarunt omnīū enim uirtutum: dei cognitio fundamentū / radixq; eſt, fides
porro: recte pietatis firmiſſima baſis eſt, falſis ergo deis abiectis ſpretiſq; ſcul-
Exodus. ptilibus: punitionē tranſgreſſoribus imponit / clamans. Non aſſumes nomē dñi
20 dei tui in uanū / id eſt non aduices horribile nomen dei ſculptilibus. nec enim in-
ſontē habebit dominus eum: qui aſſumpſerit nomen eius in uanū. His itaq; pro
conditione atq; ſtatu hominū / qui cum molliores adhuc eſſent maiora nō ſuſci-
Exodus. piebant / imperatis: alteram intulit legem. Memento inquit ut diē ſabbati ſancti
20 fices. ſex diebus operaberis & facies omnia opera tua. ſeptima autē die / ſabbata
Genſis. domini dei tui. non facies in ea omne opus. Subiecit deinde de imitatione dei hoc
1 eſſe facturos, ſex enim inquit diebus fecit deus celum & terram & mare / & oia
que in eis ſunt / & requieuit die ſeptimo: idcirco benedixit dominus diei ſeptimo
& ſanctificauit eū. quid igitur hoc ſignificat quiſpiā dicet? aut cur ſtatim poſtq̄
tranſgreſſoribus prime legis minatus eſt / ſecūdo loco hanc collocauit? Dicimus
Ad heb. ergo nō ſolū terrore / ac minis ad colendū uerum deum Hebreos impelli: uerum
10 etiam premijs inflammari, que quidem premia in figura illis tradidit. umbram
enim futurorū bonorū lex continet / ut ſcribitur, exercitationes autē quedā ue-
ritatis q̄s tenuiter propter umbras in ea inueniuntur, ceſſare namq; ab omni
opere / ſeptimo id eſt ultimo die iubet: futuram ſanctorum requiem hinc ſignifi
cans. quando laboribus huius uite liberati: ſudore corporū deterſo / beatam cū
Eſaias. Chriſto (ut a quodam propheta dicitur) & iocundiſſimā uitam agēt. obliuiſcen-
65 tur inquit tribulationis prime: nec aſcendet in cor eorū. ſed eterna leticia ſuper

Cap. VII.

caput ſuum / laus & gaudium apprehẽdet eos, effugiet inde dolor / triſtitia / gemitus, Ita qui creatoris imitatione in ſeptimo die quieuit / a ſudoribus uite huius ereptus: ad beatitudinẽ aſcendet q̃ in fine ſeculorũ a Chriſto dabitur. Animaduertendũ autẽ eſt diligenter / negatiue dictũ eſſe: non adorabis deos alienos / ac de ſabbato non ſic: ſed memento ut diem ſabbati ſanctifices. Quamobrẽ quoniam iam non adorandi dei alieni tempus aderat: idcirco ad actum ſtatim ipſos impellit. Memento autẽ dicit de ſabbato: quia que umbris depingebãtur / ut futura ſpeculari debebant, Ad hec mirabili certe ordine poſtea q̃ ad ueri dei cultũ induxit: future ſtatim repromiſſionis memoriam collocauit. Alias deinde leges ſanxit, Honora patrẽ & matrẽ. nõ occidas / & cetera, Ita ne iuſtificari opere putemus / ne gratiã dei meritis noſtris ſed fide affuturam nobis ſperemus / idcirco priuſq̃ leges & diſciplinã uiuẽdi poneret: ſtatim cum fide futurorũ bonorũ gratiam poſuit, Laudabile igitur ſabbati ocium: ſanctorũ uitam in requie atq; ſanctificatione tunc futurã oſtendit / quando omni huius uite cura depoſita / bonis eternis fruentur. beatus quoq; Paulus ſabbatiſmi modum inquirẽs / ait. quibus autẽ iurauit nõ introire in requiẽ ſuam niſi incredulis? uidemus enim eos ingredi non potuiſſe. requietis enim terra illa etiam reputata eſt: ad quam ab Egypto proficiſci Hebrei iubebãtur / in figura illius acceptã quam uiuentiũ terrã Dauid appellauit / quãq; uiri ſancti Ioſue id eſt domini noſtri ſortitione adipiſcentur, quod autem figura hec ſignificabat ut diximus: aperte Paulus demõſtrat dicẽs. quoniã priſci propter incredulitatẽ ingreſſi non ſunt: idcirco poſt multa tẽpora per pſalmiſtam diem certũ determinat. Ait enim, hodie ſi uocẽ eius audieritis / nolite obdurare corda ueſtra. Si enim Ioſue illos in requiẽ reduxiſſet: nõ de alio die multo poſtea locutus eſſet, uides q̃ cito latẽtem obiectionem diſſoluit. Nam ne diceres deductũ in repromiſſionis terram populũ fuiſſe / requieuiſſeq; in ea: aliud pſalmiſta requietis tempus poſt multa tepora determinat. unde ſapienter totam illam rem geſtã / imaginẽ futurorum oſtẽdens Paulus: occultam uſq; ad tẽpora ſua hominibus ſabbatiſmi rationẽ ſubaperuit / concludens. relinquitur ergo ſabbatiſmus populo dei. qui enim requiete ſuam ingreſſus eſt: ab omnibus uite huius operibus profecto requieuit, illam igitur uitam ſabbatiſmus ſignificat: in qua omnibus bonis cũ Chriſto uiuentes fruemur / peccato radicitus extirpato, ſecundũ illud. nõ erit ibi leo / nec praua beſtia illuc aſcendet: ſed erit ibi uia pura & uia ſancta uocabitur. omnia enim bona in uiſione dei: mens ſanctorum adipiſcitur, ideo qui ligna in ſabbato colligebat: lapidibus obruebatur / quoniã ueritatẽ in figura uiolauit. Qui enim ad illam quiete peruenient: nunq̃ inde amplius exibit. hac de cauſa iubebatur Iudeus a ſuo tabernaculo die ſabbati nõ recedere. nam nutricẽ & matrem ignis peccatũ dico / ibi nemo colliget: ut nec Iudeus ligna / non intelligens examentia quo obumbrata illa tendebant, atq; ideo inanimis lapidib⁹ tanq̃ inſenſatis obruebatur / ut in ſupplicio ſuo morum quaſi qualitatẽ oſtẽderet. peccatũ igitur ibi nullum erit: ſed nec bonum aliquod ſudore acquiretur, quod etiã enigmatice in ſcriptis Moſaicis perſpicere licet. roris enim modo manna Iudeis deus prebebat: et lege de eo ſanxit dicens. Sex diebus colligetis: ſeptima uero die ſabbati non colligetis, unde ſignificat ita nobis hac in uita que ad eternã illam conducunt eſſe colligenda: quemadmodũ illi tunc per

Exodus, 20
Ad heb. 4
Pſalmus, 26
Ad heb, 4
Pſalmus, 64
Ad heb, 4
Eſaias, 35
Nũeri, 15
Exodus. 16
Exodus. 16

uaſtas ſolitudines tranſcurrētes / undiq; manna congregabant, In ſeptimo aūt atq; ultimo die / id eſt in fine ſeculorū nulla conferentiū erit collectio: ſed acquiſi
Pſalmus, tis fruemur / ut ſcribitur. Labores fructuū tuorū comedes, Deus igitur nō quia
127 umbris gaudebat / ſed quia per eas ad ueritatē oīes inducere uoluit: quieſcere in ſabbato iuſſit, unde per moſem increpando dicēbat: quouſq; non uultis au-
Exodus, dire mādata mea / & legē meam cognoſcere? Ideo dominus dedit uobis in ſexta
16 die duorum dierum panē: ut domi ueſtre ſedeatis / nullus ueſtrū exeat de domo ſua die ſeptima. intelligis ab omni labore liberam uitam prefigurari, nihil agere in ſabbato precepit / colligere quicq̄ non p̄mittit / in ſuo quēq; loco morari iubet:
Hieremi, quibus omnibus quid nos doceat dicemus / ſi Hieremie conſimilē locum repete-
17 mus. Hec dicit dominus, cuſtodite animas ueſtras / & nolite portare pondera in die ſabbati. nec inferatis per portas Hieruſalē, & nolite eiicere onera de domib⁹ ueſtris in die ſabbati. & omne opus nō facietis. Sanctificate diē ſabbati: ſicut pre cepi patribus ueſtris. Non permittit aliquē onere deprimi: quia nemo tunc delictorū pondere agitabitur, nec egredi a Hieruſalē iubet: qa ſanctorū multitudo
Ad roma celeſtem Hieruſalē ingreſſa / nunq̄ inde amplius exibit / nec illis bonis unq̄ pri-
11 uabitur. uocatio enim & gratia dei firma eſt / ut Paulus ait, Iterum autē eandem
Ioannes. repetiſſe rem uidetur: dicēs, non exibitis e loco ueſtro. ſubooſtēdens multas eſſe
14 apud patrem manſiones. cuius rei figuram uarietate ſua tabernaculum obtine bat: dabitur enim unicuiq; manſio ſecundum merita ſua. & qui tabernacula illa poſſidebunt: nunq̄ horum munerum diuinitus ſibi donatorū iacturam facient.
Eſaias, Cui rei etiam Eſaias atteſtatur dicens. Oculi tui uidebunt Hieruſalē ciuitatē di-
33 uitem: tabernacula que non quatientur / nec mouebuntur in ſeculū. immobilem
Exodus. enim atq; ſtabilē illam uitam fore oſtendit. ſancta enim omnino ex Chriſto dedi
23 cata erit. hec etiā aliis ſcripture locis ſimili quodā modo dicuntur. ſcribitur enim in exodo, ſex annos ſeres agros tuos / & colliges fructus eius: in ſeptimo uero in-
Leuiti. cultos dimittes ipſos, & in leuitico. cū ingrediemini in terram quā ego dabo uo-
25 bis: requieſcet terra quam ego do uobis / ſabbata domino. Sex annos ſeres agros tuos / & ſex annos putabis uites tuas: in ſeptimo uero requies erit agrorū / ſabba-ta domino, nō enim inſenſatos agros precipue quieſcere uoluit: ſed a labore pro pter futurorū figuram illos remouebat / multis modis ſolemnitatē Chriſti ſigni-ficans / in qua perfectā libertatē in ſanctificatiōe per gratiā ſancti ſpiritus adipi-
Exodus. ſcemur. Quod mandatis etiā quibuſdā Moſes ſignificauit dicens, Si frater tuus
12 aut ſoror tua / id eſt hebreus aut hebrea tibi uēdetur: ſex annis ſeruiet tibi / ſepti-
Circunci- mo uero anno dimittes. Nā qui peccato ſeruiuimus / & illecebris uoluptatis dia-
ſio. bolo nos uendidimus: iuſtificati per fidem Chriſti / ad uerum & ſanctū peruenie mus ſabbatiſmū / libertatē gratie induti / & bonis diuinitus reſplendētes. ¶ Ve-rum quoniā ſatis pro uiribus noſtris de ſabbato dictū eſt / de circūciſione modo dicamus / omnem laborē pro cognitione harum rerum libēter ferentes, Scrute-mur igitur diligēter gratia illius precibus inuocata qui tenebras illuminat: quid circunciſionis figura priſcis hominibus data ſpiritaliter ſignificat, nec nos pude bit (q̄uis non ignoremus parua hec eſſe / multaq; perfectiora edi poſſe ab illis qui
Geneſis. ſe lōge a peccato remouerūt) humilia hec noſtra legēti proponere. Prima igitur
17 de circunciſione a deo hec lex Abrae illi data fuit, ſeruabis ait teſtamentū meū

Cap. VII.

tu & ſemẽ tuũ poſt te in generationes ſuas:circuncidetur omne maſculũ /& circuncidemini carnẽ preputii ueſtri / infans octo dierũ / circuncidetur omne maſculum. hanc figurã myſterii neceſſariã oſtendens; penã trãſgreſſoribus infert dicens, Et erit teſtamentũ meum ſuper carnẽ ueſtram in teſtamentũ eternum: & maſculus qui non circuncidetur carnẽ ſui preputii in die octauo /diſperdetur anima illa e genere ſuo:quia teſtamentum meum non ſeruauit. diuinus quidem Paulus in ſignũ fidei quam in preputio habuit Abraam:ei circũciſionẽ datã aſſe ruit.uoluit enim ut michi uidetur & res ipſa clamat: uocationẽ & iuſticiam fidei omni legali mandato priorẽ & ſuperiorem oſtẽdere. ut facilius perſuaderet hebreis:ne iuſticiam fidei preuaricationẽ legis putarent /ſed reditum quendã atq; recurſum in priorẽ hominis ſtatum. ſed alium etiam quendã modũ circunciſionis tradere inuenitur, Iudeis enim cõſulens ne in carne ſe tactent: non eſt inquit in manifeſto iudeus /neq; que in manifeſto in carne circunciſio /ſed qui in abſcõdito iudeus eſt & circunciſio cordis in ſpiritu non in littera. cuius laus nõ ex hominibus ſed ex deo.hinc aperte oſtẽdit non in ſignũ circunciſionẽ ſolummodo datam fuiſſe:ſed maius preterea quiddã ac ſpiritale ſignificare. Altius igitur cõſideremus quenam ſit ſpiritalis circunciſio:cuius figura erat que in carne fiebat. Scrutemur etiam quãobrem nõ quouis ſed octauo ſolummodo die adhibebaꝰ, Illud igitur perſpicuũ eſt:propterea omni nos ꝑparari modo oportere atq; mũdari /ut per fidem Chriſto cõiungi poſſimus. quoniã omnis intentio noſtra eſt: per Chriſti meditationẽ deo connecti. Cuius rei habes imaginem:quod a deo ad Moſem dicitur. Vade ad populum & ſanctifica illos hodie & cras:lauentq; ueſtimenta ſua & ſint parati in diem tertium. in die enim tertio deſcendet dominus coram omni plebe ſuper montem Sinai, probitatẽ enim morum ſtudioſe acquirendam ſignificat. lotione autem indumentorũ corporis puritatẽ oſtẽdit. indumentum enim anime /quodã modo corpus eſt. Quoniã ergo preparari premũ dariq; oẽs oportet qui deo cõiungi ſtudet (ſancti ait ſitis / quia ego ſanctus ſum) propterea purificationis ſignum circunciſione carnis priſcis hominibus datum fuit, Quod quidẽ facile intelligemus:ſi conditionem conſiderabimus noſtram. Voluptas quedã ante omne peccatũ precurrit / & ferues cupiditas ad delicta ſolet illicere:q ante peccãdi actũ inſidet & mentis cõſenſum arripit / perſuadẽs facile hac uia uemendum nobis eſſe quo gliſcimus. quod uerum Chriſti diſcipulus oſtendit dicens. Nemo qui tentatur:dicat a deo ſe tentari. neminem enim deus tentat:ſed unuſquiſq; a ſua cupiditate diſtractus atq; ſeductus tentatur, Cupiditas deinde poſtq conceperit : parit peccatũ, porro conſummatio:mortẽ generat. uides quõ ex cupiditate improbitas ortũ ducit : uides quomõ ex uoluptatis ſemie delicta producũtur. Hac de cauſa iuſſit deus illã corporis particulã in qua & per quã uoluptatis fontes ſcaturiũt:ferro circũcidi. ut hoc enigmate perdiſcamus:nullo nos pacto mundos unq futuros / niſi diuini uerbi actũ in corde quaſi acutã ſpiritus bipennẽ retinẽtes / omnem turpẽ ex animo cupiditatẽ eiiciamus, nec que uoluptas expetit carnis quis iocundiſſima uideantur:ſed ſola q deo placent faciamus, hec cũ uera circũciſio ſit:merito ad eos dicimus qui carnis circũciſione gloriantur, Circuncidimini deo:& circũcidimini duriciam cordis ueſtri omnes qui habitatis Hieruſalem. Nihil enim facit qui carne circuncidituꝛ:niſi q,

Ad roma 4

Ad roma 2

Exodus. 19

Leuiti, 19

Iacobus. 1

Heremi, 4

in carne circunciſus eſt.Q.ui autem in ſpiritu hoc peragit in octauo(id eſt in re-
Ad coloſ. ſurrectione ſaluatoris) die:uiuet in Chriſto/ut ait Paulus.mortui enim eſtis.&
3 uita ueſtra abſcondita eſt cum Chriſto in deo. Cum autem apparuerit uita ue-
ſtra:tũc & uos apparebitis cum ipſo in gloria.uere namq; dicere poſſumus mor
tuos eſſe omnes mũdo: qui uoluptates mundi propter deum cõtemnunt:qui cũ
Ad gala. Paulo dicere poſſunt:non gloriamur niſi in cruce Chriſti/per quam nobis mun
6 dus crucifixus eſt / & nos mũdo.Participes enim illius per ſpiritũ facti qui abſq;
manu noſtrã radicitus immũdiciam circuncidit:mortui mundo ſumus/uiuim?
autem deo,In octauo igitur die circunciſio fiebat/ neq; ante octauũ:quoniã re-
ſurrectionis erat figura,Nõ enim eſt datus ante reſurrectionẽ Chriſti/ſed poſt
Ioannes. illã ſpiritus:quãdo in diſcipulos ſufflans dixit,accipite ſpiritũ ſanctũ,Sed iudeis
20 quidẽ qui ſub lege adhuc ac ſerui erant:circũciſio carnis ferro facta cõueniebat,
accipitur enim a lege ferrũ in punitionem.nobis autem qui liberi/ſpiritaleſq; ſu
mus:ſpiritalis circunciſio atq; purificatio congruit/que omnes animi ſordes ex-
terminat & perfectionẽ per pietatẽ fidei adducit. Q.uod autem ſpiritali hac cir
Geneſis. cunciſione que per pietatẽ perficitur/gloria noſtra impletur:ſi diligentius cõſi-
17 derabimus que de Abraã ſcripta ſunt facile cognoſcem? : nonaginta nouẽ ergo
annorum fuiſſe Abraam ſcribitur/ quãdo ei deus circunciſionẽ tradidit.qua re
aperte oſtẽditur/q, iamtũ quedã ad perfectionẽ circunciſio ſit:nec poſſe quemq̃
ullo perfici pacto/niſi obumbratam purificationem circũciſione/poſſideat,Per
fectionis enim ſiguum : denarius in ſe reuolutus numerus eſt.Ante perfectionẽ
ergo circunciſio datur:que nos ad perfectionẽ facile deducit,hec autem ſpirita-
lis circũciſio:ſolis per Chriſtũ liberis hominibus debetur.Nemo enĩ liber eſt:niſi
in Chriſto peccati iugum & diaboli ſeruitutẽ excuſſerit / & uinculis delictorum
diruptis iuſticie gloria redimitus ſit/eius inq̃ iuſticie que in fide Chriſti habetur,
q, autem liberis non ſeruis in octauo circũcidi die cõuenit:ipſa nos ſcriptura do-
Geneſis, cebit.Iſmael enim Abrae filius de ſerua natus: non in octauo die ſed in tertiode
17 cimo anno fuit circunciſus. ita ſeruientis Hieruſalẽ filium id eſt iudaicum popu
lum &ab octauo die & a duodecimo excidiſſe oſtendit.Nam ab octauo quidem
excidit:quia reſurrectionẽ Chriſti ſalutarẽ factam in octauo / nequaq̃ ſuſcepit.
euangelicã enim Chriſti doctrinã reppulit,cui ſi credidiſſet : ſpiritaliter etiã cir-
cuncidi potuiſſet,A duodecimo uero excidit:quia ſanctorum apoſtolorum cõ-
ſortium recuſauit / nec ullo pacto uoluit predicationẽ illorum guſtare.Sed non
ita liber abrae filius ex libera natus.In octauo enim circunciditur : quia ſuperne
Hieruſalem filii octauũ diem/reſurrectionẽ Chriſti ſuſcipientes / & in libertatẽ
uendicati/ſpiritali circũciſione locupletati ſunt.Nam a peccato & a morte/que
per peccatũ & ex peccato eſt/ liberati:in Chriſti uitam reformati ſunt.q, autem
mors ſoluatur/& interitus per ſpiritalẽ hanc circunciſionẽ euertatur:nõ diffici-
Exodus, le ab Exodo cognoſcemus. ubi ſcribitur Moſes ad Egyptiorũ tyrannũ diuinit?
4 miſſus/cũ eſſet in itinere in diuerſorio/angelo occurriſſe:qui uolebat eum occi-
dere,ſed cepit ilico inquit Sephora petram acutiſſimam & circuncidit preputiũ
filii ſui dicens.Stetit ſanguis circunciſionis filii mei, attende examinaq; iſta dili-
gentius oro,Nã niſi myſtica quedã ratio/nobis hac de re traderetur:non uideo
qua de cauſa circũciſione pueri/ Moſes ſaluaretur.ridiculũ enim uideretur niſi

altius quicq̃ in hiſtoria lateret / angelum qui ut atrox beſtia in Moſem inſurge=
bat / circunciſionis ſanguine placatum illico receſſiſſe. Non ſufficit igitur Moſi
circunciſio quā habebat, non enim depellere poteſt mortem uirtus circũciſionis
legalis: cum prauis ſimiliter ac bonis prebeatur. ſpiritalis aũt circunciſio que per
Sephoram id eſt per eccleſiã optime celebratur: terret exterminatorẽ / fugat q; a
nouo nuperq; nato populo etiã nolentẽ, Sed quomodo dicet aliquis / non ſolum
nouus populus ſpiritaliter circunciſus / uerum etiam omnes q ſpiritalis circunci
ſionis expertes ſunt: a morte reſurgẽt? Sed nõ dubito quin inquantũ noluerunt
hebrei reſurrectionẽ Chriſti ſuſcipere: regnatura perpetuo mors fuiſſet. uerũ
quoniam multi crediderũt; per eos in omne genus humanũ reſurrectionis gra=
tia penetrauit, Ita per ſpiritalem credentium circunciſionem / omnibus ſimpli=
citer reſurrectio donata eſt / q̃uis multum inter reſurrectionem & reſurrectio=
nem intereſſe uideatur, Alteri enim in iudicium & condemnationem reſurgẽt; Ioannes,
quia uite largitorẽ non ſuſceperunt. alteri ad uitam eternam: qui reſurrectionẽ 5
Chriſti admirati / ſpiritualiter ſe circũciderunt, q̃uis ergo credẽtibus ſolũ reſur
rectionis gratia debeatur: tranſſunditur tamẽ in omnes per eum qui totã natu=
ram reſtituere uoluit, unde Paulus ait. Sicut enim aliquãdo & uos nõ credidiſtis Ad roma
deo / nũc aũt miſericordiã cõſecuti eſtis propter illorũ incredulitatẽ: ita & iſti nõ 11
crediderunt nunc in ueſtrã miſericordiã / ut & ipſi miſericordiã conſequantur,
Tranſmittit eni etiã ad eos Chriſtus reſurrectionis ſue bonũ per fidẽ ueſtrã. bo
nitate nãq; ſua: quod credẽtibus debetur / uniuerſe nature largitur. quare Paul?
reſurrectionis breuiter aperiẽs myſterium: primitias eius Chriſto attribuit, Pri=
mus enim reſurrexit, deide fide Chriſto conũctos: ante alios reſurrecturos di= 1. ad cori.
cit / debitã huic eis reſurrectionẽ oſtendẽs. Nã etſi tota natura id habebit: miſeri 15
cordia tamen hoc fit eius / qui mortẽ oĩno uoluit deſtruere. Anima duertẽdum
etiã / non ferro circũcidi a Sephora puerũ (in punitionis enim ſignũ accipi ferrũ
ſolet: & legi ſubditis idoneũ eſt) ſed acutiſſimo lapide / quẽ in figurã Chriſti ad=
hiberi a ſcriptura nõ ignoramus. Solidũ namq; ac firmũ quod nullo pacto frãgi
poteſt: natura unigeniti hoc modo ſignificatur. quamobrẽ adamas etiam a deo
patre per prophetas Chriſtus appellatur. Ecce inquit ego excolabo adamãta in Eſaias.
medio populi iſrael. per figurã eni adamãtis: nullo modo uinci ſuperariq; poſſe 28
ab aduerſariis ineffabilẽ uerbi naturam ſignificat. ſic poſt Moſem Ioſue Iudeos
purificabat: & circũciſione aduerſus duriſſimos hoſtes armabat / non aliter inui
ctum populũ fore uidẽs niſi circũciſionis bono, ſic eni de ipſo ſcribitur, Et ait eo
tẽpore dñs ad Ioſue: fac tibi cultros lapideos ex lapide acuto / & circuncide filios
Iſrael. Lapis igitur (ut dixim⁹) ſtabilẽ atq; infringibilẽ naturam uerbi denotat / Ioſue,
acuties uero penetratiuã uirtutem: atq; actionẽ eius ſignificat, Ideo Paulus etiã 5
ipſe diuinus: uiuum efficax & penetrabilius omni gladio ãcipiti uerbum dei ap= Ad heb.
pellat / penetrareq; ipſum ait uſq; ad diuiſionem anime & ſpiritus. hoc igitur dei 4
uerbũ ita ſubtile atq; inciſiuum cum ad corda noſtra per ſpiritum ſanctum pe=
netrauerit: ab omni peccatorum ſorde nos liberat / & circunciſos ſpiritu ſuo im=
maculatos & ſanctos efficit. uide igitur queſo perſpicuam ueritatis imaginem.
Ioſue circũcidebat: & nouus populus circũcidebatur, nã qui ab egypto receſſe=
runt: propter duritiam ſuam ira dei perierunt in deſerto / nec uiderunt terram

quam iurauit dñs patribus eorũ ,qui uero poſt illos ſub Ioſue fierũt:noui populi figurã tenebãt qui per Chriſtũ Ieſum ſpiritaliter circũciſus eſt,uetus aũt Iſrael: perfidia ſua perit. Circũciſi aũt fuerant poſtea q̃ Iordanẽ tranſecerũt/qa ſpiritalis hec circũciſio:niſi quis myſticũ Iordanẽ & ſanctas tranſuerit aquas / in corde ſuſcipi nullo pacto poteſt.Sed utilitatẽ quoq; circunciſionis uide ,Scribitur enim
Ioſue, 5 ſtatim poſtq̃ circũciſi fuerũt:qa hodierno die opprobriũ Egypti abſtuli a uobis, quod porro eſt hoc opprobriũ? ſeruitus profecto / & rapiẽdi eximbecillitate cupiditas/labor preterea in luto & latere,ſpiritalis etiã circunciſionis uirtus:a diaboli poteſtate liberat homines/& a tyrãnide peccati eripit/& luto ac lateribus ſacit ſuperiores. nõ enim patitur in ſordida corporis uoluptate aut in terrenis ca-
Ioſue. 5 ducisq; rebus nos uolutari,a morte quoq; ac iteritu redimit:&demũ nature nos diuine facit participatione ſaluatoris participes, Scribitur enim conſequẽter/& fecerũt filii Iſrael paſcha quartodecimo die menſis: & comederũt ex frumento terre panes azimos atq; recẽtes. Non enĩ poſſumus aliter ueri agni qui tollit peccata mũdi fieri participes/nec azimũ euãgelii & recẽs conſequi nutrimentũ:niſi prius myſticũ tranſgreſſi Iordanẽ a uiuente uerbo circũcidamur/ac Egypti opprobriũ/inherẽtes dico delicti maculas / penitus abiciamus. Quod enim incircunciſos quaſi ſordidus plenos deus nõ propter carnem quam ipſe creauit / ſed
Exodus. 12 propter uoluptatẽ aſpernatur:facile cognoſcemus/ſi ad Moſem atq; Aarõ diuinitus dici audiamus.hec eſt lex paſche. Omnis alienigena non comedat ex eo:& omnẽ ſeruũ & emptũ argẽto circũcides prius/& tunc comedet ex eo.Primo enĩ hominẽ alienigenã id eſt alienum propter incredulitatẽ a Chriſto / a comedẽdo prohibet:deide peccati ſeruos & mercede uoluptatis a diabolo emptos/ circũciſos purificatoſq; prius/ad edendũ poſtea oportune admittit.Puri enĩ ac mundi
Leuiti. 20 puro & ſancto Chriſto participabimus:ut in eccleſiis clamari audimus/ſẽtã ſanctis.equũ enim uere ac iuſtũ eſt ; cum non legali ſed proprii ſanguinis aſperſiõe nos Chriſtus ſaluauerit/ ut nos quoq; propriã uitam iure iam debitã illi attribuamus/ac illi uiuamus:ſanctificationẽ noſtrarũ animarum ei penitus dedicantes, Quod aũt ſanguis & mors Chriſti/ab omni nos malo liberauerit / & ſpiritalem attulerit circunciſionẽ qua deo coniungimur : inde rurſus uidebimus, Scribitur
Ioſue. 24 enim in libro Ioſue,&poſt hec mortuus eſt Ioſue filius Nũ/ſeruus domini centũ & decem annorum:ſepelierũtq; eum in finibus poſſeſſionis ſue/& in ſepulchro eius poſuerũt cultros lapideos:quibus circũcidit filios Iſrael.Non enĩ abſq; cauſa cultri eodem cum illo in loco poſiti ſunt:uerũ ut nos diſcamus circunciſionis ſpiritalis gratiã (que bonoꝝ celeſtiũ nobis eſt pronuba) ſaluatoris morti eſſe affixã Nihil ergo iudaicũ per circunciſionẽ in die octauo/ ſed ſpiritalẽ purificationẽ in fide reſurrectionis Chriſti intelligamus. hec circunciſio / omnis peccati deiectio eſt:mortis atq; interitus deſtructio,ſanctificationis initiũ. hec nos Chriſto coniungit:ianuã aperit/& uiam ad deũ preparat,his ita de ſabbato & circunciſione dictis:reliquum eſt ut breuiter dicamus quãobrem ſpiritalis circunciſio/ſabbati honorẽ non reſpicit.Suſcipitur enim etiã in ſabbato:ſabbatiſmi legẽ nõ perhorreſcẽs.cum igitur ſabbatiſmus requiẽ ſignificet ut diximus/ & delicti omnis abiectionẽ:cũq; ſpiritalis circunciſio/nihil aliud q̃ hoc q̃uis alio modo denotet:non ſoluit/etiam ſi uideatur/legem que de ſabbato eſt/immo roborat &ad eandem

intentionē currit.ita idē eſt circūcidi ſpiritu & in ſabbato quieſcere. Nō enī rudiori hiſtoriceq; figure inherebimus: ſed ſpiritualiter uerba ſpūs intelligemus, Nō ergo erat culpa etiā in ſabbato circūcidi.nec enim (ut ſaluator ait) iure accuſari poterāt ſacerdotes ſacra peragentes in ſabbato/ac in tēplo que cotidie conſueuerūt/faciētes,Nullo enim tēpore a boni operatiōe ceſſandū eſt:nec pia ſtudia unq̄ relinquēda ſunt.Sabbatiſmus ergo:a deteſtabili peccato ſolūmodo prohibet,recte aūt agere etiā hortatur:quod p circunciſionē quoq; diſcimus.cū enī ſordida uoluptas amputatur:tūc peccādi oritur ſabbatiſmus/&ſpiritalis cultus fundatur.parua tamē inter hec latere differētia mihi uidetur. Nā cum nō in ſeptimo nec in octauo utraq;/ſed alterū in ſeptimo/alterū in octauo celebrare iuberentur: paruā propter propinquitatē dierum ineſſe differentiam ſignificare mihi uidetur,Non eſt enim omnino idem:ceſſatio ab aliqua re ut peccato / atq; abiectio. In ceſſatione nāq; a peccato: turbationes animi q̄is ratione quaſi freno ſedantur / ui quadā ad quietem reducte & exercitatione atq; labore uirtutis ſuperate/non tamen penitus ab animo extirpantur, Abiectio uero turbationū maius quidē eſt: ad quā peruenire non poſſumus / niſi prius ab actione peccādi ceſſauerimus. & inde gradum facientes: ad hoc maius facilius conſcendamus; Sed ceſſatio quidem a delinquēdo:in nobis quoq; eſſe uidetur, deſinemus enim a malo: ſi toto animo probitatem complectemur,abiectio uero turbationis omnis atq; ceſſatio: nullo pacto in nobis eſt,ſed Chriſti/ qui pro nobis paſſus eſt ut omnes ad nouam uitam reformaret: opus eſt proprium.propterea iure octauū circunciſio diem retinet/ diem reſurrectionis qua renouamur nobis adducens, Ceſſatio uero: proximam illi ſeptimam diem obtinet. Inferior enim (ut tetigimus)ceſſatio a peccando gradus eſt,unde ad abiectionem turbationum perpetuam:per gratiam Chriſti aſcendimus. Matheus 12

¶ Quarti libri commentariorum Cyrilli ſuper Ioannem/finis,

¶ Sequuntur quatuor libri intermedii:cōmentariis Cyrilli patriarche Alexandrini in euangelium Ioannis / nuper adiecti Per Iudocum Cachtoueū Neoportuenſem/doctorem theologum,

¶ Ad reuerẽdum in Chriſto patrem & dominum, D. Iacobum ambaſianum/ epiſcopum Claromontanũ dignıſſimũ: Iudoci Clichtouei Neoportuẽſis in quatuor libros intermedios cõmentarıis Cyrilli ſuper Ioannem adiectos prefatio.

APelles egregius ille pictor inchoatã imaginẽ mortẽs imperfectam reliquit/ut tradunt authores/preſtantiſſime preſul: ſed qui eam uti incepta fuerat perficeret/inuentus eſt nemo, Non enı potuerunt alıi quantũlibet ea arte cları ad unguẽ lineamenta efformare prioribus oĩno reſpondentia: neq; eam exprimere ſpeciẽ & formam adamuſſim/quã ille in ſua effigiatiõe inceperat protrahere Proinde maluerunt manũ non admouere operi: q̃ tale quippiã attentare/in quo fortaſſe non reſponderent ultimı primis. Simile quiddã de Panetio inſigni authoritate refert in officiis Cicero: Publiũ ſcilicet Rutilium Rufum dicere ſolitũ/ qui Panetiũ audiuerat, ut nemo pictor eſſet inuẽtus. qui ueneris eam partẽ/quã Apelles inchoatã reliquiſſet/abſolueret, oris enim pulchritudo/reliqui corporis imitãdi ſpem auferebat. ſic ea q̃ Panetius pretermiſiſſet & non perfeciſſet, propter eorum que feciſſet preſtantiã/neminẽ eſſe perſecutum, & hinc contigiſſe: opus de officiis a Panetio inceptũ/ad finem perductũ non eſſe: ſed tertiã illi partem deeſſe, Haud aliter cũ beatus pater Cyrillus Patriarcha Alexãdrinus duodecim commentariorũ libros in euangelium Ioannis ediderit/quorũ quattuor intermedii iniuria temporũ & negligentia deperditi ſunt/neq; extare dinoſcũtur: difficile admodũ factu reor quemq̃ inueniri adeo induſtriũ artificẽ/qui quatuor illos interuerſos omiſſoſq; libros inſtar priorũ excudat/reddatq; ſublata interciſiõe opus uniforme & continuũ: cuius media pars ab extremis nulla diſſimilitudine aut difformitate diſſideat, Quis enĩ ſenſorũ euangelicorũ profunditatem/uti ille: rimari & perſcrutari ſufficiat? Quis dilucidã ſeruauerit in explanandis ſententiis/quã ille prefert interpretationem? Quis denıq; tantã ſermonis maieſtatẽ & gratiam/quis eam ſacrarũ litterarũ ubertatem & copiam/ que in ipſo more torrentis exundat: imitari ſatis aut equare ualeat? Quod ſane perſpicientes uiri eruditiſſimi/& in ſcripturarũ ſtudio exercitatiſſimi: hactenus non tentauerunt fragmentũ illud quatuor (qui deſiderantur) librorũ ſupplere/ & ſua opera ex integro cõtexere, ſubueniri (ut autumo) ſe non aſſecuturos omnimodã reliquarũ partiũ cõformitatẽ & aſſimilationẽ in eo quod adiicere molirentur intermedio opere. Idcirco ſatius duxerunt imperfectũ relinquere opus: q̃ humano capiti & pedibus diſſimile pectus annectentes/monſtroſum quippiã & horridũ aſpectu effingere. quod primo obtutu ſeſe prodat nõ ex unius opificis officina produiſſe: ſed diuerſorũ manibus elaboratũ. Q̃ ſi preſtantiſſimi & clariſſimo ingenio uiri/nõ ſunt pro ſua modeſtia auſi hãc ſubire aggrediq; prouinciam/utpote reſarciendi quod deeſt complemento cõmentariorũ Cyrilli/& amiſſam eorũ partem redintegrandi: qua fronte/quo animo ipſe me ingeram huic operi factitãdo: cui uires ſunt tam graui ſarcine longe impares? Si nõ audet aquila eximiũ ſolis iubar fixa acie contueri: quonã pacto tẽtabit illud noctua cecutiẽs? Verũ quod detrectat onus imbecillitas propriand aſſumendũ nobis ſuadet authoritas aliena/& illoq; quidẽ quibus iure negare nihil poſſumus. Impellũt enim cotidiana adhortatione/& cõtendũt nos debere ingeniũ hac in re percli-

tari:que & fructũ legẽtibus ſit allatura / & interrupto operi quantulancũq; conſummationis ſpeciẽ exhibitura, Tẽtaui itaq; inſuetũ per iter & uadũ inſolito ferri greſſu / & alioꝝ potius hortatui cedere: q̃ meo innitẽs animo pertinacius repugnare. illius preſertim fretus auxilio:qui (ut teſtat᷑ ſapiẽs) aperit os mutorũ / & linguas infantiũ facit diſertas. qui cõfugiẽtibus ad ſe dabit intellectũ / & inſtruet eos in uia in qua ambulẽt:firmabitq; ſuper eos oculos ſuos. Neq; in hac uia peregẽda mihimetipſi nimiũ fidẽs / duces aſpernabor: ſed eos mihi pro uiribus aſciſcã / quos hoc calle inoffenſo pede noueri deambulaſſe. potiſſimũ beatũ Ioannẽ Chriſoſtomũ in homeliis ſuper Ioannem / & ſanctum patrem Auguſtinũ in expoſitione quã in Ioannis euangelium elaborauit, quorum ſenſa utcunq; datum fuerit aperiam in hac elucidatiõe potius q̃ propriam afferam ſententiam / euitaboq; pro facultate:ne meo ipſius ſenſu excogitatã adinuentãq; interpretationẽ moliar. Ceterũ ne quiſpiam temeritatis me uicio accuſet / meminiſſe debẽt oẽs: pleroſq; ante nos id tẽtaſſe / ut imperfecta aliorũ opera mortiſq; interuẽtu inexpleta / ſuo labore & ſtudio perficerẽt, Sic enim beati Bernardi homelias in cãtica canticorũ a Gilberto Ciſtertienſi conſumatas lectitamus. ſic compluriũ authorum monumẽta litteraria / quibus extrema necdũ manus erat impoſita:ab aliis ad finẽ uſq; deducta perſpicimus. Quorum imitatione ſi carne & ſitu marcidã Cyrilli imaginẽ & media ſui parte emortuã inſtaurare annitimur:q̃uis re ipſam pro dignitate aſſequi neutiq̃ poterimus ut modo profeſſi ſumus: nihil preter noſtrum officiũ feciſſe uidebimur. ¶ Ceterũ hanc noſtram operam inſigni tue paternitati Antiſtes ampliſſime merito nũcupamus: q, in tuam aſcripti clientelam atq; preclaris tuis nepotibus inſtituẽdis deſignati / ſimus illi plurimum obnoxii / noſq; & noſtra omnia ipſi iure debeamus. Cui & id accedit / q, ſuperioribus ãnis Cyrillus q̃tum ad primos & poſtremos libros in lucẽ exiit: patrocinio & nomine reuerendiſſimi patris Georgii Ambaſiani Cardinalis Rothomagenſis & Erãcie dũ uiueret legati, qui cum interea rebus humanis exemptus ſit & ad feliciorem uitam trãſlatus. cui queſo potius adiecta Cyrillo portio / poſt eum / quo utcunq; perfectus habeatur / nũcupari debuit:q̃ eximie tue amplitudini᷑que ut fraterni ſanguinis uinculo:ita quoq; eiuſdẽ libri nũcupatione germano ſuo conũgatur, Sic ſane grauiſſima tui nominis authoritate fultum hoc opus / fidentius ad ceteros tranſibit. & ſacrarum litterarum ſtudioſis utilitatem (ut ſperamus) uberius afferet Vale preſidium / decuſq; noſtrũ. Pariſius M.d.xiii. Nonis Ianuarius.

Sapientia 16

Pſalmus, 31

¶ In euãgeliũ Ioãnis / adiectus explanatiõi Cyrilli cõmẽtarioꝝ liber quitus. Ca. I

» Dicebant ergo quidam ex hierosolymis, Nõne hic est quẽ querunt
» interficere? Ecce palã loquitur: & nihil ei dicunt. Nũquid uere co-
» gnouerũt principes: qa hic est Christus? ¶ Qui ex hierosolymis
erant: melius q̃ externi improbos principũ & phariseorũ conatus
ad mortẽ Christo inferendã nouerũt / ut qui cũ eis uersabãtur: &
studia eorũ atq; consilia habuerũt plus ceteris explorata. Idcirco
uidentes Christum tãta constantia propalam eis loquentẽ: in admirationẽ ducti
sunt / q, tanta diligentia ante quesitus fuerit / & nunc cum corã adest: a persequẽ
tibus minime detineatur, Siquidẽ ignorbãt qua potentia id effectũ fuerit: q, nõ
teneretur. nesciebãt diuine id opus esse uirtutis & a dño factũ esse: qui seuitiam
eorum ad presens cõpescuit / ut magna cum libertate loquenti / nullus ne uerbo
quidẽ obsisteret, Et qm̃ uera eos facti causa latuit: aliam ipsi subdubitãtes suspi-
cãtur / scilicet principes sacerdotũ suã de Christo mutasse sententiã. & quẽ prius
Christũ esse fuerãt inficiati: nunc demũ cognouisse eum reuera esse Christũ / &
eam ob rẽ a persecutiõe eius aio in contrariũ mutato destitisse. Proinde cũ admi
ratiõe sciscitãtur apud se. Nũqd uere cognouerũt pricipes: qa hic est Christus?
¶ In quatuor itermedios libros cõmentarioꝝ Cyrilli in Ioanne: sparsim adiecta.
¶ Ceterũ non desunt etiam sacri euangeliorũ interpretes / q hanc particulã / ex
hierosolymis / in presenti loco / adiectã consulto ab euãgelista arbitrãtur: ut ostẽ
deret q, qui multa & magna uidebãt miracula / ii miserabiliores erãt q maximũ
diuinitatis signũ acceperãt: perditorũ principũ iudiciũ seq̃bant. Maximũ certe
id diuine in Cristo uirtutis fuit argumẽtũ: insanientiũ homicidaꝝ & insidiantiũ /
& q̃rentiũ se interimere & iã cõprehendentiũ / furorẽ sedare. Nõ eni hũane fuit
facultatis / id prestare: aut tã facile tantã extinguere insaniã, Illo tamẽ conspecto
signo & cõplurib⁹ aliis diuinã Christi potestatẽ attestãtibus: ii q ex hierosolymis
erãt / & idcirco frequẽtius ceteris procul distãtibus cõspicere illa poterãt & con-
spiciebãt: nõ sunt ad credendũ inducti neq; ad uerã fidẽ cõuersi. Quod sane ad
maiorẽ illis accedit cumulũ dãnationis: & peccatũ ipsoꝝ reddidit multo graui⁹,
Ioannes. cũ de ipsis & similibus eorũ: dixerit Christus discipulis suis. Si nõ uenissem & lo-
15 cutus eis nõ fuissem: peccatũ nõ haberẽt, nũc aũt excusationẽ non habẽt de pec-
cato suo. Et rursum, Si opera nõ fecissẽ in eis q̃ nemo alius fecit: peccatũ nõ habe-
rẽt, Nunc autẽ & uiderunt: & oderũt & me & patrẽ meũ. Alio p̃terea in loco le-
gitur dñs exprobrasse ciuitatibus / in q̃bus facte sũt plurime uirtutes eius: qa nõ
Matheus. egissent penitentiã / his uerbis. Ve tibi Corozaim / ue tibi Bethsaida. qa si in Tyro
11 & Sidone facte essent uirtutes q̃ facte sũt in uobis: oli in cilicio & cinere penitẽtiã
egissẽt. Verũtamen dico uobis / Tyro & Sidoni remissius erit in die iudicii: q̃ uo-
bis, Et tu Capharnaũ: nũquid usq; in celũ exaltaberis? usq; in infernũ descẽdes.
Quia si in Sodomis facte fuissent uirtutes q̃ facte sunt in te: forte mãsissent usq;
in diẽ hãc. Verũtamẽ dico uobis / quia terre Sodomoꝝ remissius erit i die iudicii:
q̃ tibi. Sed nõne & nobis q Cristianoꝝ nomẽ habemus / utinã & rem ipsam: uenit
Christus / & locutus est per sacra eloquia / euãgelicũq; sermonẽ? ut lõge ueri⁹ in
Psalmus, nobisipsis q̃ Iudeis completum sit illud psalmi uerbum, Qui annunciat uerbum
147 suũ Iacob: iustitias & iudicia sua Israel. Non fecit taliter omni nationi: & iudicia

ſua nō manifeſtauit eis. Nonne & ſigna in nobis fecit Chriſtus? nō quidem per operū preſentiā / ſed fidei efficaciā: qua incōcuſſe credimus ipm uere fuiſſe eorū (que in euāgeliis legimus) ſignorū authorē. Si igit̄ digne ſcdm noſtrā uocationē profeſſioneq; nō uixerimus: magnopere formidandū eſt / ne grauior ide nobis immineat dānatio / ne & id merito nobis exprobret̄ q, ſi Turcbis / Saracenis / Iudeis nr̄e tēpeſtatis / & qbuſuis aliis populis a Chriſto alienis / p̄dicata eſſet Chriſti lex / & promulgatū euangeliū ſicut & nobis: exactius illius q̄ nos inſtituta ſeruarent / rectius in uia mandatorū dei ambularent / maioriq; ſolicitudine ſalutē ſuā cum tremore q̄ noſipſi operarentur, et exinde mitius cum eis in diſtricto iudicii examine q̄ nobiſcum ageretur: qui legis agnite ſumus preuaricatores / & uerborum dei contemptores / fideiq; date uiolatores. Cap. II.

" Ed hūc ſcimus unde ſit. Chriſt⁹ aūt cū uenerit, nemo ſcit unde ſit ¶ Verba hec hieroſolymitarum plane indicāt ipſos haud recte de Chriſto ſentire / neq; ſyncere fidei firma adhuc iecciſſe fundamēta. Poſtq̄ enī admirati ſūt ipſum in medio cōſpectu aduerſariorū cōſiſtente / a nemine quidē comprehendi aut uerbo laceſſi / ratiq; ſunt Phariſeos fortaſſe in hāc inductos eſſe exiſtimationē q, ipſe eſſet Chriſtus: nūc ſuā erroris tenebris inuolutā / & peſtifere phariſeorū ſecte conſentaneā depromūt ſententiā / utpote ſuo ipſorū iudicio ipm neq̄q̄ eſſe Chriſtū, quā ſane improbam opinionē: ratiōe quoq; fulcire annitūtur. Hāc inquiūt ſcimus unde ſit, Nouerāt ipſi ex qbus ſcdm uulgatā hominū exiſtimationē natus eſſet parētibus: filium Ioſeph ut putabatur / & Marie eū eſſe autumātes. Nouerant itidē locū edu Luce, cationis eius: & q, in Nazareth nutritus fuerat / ut inquit euāgeliſta, hinc ſe ſcire 4
profitētur: unde ipſe ducat originē, De Chriſto uero neminē ſciturū inquiunt Eſaias.
unde ſit; Eſaie teſtimonio forſitan innixi / de Chriſto dicentis. Generationē eius 53
quis enarrabit? Et ex his colligūt dn̄m noſtrū nequaq̄ ut Chriſtū eſſe recipiēdū, non ſatis attendentes in eo duplicē eſſe ſubſtantiā atq; naturā, humanā ſcilicet: ſecundū quam utiq; in parte nouerant unde eſſet, non tamen omnino. quia & Ioſeph eius patrē natura / putabant: & uirginis partū ignorabant. & diuinā, quā neq; in eo perſpectā habebāt: neq; unde ipſam ſortitus erat agnoſcebāt. Porro propheta de diuina & eterna eius a patre generatiōe prolocutus eſt: q̄ nō modo Pſalmus,
hominū / ſed & angelorū linguis eſt inenarrabilis. Quomodo enī ex utero ante 109
luciferū pater filiū genuerit; nec lingua ſatis eloqui / nec mens ulla ualet cōprehē Pſalmus,
dere. Arbitrati aute ſunt hi qui defecerūt ſcrutātes ſcrutinio: prophetā de tem- 63
poranea & humana Chriſti generatione duntaxat uerba feciſſe. Et idcirco inſi- Ad roma
piens factū eſt cor eorum & credentes ſe eſſe ſapientes (ut Paulus ait) ſtulti facti 1
ſunt. Porro q̄uis id Eſaie oraculū modo adductū / de eterna Chriſti a patre generatione ſecundū diuinitatem recte accipiatur: nihilominus & de generatione eiuſdem ſecūdum carnē etiam ueritatem habet / & a propheta quoq; in eo loco de humana Chriſti natura / natiuitate & paſſione loquente ſecundū hunc etiam ſenſum ibi adducitur, Quis enim ſatis eloquetur: quō uirgo ſpiritu ſancto fecūda / deum & hominem felici partu & uirginali ſeruata integritate mundo protulerit? Itaq; de utraq; Chriſti natiuitate propheticus ille ſermo uerus eſt. & potuerunt quidem ex illo occaſionem ſumere / qui hec cauillabantur / aſſerendi q, Eſaias.
Chriſtus cum uenerit; nemo ſcit unde ſit, aut ex illo uerbo Eſaie. Vere tu es deus 75

abſconditus ſaluator Iſrael,aut alio quouis ſcripture loco,Verum id nihil refert; quoniã id uerbũ Hieroſolymitarũ non tã ſecundũ ueritatẽ q̃ eorũ opinionẽ dictum eſt.Siquidẽ euoluẽti ſcripturas attẽtius perſpectũ erit/prenunciatũ a pro-
Pſalmus, phetis eſſe & multo ante ſignificatũ: unde Chriſtus etiã ſecundũ utrãq; naturã
2 habiturus eſſet originẽ.Secundũ diuinã quidẽ,q,a deo patre prodierit: atteſtatur pſalmus cũ dicit.Dñs dixit ad me:filiꝰ meus es tu/ego hodie genui te.qđ ma-
Eſaias. nifeſte de Chriſto dñi in prĩcipio pſalmi expreſſo/intelligendũ deſignatur. Qz
48 itidem a deo patre in mundũ eſſet mitttendus:inſinuauit Eſaias cum ait. Et nũc
Eſaias, dominus miſit me:& ſpiritus eius.ſecundum humanam uero naturam.q, ex ſe-
11 mine dauid ſumpturus erat originem / predixeratEſaias dicens,Egredietur uir-
Eſaias. ga de radice Ieſſe/& flos de radice eius aſcendet: & requieſcet ſuper eum ſpiri-
7 tus domini,Qz etiam ex matre uirgine naſci deberet;preſignauerat illud Eſaie oraculũ,Ecce uirgo concipiet & pariet filium:& uocabitur nomẽ eius Emanuel, Deniq; locum natiuitatis eius/q, ſcilicet in Bethleem edendus eſſet in lucẽ: deſi-
Miche, gnauerat hec Michee prophetia. Et tu Bethleem terra Iuda: nequaq̃ minima es
5 in principibus Iuda. Ex te enim exiet dux:qui regat populum meum Iſrael, Videſ igitur/quo pacto ex diligenti ſcripturarũ indagine potuiſſet id exploratum haberi:unde Chriſtus eſſet.Qua ergo fronte / qua fiducia/ qua deniq; ratione audebunt inimici id proloqui & aſſerere:q, Chriſtus cũ uenerit/ nemo ſcit unde ſit, Verum quia ſcripturas non ſunt ſcrutati que teſtimoniũ perhibent de Chriſto:que ipſi ex ſua ignauia ignorabant/ putauerunt & ab aliis ſciri non poſſe/& a nemine cognoſci debere, Cap,III,

» CLamabat ergo Ieſus in tẽplo docens &dicẽs.Et me ſcitis:& unde ſim ſci-
» tis.& a meipſo non ueni:ſed eſt uerus q miſit me/quẽ uos neſcitis. ¶ Inſuſurrabãt illi ex hieroſolymis alter alterius auribus:que modo dicti ſũt
2.Para, de Chriſto ſenſiſſe / & demiſſa uoce hec apud ſe muſſitabant.Chriſtus autẽ cui
6 omnis etiã cogitatus loquitur/& cor omne patet: eorũ uerbis tacite prolatis libera & alta uoce reſpondit. Hoc uno ſigno deum ſe eſſe cõteſtans: qui ſolus nouit abſcõdita cordis, Non itaq; immurmurabat aliorum auribus ſubmiſſiore uoce Chriſtus qđ eis reſpõderet / ſed clamabat in tẽplo/quo ſua uox ad plures deferretur.Recte dicitis(inquit)q, meipſum & unde ſim cognoſcatis, nã ſecundũ humane conditionẽ nature: & meum genus/& locũ natalẽ/uultuſq; effigiẽ probe dinoſcitis,Veruntamẽ aliquid in me reliquum eſt quod uos neſcitis: diuine ſcili-
Matheus cet nature ueritas/quam a meipſo non habeo ſed a patre,a quo mihi tradita ſũt
11 omnia.Cũ igitur hanc mihi ineſſe ignoratis;profecto & me neſcitis/& unde ſim neſcitis. Et quo magis apertum ſit uobis altioris huius nature myſteriũ; nõ mea ſolius authoritate aut ſententia ueni in hunc mundum/ per aſſumptionem carnis & unionem eius ad deitatem, ſed pater ipſe celeſtis me miſit in mundum: ut ſaluem eum.Pater inquã uerus.quia quod longis ante tẽporibus promiſerat per prophetas/ſe uidelicet miſſurum ſaluatorẽ &redemptorem:idipſum nũc exhibuit / & promiſſionem ſuam opere compleuit, Qz ſi uerus eſt pater qui miſit: conſequens eſt & uerum eſſe filium qui miſſus eſt/quinimo& ueritatem ipſam.
Ioannes, ut de ſe dicit.Ego ſum ueritas.Et in pſalmo orauit Dauid patrem.Emitte lucem
14 tuam & ueritatem tuam.Et Ioannes in epiſtola.Chriſtus eſt ueritas.Non igitur obſurdeſcere debẽt homines aut incredula mẽte reſiſtere uerbis filii:q uerus eſt

perinde atq; pater, nã impietas in filiũ & cõtumelia: etiam in patrẽ ascẽdit. Ecce Psalmus,
quomodo his uerbis eos ad fidem impellit: ostẽdens eos qui sibi repugnãt / & pa- 42
tri quoq; mittenti dura ceruice obluctari. Verum tante ignorantie quã de Chri- i. Ioãnes,
sto Iudei habent / causam subnectit: dicens eam precipuam esse / q, nesciant pa- 5
trem. Non enim compertum habebant: patrem ex sua diuina substantia filium
dei genuisse / neq; eum qui ipsos alloquebatur credebãt ex patre ante secula ge-
nitum esse: aut ab ipso ad huius mundi salutẽ esse missum in carnem. quare cõ-
sequens erat eos & patrem itidem ignorare, omnis enim (ut ait Ioannes in epi- i. Ioannes
stola) qui negat filium: nec patrem habet, & qui cõfitetur filiũ: & patrem habet, 2
¶ Porro hoc uerbo / sed est uerus qui misit me / subinsinuat Christus se non ab
homine sed a deo missum est, quãdoquidẽ nullus absolute & simpliciter uerus di
citur nisi solus deus: ut neq; bonus / & inter dei nomẽ claturas propriasq; deno-
minationes: uerus siue uerax / sicut & bonus / reponitur. Dicit enĩ beatus Paulus
Est aũt deus uerax: oĩs aũt homo mendax Et Christus corã discipulis patrẽ orãs Ad roma
ait. hec est aũt uita eterna: ut cognoscant solũ te deum uerũ: & quẽ misisti Iesum 3
Christũ. Sed & pluribus aliis euãgelii locis se a deo missum esse / apte Iudeis cõte
statur: presertĩ in eo qui paulo post apud hũc euangelistã sequit̃, Si deus (inquit
Christus Iudeis) pater uester esset: diligeretis utiq; me: ego enĩ ex deo ꝓcessi & Ioannes.
ueni, Neq; enĩ a meipso ueni: sed ille me misit. Et idipsum dñs noster sepi⁹ incul- 8
cat auribus Iudeoꝝ: ut ob eam quã deo debẽt reuerentiã & ueneratione / eũ reci
piãt quẽ deus illis misit salutis nunciũ & authorẽ, ne ipsum q a deo missus est cõ
tennetes: cõuincantur & deũ aspernari / redũdetq; & retorqueatur huiusmodi
ipsoꝝ cõtẽptus in deũ mittentẽ. cũ dixisse perhibeat̃ dñs discipulis suis. Qui me Luce,
spernit: spernit eũ q misit me. Itaq; grauis admodũ cognoscit̃ esse Iudeoꝝ cul- 10
pa: obstinato aĩo Christũ a deo quidẽ missum indigne reiicientiũ. q, hec contẽ-
ptio & reiectio / nõ solũ illi: sed et deo a quo missus erat / irrogata dinoscat̃, Qui
enim legatũ regis inhonorat & afficit contumelia: regiã quoq; maiestatẽ ea ledit
iniuria / & grauiter offendit. Quẽadmodũ Anon rex filiorũ Ammon pestifera 2, Regũ.
suorũ principũ delatione inductus / qm̃ nũcios dauid ad se officii & beniuolẽtie 10
gratia missos ludibrio habuit: & ipsum dauid regẽ ad indignationẽ cõmouit / cõ
citauitq; ad arma in ultionẽ tanti facinoris. a quo tandem post multas clades / &
regno exutus est: & uita priuatus. Haud aliter & Iudei in uindictam tãti sceleris 2, Regũ,
quo Christum / & in Christo deum patrem spreuerunt: a romanis demũ exter- 12
minati / & miserabili excidio deleti sunt. Cap, IIII,

» EGo scio eum. & si dixero quia nescio eũ: ero similis uobis mẽdax. sed scio
» eum: qa ab ipso sum & ipse me misit. ¶ Quãto discrimine & iteruallo
ab ipsis Iudeis separetur dominus noster: dilucide hic ostẽdit, quia cũ eos
patrẽ nescire asseruisset: ilico subiunxit se patre scire, qd & alias quoq; testatus
est, ut apud Matheũ: Nemo nouit filium nisi pater: & nemo nouit patrem nisi fi Matheus
lius / & cui uoluerit filius reuelare, Et alio loco. Deũ nemo uidit unq̃, unigenitus 11
qui est in sinu patris: ipse enarrauit, Et rursum. Nõ quia patrem uidit quisq̃: nisi Ioannes.
is qui est a deo hic uidit patrem Qz si filius diceret sese patrem nescire (quod 1
tamen nequaq fieri potest) similis esset Iudeis: & mendacii iniquitate cõformis / Ioannes.
atq; mendax: sicut & ipsi erant mendaces, Sed quemadmodum effici neutiq̃ 6

poteſt: ſummã ueritatẽ mẽdacii labe inquinari/aut ſupremam bonitatẽ pecca-
2. Ad cori 6 toribus uiciorũ contagio aſſimilari (que enim participatio iuſticie cum iniquita-
te: aut que ſocietas luci ad tenebras?) ita quoq; neq; filiũ patrẽ neſcire, ¶ Quo-
circa non ſunt audiẽdi hoc loco. Arriani / Iudeis impietate perſimiles aut etiam
deteriores: qui oblatrãt filium ipſius patris noticiam non habere/neq; uidere pa-
trem ſed eum neſcire/q; ſit pater prorſus icognoſcibilis cuiq;. Quã qdẽ ueſaniã
Ioannes. 1 corroborare cõtendunt per illũ euangelii locum. Deum nemo uidit unq;. ex quo
id cõſequio trahere annitũtur: q; neq; patrẽ unq; nouerit filius. non animaduer-
tentes/ibi de creaturis quinimmo de hominibus ſolũ haberi ſermonẽ. Filius aũt
dei in creaturarũ uniuerſitate non comprehẽditur: neq; omniũ continetur am-
bitu, ſed ſuper oia eminẽter collocatur / & ab oibus eſt excellẽter exceptus, Oia
enĩ per ipſum facta ſunt. uerũ ipſe in eorũ que facta ſunt numero non contine-
Ioannes 10 tur/qa ſupra oia & extra omnia eſt, Cõteſtatur ſiquidẽ filius in euangelio. Sicut
nouit me pater & ego agnoſco patrẽ, ex quo protinus abſurdũ eſſe id dinoſcit:
q; filius ignoret & neſciat patrẽ. Quõ enĩ fieri poſſit: ut eũ neſciat cuius uiua eſt
Ad heb. 1 & uera imago/ſplẽdor glorie/& figura ſubſtãtie eius? Quõ neſciret ipſum: ex
cuius ſubſtãtia prodiit/eandẽ nature conditionẽ/proprietatẽq; habẽs? q uirtus
eſt & ſapiẽtia patris? Recte igitur ſe patrẽ ſcire Chriſtus conteſtatur, tũ quia ab
ipſo eſt: ante ſecula ex eius ſubſtãtia genitus, tum quia a patre miſſus eſt in mun
Ad Gala. 4 dum/dicẽte Paulo, Cum uenit plenitudo tẽporis / miſit deus filiũ ſuum factum
ex muliere natũ ſub lege: ut eos qui ſub lege erant redimeret. ¶ Sed perconta-
bere forſan: cur dominus hoc loco Iudeos mẽdaces appellat? Merito quidẽ id fa-
cit. quoniã iactabant ſe ſcire unde eſſet dominus: & tamen idipſum ignorabãt/
Ioannes, 9 quemadmodum ſequenti loco profitẽtur. hunc autem neſcimus unde ſit. Nõne
hec ſunt mendacium & minime cum ueritate conſtantium uerba: hunc ſcimus
unde ſit/& hunc neſcimus unde ſit/omnino inter ſe pugnãtia? Et dominus ipſe
paulopoſt conteſtaturus eſt ipſis: q; ipſum neſcirẽt/ut aperte cognoſcamus eos
Ioannes, 8 hic falſo dixiſſe/hunc autem ſcimus unde ſit. Dicit enim ipſis inferius. Neq; me
ſcitis: neq; patrem meum ſcitis. ſi me ſciretis: forſitan & patrem meum ſciretis.
Quinimmo & hoc loco oſtendit ipſos ignorare ſuam origenem: cum dicit. Sed
eſt uerus qui miſit me: quẽ uos neſcitis, Nempe ſi patrem neſciũt/a quo ipſi filio
naturalis eſt origo: & filiũ qui a patre ſumit originẽ neſciãt/neceſſe eſt. ¶ Verũ
obiicies Chriſtum paulo ante approbaſſe Iudeorum uerba: quibus dixerãt, hũc
autem ſcimus unde ſit, cum ad illa ſubiungeret. Et me ſcitis / & unde ſim ſcitis.
quomõ igitur illa que a domino probata ſunt uerba: mẽdacia ſunt? Quonã etiã
pacto hec domini uerba. & me ſcitis & unde ſim ſcitis/coherent in ueritate cum
iſtis aut multo poſt dictis: neq; me ſcitis neq; patrem meum ſcitis? aut qua ratio-
ne non eſt in iſtis dñi uerbis cõtradictio: me ſcitis/& neq; me ſcitis? Non deſunt
utiq; qui putãt hec uerba Chriſti hic prolata. Et me ſcitis / & unde ſim ſcitis: non
aſſertorie eſſe dicta/ſed reprehenſorie cũ quadã interrogatione aſpera: que fa-
ciat ut oppoſitũ inſinuẽt ſenſum, ac ſi diceret: repetens eorũ dicta cũ ſignifica-
tiõe negationis. Et me ſcitis: & unde ſim ſcitis? Velitq; ex proferẽdi modo innue-
re: q; neq; ipm ſcirẽt/neq; unde ſit cognoſcerẽt. Sed eſto hec dñi uerba/& me ſci
tis & unde ſim ſcitis/affirmatiue hic prolata ſint: ut pleriq; ſentiũt/nihilominus

mendaces deprehenduntur adhuc Iudei. qui ſuis uerbis omnino & integre no=
ſcere ſe glorıabantur / exacteq; & penitus compertum habere unde eſſet domi=
nus noſter: cum tamen aliquantulã & exiguam ſolum cognitionis partem de il=
lius origine ſecundũ humanã formam / haberent, quam utiq; dominus ſuis uer=
bis reſponſoris eis concedit, plura autem & potiora de natiuitate ipſius ſecun=
dum carnẽ / eos latebãt. de ipſius uero diuinitate: nihil omnino unde prodiit no=
uerunt. Siquidem q, Marie filius eſſet ſecundũ carnem: ſciuerunt quidẽ & / q, ex
Nazareth ratione materne originis eſſet oriũdus, q, etiam ibidem educatus &
a puero diuerſatus fuerat. Ignorauerunt tamen ſacramentũ materne uirginita
tis: quodq; de ſpiritu ſancto conceptus & ex matre uirgine natus fuerit. quando
quidem ipſum putabant eſſe filium ioſeph ex nuptiali ſocietate natum: dicẽtes
per impropериũ. Nonne hic eſt filius Ioſeph / & fabri filius Rurſum ignorauerũt Matheus
Bethleemiticã ciuitatem eſſe locum natiuitatis eius: rati ipſum (ut indicant eorũ 13
uerba) in Nazareth fuiſſe natum. Denicq; eternam eius a deo patre generationẽ Ioannes,
ſecundum diuinam ſubſtantiam prorſus ignorarunt: exiſtimantes ipſum blaſ= 5
phemum / q, filiũ dei ſeipſum Chriſtus dixerit / ſeq; de celo deſcendiſſe atteſta= Ioannes.
tus fuerit. Quocirca ſi adamuſſim & ad unguẽ ſingula trutinare / examinareq; 6
uoluerimus: deprehendemus eos parũ admodũ de Chriſto unde eſſet nouiſſe /
plurima uero & potiſſima ignoraſſe, Recte igitur mendaces eos nuncupat: qui
ſibi perfectã arrogabãt originis Chriſti agnitionẽ: cuius uix bene minimã partẽ
callebant. Preterea complura Iudeorũ alia mendacia in Chriſtum / ex euangeli=
ca narratione paſſim occurrent / atq; ad manum prompta erunt. ut de ipſis me= Pſalmus,
rito in pſalmis dixerit dominus noſter, Filii alieni mentiti ſunt michi filii alieni 17
inueterati ſunt: & claudicauerunt a ſemitis ſuis,

¶ Q; Chriſti opera / quinimmo quorumuis hominum: fato & diſpoſitioni ſy=
derum non ſunt ſubiecta. Cap, V.

» Verebãt ergo eum apprehẽdere: & nemo miſit in illum manus / qa
» nondũ uenerat hora eius. ¶ Diligẽtibus deũ (inquit apoſtolus) oia Ad roma
cooperãtur in bonũ. ediuerſo aute deum odientibus: omnia quan= 8
tumlibet bona conuertũtur per ipſorũ prauitatẽ in malũ, Atteſta= Eccleſia.
tur illud eccleſiaſticus dicẽs, Initium neceſſarie rei uite hominum: 39
aqua / ignis / ferrũ / ſal / lac & panis ſimilagineus: & mel / & botrus uue / & oleũ / &
ueſtimentũ, Hec oĩa ſanctis in bona: ſic & impiis & peccatoribus in mala cõuer=
tentur. Nã que preſertim ad uite emendationẽ his adhibẽtur: in ſuã detorquent
perniciẽ. peride atq; rei uenenate quicquid applicueris: protinus exitiũ cõtrahit
ueneni / & funeſta inficitur tabe. Id ſuo prodũt exemplo Iudei. quibus cũ ad ſa=
nandos animi languores / ſalutariũ uerborũ medicinã Chriſtus admouiſſet: ipſi
medicum ſimul & medicamenta aſpernati / eo aguntur furore ut ſceleratas in
medicũ manus inicere tentẽt. frenetici perſimiles q in eos ſiliũt uolentre / quos
uident ad medendum ipſis accedere Verum hunc impium eorum conatum in=
uiſibili uirtute ſue diuinitatis refrenauit dñs: neq; permiſit quempiã nefarias in
ſe manus tũc inicere / quia nondum uenerat hora quam ſue deſtinauerat atq;
preordinauerat paſſioni, nondũ tempus illud completum erat: quo decreuerat
ſpõte ſeſe patri offerre pro noſtra redẽptione. Non itaq; tentus eſt: quia noluit.

qui tunc ſolū teneri potuit: cum uoluit. Sue enim uoluntatis fuit: q, nunc detentus non eſt, ſicut & ſue fuerat uolūtatis: q, poſtea a iudeis captus eſt. Oblatus eſt (inquit Eſaias) quia ipſe uoluit. ¶ Ceterū Genethliaci & qui noſtrā uoluntatem dei dono liberā: fato / ſyderibuſq; ſubiiciūt: contendunt ex hoc loco etiam Chriſtum diſpoſitionibus aſtrorū ſubiacuiſſe. & ideo nūc non eſſe detentū ab emulis: quia nondū uenerat hora illa fatalis / quā aſtra deſignauerant ſue morti. Sed non ferēda eſt hec impietas: qua linguas ſuas in deum quoq; exacuūt / & os ſuū in celū ponunt. Quis enim equo animo ferat ipſius celi & ſtellarū conditorem / ſue facture legibus quaſi uiculis alligari / & ipſum cui data eſt poteſtas in celo & in terra: operis ſui preſcriptionibus ſic aſtringi / ut non cum uelit: ſed cū iubeant aſtra mortē perferat? cū ipſe tamen libera uoce proclamet, Poteſtatē habeo ponendi animā meam: & iterū ſumendi eam. Nemo tollet eam a me: ſed ego pono eam / & iterū ſumā eam, Q7 ſi aſtra certam illi determinauerint horā / qua mortem toleret uel inuitus: non igitur ipſi agēde ſunt gratie / q, nos morte ſua a poteſtate tenebrarū eripuerit: ſed aſtris potius / que ipſum ad id adegerint. Debemus autem & agimus illi optimo iure q̄ maximas gratias: q, ſuo nos precioſo ſanguine redemerit / & traduxerit in admirabile lumē ſuū, Non igitur id aſtris eſt aſcribendum: aut fato. ¶ At qui obiiciunt aduerſarii. in natiuitate eius ſtellam Magis apparuiſſe: que ſui exortus preſtaret indiciū. & hāc ei fatalem natalitiāq; fuiſſe cōfingūt: que certis collocata ſedibus / ortui eius iampridē eſſet deſtinata, Verū cū celeſtia dimetiri contendunt / & cuiq; operi Chriſti ſua aſſignare aſtra: ea que longe inferiora ſunt & terrena / non ſatis proſpiciunt. neq; attendūt ſtellam illam non in dominiū Chriſti effulſiſſe: ſed in obſequiū recēs productā eſſe / ut Magos ad Chriſti incunabula perduceret: illoq; expleto officio / prorſus euanuiſſe atq; diſparuiſſe. Non enim fuit ea ſtella de numero earū quas celo infixas cernimus: ſed per aeris tractū ferebatur / diuerſo a celeſtibus aſtris motu, Nēpe hec ab occidente proprio motu in orientem tendūt: illa ab oriēte occidentē uerſus delata eſt. Hec itē interdiu uix unq̄ aut rarenter admodū ſpectātur: illuſtriori ſolis iubare ne conſpiciātur occultata. illa uero medio etiam die ſeſe ſpectabilē prebuit & cōſpicuā, Hec rurſum irrequieto motu ſemper agūtur. illa uero interdum quieſcere uiſa: ut cum ſtaret ſupra domū ubi erat puer, Demū hec humanis obtutibus non ſe ſubtrahunt: niſi minorē eorū ſplendorē maius ſolis lumen exterminet. Illa uero nunc ſeſe exhibuit uidendā Magis: ut cū diuerſarentur in oriente / nunc ſe negauit eorū oculis: cū ſcilicet Hieroſolymā uenirēt interrogaturi de rege iudeorū nato, nunc uero ſe rurſum eis reddidit cotuendā: cum Bethleem uerſus dimiſſa Hieroſolyma tenderent. Vnde facile intelligimus diuino nutu illā ad tēpus formatā eſſe ſtellam: que exortū in tenebris lume rectis corde oſtēderet / & primitias gentiū ad nati ſaluatoris crepūdia perducēs: ei famulatū preberet. ¶ Sed neq; his cōtenti abeūt / aut a ſua reſipiſcūt inſania: diligētes uanitatē & querētes mendaciū. ſed aliud inſuper afferūt ex euāgelio: quod ſue credūt impietati aſtipulari, utpote q, ſacratiſſime matri ſue in nuptiis interpellanti filiū q, uinū non haberēt cōuiue / reſpondiſſe legit. quid michi & tibi eſt mulier? nondū uenit hora mea, Ex quo uerbo cōtendunt horā a ſtellarū poſitione preſcriptā fuiſſe: q̄ Chriſtus diuinitatis ſue potentiā p miracula manifeſtare incipe-

Eſaias, 53

Pſalmus, 72

Matheus 28

Ioannes. 10

Obiectiones aduerſariorum & diluciones.

Matheus 2

Pſalmus, 111

Pſalmus. 4

Ioannes 2

ret, que qm̃ necdum uenerat: non potuit petitioni ſue matris tunc acquieſcere
Verum hec ſuperiorē longe exuperat blaſphemiā: quia nō creaturam / ſed & re-
rum omniū conditorē in operibus a deitate procedentibus: alligat neceſſitati ſi-
derū, ut nō poſſit deus (q̃ facit mirabilia magna ſolus) quicq̃ nature inſolitū ope Pſalmus,
rari: niſi id a celo ſibi permiſſum fuerit. Sed quid obſecro indignius de deo dici 135
poſſit: q̃ eum qui numerat multitudinē ſtellarū / & omnibus eis nomina uocat. Pſalmus.
qui celos fecit opera digitorū ſuorum / lunamq; & ſtellas fundauit, qui emittit lu- 146
men & uadit: & uocauit illud / & obedit illi in tremore. cui ſtelle dederunt lumē Pſalmus,
in cuſtodiis ſuis: & letate ſunt, uocate ſunt & dixerunt: aſſumus. & luxerunt ei 8
cum iocūditate qui fecit illas. cum inquā ita aſtringi legibus aſtrorū & fati: ut ex Baruch.
ipſis pēdeat determinatū tēpus / quo immēſa uirtute ſua miracula operetur, Ita 3
enim opificem ſuo ſubdūt opificio / & artificē ſuo operi / deumq; negāt omnipo-
tentē: ut qui nulla poſſit operari niſi cōſentientibus aſtris, maiorēq; uim ſtellis q̃
deo aſcribūt: que illi tempus & horā mira oſtendēdi diuinitatis opera preſcribāt
atq; definiant. Nō itaq; hic uerborū dñi quibus ſue ſacratiſſime matri reſpondit
ſenſus eſt: quē ipſi confingunt. Sed quoniā illa accōmodū miraculo tēpus preue-
nire atq; anticipare uiſa eſt: reſpōdit Chriſtus nondū oportunū aduenſſe tem-
pus / & horā tempeſtiuā oſtendēdi miraculū. ſed tantiſper differendū eſſe quod
petiſſet: quo ad oportunitas cōmodior adeſſet, qua quidē oblata: dulciſſime ſue
1 matri obſecutus eſt. ¶ Ceterū quid contēdimus Chriſtū ab aſtroꝝ fatali neceſ-
ſitate liberū uindicare? cum illi ne minimus quidē hominū ſubiectus ſit: ut eius
opera ex libertate uoluntatis prodeuntia a celo dependeant. Si enim id dederis:
nulla laus recte agētibus debetur / nec premiū, ut qui a celo ad bene / beateq; ui-
uendū impellantur, quinimmo neq; exhortationes aut conſilia adhibenda ſunt:
quibus recte uiuatur. quandoquidē adigētibus ad bonū aſtris nullo pacto relu-
ctari quis poſſit. Fruſtra igitur regni celorū repromiſſio uis fit q̃ mādata dei ſer-
uauerint: & ad uitam ingredi uolentibus mandata dei ſeruanda proponuntur, Matheus
2 ¶ Rurſum praue agētibus nulla debebitur uituperatio aut pena: ſi operationes 19
omnes humane ex fato proueniāt. nam cum ad male agendū homines celū im-
pellat: non poſſunt ipſi id malū deuitare. Nemo autē recte culpatur ob id / quod
in ſua non eſt ſitū poteſtate. Fruſtra igitur eterne pene comminationes in ſcri-
pturis cōtinentur / ad deterrēdum a malo: & nequicq̃ fiunt diſſuaſiones a prauo
opere, inuanū prophete & euangelia nos a uicus reuocare conātur; quandoqui-
3 dem id in nobis conſtitutum non eſt / ut a malis operibus temperemus. ¶ Sed et
aliud longe grauius ſequitur incōmodum / deum ſcilicet optimū rerum authorē
merito incuſandū & inculpandū eſſe, qui celum fecerit omniū malorū cauſam
que ab hominibus perpetrantur. Cū enim furta & homicidia merito damnētur;
iure & illud damnandū eſt / unde tanta mala ad homines emanāt / ſcilicet celū,
Quare ualētiori ratione & deus accuſabitur; qui celo indiderit uim illam impul
ſiuā hominū ad mala, Videte obſecro: quonā pacto hec impia abſurditas in dei
redūdat iniuriā & contumeliā. eumq; qui in ſuis operibus oibus laudandus eſt:
4 oſtēdit ob ſua opera reprehēſioni obnoxiū. ¶ Ad hec / nō recte propheta celos
ad dei laudē inuitaſſet dicens: laudate eum celi celorū. cū ob celos a quibus oīnis Pſalmus.
ſcelerū eluuies ſecundū fatorum poſitores profluit / non laudandus eſſet deus: 141

Geneſis, 1 Pſalmus. 101

ſed uel maxime reprehendēdus. ¶ Falſum etiā eſſet quod proponit Geneſis: q uidit deus cūcta que fecerat / & erāt ualde bona, Nēpe in principio creauit deus celum & terrā: & opera manuum ſuarū ſunt celi. Porro non eſſent celi / in numero bonorum habēdi: ut a quibus mala cuncta defluēt in homines. Nūquid enim poteſt ſuapte natura bonum: alios in mala pertrahere? aut ſi quid alios ad prauа perpetranda inducit: nonne protinus illud eſt malū? Atqui omnia a deo cōdita / bona eſſe: perſpicuū eſt, non igitur celi authores ſunt / ut fiat homo deterior: aut illoꝝ influxu perpellatur ad facinus. ¶ Quod ſi quis pertinacius aſſeuerare contēdat: protinus tollit humane uoluntatis libertatē / qua ſola ceteris animātibus preſtamus. Quomodo enim liber is fuerit: qui boni quicq̄ agere nō poteſt / niſi ſuo influxu eidem aſtra aſpirauerint ad id opus? Quonā etiam pacto liber illæ cenſendus eſt: qui refugere imminēs malū non poteſt / quoniā aſtrorum poſitio illi tale prauum opus deſtinauit? Sublata autē libertate hominis: tota illi ſuſtollitur dignitas ſue conditionis, & ipſe qui inter creaturas corporales primatū tenet / anima rationali mirifice dotatus: indigna ſeruitute celo ſubiicietur / corpori quidem inanimo & uite experti, Sed quis hanc modeſte feret nature in deteriora mutatam ſortē? Exurgāt homines / & generoſo animo natiuā ſuam nobilitatē tutētur: non patiantur oro ſe in tantum indignitatis gradum deprimi, 6

Eccleſia, 15

¶ Preterea eccleſiaſticus hominis naturā explicans inquit, Deus ab initio cōſtituit hominē: & reliquit eum in manu conſilii ſui: adiecit mādata & precepta ſua Appoſuit tibi aquam & ignē: ad quod uolueris porrige manum tuam. Ante hominē uita & mors / bonū & malum. quod placuerit ei: dabitur illi. Si autem a celo pēdeat bonū aut malū hominis / ut fatidici immo falſidici aſtruunt: quomodo relictus eſt homo in manu cōſilii ſui / ut ad quod uoluerit porrigat manū ſuam? 7

Oſee. 13

non enim tunc quod placuerit ei dabitur illi: ſed quod celo placuerit, ¶ Inſuper Oſee propheta humani mali cauſam explanās: perditio (inquit) tua ex te Iſrael: tantūmodo in me auxiliū tuum. Qz ſi celū ad perditos & peruerſos mores animos humanos inflectit: non ex nobis eſt perditio noſtra ſed ex celo / cui ad prauа deflectenti cōtraniti nō poſſumus aut reſiſtere. 8

Pſalmus, 33

¶ Denique inuenietur & deus iniuſtus qui omnibus precepit per prophetam declinare a malo & facere bonū: cohibere linguam a malo & labia ne loquantur dolum. Id autem pleriſq; erit impoſſibile: ut iis qui ex aſtrorum aſpectu & ſitu celi / a bono redduntur alieni / ad malum adacti / ad dolos fraudeſq; concinnandas impulſi. Atqui nichil impoſſibile factu: preceptum nobis eſt / quia ut ait Ioannes mandata dei grauia nō ſunt; 9

i. Ioannes 5

Matheus. 11

Tollite (inquit ſaluator noſter) iugum meum ſuper uos / iugum enim meū ſuaue eſt: & onus meum leue, non igitur ponenda ſunt hominum fata. Cap. VI.

E turba autem multi crediderunt in eum & dicebāt, Chriſtus cum ueneritnūquid plura ſigna faciet q̄ que hic facit? ¶ Dominus noſter in ſpiritu exultans (ut ait Matheus) inquit. Confiteor tibi pater domine celi & terre / quoniam abſcondiſti hec a ſapiētibus & prudentibus: et reuelaſti ea paruulis. Ecce paruulis ſpiritu et humilib? reuelata ſunt diuinitatis Chriſti myſteria: quoniam de turba / ſimpliciq; & uulgari plebe multi crediderūt in eum. Vt igitur per Eſaiam predixerat, ad quem autem reſpiciam: niſi ad pauperculū & contritū ſpiritu / & tremētem ſermones

Matheus. 11

Eſaias. 66

meos: nunc ad pauperculos oculo benignitatis reſpexit: cū eis ſincerū uere fidei lumen infudit, Ne autē imbecillē & infirmam eos fidē in Chriſtum habuiſſe credas: rationē afferunt / qua ad credendū q, ipſe reuera ſit Chriſtus non inaniter perſuaſi ſunt. Signū inquiunt Chriſti in lege promiſſi & a prophetis prenūciati / id inter cetera conſtitutū eſt: q, multa debeat ſigna facere & miraculorū ſplendore clareſcere. Dicit enim de illo Eſaias, Deus ipſe uenıet: & ſaluabit nos: Tunc Eſaias,
aperiētur oculi cecorū: & aures ſurdor̄ patebunt. Tūc ſaliet ſicut ceruus claud⁹: 35
& aperta erit lingua mutor̄, Iſte aūt mira uirtute tāta operatur ſigna. ut nō facile ſit creditu quēpiam poſtea futurū / qui tāta poteſtate / ſolo uerbi imperio tot & tāta ſit miracula operaturus. Cū enim uenerit Chriſtus quē phariſei predicāt futurū (qa in uulgus certatim diſſemināt hūc non eſſe Chriſtū: ſed alium / neſcimus quē / expectādum) an putas plura faciet ſigna: q̄ hic noſtris corā oculis cotidie facit? Nō eſt id reuera ſatis credibile aut a quoq̄ recipiendū. Hic igitur uerus eſt Chriſtus: neq; preter eum alius in poſterum expectandus eſt, Cap. VII.

» AVdierunt phariſei turbā murmurantē de illo hec: & miſerūt princi
» pes & phariſei miniſtros ut apprehenderēt eū, ¶ Nihil magis animum torquet inuidū: q̄ audita illius laus & preconia / in quē ſtimulatur iuidia. Nā cū in illū maligno afficiatur animo / & ipſum perditum iri ſummopere affectet: ſi cōtra audiat eum laudibus extolli: id uenenatū excruciat animum / & acrioribus dolorum ſtimulis perurget, Hoc morbo graui laborabāt phariſei: egre ferentes turbā tacitis etiā uerbis / & preſſis fere labiis ſub ſilētio id de Chriſto teſtificari / quod eorū repugnaret ſententie. Hinc grauius ſolito ſeuientes: miniſtros miſerunt qui comprehēderent Ieſum. Sed inuanum laborauerunt: neſcientes dei uirtutem quam totiens experti fuerant / quotiens comprehēdere eum fuerāt annixi: ſed ab improbo ſuo conatu ui quadam occulta repreſſi. Debuerant itaq; cogitare q, & a miniſtris comprehendi non poſſet niſi uellet: qui ſepius eos impediuerat / ne manus in eum cum nollet mitterent, Miſerunt autem miniſtros phariſei: ut ſi aliquis ſuboriretur in populo tumultus contra uolentes comprehendere Ieſum: miniſtri quidem eſſent illi periculo obnoxii / ipſi autem exempti & a diſcrimine tuti. Sic ſapientia humana alios obiecit periculo: quod ipſi ſubire non ſunt auſi. Cap. VIII

» DIxit ergo eis Ieſus, Adhuc modicum tempus uobiſcū ſum: & uado
» ad eū qui me miſit, Queretis me & non inuenietis: & ubi ego ſum / uos non poteſtis uenire, ¶ Miſſi quidē ſunt miniſtr. ad apprehendendū Ieſum: ſed ipſe ſalutaria eis uerba profundit? quibus ediuerſo capiātur. Miſſi ſunt ad eum ligandū: ſed ipſe cōtra felicibus ſue doctrine uinculis eos aſtringit. predicitq; eis q, modicū adhuc tēpus cum ipſis futurus ſit: ſcilicet uſq; ad horā ſue paſſionis & conſummationē myſterii redemptionis humane, quo peracto. ſe rediturū dicit ad patrem per aſcenſionē / a quo miſſus eſt. Ne autē negligentes ſint ad eum querendū / cum adhuc ſeſe eis exhibet preſentē: ſequanturq; Eſaie monitu dicentis. Querite deū dum inueniri po Eſaias.
teſt: inuocate eum cū prope eſt, prenunciat eis q, cum abierit: magno quidē de- 55
ſiderio querēt eum / petētes uidere unum diem filii hominis / ſed non inuenient. Sane poſt aſcenſionē queſiuerūt eum illi pio affectu: qui Petro predicante com-

punctι ſunt corde dicentes, Quid faciemus uiri fratres? non tame corpore pre-
Actus. ſentem inuenerũt, quis ſecundũ diuinitatis preſentiã eis non defuit: ſecundum
2 quam nobiſcũ eſt omnibus diebus uſq; ad conſummationẽ ſeculi. In miſerabili
Matheus etiam exterminio urbis Solymę facto a Romanis paulo poſt Chriſti paſſionem:
28 Iudei qui tũc ſuperſtites erant & miracula Chriſti uiderant / ubi eis in mentem
uenit preclare ſue uirtutis & ſignorũ: optabãt quidem Chriſtũ habere tum pre-
ſentẽ ad ſui liberationẽ ab imminenti excidio: quod ſatis animo coniectabãt ſibi
Matheus immitti ob iniuſtam mortẽ Chriſto illatam, non tamen cum propugnatorẽ aut
23 auxiliatorẽ inuenerũt: quia iam derelicta eis fuerat domus ſua deſerta. Deniq;
ne nudũ ipſum eſſe homine exiſtimarent: humilibus alta ſuo more permiſcens/
diuinitatis ſue naturam qua eſt immutabilis cum patre / ſubinſinuat dicens, Et
ubi ego ſum: uos nõ poteſtis uenire. Nõ ubi ero / dixit: quia id ad humanã dũta-
xat conditione attinuiſſet: qua iturus erat ad patrẽ. ſed ubi ſum / ſecundũ deita
tis ſubſtantiã: qua ſemper in patre & cum patre eſt / neq; a patris gloria diſcedit
unq̃, Quẽadmodũ prius apud hunc euãgeliſtã dixit, Vnigenitus qui eſt in ſinu
Ioannes. patris: ipſe enarrauit / & filius hominis qui eſt in celo. Ad hanc ergo gloriã in qua
1 Chriſtus inſeparabiliter eſt cum patre / non potuerunt Iudei peruenire. aut tũc
Ioannes, cum eis loqueretur: ſi qui forte ex eis erant crediturι & poſtea illuc peruenturι/
3 quia nondũ erat aperta ianua celi, aut nunq̃, propter incredulitatem eorũ qui ad
finem uſq; in ſuo peccato erant perſeueraturι. Non enim potuerunt hi peruenι
re ad gloriam celeſtem: quia noluerunt penitẽtiam agere de malis ſuis / quorum
grauitate uiam ſibi celi preclauſerunt / obſtaculumq; poſuerunt propria ſponta
ne ad uitam ingrederentur.

Cap. IX.

Dixerunt ergo Iudei ad ſemetipſos, Quo hic iturus eſt quia nõ inue-
niemus eum? Nunquid in diſperſionẽ gentiũ iturus eſt / & doctu-
rus gentes? Quis eſt hic ſermo quẽ dixit. queretis me & non inue-
nietis: & ubi ſum ego: uos nõ poteſtis uenire? ¶ Apoſtolus ad Co-
1. ad corι. rinthios ſcribens inquit. Carnalis homo nõ percipit ea que dei ſunt
2 Nam quia carnaliter affectus eſt ſecũdũ carnẽ quoq; omnia diiudicat, Ita Iudei
more ſuo carnaliter dei uerba intelligentes / neq; capiẽtes eum de reditu ad cela
ſtia regna unde ad nos deſcẽderat ſermonẽ agere: ad terrenũ labũtur ſenſum/
a uera intelligentia longe abhorrentẽ. Diſcitantur enim (quia eos latuit ueritas)
an uerbis illis ſignificare uelit Ieſus / ſe in diſperſionẽ gentiũ iturum & doctũ
gentes. cum contumelia quadã & contemptu gentium / tacitaq; ſui gloriatione:
id prolocuti. Gloriabantur enim apud ſeipſos: ſe eodem collectos ſolo certas ha-
bitare ſedes / & ſeparatos a gentibus certis concludi finibus, Gentes uero paſſim
diſperſas / & ſparſim diuerſa incolentes loca per totum mundi ambitum uagas
eſſe deſignabant: ſeq; eo ipſo illis preferebant. Verũ nũc mutatus eſt rerũ ordo:
& utriuſq; populi conditio in oppoſitũ conuerſa. Gentes enim quia oblatã fidei
gratiam prompte & auide ſuſceperunt: a diſperſione diuerſi cultus / rituũq; &
Luce, ſuperſtitionũ adducte ſunt ad fidei unitatem / & in unum Chriſti ueri paſtoris
21 ouile collecte. Iudei uero quia nõ cognouerũt tẽpus uiſitationis ſue / & bonũ pa-
Matheus. ſtorem (qui ſe ueniſſe profeſſus eſt ad oues que perierunt domus iſrael) a ſe rep
15 puleruntι in direptionẽ / diſſipationem & diſperſionẽ dati ſunt iuſto dei iudicio.

Id plane Iudeis futurū predixerat dominus noſter: cum de euerſione hieruſalē loqueretur, Et captiui inquit ducentur in omnes gentes, que quidē dura eorum captiuitas in hodiernū uſq; diē durat: ut uere in eis completū cernatur quod dixit propheta / q, multos dies ſedebūt filii iſrael ſine rege ſine ſacrificio & ſine altari. Quinimmo & rerū futurarū ignari Iudei hic uidentur prenūciaſſe / quod poſtea rei exitus comprobauit: utpote dominū noſtrū per apoſtolos ſuos in diſperſionē gentium eſſe iturum & docturū gentes. Quod cum alii tum beatus Paulus ſe dei precepto factitare docuit: ad Iudeos dicens. Vobis oportebat primum predicare regnum dei. ſed quoniam reppulliſtis illud / & indignos uos feciſtis eterne uite: ecce conuertimur ad gentes. ſic enim nobis precepit dominus, ¶ Verum id incōueniens cenſeri non debet: ſi dixerimus Iudeos ipſos / cū in hec proruperunt uerba de Chriſto. nunquid in diſperſionem gentiū iturus eſt: aut docturus gētes? neſciuiſſe quidem quid dicerēt: ſed quia deus uoluit / ipſos prophetaſſe: diuinoq; quodā inſtinctu predixiſſe quod futurū erat, Quēadmodū & Caiphā pōtificē omnino ignarū myſterii paſſionis dominice / & quātus ex illa penderet humane ſalutis fructus: euangeliſta prophetaſſe ſcribit q, Ihēſus moriturus erat pro gēte / cum hec protulit uerba. Expedit uobis ut unus homo moriatur pro populo: & non tota gens pereat, Siquidē iturus erat dominus ad gentes: non preſentia corporis ſui / ſed diſcipulorū ſuorū pedibus / in quibus & ipſe iuit & docuit gentes, cum dicat euangeliſta de diſcipulis. Illi autē profecti predicauerunt ubiq; domino cooperante / & ſermonē confirmante ſequētibus ſignis. Ecce cooperatus eſt dñs ſuorū preconū uerbis: quorū greſſibus (ut ita dixerim) & ipſe ad gentes eſt profectus / & quorū lingua ipſe quoq; gētes edocuit, Et tūc impletū eſt: quod longe ante predixerat in pſalmo propheta. Populus quem nō cognoui / ſeruiuit michi: in auditu auris obediuit michi. At quomodo in auditu auris obediuit Chriſto populus gentiū: niſi quoniā precones eius audiens / ipſum quoq; in eis loquentē audiſſe dicatur? Idem quoq; propheta in ſpiritu prenūciauit & alio loco / id beneficium uiſitationis gentiū a domino eſſe preſtandū: cum ait in pſalmo. In Idumeā extēdam calciamētum meum: mihi alienigene ſubditi ſunt, Nempe Idumea (que terrena ſiue ſanguinea interpretatur) populū gentilem ſignificat: terrenis tūc actibus deditū / & ſanguine hoſtiarū ſuis idolis immolatarū aſperſum / quinimmo & multis peccatis (que ſanguinū noīe appellātur) obnoxiū, Calciamentū uero domini: euāgeliū dicitur. quod ita affectus noſtros munit a noxiis huius mūdi curis & cupiditatibus / que ſpinarum more pungūt: ſicut calcei muniūt pedes corporis & protegūt a uepribus / & ſentibus acuminatis, & quēadmodū a pedibus noſtris carnalibus munimenta calceorū quaſcunq; moleſtias atq; leſiones repellunt: ut ſine offendiculo uias quaſcūq; peragremus. haud ſecus euāgelica inſtitutio uitam noſtram & mores recte dirigit: ut tali preſidio circū fulti peregrinat. onē huius mūdi ſine aliqua leſiōe pertrāſeamus. hinc ſcriptū legimus in propheta, Q̄ pulchri pedes euangeliſantiū pacem annunciantiū bona. Et a Paulo dictū etiam cōperimus, Calciati pedes in preparationē euāgelii, Itaq; in Idumeā extendit dñs calciamentū ſuū: quādo euāgelii ſui predicationem uſq; ad homines terrenos extēdens / omnes gentiū regiones euangelica annūciatiōe compleuit. ut apoſtolorū miniſterio dinoſcatur completū quod

Luce. 21
Oſee. 3
Actus. 13
Ioannes. 11
Marcus. 19
Pſalmus. 17
Pſalmus. 59, & 107
Eſaias. 52
Ad ephe. 6

longo ante tēpore fuerat prenūciatum. Alienigenarū autē ſiue allophilorū nomine / in predicto pſalmi loco ſignantur etiam gentiles: ante promulgationem noue legis / a deo penitus alieni. Et hi predicatione diſcipulorū adminiculāte facti ſunt Chriſto ſubditi: quando ex diuerſis gentibus diuina miſeratione collecti populi / Chriſtianā fidem prompte & feruenter ſunt amplexi / euangelicisq; preceptis ſponte colla ſua ſubmiſerūt. Q7 ſi huiuſce profectionis Chriſti ad gentes / & ſubiectionis earum per doctrinā euangelicā ad fidem / figura expoſcitur:
2. Regū, 8 in ſecundo regnorū libro admodū apta occurrit offerturq; legēdis: ubi dauid in regno Iſrael & Iuda ſtabilitus / regionem moab / paleſtinos & uniuerſam Idumeam legitur ſubegiſſe ſibi / atq; in ſeruitutē redegiſſe, Quod plane inſinuabat Chriſtū (qui uer⁹ eſt dauid: & manu fortis / uultuq; deſiderabilis) poſt annū-
Ioannes, 11 ciatum per totam Iudeam euangelium / acceptumq; ſpirituale regnū: tranſiſſe ad gentes / ut filios dei qui erant diſperſi congregaret in unū. & illas itidem miniſterio apoſtolorum ſuo regno adieciſſe: quando abiectis idolis Chriſtum confeſſe ſunt / & eius fidem receperunt,

Cap. X.

» IN nouiſſimo autē die magno feſtiuitatis: ſtabat Ieſus & clamabat
» dicens. Si quis ſitit: ueniat ad me & bibat. Qui credit in me ſicut di-
» cit ſcriptura: flumina de uētre eius fluēt aque uiue. Hoc autē dixit
» de ſpiritu quē accepturi erant credentes in eum. Nondū enim erat
Eccēs, 3 » ſpiritus dat⁹: quia Ieſus nondū erat glorificatus. ¶ Recte dicit Eccleſiaſtes. omnia tempus habent: & ſuis ſpaciis tranſeunt uniuerſa ſub celo. Tēpus enim tacendi & tempus loquendi. quam temporis oportunitatē commode hic ſeruauit dominus. Nēpe primus dies ſolemnitatis paucos adhuc habuit preſentes exteros: & infrequens auditorium. Medii dies feſti uoluptatibus & mundi negociis potius q̄ dei cultui adhibebantur, Nouiſſimus aūt dies & maiorē habuit preſentē auditorū numerū / & deliciis finem impoſuerat: cum iam de redi-
tu foret cogitandū. Itaq; eo die tanq̄ ceteris cōmodiore / ipſe fons uite exuberantiſſimus omnes ueram ſitientes doctrinā & dei cognitionem habere deſyderantes / dulciter inuitat: ut ad ſe ueniant / & bibant potū illum ſalutarē qui animam reficiat / & omnē eſtum cupiditatū huius mundi reſtringat. Neq; modica breuiq; menſura ſe illis quod bibant preſtiturū pollicetur: ſed in tanta affluētia / ut de uētre eius intimoq; cordis arcano / flumina aque uiue / uaria ſcilicet ſancti ſpiritus dona / & gratiarū chariſmata in alios profluant, Enimuero argumentum abundantie interioris: eſt copioſa in exteriora deriuatio. namq; cum fontē uidemus uicinos agros ſuis irrigantē fluētis illum fecundū / & aquis exundantem eo ſigno cognoſcimus. Cū itaq; tāta futura ſit aque uiue in credentibus in Chriſtū copia / ut inſtar fluminū emanet & defluat in alios: quāta putandū eſt largitate / quanta ubertate / aquā illam ſpiritualē & myſticam in intimis credentium uiſce-
Ioannes 4 ribus ſcaturire? Nomine autē aque uiue: dominus hoc loco (ut exponit euangeliſta) ſpiritus ſancti dona / gratiamq; ſignificat, ſicut ipſe alio loco ad Samaritanam dicit,
Eccleſia, 15 Si quis biberit ex aqua quā ego dabo: nō ſitiet iterū / ſed fiet in eo fons aque ſalientis in uitam eternā. Et eccleſiaſticus. Cibabit illum pane uite & intelle-
ctus: & aqua ſapiētie ſalutaris potabit illum, Salutaris nimirū aqua: que noxiam huius mundi ſitim & uiciorū ardorē prorſus extinguit / ſordes omnes peccato-

rum eluit/anime noſtre terrã celeſti imbre irrorat atq; fecũdat/ad& ſolũ deum anhelo ſpiritu mentẽ humanã ſitientẽ reddit. Hac aqua largiter potatus fuit pro pheta: cum totus ad deum ſuſpirans dixit. Quẽadmodum deſiderat ceruus ad fontes aquarũ: ita deſiderat anima mea ad te deus, Sitiuit anima mea ad deũ fon tem uiuum: quãdo ueniã & apparebo ãte faciẽ dei? Et rurſum. Sitiuit in te anima mea, Qui hanc aquã paruifacit/neq; curat haurire: aridus relinquitur/& omni uirtutis fructu priuatus, ut populus Iſraeliticus: de quo per Hieremiã cõqueritur dñs Duo mala fecit populus meus, Me dereliquerunt fontẽ aque uiue: & fode runt ſibi ciſternas diſſipatas/que continere non ualẽt aquas, Porro q, credentes in dñm accepturi erant ſpiritũ & nondum acceperant: rationẽ reddit euangeliſta/dicens nondũ ſpiritum ſanctũ in credentes eſſe effuſum: quia Ieſus nondũ per aſcenſionẽ in celum & reditum ad patrẽ erat glorificatus. ¶ Verum percõtabitur quiſpiã: quare tẽpus glorificationis Chriſti expectandũ erat ut mitteretur ſpiritus in mundũ. Potuiſſet ne mitti: anteq̃ reſurrectione ſua et regreſſu in celum Ieſus erat glorificatus? At non eque commodũ fuit & tempeſtiuum: ſpiritũ ante Chriſti glorificationẽ dari, tũ q, unus aderat carne preſens cõſolator & illuminator: cuius doctrina & lux tum ſufficiebat ad hominũ illuſtrationẽ. Tum q, ſpiritus ſanctus: potiſſimũ miſſus eſt: ut hominũ corda ab amore preſentis uite ad future uite bona traduceret/& cõtemptis uiſibilibus: inuiſibilẽ affectũ induceret. Id autẽ nõ uſq; adeo oportune factu fuiſſet: cũ homines nullo adhuc fuiſſent exẽplo edocti/que ſperanda ſint future uite premia. Cũ uero per reſurrectionẽ Chriſti a mortuis & in celos aſcenſum/uiderint in capite p̃ceſſiſſe future uite gloriam & exemplũ: facilius perſuaderi potuerũt/hec quoq; in mẽbris eſſe ſperãda, & miſſus eſt ſpiritus: qui hanc ſpẽ factis iam a Chriſto fundamẽtis corroboraret. Ad hec/cõplenda erat prophetia dicẽs q, aſcendẽs Chriſtus in altum captiuã duxit captiuitatẽ: dedit dona hominibus. In qua deſignatur prius Chriſtus aſcẽdere debere in celos/& noſtrã captiuitatẽ ſua uirtute captiuam ducere: deinde uero ſpiritus ſancti dona in filios adoptionis effundere, quod utiq; eodẽ ordine ſeruato: in Chriſto cõpletum eſt. Sed obiicies fortaſſe. quõ ante Criſti glorificationẽ & exaltationẽ ad dextrã patris: non eſt datus ſpiritus? An ne ſpiritu ſancto inſpirati: locuti ſunt prophete, Nõne in ſacratiſſimã uirginẽ Mariam ſuperuenit ſpiritus ſanctus: cũ dei filiũ eſſet conceptura? Nonne Ioannes baptiſta ſpũ ſancto repletus eſt adhuc ex utero matris ſue? parẽtes itẽ eius etiã ſpũs ſcti gratia repleti in euãgelio leguntur: & longo quidẽ tempore ante Chriſti glorificationẽ. ¶ Rurſum poſt reſurrectionem inſuffiauit Ihesus in diſcipulos ſuos dicens, Accipite ſpiritum ſanctũ. necdum tamen celos triumphans conſcenderat. ¶ Fuit quidem anteq̃ glorificatus eſſet Chriſtus pleriſq; datus ſpiritus ſanctus: ſed non ea apparitiõe atq; datione/qua poſt glorificationẽ datus eſt. de qua peculiari ratione & modo: preſens ſcripture locus intelligitur. Nunq̃ eni antea in ſpecie linguarum ignearum apparuit ſpiritus ſanctus: neq; eos in quos deſcendit reddidit omnium linguarum peritos/neq; omnem edoctos ueritatem/aut per totum mundum euangelii precones/& contra improborum perſecutiones impauidos & fortes: ut poſt Chriſti aſcenſionem reddidit ſpiritus ſanctus apoſtolos. Non itaq; nunq̃ antea fuit ſpiritus ſancti datio: ſed non fuerat unq̃ talis/

Pſalmus. 41

Pſalmus. 62

Heremi. 2

2. Petrus. 1

Luce. 1

Ioannes. 20

qualis poſt Chriſti aſcenſionem facta Et propter hanc nouam dandi ſpiritū ra-
tionem: dicitur ante non fuiſſe datus. Cap. XI.

» EX illa ergo turba cū audiſſent hos ſermones eius: dicebant, Hic eſt uere
» propheta. Alii dicebāt, Hic eſt Chriſtus, Quidā aūt dicebant, Nūquid a
» Galilea uenit Chriſtus? Nōne ſcriptura dicit: quia ex ſemīe Dauid & de
» Bethlee caſtello ubi erat Dauid / uenit Chriſtus? Diſſenſio itaq; facta eſt in tur-
» ba propter eum. Quidī autē ex ipſis uolebāt apprehendere eum: ſed nemo mi-
» ſit ſuper illū manus. ¶ Diuerſas hominū de dno noſtro ſentētias paucis hic ape
rit euangeliſta: ex iis uerbis obortas quibus omnes ut in ſe crederēt inuitarat / &
q̄ magna fideles manerēt premia & conſequerētur bona / mōſtrauerat. Nempe
quidā recte de eo ſenſerunt: hi ipſum uere prophetā / illi uero Chriſtū eſſe affir-
mantes. Vere enim propheta erat: non de infimo prophetarū grege aut medio /
Deutero ſed ceteros omnes ut dns prophetarū excellēs / & unicus ille: de quo Moyſes pre
18 dixerat, Prophetam de medio fratrū ueſtrorū ſuſcitabit uobis dns deus ueſter:
Matheus ipſum ſicut me audietis. Et ipſe ſeipſum prophetā & eſſe & nuncupari innuit: cū
13 dixit, Nemo propheta ſine honore eſt niſi in patria ſua. Et rurſū, Nō capit pro-
Lucas. phetā perire extra hieruſalē. Chriſtus itide / eſt dominus noſter. nam ut inquit
13 Petrus / eum unxit pater ſpiritu ſancto, quam unctionē miſticā Propheta quoq;
Actus, non tacuit cum ait, Propterea unxit te deus deus tuus oleo leticie pre conſorti-
10 bus tuis, Et nobis ſue unctionis participationē benigniſſime elargit? eſt / pariter
Pſalmus, & nominis: ut ab eo Chriſtiani denominemur & ſimus, At uero alii de turba cō-
44 tra ſenſerūt eum non eſſe Chriſtū / rationēq; ad ſuam comprobandā ſententiā
ſunt uſi: q. ſecundū ſcripturarū teſtimonia non erat ex galilea uēturus Chriſt? /
ſed de ſemine dauid & ex Bethleē caſtello Iudee. Et hi quidē neq; recte ſcriptu-
Matheus ras ſcrutati ſunt / que teſtimonium de Chriſto perhibent: neq; locum natiuitatis
2 dñi ſatis attente indagauerūt. Si enim ſcripturas diligentius inueſtigaſſent: in-
Eſaias, ueniſſent: utiq; de eo dictū / qm̄ Nazareus uocabitur (cum apud Eſaiam legatur
11 Egredietur uirga de radice Ieſſe: & nazareus de radice eius aſcendet) quoniam
Lucas. parentes eius de Nazareth ciuitate Galilee erant oriundi: & ipſe ſicut Lucas te-
4 ſtatur / in nazareth erat enutritus / & etiam cōceptus. Inſuper de ſemine Dauid
Hieremi, Chriſtum naſcituſū predixerant prophete ut Hieremias Ecce dies uenīūt dicit
23 dominus / & ſuſcitabo Dauid germen iuſtū: & regnabit rex & ſ. p ens erit / & fa-
Miche, ciet iudicium & iuſticiam. In bethleē itidem eundem naſci debere ſcripture me-
5 minerunt, ut Micheas. Et tu Bethleem terra ephrata: paruula es in milibus Iuda,
Matheus ex te enim michi egredietur qui ſit dux in iſrael, Quem quidem ſcripture locū:
2 ſcribe & phariſei ab herode rege interrogati ubi Chriſtus naſceretur / adduxe-
rūt. Verum hec omnia in domino noſtro completa ſunt, nam ex ſemine Dauid
Luce, ſecundū carnem natus eſt / & in bethleem caſtello Iudee ciuitate Dauid: ut euā-
2 gelica apud Lucam narratio ſatis fidem facit, Itaq; allucinati ſunt iſti ratioci-
natores: q. crediderint dominum in Galilea / non in Bethleem natum eſſe: neq;
nutritionis & cōuerſationis inter homines locū / a loco natiuitatis Chriſti diſcer-
nere ſtuduerunt. Demum alii non tantū credere recuſant ut priores: ſed & per-
ſequi eum annituntur, & comprehēdere ipſum pro animi ſui malignitate uole-
bant. ſed nemo miſit ſuper ipſum manus: quoniā nondū ipſe apprehēdi uoluit.

¶ At uero hoc loco pe cõtari quiſpiã non ab re poſſet: cur Nathaelẽ in ſuperioribus dicenti Philippo, A Nazareth poteſt aliquid boni eſſe? cõmendauit Chriſtus ut uere Iſraelitam: in quo dolus non eſt. Iſtis autem diſceptantibus inter ſe/ & dicentibus. Nunquid a Galilea uenit Chriſtus? nichil hoc loco reſpondet/nihil exponit. cũ tamen unã eandẽq; ſententiã & ille prius protulerit: & hi nũc proferant. ¶ Prompta eſt reſponſio: non eodẽ animo atq; affectu & hos & illum locutum eſſe, Siquidẽ Nathanael audiẽs a Philippo Chriſtũ de Nazareth eſſe oriundum atq; produſſe: interrogauit an a Nazareth tantũ & tam preciputi bonum poſſet enaſci/deſiderio tantũ ueritatis agnoſcẽde: & ex diligenti ueterũ ſcriptu rarũ (quas optime callebat) indagine, Idcirco & a dño laudatus eſt: & ſacramentum diuinitatis Chriſti plenius edoctus. Iſti uero non diſcẽdi gratia querebant: nunquid a Galilea uenit Chriſtus? ſed ut Chriſti gloriã penitus euerterent atq; extinguerẽt. uolentes his interrogationibus alios in eam adducere ſententiã: q, nõ eſſet ipſe Chriſtus/ & conceptã ab aliis opinionẽ de dño noſtro q, eſſet Chriſtus: oĩno mentibus illorũ euellere & extirpare per aſtutas ſuas & callidas interrogationes Qui enim ſibi ipſis contraria loquebãtur: & nũc neminẽ unde Chriſtus ueniret ſcire/nũc aũt eũ ex bethleẽ eſſe aſſerebãt: cõſtat etiã ſi didiciſſent/ eos eſſe cõtradicturos ueritati. Ideo non expoſuit ipſis dñs rem ipſam quam interrogabant: neq; latius aperuit, Q; ſi dinoſcende ueritatis cupiditate tenebantur: quare Chriſtũ ſyncero affectu non interrogarũt/ dicẽtes. Cũ alia quidẽ oĩa in te admiremur/ iubes autem tibi ſecũdũ ſcripturas credi: dic nobis/ quomodo id fieri debeat, Scripture enim dicunt ex bethleẽ ipſum uenturũ: tu autẽ ex Galilea ueniſti. Et tũc digni habiti fuiſſent: quibus ueritas ipſa aperiri/ declarariq; debuiſſet. Verũ nullis huiuſmodi uerbis uſu ſunt: ſed omnia uerſute & peruerſe loquebãtur. Deniq; qđ nihil uellẽt diſcere: ſtatim ſignificat euangeliſta ſubiungens/ q, quidã ex ipſis uolebant illum cõprehendere ſed nemo miſit ſuper illum manus. q, diuina eſſent uirtute ab improbo illo conatu occulte repreſſi quod certe eos etſi nichil aliud: ſaltem compungere debuiſſet. uerum non ſunt cõpuncti: ut inquit propheta. diſſipati ſunt: & non ſunt compũcti, Eiuſmodi enim cõditionis malitia eſt/ nulli uult cedere: ad unũ tantũ reſpicit/ ut eum cui inſidiatur perdat. Sed meminiſſe debuerunt/ quid dicit ſcriptura. Qui fodit foueam proximo. in eam incidit. quod certe ipſis tũc uſu uenit. Ipſi enim uolebant Chriſtum interimere: ut eius predicationem tollerent, ſed contra euenit. Siquidẽ predicationis Chriſti gratia floruit. illorum uero doctrina extincta perit, patriã/libertatem/dominatum/& cultum ueterem perdiderunt: & omni priuati ſunt felicitate in ſeruitutem & miſeram captiuitatem abducti, Cap, XII.

Ioannes, 1
Ioannes, 7
Ioannes, 7
Michee. 5
Pſalmus. 34
Prouer. 26

» VEnerũt ergo miniſtri ad põtifices & phariſeos, & dixerũt eis illi, Quare nõ adduxiſtis eum? Reſpõderunt miniſtri. Nunq̃ ſic locutus eſt homo ſicut hic loquitur. Reſponderũt ergo eis Phariſei. Numquid & uos » ſeducti eſtis. Nũquid ex principibus aliquis credidit in eum: aut ex Phariſeis? Sed » turba hec que non nouit legem maledicti ſunt. ¶ Magna eſt miniſtrorũ ad credẽdum facilitas & prõptitudo: magna quoq; ad perhibẽdum Chriſto teſtimoniũ coram emulis conſtantia. Vnum tantum ſermone Chriſti audiuerunt/ nullis uiſis ſignis: & in eum credũt. Phariſei autem toties audito Chriſto/ toties conſpe-

ctis eius ſignis / credere renuũt: & idies magis ac magis corde obdureſcũt. Deinde capti uerbis Chriſti miniſtri / non dubitãt ad eos redire a quibus miſſi fuerãt: neq; trepidãt illorũ cõſpectui ſeſe rurſum offerre, Reuerſi & interrogati nõ cauſantur nimiam turbam / aut timorẽ tumultus ob quem capere eum nõ poſſent, neq; ſeſe excuſant q, ob multitudinẽ populi nõ potuerint ipſum apprehendere, ſed reiecta omni formidie & tergiuerſatiõe precones / efficiũtur admirãde Chriſti doctrine: dicentes. nunq̃ ſic locutus eſt homo: ſicut hic loquitur. Si uerba eius (inquiunt) arrectis audiſſetis auribus; haud ſecus ac nos cẽſeretis ipſum nõ aliorum hominũ more / ſed ſupra hominẽ loqui, eſſeq; in eo diuinum aliquid: quod aliorũ hominũ naturã excedat. Nẽpe uerba eius animos uigore ſuo penetrant / feruntq; intima cordis; & uel inuitos ad ſublimia & alta de eo cogitãda pertrahunt. Senſimus animos noſtros fatemur (neſcimus quo modo) preter ſolitũ & in aliud mutatos / raptos iſueto more: & ſermonibus eius mirũ inmodũ delectatos. Nõ igitur interrogate / q̃re eũ non adduxerimus: ſed graue nefas credite a nobis fuiſſe perpetratũ / ſi tali doctrina / uerboq; celeſti preditũ uirum alligare tentaſſemus. Ceterũ Phariſei his miniſtrorum uerbis non mitigantur animo: ſed accẽdũtur in iram / & grauius in eos cõmouentur. improperantes cũ acerba interrogatione: q, & ipſi miniſtri ſeducti eſſent / qui tam facile & leuiter Chriſto crediſſent. Quod ſuo ipſorũ exẽplo cõprobant: in mediũ adducẽtes q, nullus principum aut Phariſeorũ qui legem Moyſi callent / & ſcripturarũ habent peritiã / in ipſum crediderunt. & inde colligunt minime in Chriſtũ eſſe credendum: ſed
Ioannes, 3 ipſum ut ſeductorẽ populi habendum. Verum id falſo dicunt; nullum principũ in Chriſtũ credidiſſe, Nam & Nicodemus unus ex eorũ numero uere credidit,
Ioannes. 12 & ut poſterius dicit euangeliſta / multi principes Iudeorũ crediderunt in eũ; ſed non palam confeſſi ſunt ſuam fidem / ne de ſynagoga eicerẽtur. Deinceps ubi res ita ſeſe haberet q, nullus principũ in Chriſtum crediſſet; nõ protinus conſequẽs eſt alios in ipſum nequaq̃ credere debere. Nempe ſi primatum tenẽtes in populo / & rerum moderãtes habenas: mandata dei non ſeruãt / nõ equo animo ferunt iniuriã / non reddũt alienum / non tribuunt cuiq; quod ſuum eſt: quis ſane mẽtis hinc duxerit argumentũ / ea a ſubiectis & inferioribus nõ eſſe faciẽda / utpote non obſeruanda dei mandata / neq; remittẽdam iniuriam? Nemo apud ſe (ſi ſapiat) hac utatur ratiocinatione, Qui nobis preſunt / hec non faciũt: neq; igitur nobis eandem factitanda ſunt. non enim quid non faciant attendendum eſt: ſed quid facere nõ debeãt? Sicut neq; e diuerſo ſi qui maiore ſunt authoritate in populo: ea perpetrãt que dei lege prohibita ſunt / ſi uoluptariã agunt uitam ſi congerendis inhiant pecuniis / ſi honores ambiunt: nõ cõtinuo perſuadere debemus / eadẽ & licita eſſe & nobis quoq; imitanda. q, non tam quid agãt / q̃ quid
Matheus 15 agere debeamus: ſolicite pẽſandũ nobis eſt. De talibus enim / mali cõmittendi exemplo ſcãdalum aliis inferentibus: dicit dominus. Ceci ſunt & duces cecorũ, cecus autem ſi ceco ducatũ prebeat: ambo in foueam cadũt, Si enim nullus ſe precipitem agere uellet in fluuium aut in puteum decidere / quia alitũ oculis captum uidet ſeſe demergẽtem in flumen: cur maiorũ exemplo inducimur ad mala imMatheus 23 padenter agenda? cum de us qui preſidẽt / in euangelio dictum meminerimus. Super cathedram Moſi ſederũt ſcribe & Phariſei / que dicunt facite: que autem

faciunt nolite facere, Dicunt enī & non faciunt, Itaq; nullus ab iis / qui in altiore
ſunt dignitatis gradu conſtituti; peccandi ſumat patrocinū, quoniam non pre-
ſtabunt illi quos perperā imitati ſunt: ſuis ſectatoribus grauium penarum refri-
gerium aut leuamen. Solus nobis conſtitutus ſit uite dux / morūq; magiſter Ie-
ſus Chriſtus: quē unū ſequamur / cuius mādata & animo & opere tenentes nuſq̄
aberrabimus / ſed uia incedētes regia: neq; ad dexterā neq; ſiniſtram declinabi-
mus. Demū Phariſei alto ſupercilio alios oēs contemptui habentes / & ſeſe cete-
ris ſuo more preferētes: cum ſtomacho miniſtros aſpernantur & reiciunt. Nimi
rū (inquiunt) ſi leui credulitate a recto ueritatis tramite abducti eſtis: quoniā nō
nouiſtis legē, quicūq; aūt legē non nouerunt / & ſtolida ſua ſimplicitate facile in
deuios trahūtur errores: maledictioni ſunt obnexi. Vides quanto uerborū tu-
more q̄ inflata bucca ſibi legis noticiā arrogāt: & alios eam deeſſe aſperſus expro
brant. Ceterū qui legē nouerunt; neq; eam ſeruare curauerūt / neq; legis autho-
rem recipere. ut de eis merito dictū putetur illud diuiniloqui. Pauli. Si autē tu Iu Rho. 2
deus cognominaris / & requieſcis in lege / & gloriaris in deo / & noſti uoluntatem
eius & probas utiliora / inſtruct⁹ per legē: q̄ in lege gloriaris / per preuaricationē
legis deum inhonoras. Turba autē que legē non nouit: & integrius eam & exa-
ctius ſeruauit / & eum q nō uenit ſoluere legē ſed implere / credēdo recepit. Pro-
pterea hec facta eſt particeps ſalutis per Chriſtū annūciate: a qua ſua incredulī-
tate Phariſei exciderunt. quemadmodū eis predixerat dñs. Publicani (inquit) & Matheus.
meretrices precedunt uos in regno dei. Neq; ſolū hoc in loco: ſed & aliis pleriſq; 21
euāgelicis lectionibus cōperiuntur Phariſei & legiſperiti Chriſto infenſi atq; ad-
uerſi, turba uero: in illum propenſa & bene affecta, Nempe dicunt Phariſei de
Chriſto in beelzebub principe demoniorum eiicit demonia. Turba uero. Quid- Luce,
nam eſt hoc? quia in poteſtate imperat ſpiritibus immundis & obediūt ei. Pha- 11
riſei rurſum blaterāt de Chriſto, Demoniū habet & inſanit: quid eum uultis au- Mar. 1,
dire? Turbe uero mirabantur in uerbis gratie que procedebāt de ore eius / & ſtu loannes.
pebant in doctrina ipſius. Inſuper Phariſei impugnāt Chriſto q̄ ſeducit turbas / 10
eumq; ſeductorem & malefactorē appellant. Turbe uero profitentur q̄ hic eſt Luce,
uere propheta qui uēturus eſt in mundū. Deniq; oblatrant Phariſei in dominū. 4
q̄ ſit homo uorax / potator uini / peccatorū & publicanorū amicus Turbe autem loannes.
cum admiratione & ſyncero affectu confitentur q̄ propheta magnus ſurrexit 7
in nobis / & quia deus uiſitauit plebem ſuam. Et hoc pacto ſi totam narrationem loannes.
euangelicam percurras: facile inuenies ex oppoſito fere conſtitutos Phariſeos & 6
populū ipſum / & contrario modo in Chriſtu affectos, hunc quidē: recte de ipſo Matheus
ſentientem & glorificantem eius opera. illos uero: cum emulatione calumniātes 11
ipſum / & probris afficientes. Verum ſummopere formidandū nobis eſt / qui le- Luce,
gis cognitione diuino munere accepimus: ne phariſeorū ſequamur conditionē / 7
& preuaricatores legis inueniamur lōge grauius q̄ plebeii & uulgares, qui hanc
diuine legis agnitione non uſq; adeo exacte tenent: & tamen regnum dei preri-
piunt occupantq; illud bonoru operum fructu ante alios plura quidem ſcientes Matheus.
ſed minus recte operantes. q̄ timendum eſt nobis / ne incidamus in illud iudiciū: 23
quod phariſeis interminatur dñs / q̄ tulerimus ſcilicet clauē ſcientie / & neq; in-
troimus in regnū celorum neq; alios introire ſinimus, Que nō merito terreant

Auguſti. hec Auguſtini uerba? idiote & ſimplices celum rapiũt: nos autẽ docti cum ſcientiis noſtris ad inferna demergimur / cũ ſcilicet nos inflãt & non edificant, Nimirum acerbior eos manet poſt mortem damnatio qui legem nouerũt & ſecundũ illam non operantur: q̃ aliorũ qui ex legis ignorantia delinquunt, cum dominus

Luce. 12 noſter apud Lucam perhibeat / q, ſeruus ille qui cognouit uoluntatem dñi ſui & non ſe preparauit / neq; fecit ſecundũ uoluntatẽ eius: uapulabit multis. Qui aũt non cognouit / & fecit digna plagis: uapulabit paucis. Et rationẽ continuo ſubnectit, quoniã omnis cui multũ datum eſt: multum queretur ab eo. & cui cõmenda

Grego. uerunt multũ: plus petẽt ab eo, cum enim creſcunt dona (ut ait Gregorius) creIacobus. 4 ſcunt & rationes donorũ. Accedit eodẽ & Iacobus dicẽs, Scienti bonum facere & nõ facienti: peccatum eſt illi. Beatus item Petrus inquit de cognoſcentibus diui2, Petri. 2 nam legem: non tamen ipſam obſeruantibus, q, melius erat illis non cognoſcere uiam iuſticie: q̃ poſt agnitionem retrorſum cõuerti ab eo (quod illis traditũ eſt) ſancto mandato. Grauiter itidem increpat huiuſmodi trãgreſſores legis agnite

Pſalmus, 49 dominus: per prophetam in pſalmis dicẽs, Peccatori autem dixit deus: quare tu enarras iuſticias meas / & aſſumis teſtamentum meum per os tuum? tu uero odiſti diſciplinam: & proieciſti ſermones meos retrorſum, Si uidebas furem / curre bas cum eo: & cum adulteris portionem tuam ponebas. Deinde ſequitur horrẽda cõminatio. Exiſtimaſti inique q, ero tui ſimilis: arguam te & ſtatuã contra faciem tuam. & demum ſalutaris admonitio, Intelligite hec / qui obliuiſcimini deũ: nequando rapiat & non ſit qui eripiat. Quam quidem triſtem iudicii ſententiã ut deo adiutore euadamus: ſtudeamus enixius agnitionẽ legis ad opus bonum accõmodare / eamq; ad noſtram & aliorum utilitatẽ pro uiribus conuertere. ut

Danielis, 12 ad iuſticiã erudiamus multos cum uerbo tum opere: & demũ fulgeamus quaſi ſtelle in perpetuas eternitates aſcripti illorũ numero / de quibus dicitur, q docti fuerint: fulgebunt quaſi ſplendor firmamenti. Cap. XIII.

» EXit Nicodemus ad eos: ille qui uenit ad eum nocte / qui unꝰ erat ex » ipſis. Nũquid lex noſtra iudicat hominẽ: n. ſi prius audierit ab ipſo / » & cognouerit quid faciat? Reſponderunt & dixerunt ei, Nunquid » & tu galileus es? Scrutare ſcripturas & uide: quia a Galilea / prophe » ta non ſurgit. Et reuerſi ſunt unuſquiſq; in domũ ſuam. ¶ Ne putetur nullius principũ credidiſſe in ieſum: hic unus ex eis non criminis conſortio non praue uoluntatis conſenſu / ſed ordinis dignitate & numero / inducitur: qui uere in Chriſtum crediderit, quiq; celeſti eius magiſterio imbui deſyderans: ob diſcendi auiditatem intempeſte noctis ſilentio ipſum adierat & alta ſacre fidei myſterio ab ipſo (ut ante oſtenſum eſt) audierat. Is itaq; infenſos Chriſto uidẽs principes: nititur eos ratione & legis authoritate cedare / & a ſeuo mentis furore ad lenitatem reducere, Magni (inquit) facimus legem: & pro ea zelo mouemur, Atqui lex noſtra iubet neminẽ iudicari aut cõdemnari debere: niſi audita prius fuerit eius cauſa / & diligentius examinata / niſi certo conſtent eius crimina / teſtibus approbata: niſi cõceſſa illi ſe defendendi & pro ſe dicẽdi facultate / cõuictus fuerit de iis quorũ accuſatur / & magnifeſte cognita ipſius opera cõdemnatione digna. Nichil autẽ tale: in iudicãdo iſto homine hactenus ſeruatũ eſt. Non eſt in uestro conſeſſu auditus aut interrogatus. Audiuerũt eũ miniſtri ueſtri: & ipſius

admiratione capti ſunt. Audite & uos eũ: forſitan probabitis eius uerba que nũc tantopere improbatis. Non eſt quippiam in eo cognitum per examen iudicii: quod damnationem mereatur. Quid ita precipites in eius necem ruitis? Diſquirite prius ipſius opera: & tunc demum ferte iudicium. ne ſecundum legem ſedẽtes ad iudicandum: contra legem iudicetis. Ceterum non ſunt his uerbis mitiores redditi phariſei aut ſedatiores: ſed protinus in contumeliam erumpunt / Nicodemum uocantes per ignominiam Galileum / tanq̃ a galileo ſeductũ aut Galilei diſcipulum. Ita enim dominũ noſtrum per irriſionem nuncupabant & contemptum: q, a Galilea parentes ſui traxiſſent originem. Obiiciuntq; deinde Nicodemo, ex ſcripturarũ ſcrutinio nequaq̃ compertum haberi / prophetam a galilea ſurgere debere. quod tamen paulo ante falſum eſſe monſtratum eſt. Itaq; diſſidentes abinuicem neq; in unam cõuenientes ſentẽtiam: reuerſi ſunt unuſquiſq; in domum ſuam. Cap. XIIII.

» IEſus autẽ perrexit in montẽ oliueti / & diluculo iterum uenit in templũ:
» & omnis populus uenit ad eum: & ſedens docebat eos. Adducunt autẽ
» ſcribe & Phariei mulierẽ in adulterio deprehenſam: & ſtatuerũt eam
» in medio / & dixerunt ei, ¶ Poſt ſalutarẽ doctrinam turbe communicatã Ieſus
ſeceſſit in montẽ oliueti: ut ſecretus a tumultu populi orationi uacaret. nobis in
hoc relinquens exemplum: q, poſt proximorũ inſtructionẽ ad orationẽ confugere debeamus: ſine importuno cogitationũ ſtrepitu deo in abſcõdito effundẽdam, & poſt orationẽ rurſum proximorũ ſaluti uacare & intẽdere / ut predicationi oratio & orationi ſuccedat predicatio. Itaq; locus a conſortio turbe ſeiunctus in quẽ dñs oraturus ſe cõtulit: animũ deſignat orationi intentũ / a cogitatib⁹ mundi huius ſeparatum eſſe debere & abſtractũ. Vt Matheus nos admonet. Tu aũt cũ oratueris / intra in cubiculũ tuũ: & clauſo oſtio ora patrẽ tuum in abſcõdito & pater tuus q uidet in abſcõdito reddet tibi. Mons aũt quẽ dñs cõſcẽdit: ſublimitatẽ animi inſinuat in celeſtia per orationẽ erigẽdi / & nõ infimis terreniſq; negociis immergẽdi. Cũ enim oratio ſit mẽtis in deũ pia eleuatio: quis hũc dixerit orare / q̃ labia quidẽ ad uerborũ prolationẽ mouet / mentẽ uero curis mundi depreſſam nequaq̃ ad deũ erigit? Cõqueritur ſane de huiuſmodi orantibus per Eſaiam dñs. Populus hic (inquit) labiis me honorat: cor autẽ eorũ longe eſt a me Mõs uero oliueti: altitudinẽ & copiã diuine ſignificat miſericordie / per filii dei in carnẽ aduentũ nobis affluenter oſtẽſe. Nẽpe olei nomine in ſcripturis / dei miſericordia ſepius exprimit᷑: q, illius natura / huius cõditioni cõgruat. Superfertur eni oleũ ceteris liquoribus atq; ſupernatat, Ita mia oibus ſupereminet dei operibus: & plus ceteris in homines eluceſcit, Mia enim ſupexaltat iudiciũ: & miſerationes eius ſuper omnia opera eius. Inſuper oleum dolores uulnerum mitigat: & ſanat tumores ac ulcera, Dei uero miſericordia plagas anime noſtre curat: omnemq; depellit languorem peccati, Vt canit propheta. Qui propiciatur omnibus iniquitatibus tuis: qui ſanat omnes infirmitates tuas. qui replet in bonis deſideriũ tuum: qui coronat te in miſericordia & miſerationibus. Demũ qui paleſtram ſubire debebãt aut luctam: oleo delibuti prodibant in medium / quo eorũ corpora ad id genus certaminis eſſent accõmodatiora, Sic in acie contra aereas poteſtates certaturis ſuã deus miſericordiã elargitur: ea nos ꝑuenit / ſuggeritq;

Matheus. 6

Eſaias, 29

Iacobus, 2

Pſalmus. 144.

Pſalmus, 102.

uires / quibus in tam difficili prelio ope ſua muniti tãdem uictores euadamus. In
Pſalmus, te (dicit propheta) eripiar a tentatione: & in deo meo tranſgrediar murum. Et
17 iterum. Dominus illuminatio mea & ſalus mea: quem timebo? Dominus prote-
Pſalmus. ctor uite mee: a quo trepidabo? Si conſiſtant aduerſum me caſtra: non timebit
26 cor meũ. Si exurgat aduerſum me prelium: in hoc ego ſperabo. Demum alio loco
Pſalmus, Fortitudinem meam ad te cuſtodiam: quia deus ſuſceptor meus es, deus meus/
58 miſericordia eius preueniet me. Porro diluculum quo Chriſtus uenit in templũ:
Pſalmus, exortum noue gratie deſignat / per aſſumptionẽ carnis mundo exhibitum. Tũc
111 enim depulſa nocte & caligine errorum atq; uiciorum: exortum eſt in tenebris
Eſaias. lumen rectis corde / ambulantibuſq; in regione umbre mortis: lux orta eſt eis.
9 Solet enim ſcriptura / diei nomine euangelice gratie tempus deſignare. ut Paul⁹
Ad roma ad Romanos. Nox preceſſit / dies autem appropinquauit: ſic ut in die honeſte
13 ambulemus. q̃ diuerſa uero ſint ſtudia populi & Phariſeorum: cum ex aliis locis/
tum ex hoc maxime licet perpendere. Enimuero populus ſuauitate doctrine
Chriſti prius deguſtate allectus: certatim confluit ad eum / ut eodem ſpirituali
cibo iterum paſcatur ac reficiatur, ut qui ſemel mel du'ce delibauerit: illius dul-
cedine captus / iterum atq; iterum deguſtare mel ardentius optat / aut necta-
reum bibere poculum. Neq; hunc populi ardorem pius dominus ſuo fraudauit
deſiderio aut irritum eſſe paſſus eſt: ſed ſedens docebat eos / & furientibus pa-
bula uite miniſtrauit. Scribe uero & Phariſei inſidias ſtruunt & moliuntur do-
mino laqueos quibus irretiatur: machinantur apud ſe qua ratione deprehẽdãt
in eo uel aliquam accuſationis cauſam. quam ut inueniãt / mulierem in adul-
terio deprehenſam adducunt ad eum: quaſi conſciturum eius ſententiam / & pa-
ratum ſtare eius iudicio. Itaq; eam in medio conſtituũt: & uenenato animo / fictoq;
ore hec illi uerba proponunt, Cap. XV.

» MAgiſter hec mulier modo deprehẽſa eſt in adulterio. In lege aũt Moſes
» mandauit nos huiuſmodi lapidare. Tu ergo quid dicis? Hoc autẽ dice-
» bant tentãtes eum: ut poſſent accuſare eũ. ℂ Propheta de ſimulatis &
Pſalmus, duplici corde hominibus dixit, Ore ſuo benedicebant: & corde ſuo maledicebãt
61 Et iterũ Molliti ſũt ſermones eius ſuper oleũ: & ipſi ſunt iacula. Demũ alio loco,
Pſalmus, Qui loquuntur pacẽ cum proximo ſuo: mala autem in cordibus eorum. Tales
54 profecto erant Phariſei / ſubdole fraudis & malignitatis pleni: quam uerbis reue
Pſalmus, rentiam preferentibus & uenerationẽ occultabant. Magiſter inquiunt: hec mu-
27 lier modo deprehenſa eſt in adulterio. Magiſtrũ uocant: cuius diſcipuli omnino
Ioannes, eſſe recuſant. Ceco enĩ a natiuitate Chriſti uirtute illuminato & interrogãti eos
9 nunquid Chriſti diſcipuli uellent fieri: maledixerunt & dixerunt, Tu illius diſci-
pulus ſis. nos Moſi diſcipuli ſumus. Magiſtrum uocant: cuius celeſtem irrident
Luce. doctrinam. ut apud lucã legimus. Audiebant autẽ omnia hec Phariſei qui erant
16 auari: & deridebãt eum. Imo totum eorum erat ſtudiũ: calumniari uerba Chri-
ſti / ea reprehendere / illis ut falſis / manibus pedibuſq; repugnare. Deniq; magi-
ſtrũ uocãt: quẽ improbis uocibus / populi ſeductore eſſe delatrant. Namq; non-
nullis dicẽtibus de domino q, bonus eſſet: Phariſei cũ ſuis ſectatoribus dixerũt.
Ioannes. Nõ: ſed ſeducit turbas. Ceterũ q alios enecare ueneno ſtudẽt: illud melle circũli-
7 tũ & temperatũ porrigũt, ut lurida uenemi lues / mellis permixta dulcedini lateat

magis/ facilius ingrediatur ignota / & maiorem inferat perniciem non preuiſa. Ita his uerborum blandiciis & palpatione adulatoria/; Phariſei ſue malicie uirus abſcondere ſatagũt:ut ſuarũ fraudũ laqueis dominũ facilius implicẽt/& incautum inuoluant,Proponunt quidẽ in adulterio deprehenſam mulierem/Moſi legem adducũt qua in leuitico ſanctum eſt a deo adulteros & adulteras lapidibus obruẽdos eſſe.ut ſi eam a pena legis abſoluat impunitãq; ſinat abire:protinus ut preuaricatorẽ legis iuſte accuſare uideantur & perſequi. Sin uero eam pro legis ſentẽtia dicat ſaxis opprimendã: cõtinuo eũ ludibrio habeãt/ q, miſericordiã in proximũ exhibendã magnopere uerbis predicet: quam tamẽ opere non cõprobet/ſeruata legis ſeueritate/reddãtq; exinde eũ odioſum & inuiſum populo cui gratiſſimũ ipſum eſſe compertũ habebãt q, cum uerbis tum exemplo miſericordie dulcedinem imprimis commendabat/ accedentes ad ſe publicanos & peccatores cum incredibili benignitate in ſuum admittens conſortium/& cum eis mãducãs, Itaq; hoc callido(ut putabant)cõſilio ſe rationem inueniſſe arbitrati ſũt: & uiam qua utrũuis faceret dominus:in paratos incideret laqueos.Id non ſubticuit euãgeliſta : fraudulẽtiam eorum conſpirationẽ nobis aperiens cum ſubdit, Hoc autem dicebant tentantes eum:ut poſſent accuſare eum. Cap,XVI

Leuiti. 20

Lucas. 16

» IEſus autem inclinans ſe deorſum:digito ſcribebat in terram, Cum autem perſeuerarent interrogantes:erexit ſe & dixit eis. Qui ſine peccato eſt ueſtrũ:primus in illam lapidẽ mittat. Et iterum ſe inclinans ſcribebat in terram, ¶ Recte ſapiens in prouerbiis inquit Nõ eſt ſapientia/non eſt prudetia/ non eſt conſiliũ cõtra dominũ, Sapientia huius mundi (que ſtultitia eſt apud deum) putabat undiq; ſe concluſiſſe dominũ ſuis retibus:ut non eſſet euadedi locus, Sed dei ſapientia mediã inuenit iuſticia miſericordiaq; temperatã uiam:qua captioſos eorũ nodos diſſolueret facile & diſrũperet.Anteq̃ autẽ hanc aperiret ſententiã:inclinauit ſe & digito ſcribebat in terrã,quo nobis oſtendat/q, anteq̃ iudiciũ feramus de proximo:ad ueritatis inueſtigationẽ condeſcendere & animũ inclinare debemus/ & diſcretionis digito ſingula ad rem propoſitã attinentia prius diſcutere.Alioqui recte iudicare nõ poſſumus: ſi pretermiſſa indagatione ueritatis & examine diligẽti/precipiti & incõſiderato animo proximũ in publico iudicio aut abſoluim⁹ aut dãnamus.Id faciendũ ſcriptura nobis inſinuat:cũ deſcribit in Geneſi poſt diluuiũ uolẽtes edificare excelſam turrĩ ad ſui nominis celebrationẽ/cuius culmen celos cõtingeret.& deinde ſubdit,Deſcendit autem dominus ut uideret ciuitatẽ & turrim quã edificabant filii Adam. Nũquid deſcenſu indiguit dñs ad uidendã turrim:cui omnia anteq̃ fiant ſunt agnita / & qui celum atq; terram implet? An nõ ideo deſcendiſſe ſcribitur: ut nobis ſignificet examinandã prius eſſe cauſam criminis/q̃ feratur ſententia? Et eodẽ libro cum nefanda Sodomitarũ flagitia uindice ira eſſet puniturus:dixit ad Abrahã, Clamor Sodomoꝝ & Gomorreorum multiplicatus eſt: & peccatũ eorum aggrauatũ eſt nimis , Deſcẽdam & uidebo utrũ clamorẽ qui uenit ad me opere copleuerint:an non eſt ita ut ſciam.Cognouit utiq; deus Sodomitas & Gomorreos tanti criminis eſſe reos: cui⁹ oculis abſcõditum eſt nichil. Deſcenſurum tamen ſe & uiſurũ rei ueritatem dixit:quo nobis oſtẽdat exacta trutina prius diſcutiendã eſſe cauſã/ q̃ feratur ſentẽtia in aliquẽ.

Prouer. 12

Ad romã 8

Geneſis 11

Geneſis. 18

Idem quoq; Moſaica lege caueri / accurratã ſcilicet inquiſitionẽ de obiecto crimine / precedere debere iudiciũ & damnationem in reum ferendã: innuit paulo ſuperius Nicodemus / uir prudẽs & maturus: cũ in phariſeorũ conſilio atq; conſeſſu dixit, Nũquid lex ueſtra iudicat hominẽ: niſi prius audierit ab ipſo / & cognouerit quid faciat? Quinimmo & apud romanos iuſtitiã dei ignorantes / illũ etiam morẽ ſeruari: q, in nullũ ferri debeat ſentẽtia damnationis / niſi prius diſcuſſa fuerit exactius cauſa illius: oſtẽdit Portius feſtus / preſes Iudee a Romanis conſtitutus / cum principibus ſacerdotũ & ſenioribus Iudeorum poſtulantibus aduerſus beatum Paulũ damnationẽ: reſpondit. q, non eſt Romanis conſuetudo: donare aliquẽ hominẽ (id eſt aliorum uoluntati permittere: ad ſumendũ de ipſo ſuppliciũ / inferendãq; punitionẽ) priuſq; is qui accuſatur / preſentes habeat accuſatores: locũq; defendẽdi accipiat ad abluenda crimina que ei obiiciuntur, Diuina uero lege idẽ precipi: manifeſtius eſt / q; ut probatiõe egeat, cũ dicat propheta in pſalmo. Recte iudicate filii hominũ. & dominus in euangelio, Nolite iudicare ſecundũ faciẽ: ſed iuſtum iudicium iudicate. Quomodo autem recte iudicauerit quiſpiam / aut iuſtum tulerit iudiciũ: ſi indicta cauſa / ſi nulla obiectorũ criminũ facta diſcuſſione / dãnauerit eum qui accuſatur? Nũquid ad uitam reuocari poterit is qui morte affectus eſt: ſi poſt ſumptum de illo ultimum ſupplicium perſpecta fuerit & cognita eius innocentia / cum iam amplius nullum adhiberi queat uite eius remediũ, Cum autẽ importunis inſtarent interrogationibus Phariſei / quid ſentiret dominus in hac perplexa & ancipiti queſtiõe facitandũ: pulſatus improbis eorũ uocibus erexit ſe & dixit, Qui ſine peccato eſt ueſtrũ: primus in illam lapidẽ mittat. Iuſſit (inquit) Moſes adulteras lapidari ſecundum legẽ: ſed ab iis dũtaxat qui ſũt obſeruatores legis / non preuaricatores. Non enim fas eſt neq; iura ſinũt. tranſgreſſionẽ legis ab eiuſdẽ tranſgreſſoribus uindicari. Qui itaq; ex uobis ſibi cõſcius eſt / q, legẽ nõ uiolauerit / q, nichil cõtra legẽ admiſerit unq; : primũ in eam iaciat lapidẽ. Nõ prohibeo lapidari mechã: ſed nolim id ab iis fieri / qui non minus q; ipſa aut grauius legẽ conculcauerint. Hac admirabili ſententia: obſtruxit os loquentiũ iniqua. Nam legem Moſi ſeruandã quidem dictauit, uerum eam appoſuit conditionẽ quam nullus accuſatorũ ſibi aſcribere auſus eſt / aut adeſſe conſpexit: quiſq; ſibi malorũ conſcius / & hac ſententia animum percuſſus, Qua quidẽ data: iterum inclinans dominus digito ſcribebat in terram. ex more uultũ alio uertens: ut illi liberiorẽ haberent exeundi fiduciam / quos preuidebat citius exituros q; plura interrogaturos, Quid autem primo ſe inclinans dominus ſcripſerit in terra / & quid ſecundo: non explanat euangeliſta / neq; promptũ eſt cuiq; id diffinire. Quãuis nõ deſint qui affirment dominũ hac ſecunda inclinatione notas quaſdã terre inſcripſiſſe: quibus quiſq; accuſantium ſua oculis corã conſpiciebat peccata / & menti obiecta cernebat. Vnde rubore ſuffuſi & pudore affecti: facile cognoſcebant ſe non peccati immunẽ uitã agere. & ad diſcendũ potius q; ad acrius inquirendũ ex hoc incitatos eſſe. Ceterum docet hac ſecũda inclinatione ſua & inſcriptione dominus / nos anteq; peccantẽ fratrẽ corripiamus & poſteaq; corripuerim⁹: ad intima noſtri cordis iclinari debere & attẽtius ibidẽ inueſtigare / an ſimili uicio quod in alio corripimus aut fortaſſe grauiore laboremus, quod ſi deprehẽderimus: id humiliter in nobis primũ

Ioannes. 7

Actus. 25

Pſalmus, 57

Ioannes. 7

Pſalmus. 62

castigare debemus / & tũc demum cum mansuetudine proximũ corripere. Non enim recte aliena reprehendimus peccata: si eiisdem aut maioribus grauemur. cum de talibus dicat Paulus. In quo alterũ iudicas: teipsum condemnas. Eadem enim agis que iudicas. qui predicas non furandũ: furaris q dicis non mechandũ: mecharis. qui abominaris idola: sacrilegiũ facis. Rectam uero correptions legem Paulus ad galatas nos edocet. Fratres (inquit) & si preoccupatus fuerit homo in aliquo delicto: uos qui spirituales estis / huiusmodi instruite in spiritu lenitatis: cõsiderans teipsum ne & tu tẽteris. Cũ enim diligenti examine propriã discutimus uitam: nostre fragilitatis conscii / facilius ignoscimus aliene. & cum nostram emẽdauerimus culpã: pio iducimur affectu ut alienã quoq; benigniter abstergamus

Ad roma 2

Ad Gala. 6

¶ Qꝫ post lapsum non est deneganda penitentia ut ponunt Nouatiani / quotienscunq; etiam quis relapsus fuerit in culpam, Cap. XVII.

AVdientes autem hec: unus post unum exibant incipientes a senioribus & remansit Iesus solus & mulier in medio stans. Erigens autem se Iesus dixit ei, Mulier ubi sunt qui te accusabãt? Nemo te condẽnauit? Que dixit. nemo dñe, Dixit autẽ Iesus, Nec ego te condemnabo. Vade & iam ãplius noli peccare. ¶ Goliath Philisteus (ut Regum meminit historia) Dauidica funda / lapideq; percussus: humi prostratꝰ est semianimis / & destitutus uiribus obtruncatur. Ita Pharisei gladio uerbi dei percussi: animo consternati sunt. Nẽpe hec domini sententia ut lapis frontem durã animi eorũ percussit: & quemq; sue culpe consciũ reddidit. Idcirco ea audita nõ amplius ibi morandũ rati: tacito pudore offusi unus post aliũ exibant / seruato etatis ordine: ut maiores natu & grandiores exierint primi / & deinde alii cõsecuti sint. Crediderim facile seniores grauiorũ sibi malorũ cõscios fuisse & reos impletumq; in eis illud scripture / q. a senibus egressa est iniquitas, & propterea uehemẽtiore affectos uerecũdia: primũ egressos fuisse, quos tanq̃ duces & primores: ceteri minores etate comitati sunt, relictusq; est eliminatis aduersariis Iesus solus / & mulier adulterii crimie accusata, in quã dñs totius bonitatis fons & origo: magna usus est misericordia. Siquidẽ percõtatus est ubi erant q modo eam accusauerãt / non q. iguorauerit eos discessisse: sed ut exemplũ ostederet iis qui in iudicio quemq̃ absoluturi sunt ab obiecto crimine / ipsos liberũ debere concedere accusantibus audiendis locum / & quẽq; ad legitimã accusationẽ adducendam admittere: nullo enim accusantiũ secluso: dilucidius cõstabit eius qui in iudicio liberatur innocẽtia & integritas, Itaq; ubi respondit mulier se a nemine cõdemnatã esse: ilico neq; se eam condenaturũ promisit / & benignitatis sue dulcedine absolutã abire iussit, id solũ ei iniungens q. amodo sibi a peccato caueret: & ne in priora relaberetur mala / summo studio uigilaret, ¶ Nã incassum sumitur medicina: si post instauratã sanitatẽ / per uite incontinentiã qui conualuit in pristinũ incidit morbũ. quinimmo relapsus in egritudinẽ: periculosior esse solet & exitio propior / q̃ prior ille languor. & quos prima ualitudo aduersa non extinxit: sepius iterata post redditã incolumitate egrotatio sustulit e uita, Haud secus frustra penitẽtie medicamentũ sumitur: si post eam peractã ad preterite uite sordes reditur, ¶ Hec enim secunda admodũ periculosa est anime febricitatio. Proinde dominus noster languido / qui octo & triginta annos decubuerat

1, Regũ. 17

Danielis. 13

Cauendã esse recidiuationẽ in pctã

1

2

infirmus/iam ſanato & iuſſo tollere grabatū ſuū atq; ambulare: deinde dixiſſe
Ioannes. legitur. Ecce ſanus factus es/iam amplius noli peccare: ne deterius tibi cōtingat,
5 quibus ſane uerbis ſignificauit: per peccati iterationē hominē in deteriora prola
bi mala. Quid prodeſt obſecro ſtudioſe ueſtes aqua abluere: & lotas rurſu luto
inquinare? qd lauare manus: & ablutas iterū contaminare ſordibus? ¶ Sicut ſus;
Prouer. lota (dicit ſapiēs) in uolutabro lutiſ: ita ſtultus qui iterat ſtultitiā ſuā. eſt enim ut
26 canis qui reuertitur ad uomitū ſuum. Audi Eccleſiaſticū: hanc peccatorū itera-
Eccleſia, tionē grauiter damnantē. Vnus edificans & unus deſtruens: qd prodeſt illis niſi
34 labor? Vnus orans & unus maledicens: cuius uocē exaudiet deus? Qui baptiza- 4
tur a mortuo & iterū tangit mortuū: qd proficit lauatio illius? Sic homo qui ieiu-
Geneſis. nat in peccatis ſuis & iterū eadē faciens: quid proficit humiliando ſe, Vxor Loth
19 conuerſa retro ad ſodomā a qua diſceſſerat: in ſtatuā ſalis mutata eſt. & inde ſu
mendū eſſe nobis exemplū / ne ad deploratas reuertamur peccatorū illecebras
Luce, 17 admonuit dominus: memores (inquit) eſtote uxoris loth. ¶ Semei cum prime of 5
2, Regū. fenſionis in Dauid impetraſſet ueniā / & iuſſus eſſet muros urbis Hieruſalem nō
19 excedere: quia ſecundo deprehenſus eſt deliquiſſe & mandatū regis neglexiſſe/
3. Regū, morte mulctatus eſt. Quid aliud nobis hic Semei caſus innuit; niſi timendā eſſe
2 & grauiter formidandā dei irā / ſi iterū atq; iterum eadē perpetramus flagicia?
Luce, ¶ Eiectus immūdus ſpiritus ab homine non inuenta alibi requie: dixit, reuertar 6
11 in domū meam unde exiui, & inueniens eam dei preſidio nō munitā: aſſumpſit
alios ſeptē ſpiritus ne: qui ores ſe / & ingreſſi habitant ibi / et fiunt nouiſſima homi
Nūerus. nis illius peiora prioribus, ¶ Filii Iſrael in deſerto ſuſpirātes poſt ollas carnium 7
11 Egypti & panē in ſaturitate manducatū / quibus in mentē uenerūt ꝓpones cepe
Nūerus. & allia: poſtrati ſunt ab ira dei. Quid dixerunt: conſtituamus nobis ducem & re-
14 uertamur in Egyptū / profligati ſunt ab hoſtibus: illorū gerentes typū qui uirtu
tis iter ingreſſi / ad preterite uite tenebras pedē retro ferre laborant, Nemo enī
Luce, mittens manū ad aratrum & aſpiciēs retro: aptus eſt regno dei. ¶ Ceterū non-
9 nulli adeo ſeuere relapſum in peccata & rigide damnare ſunt annixi: ut poſt ſa-
lutarem in fonte baptiſmi peccatorum ablutionē incidentibus in uicia / / peniten
tiam denegent / aut ueniam dandā. Siquis item poſt ſuſceptā penitentiā rurſum
eadem cōmiſerit peccata: huic denuo beneficiū abſolutionis & remiſſionis pecca
torum concedendū recuſant. Eſſet enim (inquiūt) hec facilis uenie datio / quoti-
enſcunq; quis deliquerit prompte oblata: incentiuū quoddā & occaſio ad audē-
tius atq; licentius peccandū. Nempe facilitas uenie incitat animū ſuapte natura
ad mala propēſum / ut fidētius peccet: cū poſt admiſſum ſcelus parata ſit ad ue-
niam uia & aperta / que culpam diluat, Verū hi diuine miſericordie fontem uber
rima ſue gratie fluenta nobis largiſſime cōmunicantē inuidere uidentur homi-
nibus / & immēſum certis uelle cōcludere limitibus & finibus conſtringere: ut nō
niſi prima deleat peccata / aliis uero delendis aut non ſufficiat aut non admoueā
tur. Neq; ſatis perſpiciūt / ſi cōſtituta ſit corpori humano medicina adeo efficax
& ſalutaris: ut quotieſcunq; in morbum quis inciderit / ea ſumpta protinus ſane
tur. ſi quis ſponte morbū incurrit ductus ſpe recuperande per medicinā ſanita-
tis: que facit ut minus ille ſibi a morbo caueat. huius frequentis in morbum reci-
dentie cauſa non eſt medicina; ut que ordinata ſit dūtaxat ad morbi expulſio-

nem.ſed negligentia & prauitas hominis:eo qđ bonū eſt ad malū abutētis / p̄ter rei illius ordinē & naturā. Q⁹ ſi quis contendat medicinā illam ſecūdo egrotāti minime adhibendā eſſe quin potius ſuſtollendā: ne anſam dare uideatur hominibus licentius uiuendi / quis hunc ſana mente eſſe dixerit / aut equo tulerit animo? quis itē hoc pacto recte ſanitati humane conſultū iuerit? Nō aliter penitentia ad deletionis criminū preparationē a deo ordinata eſt, ſi quis autem ſi equē=tem eius ſuſceptionē materiā fecerit libertus peccandi:id ſua dūtaxat improbitate facit / ex bono malū ſumens occaſionē / & non ex ipſius penitentie natura aut ordinatione.inſtituta enim eſt ad abolenda peccata cōmiſſa:non ad futura perpetranda. ¶ Porro hi ſacre ſcripture teſtimoniis hanc ſuam aſſertionem fulcire annituntur.& illud Pauli aſſumunt ad Hebreos ſcribētis.Impoſſibile eſt eos qui ſemel ſunt illuminati / guſtauerunt etiam donum celeſte & participes facti ſunt ſpiritus ſancti / guſtauerunt nihilominus bonū dei uerbū / uirtutes q; ſeculi uenturi / & prolapſi ſunt:rurſus renouari ad penitentiam. Ecce (inquiunt) apoſtolus dicit eos qui poſt acceptā dei gratiam prolapſi ſunt ; ad penitentiā renouari non poſſe. Sed non intelligunt Paulum ibidē uerba facere duntaxat de peccatorum remiſſione & penitētia:que per baptiſmū habetur, qui quoniā cuiq; hominī unicus eſt nec iterari debet (unus inquit dominus / una fides / unū baptiſma) penitētia quoq; cum baptiſmo ſuſcepta : unica eſt & ſemel recipiēda, At uero poſt ſuſceptū fidei lauachrū quoties in peccatū prolapſi fuerimus:ſi reuertimur ad dominū / penitentia concedenda eſt / & diſpenſanda remiſſionis peccatorū gratia. Non ita q; his Pauli uerbis excluſa eſt penitētia: ſed reuocatio per lauachrū regenerationis. Eſt quidē alia penitentia:ſed baptiſma aliud non eſt. ¶ Obiectant & illud quod a deſero Paulo ad Hebreos alio loco ſcribitur, uolūtarie peccantibus nobis poſt acceptā noticiā ueritatis:iam nō relinquitur pro peccatis hoſtia, Si nō ſupereſt (inquiunt) hoſtia placationis pro peccatis in que poſt agnitā ueritatem collapſi ſumus : non eſt penitētie dandus locus pro peccatis / qua placetur deus, Eſſet enim illa penitentia ut hoſtia propiciationis:quā dicit Paulus non relinqui. Verum Paulus inibi non peccatorū ſecundā aut tertiam aufert remiſſionē (non enim ita eſt inimicus ſalutis noſtre) ſed hoſtiā que Chriſtus eſt iterū in cruce offerendā pro nobis negat. Semel enim oblatus eſt Chriſtus : neq; amplius unq̄ offerendus.quandoquidē reſurgens ex mortuis iam nō moritur : mors illi ultra non dominabitur, Non enim dixit Paulus. Nō eſt ultra penitētia / neq; dixit, non eſt ultra remiſſio : ſed hoſtia (inquit) ultra non eſt, hoc eſt crux ſecūda ultra nō eſt. hoſtiā quippe hanc uocat. Una namq; hoſtia perficit imperpetuū eos qui ſanctificātur. ¶ Enimuero locus preſens nunc exigit:ut ſcripture tū uerbis tū exemplis oſtendatur dei miſeratione indulta hominibus quoties expetitur remiſſio, Peccauerant filii Iſrael in uituli conflatilis adoratione, Orauit Moyſes dominū & preuaricationis huius ueniā obtinuit. Flagrauit enim deſiderio carniū populus & obmurmurauit in dominum:qui rurſum deprecante Moyſe placatus eſt. Attonitus exploratoꝝ narratiōe idem populus / de domino cōqueſtus eſt : q. eū in terram illam ducturus eſſet ubi hoſtili caderet gladio, Iterū Moyſes oratione ſua placabilē dominū reddidit. Omitto concitatione populi Iſraelitici in ſeditiōe Chore factā / & murmuratione ad aquas cōtradictionis / immiſſionēq; ſerpentū

Obiectiones aduerſariorū & ſolutiones.

Ad ephe. 4

Ad hebre 10

Ad roma 6

Exodus, 32

Nūerus. 11

Nūerus. 14

Nūerus. 16

Nūerus. 21

Nũerus, 21 ignitorũ in populũ:ob domeſticas ſibi &quotidianas contra deum obmurmura
tiones. In quibus omnibus offenſionibus inflexus Moyſi precibus dominus: de-
Iudicum. 2 dit remiſſionẽ populo non ſemel neq; bis, ¶ Si quis aũt euoluat libros Iudicum: 1
quoties comperiet peculiarẽ dño populũ deſeruiſſe uiam dni / & ad idolorũ cul-
tum declinaſſe? Sed clamãtibus illis in tribulatione / miſit deus propitius nũchos
2,Regũ. 12 nũc illos liberatores:qui eos de graui hoſtiũ manu / iugoq; eriperẽt, ¶ Deinceps 3
offenderat Dauid grauiter dominũ adulterio & innocentis Vrie occiſione; ue-
2.Regũ, 24 niãq; ſupplex illius criminis obtinuit. Deinde in numeratione populi ambitu re-
gni ſui contẽti uehemẽter ſeſe peccaſſe ultro cofeſſus eſt: & huius quoq; peccati
ueniã obtinuit. Videſne igitur iteratã ipſi Dauid indultã fuiſſe peccati remiſſio-
2,Para, 33 nem? ¶ Quid memorẽ Manaſſem regẽ Iuda poſt effuſum ſanguinẽ propheta 4
rum & ſordidũ idolorũ cultũ: cum eſſet captiuitate cõcluſus clamaſſe ad dñm/
& obtẽta uenia / regnoq; recepto uitã in melius cõmutaſſe? Quis igitur recte pe
nitentiã abſtulerit / quam nouimus tantũ homini fructũ afferre:ut eum deo re-
Pſalmus, 40 conciliet / in gratiãq; reducat? ¶ Propterea clamat Dauid in Pſalmis, Nunquid 5
qui dormit:nõ adiiciet ut reſurgat? eoſq; qui a uirtute exciderint / & graui ſom-
Pſalmus. 145 no peccati ſunt oppreſſi: reſurgere poſſe conteſtatur. Erigit enim eliſos domi-
nus / & propiciatur omnibus iniquitatibus noſtris: ſanatq; omes infirmitates no
Pſalmus, 102 ſtras. ¶ Per Eſaiã eni nos aduocat, ego inquit ſum qui deleo iniquitates ueſtras/ 6
& dic tu iniquitates tuas ut iuſtificeris. Operoſum ſane foret omnia prophetarũ
Eſaias. 43 teſtimonia quibus ad penitẽtiam nos prouocat deus / & redeuntibus ad ſe ueniã
promittit / adducere: nõ ſemel tantũ neq; ſecundo / ſed quoties ad implorandã
Ezechie. 18 eius miſericordiã conuerti uoluerimus. Quacunq; enim hora ingemuerit pec-
cator:omniũ peccatorũ eius non recordabitur dominus / ut inquit Ezechiel. nã
non uult mortẽ peccatoris:ſed ut magis conuertatur & uiuat. ¶ Demum ut eſt 7
Prouer. 24 apud ſapientẽ:ſepties in die cadit iuſtus & reſurgit. nõ autẽ reſurgit a lapſu:niſi
per penitentiã, quis igit non uiderit penitentiã ſepius iterari poſſe:& poſt lapſũ
nulli ab errore reſipiſcenti denegandã eſſe? ¶ Sed age ex noui teſtameti autho- 8
ritate idem oſtendatur. beato Petro interroganti / quoties peccanti fratri eſſet
Matheus. 18 dimiſſurus / an uſq; ſepties: reſpondit dñs (non dico tibi ſepties: ſed uſq; ſeptua-
gies ſepties. Ecce abyſſum diuine miſerationis:& fontem miſericordie in immẽ-
ſum profluentẽ, cuius uenas obturare contendunt: qui huius aque fluxũ in nos
Ad gala. 4 deriuari nolunt. ¶ Et diuinus apoſtolus ad Galatas, Filioli quos iterũ parturio; 9
donec formetur in uobis Chriſtus. Receperant Galate regulã fidei a paulo; ſed
rurſum ad infidelitatẽ ſunt relapſi / ſecundo eos reuocat Paulus ad ueritatis re-
Apoca, 2 ctitudinẽ & penitentiã. ¶ Inſuper iubetur Ioannes eccleſie Epheſi ſcribere, ha- 10
beo aduerſum te pauca; q, charitatẽ tuã primã reliquiſti. Memor igit eſto unde
excideris:& age penitentiã / & prima opera tua fac. Ecce dns hortat poſt lapſum
Luce, 15 eos ad penitentiã; qui a recto calle oberrarunt. ¶ Preterea filius prodigus poſt 11
diſſipatã ſuam ſubſtantiã:ad oſculũ patris recipitur / & primã recipit ſtolã. Ouis
Luce, 18 aberrans a grege:pit paſtoris humeris ad caulam reuecta eſt. Drachma decima
multo queſita eſt labore ut inueniretur / & inuẽta toti uicinie gaudium attulit.
Luce, 10 ¶ Ad hec / publicanus cum ſe peccatorẽ confiteturiuſtificatus in domũ ſuã re- 12
uertitur, Qui ab Hieruſalem in Hierico deſcendẽs inciderat in latrones: expo-

ſiatus & ſauci⁹ benigne a Samaritano fouetur/alligatoq; uulnere in domū eccle=
13 ſie reducitur. ¶Poſtremo hec mulier adulterii rea a condemnatione liberatur: Ioannes.
& ne amplius peccet ſolicite admonetur. ut nobis exemplo ſit; ſalutare peniten= 8
tie medicamentum nulli unq̄ ſubſtrahendum eſſe. Cap. XVIII.

» ITerum ergo locutus eſt eis Ieſus. Ego ſum lux mūdi. Qui ſequitur
» me non ambulat in tenebris: ſed habebit lumen uite. ¶Cū paraliti Matheus.
cum per ſumma tecti ſibi oblatū ſanaturus eſſet dominus/& dice= 9
ret/ fili dimittūtur tibi peccata tua: ſcribe & Phariſei dixerūt intra
ſe. Hic blaſphemat: quis poteſt peccata dimittere niſi ſolus deus?
Dominus autē cognoſcens cogitationes eorū: reſpōdit filiū hominis etiā in terra
habere poteſtatē dimittēdi peccata. Similiter & hoc loco quia mulierē a peccatis
abſoluit/& liberā abire pmiſit: ne quiſpiā ipſum blaphemare oblatret/ aut quod
ſolius dei eſt ſibi impudeter uēdicare/diuinitatis ſue ſacramentū hic aperit, oſtē
dens qua uirtute qua authoritate/q̄ poteſtate reā a peccato abſoluerit, Ego inqt
ſum lux mūdi, Nō quidē lux corporea q̄ mutationi & corruptioni eſt obnoxia/
aut mortales illuſtrat oculos: ſed lux ſpiritualis/nullis offuſa tenebris/nulla cal=
gine obūbrata/mentē humanā celeſti ſplēdore perfundēs. Eſt enī lux uera: q̄ illu Ioannes.
minat omnē hominē uenientē in hūc mundū, Nō lux alternationē noctis ſuſti= 1
nēs aut luminis interpolationē/uel ſuccedētes habēs uiciſſim tenebras: ſed per=
petuo radiās/& intima cordis noua ſemperq; fulgenti claritate perluſtrans Nō
itidē lux certis conſtricta finibus/ neq; Galilee concluſa limitibus (quia me Gali=
leum nuncupatis/& de Galilea oriundū lactitatis) ſed totius mundi ſpaciū meo
lumine replens. Nō enim ueni/ut Iudea ſolum meo illuſtretur aduentu aut Ga=
lilea: ſed omnis mundi regio tanti ſit particeps fulgoris. Hanc lucē ſi ſapitis non
parui pendite: in eius radiis greſſus ueſtros dirigite, quoniā qui ſequitur me/ do=
ctrinam meam amplectendo & mandata obſeruando: non ambulat in tenebris
ignorantie aut uitiorū/ſed habebit lumē uite/in preſenti quidem ſeculo animū
interius illuminans: & in futuro totum hominem glorificans. His autem uerbis
ſuam diuinitatem intelligi uoluit: ſecūdum quam lux eſt unigenita patris/& lu=
men de lumine/atq; ſplendor paterne glorie. Quis enim homo aut que creatu=
ra etiam angelica: ſe lucē mūdi appellare audeat? quocirca hoc dicto ſe uerū eſſe
deū ſuboſtendit, Neq; quiſpiam dubitet apoſtolis apud Matheū dictū eſſe a dño.
Vos eſtis lux mūdi. quoniā unuſquiſq; illorū lux quidē erat per participationē Matheus.
gratie & ſpiritualis ſplendoris cōmunicationem. Chriſtus uero ſubſtātialiter & 5
ſua natura lux eſt uera & immenſa: ut primo libro in explanatione huius loci: nō
erat ille lux: abūde dictum eſt. ¶Sane in euangelio dictū meminimus q. ſi cecus Matheus
ceco ducatū prebeat/ambo in foueam cadūt. Ex oppoſito autē/ſi lucida teda ſi 15
fax clariſſima/etiam noctu iter tentanti ducatū preſtat: greſſus illius ſine offen=
diculo dirigit/a p̄cipitio fouea & lapſu pedes ipſius p̄ſeruat. & tenet roſo q̄dem
tempore/ne in tenebris ambulet/eum lumine claro circunfundit: ut habeat ille
continuū fulgorē itineris ſui ducem. Atqui in hac uita preſentis uite difficili ſale
lebroſa & aſpera: mille occurrunt pericula/diſcrimina mille que impedimento
plerūq; ſunt nobis ne optatam noſtri callis contingamus metam: ſed alio nos di=
uertunt & deducunt in perditionē. Nunc prerupta iter hoc agentibus occurrit

precipitia: nunc ſenticoſa & ſpinis obſepta loca. interdum denſis obducimur te
nebris & opaca nocte in hac ualle mũdi umbroſa: interdum uero luto heremus;
& in lubrico ceno uix bene pedem ſiſtimus. Omitto diuerticula in qua facile fer=
mur: a uia plana & regia declinantes ad dextrã aut ſiniſtrã, Pretereo latronum
inſidias / obſidentiũ omnes uie noſtre partes: & in exitiũ noſtrũ toto annixu con
ſpirantiũ, Itaq; ſummopere opus eſt nobis ad peragrandã huius noſtre peregri
nationis ſemitã / recto duce & bono: qui & uie non ſit ignarus / & libens uelit nos
oibus his exemptos periculis / incolumes ad conſtitutã nobis ciuitatẽ perducere,
Verum quod multis optandũ nobis eſſet uotis / & ingenti labore perquirendũ;
ultro nobis offertur, Ecce Chriſtus ſe nobis ducem prõpte & alacriter exhibet;
utq; ipſum ſequamur dulciter inuitat. quinimmo quanta ipſum ſequentibus du
Ioannes, cem proueniant cõmoda: declarat dicens, Qui ſequitur me: non ambulat in te=
8 nebris ſed habebit lumen uite, De malis quidẽ & peruerſis dictũ eſt in pſalmo,
Pſalmus, Neſcierũt neq; intellexerũt: in tenebris ambulant / ignorantie uidelicet & uicio=
81 rum. Et quanti hoc ſit periculi atq; detrimenti: in euangelio Chriſtus nobis teſta
Ioannes. tur / cũ ait. Qui ãbulat in tenebris: neſcit quo uadat. Et ſi quis ambulauerit in no
12 cte: offendit / quia lux nõ eſt in eo, Tantum autem incõmodum euitat; quiſquis
Ioannes, Chriſtũ ſibi ducem conſtituit. nam qui illum ſequitur / non ambulat in tenebris;
11 ſed habet mandata ipſius tanq̃ ardentẽ faculam uie ſue indicẽ / & cum propheta
Pſalmus. deo letus concinit. lucerna pedibus meis uerbũ tuum: & lumen ſemitis meis, Cõ=
118 ſequetur item ex aſſiduo Chriſti conſectatu / lumen uite; quod interius animam
illuminans / perducet illum tandẽ ad lucidã uiuorũ regionẽ. Et cum lumen uite
promittit dñs habiturũ illum / qui ipſum ſecutus fuerit; nõ de lumie iſto corpo=
reis ſpectando oculis uerba facit / neq; de uita hac corporali: ſed de ſpirituali ſo=
Pſalmus, lum lumine / & uita celeſti atq; perpetua loquitur quinimo hiſce uerbis / ſeipſum
35 pollicetur, affectis ſuis & ſectatoribus: qui eſt lumen uite / ſicut & fons uite & pa=
Ioannes. nis uite: immo author uite / & uitã ſuis largiẽs eternã. Sequamur igitur indefeſſe
6 Chriſtum ducem: ut tantis ab eo bonis locupletemur. Cap. XIX.

Dixerunt ergo ei Phariſei. Tu de teipſo teſtimoniũ perhibes: teſtimo
niũ tuũ nõ eſt uerũ. Reſpõdit Ieſus & dixit eis. Et ſi ego teſtimoniũ
perhibeo de meipſo: uerũ eſt teſtimoniũ meũ: quia ſcio unde ueni
& quo uado. uos autẽ neſcitis unde uenio aut quo uado, ¶ Phari=
ſei non ad diſcendũ ſed calumniandũ ſe admodũ propenſos ubiq;
declarãt. ſtudent enim ſemper Chriſti uerbis contradicere / illis repugnare / ipſis
ut falſis obuiare atq; cauillationẽ obiicere, Nam cum dominus ſe lucẽ mundi ap=
pellaſſet: ipſi obdurata mente huic luci ne eorũ mẽtibus illuceat obluctãtur. per
ſimiles iis qui ne oblatũ ſolis lumẽ intueãtur / oculos palpebris obuelãt aut uultũ
auertunt, Et quia ipſum nudum exiſtimant hominẽ: nube carnis obductam ſed
ſplẽdore ſignorũ ſe prodẽtẽ deitatẽ in eo nõ attendũt, Hominis quidẽ de ſeipſo
teſtimoniũ / inualidũ eſſe ſolet: & nequaq̃ fide dignũ. minus enim creditur ei qui
ſe ſuaq; facta p̃dicat: aut ꝓpria opera uerbis extollit. propterea. Phariſei dño in
faciem obiiciunt: q, de ſeipſo teſtimoniũ perhibeat, non conſiderãtes, quot ante
premiſerit precones: Moſem / Dauid / Eſaiã / & ceteros preclaros prophetas / qui
celeberrimo precomio teſtimoniũ de ipſo anteq̃ aduentaret perhibuerunt. Illam

deinde blaſphemie plenam euomũt uocẽ: teſtimoniũ tuum non eſt uerum.qua Chriſtum dei uirtutẽ & ſapientiã/mendacii nota perſtringunt:eumq; qui ſum= 1. ad cori.
ma eſt ueritas falſũ dicere teſtimoniũ impio ore obgarriunt.Sed animaduertite 1
quid eis dñs reſponderit.Sane ad id quod poſteriore impingunt loco reſponſio= Ioannes,
nem adhibet imprimis/q, rametſi de ipſo phibeat teſtimoniũ: nihilominus illud 14
uerum eſt.quia deus uerus eſt:in quem mendaciũ aut falſitas cadere non poteſt
Ipſe itidẽ lux eſt & tenebre in eo non ſunt ulle, lux autẽ ſuapte natura ſuipſius 1,Ioãnes.
eſt manifeſtatiua/ & q̃uis nulla re externa clareſcat aut adhibita facula admota 1
ue teda colluſtretur: nihilo ſecius ſeipſam mortalium oculis uere inſinuat,Sic &
Chriſtus lux ſpiritualis licet aliorum teſtimonio nõ fuiſſet declaratus; ſuum ta=
men quod de ſe dixit teſtimoniũ nõ minus extitiſſet ueritati conſentaneũ.Verũ
autẽ eſſe teſtimoniũ quod de ſeipſo perhibet Chriſtus aſtruit:quia ſcio (inquit)
unde ueni/& quo uado,Venit eni a patre in mundũ ad conſumandũ hũane re=
dẽptionis myſteriũ:& bñplacito uolũtateq; patris/nĩre carnis ſubſtantiã aſſum=
pſit,& peracto noſtre ſalutis ſacramẽto rurſum ad patrẽ uadit:& ad gloriã pĩris
triũphator egregius & uictor reuertitur,Phariſei aũt neq; ipſum ut dei filium a
patre miſſũ receperunt:neq; rediturũ ad paterne maieſtatis gloriã crediderũt.
neq; igitur unde uenit aut quo uadat ipſos tenere;apte conteſtatur. Cap.XX.

» VOs ſecundũ carnẽ iudicatis;ego nõ iudico quemq̃, Et ſi iudico ego:
» iudiciũ meum uerũ eſt/quia ſolus non ſum;ſed ego & qui me miſit
» pater, Et in lege ueſtra ſcriptũ eſt;quia duorũ hominum teſtimo=
» nium uerum eſt.Ego ſum qui teſtimoniũ perhibeo de meipſo:& te
» ſtimoniũ perhibet de me qui miſit me pater. ¶ Qui oculos habent
corporis/ lippitudine aut hebetudine imbecilles: non recte de coloribus diiudi=
cant.quinimmo aliter q̃ res ſeſe habeat ob inſitã infirmitatẽ ferunt iudicium:de
candido q, nigrũ/& de nigro q, ſit cãdidum dictitantes.Ita uidẽtur affecti Pha=
riſei.ob graue enim animi morbũ/zelum/inuidiã/ odiũ/quo in Chriſtum conci
tabãtur acie mentis obtuſam & obnubilatã habuerũt:neq; ad cognoſcẽdã in car
ne delitentẽ diuinitatẽ ſeſe tamen multifariis ſignis liquido prodentẽ/ penetra=
re ualuerũ,therentes dumtaxat in eo quod in Chriſto exterius cõtuebãtur/affi=
xiq; ſoli eius figure corporee:nudum ipſum hominẽ eſſe rati ſunt,Propterea di
xit Chriſtus eos ſecundũ carnem iudicare:quia ultra carnis humanãq; naturam
nihil in eo reliquum eſſe putarũt. Chriſtus autẽ hoc pacto ſecundũ carnẽ & fa=
ciem ſe quemq̃ iudicare negat;quia itima etiam cordis perſcrutatur/&ſcit quid
eſt in homine,Aut ſe quemq̃ modo/preſentiq; ſuo aduẽtu iudicare denegat.nõ Ioannes,
enim uenit ut iudicet mundũ:ſed ut ſaluetur mundus per ipſum.In ſecundo ue 2
ro ſuo aduentu iudicabit omnes per diſcuſſionem/examinationemq; operum/ Ioannes,
prius in uita geſtorum,de quo quide uenturo in conſumatiõe ſeculi iudicio ſub 3
iungit,Et ſi iudico ego:iudiciũ meum uerũ eſt. Aut de preſenti iudicio diſcretio
nis/hoc ſecũdo loco facit ſermonẽ:quo bonos a malis examine occulte ſue cogni
tionis ſecernit/ & fideles ab improbis internoſcit/ quemadmodũ inquit Paulus 2.Thimo.
ad Thimotheũ.Nouit dominus qui ſunt eius,Vtrumq; autẽ iudicium Chriſti/& 2
diſcuſſiõis operum quod in fine mũdi differtur/ & diſcretionis meritorũ quod
preſenti tempore ſemper exercetur/uerũ eſt:quia a ſumma ueritate & equiſſi=

ma lance iuſticie profectũ. Qui enim fieri poſſit: ut ſuprema ueritas non recte occulta cuiuſq; merita dinoſcat / aut prima iuſticia a recta iudicii lege exorbitet Porro cauſam ueritatis iudicii ſui affert: quia (inquit) nõ ſum ego ſolus / ſed ego & qui me miſit pater. Nolite (inquit) arbitrari me iudicii mei ratiõe a tramite ueritatis aberrare: quia ſolus non ſum qui fero iudiciũ. non enim a patre ſeparari unq̃ poſſum: cum ipſe in me manens facit opera & ipſe in me & ego in patre ſim. Itaq; qui me miſit pater / mecum eſt: & non relinquit me ſolum, cum ab eius ſubſtãtia diuelli non poſſim / aut quicq̃ ei contrariũ ſentire uel iudicare. Eadem enim utriuſq; noſtrũ cognitio: idem prorſus iudiciũ. Hiſce autem uerbis manifeſte ſe alium a patre filius aſſerit: ut catholica fatetur eccleſia. cum de duobus loquens: ſe miſſum & patrem mittentẽ nominet, Neq; tamen ſpiritũ ſanctum ab utriuſq; cõſortio ſeparandũ putemus: ſed adiungendũ potius / & nominatis patre atq; filio ſimul intelligendũ. quemadmodũ eos una cõnectit beatus Ioannes dicens. Tres ſunt qui teſtimoniũ dant in celo / pater uerbũ & ſpiritus ſanctus: & hi tres unum ſunt, Quonã uero pharifei legem ſemper adducunt / illiuſq; ſeruande zelo / in dominũ perſecutionẽ ſe mouere iactitant: ipſius legis (quã tãti fiunt) authoritate cõprobat ſuum teſtimoniũ ab eis minime reiiciendũ eſſe / ſed recto iure recipiendũ, In lege (inquit) ueſtra / & uobis per Moyſem lata ſcriptum eſt: quia duorũ hominũ teſtimoniũ uerũ eſt, cum in deuteronomio legatur, In ore duorũ aut triũ teſtium ſtabit omne uerbum. Homines autẽ affectu aut odio a ueritate decidere facile poſſunt: & cõmuni in prauũ conſenſu falſum perinde atq; uerũ foret teſtificari. Nonne qui contra Naboth dixerunt teſtimoniũ q, benedixerit deum & regem: fallaciter illud ementiti ſunt? Nonne qui caſtã Suſannã in adulterio deprehenſam in iudicio conteſtati ſunt: cõcupiſcentia excecati / cõtra ueritatẽ tulerunt teſtimoniũ. Quanto magis igitur duorũ teſtimoniũ qui a ueritate deflecti non poſſunt neq; oberrare: firmũ haberi debet. Atqui ipſe de meipſo teſtimoniũ perhibeo / haud aliter atq; lumen ſeipſum demõſtrat & alia. & teſtimoniũ etiam perhibet de me pater: cum uoce celo delapſa cõteſtatus eſt. hic eſt filius meus dilectus: in quo mihi bene complacui, cum identidẽ in me manens opera facit: que me ab ipſo produſſe / genitumq; eſſe liquido produnt. Cur igitur dura ceruice huic utriuſq; noſtrũ teſtimonio renitimini? quare non ceſſatis inferre calũniam ueritati: excecata mente obiectantes / teſtimoniũ tuũ nõ eſt uerũ? Reſipiſcite tandẽ ab hac inſania: & uel patris celeſtis de me teſtimoniũ admittite, ne cum meũ de meipſo teſtimoniũ reiiciatis: & ſuum quoq; aſpernari re darguamini. Preterea ut preter eum de quo perhibetur teſtimoniũ / dinoſcãtur eſſe duo teſtificantes de illo / quemadmodũ uerba legis inſinuant: etiã duo ſunt qui de Chriſto teſtimoniũ perhibent / pater inquã & ſpiritus ſanctus / quemadmodũ per Eſaiam dominus noſter atteſtatur dicẽs, Et nunc dominus miſit me & ſpũs eius. De patre quidem q, teſtificatus fuerit Chriſtũ in baptiſmo & trãſfiguratione: iam dictum eſt, De ſpiritu ſancto uero ide conſtat: quia ſuper Chriſtum baptizatũ in ſpecie columbe deſcendit / & in tranſfiguratione ut nubes lucida ipſum cum diſcipulis obumbrauit,

Ioannes. 14
Ioannes. 10
Ioãnes. 5
Deutero. 17
Deutero. 19
3. Regũ. 21
Danielis. 13
Matheus. 3. & 17.
Ioannes. 14
Eſaias. 48

Cap. XXI.

Dicebant ergo ei, Vbi eſt pater tuus? Reſpondit Ieſus. Neq; me ſcitis neq; patrẽ meũ, Si me ſciretis forſitan & patrem meum ſciretis. Hec uerba locutus eſt Ieſus in gazophilatio docẽs in templo. & nemo apprehẽdit eum

quia nondũ uenerat hora eius. ¶ Quia dixerat modo dñs se non s lũ esse sed & patrẽ suũ esse cum eo id carnali sensu accipientes ut pote qui nihil in Christo nisi humanum & quod in aperto oculis omniũ patuit / esse crediderũt suo more cõfestim obiiciunt, Dicis tecũ patrẽ tuũ esse: cũ tamen te solũ uideamus Ostede igitur nobis patre tuũ & ubinã sit ind ca quo te uera dix sse cõprobemus, Porro alii id Iudeorũ uerbum / per contumeliã & contemptũ in Christũ / dictũ fuisse astruũt. Quid frequẽter (inquiunt) patre tuum nobis inducis. qui ignotus est & ignobilis? quid crebra illius interpellatione aures nostras obtundis & quasi magne authoritatis uirũ affers in mediũ / qui galileus est & faber? Existimabãt eni ipsum de patre secundũ carne: hactenus protraxisse sermonẽ, Sed quid dns eis responderit audiamus, Neq; me scitis inquit: neq; patrẽ meum. Non credebant in Christo plenitudinẽ diuinitatis habitare corporaliter: & propterea ipsum re uera nesciuerunt. Quia tamẽ genus & paretes eius secundũ homine & locu ori ginis perspectũ habuerũt. prius a Christo audiuerãt. Et me scitis / & unde sũ scitis, Cũ autẽ n scire filiũ Iudei conuicti sunt: conseques est eos quoq; patre nescire, Siquidẽ ea relat uo ũ & que reciproce / mutuoq; referuntur natura est / & cõditio: ut cognito uno eorũ protinus cognoscat & reliquũ / & ignorato uno ignoretur & alterũ, Qđ si fi iu cognosceret in forma dei esse / & equalẽ deo atq; ex patre genitũ: & patre utiq; agnoscerent eiusdẽ secum nature filium atq; substãtie genuisse. Magnã itaq; iacturã incurrunt qui filio non credũt cũ ex hac incredulitate patris quoq, noticia illis sustollatur. Que quanti sit f ciẽda. paucis aperit dns sequẽte loco. Hec inquit est uita eterna ut cognoscant te uerum & solum deum: & quẽ misisti Iesum Christũ, Quod si patrẽ celestẽ cognoscere & filium eius / uita eterna est profecto ignorare patrẽ itidem & filium / interitus est eternus & mors perpetua, Demũ curauit euãgelista locũ annotare: quo hec alta sue diuinitatis mysteria Christus aperuit. ut nõ clanculũ aut in abscõdito dicta esse cognoscantur / quemadmodũ improba hereticorũ dogmata: sed in publico ubi frequẽs est populi ad audiendũ concursus / scilicet in gazophilatio: qui locus est sacre pecunie ad oblationes & usum templi custodiende designatus, Ex audientium autẽ numero conceperant nonnulli manus in eum mittere uiolẽtas: diuina tamen uirtute repressi id nõ tẽtarunt / qa nondũ uenerat hora eius, non qua ex conuersionibus astrorum cogeretur mori: sed qua sua spõte dignaretur occidi, ¶ At uero id scrupũ cuiq mouere posset: cur interrogatus hic dominus ubinã sit pater suus nõ respõdit e directo propos te questioni neq; celestẽ se patrẽ habere patefacit quod tamẽ ipse locus presens uidebatur exigere. unde relinquebãtur ips iud i aio suspesi / & super ea re ancipites ac ãbigui: queadmodũ paulo post sec e ia euãgeliste uerba testãtur. Et nõ cognouerũt (inquit) quia patrẽ ei? dicebat deũ. Philippo uero apo olo interrogãti dnm post expletã ultimã cenã, Dne ostende nobis p re & suff c t nobis cũ mira benignitate & facilitate respõdit. Phi ipp q uidet m idet & pa re meũ. Nõ credis quia ego in patre / & pater in me est: Verũ magna s ffectuu / animorũ diuersitas in Philippo ostendi sibi patrem rogã e / & Iudeis hic sim l quiddam interrogantibus / que propositam facile disso uit questi n m. Siquid m ea uerba dixit Philippus pio animo: & ardenti desiderio uidendi patrem celestem, Idcirco dignus fuit; cui amplius

Ad colos. 2
Ioannes, 7
Ioannes. 17
Ioannes, 8
Ioannes. 14

aperiretur immãſiones Chriſti in patre & inſeparabilitatis ab eo arcanũ. Scribe uero/phariſei & principes ſacerdotũ/maligno aio id quod dictũ eſt interrogarũt:ut aliquod ex ore Chriſti uerbũ arriperẽt/unde eũ poſſent accuſare. Enimuero id precipuũ fuit eorum ſtudiũ: domino noſtro calumniã ſtruere/cauillari in omnia eius uerba/& tentare ex illis auſam accipere ipſis contradicẽdi/ea improbandi/deridendi/aut contẽnendi. Hec itaq; malignitas animi eorum & prauitas affectus:nullo modo, digna fuit apertione celeſtis myſterii/et reſeratione diuine originis, q, non eſſent ipſi:tam auguſti & ſublimes arcani/idonei auditores, Eccleſiaſtico autem authore dictũ eſt, ubi non eſt auditus:non effundas ſermonem. Et dominus ipſe in euangelio nos edocuit, Nolite ſanctũ dare canibus/neq; mittatis margaritas ueſtras ante porcos:ne forte cõculcẽt eas pedibus ſuis/& canes conuerſi dirumpant uos, quo quidem uerbo admonemur altiſſima diuine ueritatis ſacramenta & ſublimia myſteria non eſſe proponenda impugnatoribus ueritatis aut contemptoribus:ne aut irrideant ea aut acrius improbent. Neq; iudei quibus hoc loco dñs non aperuit diuine generationis ſacramentum: ex eo relinquebantur dubii quidnam ſuper ea re credere deberẽt/aut ignorantie nubilo inuoluti. quoniam ex prius auditis frequẽter domini uerbis ſatis perſpectum habebãt:q, ſe filium dei eſſe confiteretur/& patrem ſuum diceret eſſe deum. cum ſuperius dixerit euangeliſta poſt hec domini uerba. pater meus uſq; modo operatur: & ego operor, Propterea ergo (inquit) magis querebant eum Iudei interficere: quia non ſolum ſoluebat ſabbatum/ſed & patrem ſuum dicebat deum/equalem ſe faciens deo. Et in ſequentibus locis/lapidibus impetere Chriſtum ſunt aggreſſi: q, homo cum eſſet/faceret (inquiunt) ſeipſum deum. Demum coram Pilato conclamarunt ſecundũ legem ſuam Chriſtum mori debere:q, filium dei ſe fecerit.

Ecclesia. 32

Matheus. 7

Ioannes. 5

Ioannes. 10

Ioannes. 19

Cap, XXII.

» » EXit ergo iterũ eis Ieſus, Ego uado & q̃retis me & in peccato ueſtro moriemini. Quo ego uado:uos non poteſtis uenire. ¶ Solicitus de egroto curando medicus. omnẽ tentat uiã inſtaurande ſanitatis ei quẽ exitiali & letifero morbo nouit egrotare. Et ubi perſpicit leuiora blandioraq; remedia non prodeſſe: ſtudet acriora admouere medicamina/ſectionẽ/cauteriũ/uſtulationẽ: quibus noxius expellatur morb⁹. Hoc nõ minus obſeruaſſe cernit᷑ dñs noſter optimus bũane ifirmitatis medicus: ut duritiẽ cordis Iudeorũ & impietatẽ ſanaret, Adhibuit admirãda ſigna qbus ad fidẽ adducerẽtur/adhibuit & ſalutarẽ cum ſuauitate doctrinã, Que omnia ubi nichil eis cõducere conſpicit/aut ſalutẽ afferre: nunc aſperã eis cõminationẽ infert/& eternam interminatur mortem/ut hac ſaltem ratione ad ſaniorem reuocentur mentem. Vado inquit ad eum qui me miſit/& ad celeſtẽ reuertor gloriam:cum deuicta morte immortalis uite dignitatem aſſumpſero. Quod etſi adhuc futurum erat:more tamen ſuo ad deſignãdam rei certitudinẽ/id ut preſens enunciat. Poſtq̃ autem per reditum ad patrem a uobis abiero:queretis me/non credendi deſiderio ſed perſequẽdi ſtudio, & quẽ amplius in proprio corpore perſequi (ut prius) nõ poteritis:in mẽbris acerrime infeſtabitis/& pro uiribus excruciabitis, Sed horrendus uos manet ex hac perſequendi ſeuitia exitus:nã in peccato ueſtro moriemini/& perpetuis addicti penis/eterne uite exortes: ſemp

ſecundam mortē acerbiſſime feretis. Itaq; quo ego uado uos nō poteſtis uenire, ad uitam enim propero ſempiternā: uos autē ad eternum mortis horrorē / quia oblatā uitā ueſtra pertinacia reiicitis. Ego ad gloriā uado patris: uos autē ad eternā ſuſionē perpetuā ſponte ueſtra ruitis. Ipſe ad celeſtē trāſeo requiē / ad quā peruenire non poteſtis: quia uiam qua illuc itur tenere contēnitis, Cū igitur me nūc ſequi renuitis ad uirtutis laborē: nō poteritis me etiam ſequi ad premiū. non obnegatam bene agēdi facultatē: ſed ob propriam animi ueſtri malignitatē / uiam ſalutis amplecti recuſante, Quod ſi durū eſt eterna carere uita / ſi triſte: interitum perferre perpetuū / ſi graue: interminū perpeti ſuppliciū / reſipiſcite dū datur hora a prauis ſtudiis ueſtris / abiicite pondera peccatorū ueſtrorū: ne in illis moriamini. quia non mortui laudabunt dominum: neq; omnes qui deſcendunt in infernum. Ecce quibus eos minis exterret / que mala ipſis imminētia predicit: ut uel illorum horrore ipſos a malo reuocet. Pſalmus, 113

Cap. XXIII.

» Dicebant ergo ludei. Nunquid interficiet ſemetipſum? qa dicit / quo
» ego uado uos nō poteſtis uenire. Et dicebat eis. Vos de deorſū eſtis:
» ego de ſuperius ſum. Vos de mundo hoc eſtis: ego non ſum de hoc
» mūdo. Dixi ergo uobis quia in peccatis ueſtris moriemini. Si enim
» non crediderit is quia ego ſum: moriemini in peccato ueſtro. ¶ Ex fonte dulci manans aqua ſuam refert originem / & dulcis eſt. ex fonte uero amaro & turbido: non poteſt unda ſuauis profluere: ſed amaricata & horrida guſtu Atqui animus hominis ut fons eſt: que intra ſe concipit iugiter ſcaturiens, qui ſi benuolus fuerit & ſyncero affectus amore: talia etiam ſenſa & cogitata expromet. Sin uero maliuolētie ueneno labefactus / aut inuidie tabe fuerit corruptus: nichil rectū / nichil amicū / nichil deniq; benignū meditabitur: ſed obliqua / ſiniſtraq; cogitatione quecūq; audita interpretabitur. Id nunc ludei factitare conſpiciuntur / qui uerba domini nequaq̄ intelligētes: protinus in abſurdam & horrendā auditu exeūt cogitationē / uerbiſq; eam expromunt. ſciſcitantes nūquid ſeipſum eſſet interfecturus: qa dixerit / quo iturus eſſet: alios peruenire nō poſſe Sed unde hec tanta exoritur intelligēdi abſurditas? profecto ex ſola animi eorū nequitia qui qm̄ uirulētus eſt & horrore odii cōtaminatus / quicquid intra ſe receptat: conſimili tabe cōmaculat, quemadmodū uas illitū ueneno / quicquid impoſitū ſibi receperit: reddit uenenatū & mortiferū, Ceterū neq; ueri ſimilitudinem habet hec improba eorū inquiſitio. Non enim ſi ſeipſum iterfecturus eſſet: colligere recte potuiſſent / eā ob rem quo ipſe iturus eſſet alios peuenire nō poſſe. Nā & ipſi ſeipſos interficere potuiſſent / ſibiq; ultro mortē cōſciſcere: & hac uia uenıſſent quidē quo Chriſtū abiiſſe autumaſſent. Hanc autē (quā etiam cogitare pius horreſcit animus) de Chriſto impietatē ipſe manſuete ferens: oſtendit eis cum admiranda benignitate / quonā pacto ſua fuerant uerba accipienda / ſimul & ſue nature eminentiā ſupra ceteros homines declarat. Vos inquit de deorſum eſtis & creaturarum ſortiti conditionē: que deo creatori ſubiecte ſunt / & longo infra ipſum ſubſident atq; ſubſiſtunt interuallo, Ego uero de ſuperius ſum / & diuinā habens naturā: qui e rebus creatis omnibus in immēſum ſupereminet, Ex patris enim ſubſtātia genitus eiq; in omnibus equalis: creaturarū naturā longe tranſcēdo. Nēpe deorſum hoc loco creaturarū proprietatē ſortemq; deſignat:

ratione creationis/deo ſubiectã atq; ſubiacentẽ,Superius uero/ diuinam nomi-
nat naturã:omnia ſupergredientẽ/&ab omnibus eminenter exceptã.quemad-
Ioannes. modũ diffuſius eſt diſcuſſum prius: cum hic locus occurreret explanãdus, Qui
3 de terra eſt:de terra eſt / & de terra loquitur,qui de ſurſum uenit:ſuper omnes
eſt,Altero deinde diſcrimine ſe ab eis diſſentire atq; diſtare demonſtrat:qa ſci-
licet de mundo ſunt/ipſe uero non erat de mũdo.De mũdo erant ſcribe & Pha-
riſei:ſi affectum (ut debes) attendas, nam toto animo rebus huius mundi inhia-
bant,Primatũ & honores ardentiſſime ambiebant: eligentes primas cathedras
Matheus. in ſynagogis/& primos diſcubitus in menſa/ ſuaq; opera omnia facientes ut ui-
23 derentur ab hominibus.Opes itidem & pecuniã nimia cupiditate proſequeban-
tur: deuorantes domos uiduarum/& pecunie queſtum in ipſo quoq; templi ue-
Matheus. ſtibulo aucupantes.Chriſtus uero hoc modo non erat de mundo:quia affectum
21 animi fluxis huius mundi caducisq; rebus non habuit implicatũ aut intentũ.Nõ
Ioannes, enim propriã querebat gloriam:ſed ſolius patris,Sic etiam oñes abiecit opes: ut
8 non haberet ubi caput reclinaret.Rurſum quod modo cõminatus fuerat/ iterũ
Matheus. eorum auribus inculcat:ipſos ſcilicet in ſuo peccato morituros/& ad mortẽ uſq;
8 in ſua iniquitate perſeueraturos abſq; fructu penitentie,Vt quod prima exhor-
tatione eorũ mentibus non inheſerat aut fuerat infixum: ſaltẽ ſecunda aut ter-
tia affigeretur. Ita enim faciunt qui dure cere annituntur imprimere formã ſi-
gilli:ſi primo conamine fruſtra tentarunt efformare illius effigiem/ſuperaddũt
ſecundũ aut tertiũ conatum:& improbo tande labore aſſequuntur quod expe-
tunt,niſi uſq; adeo dura ſit / & primitiue forme reluctans materia:ut oino illius
effigiatione nõ admittat,Qualis reuera erat Iudeorũ animus:qui lapidis inſtar
omnẽ refugiebat emollitionẽ/& ne terribili quidẽ hac interminatiõe inflecteba-
tur ad penitentiam. Idcirco tertio idipſum repetit / ut medicus de egroti ſalute
deſperãs & imminentẽ ſepius et predicens interitũ:niſi ea que reparãde ſanitati
apprime neceſſaria ſunt obſeruet.Sed nũc uiã aperit qua tantũ poſſint euadere
diſcrimẽ/ſcilicet mori in ſuo peccato:utpote ſi credere uoluerint qa ipſe eſt,quã
quidẽ ſi amplecti neglexerint:de ſalute eorũ actum eſſe declarat. Si enim nõ cre
dideritis inquit quia ego ſum : moriemini in peccato ueſtro. Vbi q̃is ſupprimat
quiſnã ipſe ſit:hanc tamen ſignificat ſententiã his uerbis / ſe Chriſtũ eſſe in lege
& prophetis promiſſum,ut eorum uerborũ hec ſit intelligẽtia, Niſi crediderit
q; ego ſum / ſcilicet Chriſtus uobis ante promiſſus & nunc exhibitus:moriemini
in peccato ueſtro.Nempe de hac re inter uos agitur controuerſia & diſceptatio.
Aut ſi altiorẽ uolumus ſenſum attendere,utitur hic dns noſter ad eos uerbo illo
eſſentiã deſignãte abſolute/& ſine cuiuſq; adiectiõe ſumpto: quo diuinitatẽ ſuã
illis apertius ſignificaret. cũ eo de ſe uerbo loquat quod ſoli deo cõpetere dino-
ſcitur:& prius ad Moyſem de deo dictũ eſt.Cũ enĩ Moyſes ad liberãdũ ex Egy-
pti ſeruitute populum Iſraeliticũ mittendus / interrogaret de nomine mittentis:
reſpõdit dns.Ego ſum qui ſum.Et rurſum,Sic dices ad filios Iſrael,Qui eſt:mi-
Exodus. ſit me ad uos.Hoc igitur uerbo reuocat eos in memoriã:ſe ipſum eſſe / qui prius
3 ad Moyſem hoc ſe nomine uocari conteſtatus eſt,Qz ſi rerum omniũ naturam
pẽſiculatius indagauerimus:ſoli deo eſſe/ in primis cõuenire cõperiemus,ut qui
ab alio minime ſubſiſtat/ſed fõs primarij eſt exiſtẽtie rerũ oim:ex quo/ per quẽ

& in quo ſunt omnia. Neq; quippiam aliorū ad perfectionē diuine eſſentie per- Ad roma
tingere ualet: ſed citra proportionem omnē ab ea deficit /& quodam modo ad 11
non eſſe decumbit. In comparatione ſiquidem eius qui uere eſt / quia incōmuta-
bilis eſt & exordiū non habet / nec aliunde accipit eſſe / ſed a ſe habet: quaſi non
ſunt que mutabilia ſunt / que principium ſui eſſe habent /& idipſum ab alio ſor-
tiuntur, Quod enim dicitur fuit: non eſt, & quod dicitur erit: nondū eſt, Deus
autem tantum eſt: qui non nouit fuiſſe uel futurum eſſe. ¶ Ceterū non ſolis pu-
temus Iudeis hanc a domino comminationē eſſe factā / q, ſi in eum non credide-
rint / morietur in peccatis ſuis: ſed & nobis. Eadem enim nos quoq; manet dam-
natio: ſi in Chriſtū fide per dilectionē operante non credidei imus. idē omnino
exitium / idemq; interitus: ſi obdurauerimus corda noſtra per impenitētiam /&
phariſeis perſimiles in incredulitate fuerimus / ſi deniq; aſſidue uocantē nos deū
ad penitentiam: ſurdis auribus preterierimus. Audiamus itaq; tubam euangeli
cam Paulum apoſtolū: terribili uerborum clangore auribus noſtris intonantem
An diuitias bonitatis dei & patientie /& longanimitatis eius contemnis? Ignoras Ad roma
quoniā benignitas dei ad penitentiam te adducit? Secundum autē duritiam tuā 2
& impenitens cor / theſaurizas tibi iram in die ire / & reuelationis iuſti iudicii dei:
qui reddet unicuiq; ſecundum opera eius. Fugiamus oro adiutore deo pro uiri-
bus peccatum ad mortem: quod tam graue & horrendum eſt / ut pro illo nō di- 1. Ioānes.
cat Ioannes eſſe orandum. Illud uero: impenitentia eſt / & cōtinua in peccato ex 5
animi electione perſeuerantia. Et quoniā in prouerbiis ait ſapiens: q, peſtilēte fla Prouer.
gellato ſtultus ſapientior erit, Et rurſum alio loco Mulctato peſtilente ſapiētior 19
erit paruulus. ex incredulitate Iudeorū & iudicio in quod propter eā inciderūt: Prouer,
capiamus exemplū effugiendi tam graue malum / noſtraq; inde ſalutem ope 21
remur, Dum tempus habemus operemur bonū: ut monet apoſtol⁹, & noſipſos Ad gala.
in Chriſtū uere credere oſtendamus: non tantū uerbo & lingua / ſed etiā opere, 6
Enimuero obduratis corde & incredulis / neq; cognoſcentibus uias eius iurauit Pſalmus.
in ira ſua: q, non introibūt in requiē ſuam, Feſtinemus illam ingredi /& ne in id- 94
ipſū incidamus incredulitatis exemplū: in quod uidemus prolapſos eſſe Iudeos /
quia ad aſſiduam domini uocationē auribus grauiter audierunt /& prorſus ob- Ad heb.
ſurduerūt, Ipſe nos quotidie cōmonefacit ſimul & exterret his uerbis / que apud 4
Lucam dixiſſe legitur ſemel atq; iterum, Niſi penitentiā habueritis: omnes ſimi Luce,
liter peribitis, Caueamus itaq; ſummopere / ne in numero illorū habeamur: de 31
quibus in prouerbiis loquitur dñs, Quia uocaui & renuiſtis: extēdi manū meā / Prouer,
& non fuit qui aſpiceret, Deſpexiſtis omne conſiliū meū: & increpationes meas 1
neglexiſtis, Ego quoq; in interitu ueſtro rideo: & ſubſannabo cū uobis id quod
timebatis acciderit. Tunc inuocabunt me & non exaudiam / mane conſurgent
& non inuenient me: eo q, exoſam habuerint diſciplinam / & timorem domini
non ſuſceperint / nec acquieuerint conſilio meo / & detraxerint uniuerſe correc-
ptioni mee: Nec minus prophetico preconio per Eſaiam idem exprobrat & com- Eſaias.
minatur dominus: cum ait. Pro eo q, uocaui & non reſpondiſtis / locutus ſum &
non audiſtis / & faciebatis malū in oculis meis & que nolui elegiſtis: propter hoc /
hec dicit dñs de⁹. Ecce ſerui mei comedēt: & uos eſurietis. ecce ſerui mei bibēt: &
uos ſitietis, ecce ſerui mei letabūtur / & uos cōfundemini. Deniq; per Hieremiā

prophetam idem conqueritur dominus: q. dura ceruice cõtempſerint ipſum quos ad ſe uocauit/ prenunciatq; ſe illos dei contemptores proiecturũ a ſe & deſerturũ cum inquit. Et nũc quia feciſtis omnia opera hec: dicit dominus/& locutus ſum ad uos mane conſurgens & loquens/& non audiſtis/& uocaui uos & nõ reſpondiſtis: faciam domui huic (in qua inuocatũ eſt nomen meum: & in qua habetis fiduciam) & loco quem dedi uobis & patrib⁹ ueſtris/ſicut feci ſylo. & proiiciam uos a facie mea: ſicut proieci oẽs fratres ueſtros/uniuerſum ſemen Effraim

Hieremi. 7

Eccleſia. 3

Prouer, 28

Non ergo ſimus ex duritia cordis ſurdaſtri ad uocantem nos dominum: quoniã cor durum (ut ait ſapiens) male habebit in nouiſſimo. Et rurſum alio loco. Qui uero mentis eſt dure: corruet in malum. Cap. XXIII.

»» Icebãt ergo ei. Tu quis es? Dixit eis Ieſus. Principium: qui & loquor
»» uobis. Multa habeo de uobis loqui & iudicare, ſed qui me miſit/ue-
»» rax eſt: & ego que audiui ab eo/hec loquor in mũdo, Et non cogno
»» uerunt: quia patrem eius dicebat deum, ¶ Ad oſtẽſionem ſue dei-
tatis modo dixerat Chriſtus Iudeis. Ego ſũ. neq; adiecerat quidnã eſſet: ut ex ipſa loquẽdi ratione ſe deum eſſe declararet/cui ſoli cõuenit: ſimpliciter eſſe. hinc Iudei materiam interrogandi ſumunt quiſnam ipſe eſſet: ut determinatiore/contractioreq; ſermone de ſe loqueretur. Quia inquiunt dixiſti ego ſum/& non addidiſti quidnam es/nũc ergo dic quis es? ut credamus. Quibus hoc pacto interrogantibus eam adhibuit dominus reſponſionem: que & diuinam in eo naturã pariter & humanã deſignaret. Sum inquit principium omnium rerũ: ex quo omnia ſuum ſumpſerunt exordium/& per quod omnia conſtant. Principiũ per quod facta ſunt omnia: per quod deus creauit ſecula/in quo deus creauit celum & terrã. Neceſſe eſt autẽ rerum omniũ authorẽ: deum eſſe, quare nũcupatione principii: ſe deum eſſe/perſpicue deſignauit. Cũ autẽ ſubnectit/qui & loquor uobis. ſe hominẽ pro nobis factum inſinuat/qui preſens uerba que a patre accepit/hominibus nunciauit: patriſq; uoluntatẽ explicauit, Verum quia nec his uerbis erãt crediturí/ſed in ſua permanſuri infidelitate: predicit eis graue iudiciũ/ob peccatoꝝ ſuorũ multitudinẽ futurum, Multa inquit ſunt que de uobis diſcutere & examinare debeo: nõ quidem hoc tempore/ſed cum cuiq; homini iuxta opera ſua fiet retributio. cum enim accepero tempus: ego iuſticias iudicabo. & ſtatuam id potiſſimum contra faciem ueſtam: q. in me credere proteruia ueſtra reſpuitis. Ob quam tamen nihil rerum fidei/nichil ipſi detrahitur ueritati: quia qui me miſit pater/uerax eſt. a quo ſicut eſſe michi datũ eſt: ita & ſapere & cognoſcere. omnia enim michi tradita ſunt a patre meo, Non itaq; a meipſo loquor/queq; meo arbitrio ſint excogitata: ſed que audiui a patre meo/hec loquor in mundo, Atqui non poteſt a uerace quicq̃ niſi uerum proficiſci. ueritatem itaq; quã a patre accepi & audiui: mundo manifeſto, Ceterum cecis oculis obiecta lux: nõ prebet ſuam claritatem/neq; perſpicua eſt. neq; excecatis ludeorum animis oblata ueritas: eos ad uere cognitionis lumen prouehere poteſt, Nĩ cum tãta dominus de patre ſuo eis myſteria declaraſſet: illi oculos ſuos in terram declinãtes/non cognouerũt quia patrẽ eius dicebat deũ. Ipſum enim nudũ exiſtimãtes hominẽ: quecũq; de pr̃e differunt: de diuino & celeſti patre (ut intelligenda erãt) accipiẽtes/falſa ſimul & blaſphema putabãt/ac honori ipſius deinõ

Ioannes. 1

Ad hebre 1

Geneſis. 1

Pſalmus, 74

Matheus 11

parum derogantia, quemadmodũ inquit Ioannes quinto cap. Propterea magis querebant eum Iudei interficere / quia non ſolũ ſoluebat ſabbatũ: ſed & patrem ſuũ dicebat deũ / equalẽ ſe faciens deo. Et cũ decimo Ioannis cap. dñs dixiſſet Iudeis. ego & pater unum ſumus / & ob hoc / ipſum lapidare tẽtaſſent: interrogãti dño propter quod bonũ opus oſtenſum ipſis ab eo / uellent eum lapidare: reſpõderũt, De bono opere non lapidamus te: ſed de blaſphemia, & quia tu homo cũ ſis: facis teipſum deum, ¶ Ceterũ quoniã in preſenti loco Chriſtus ſeipſum appellat principiũ: paulo altius id repetendũ eſt / quo pacto ea denominatio illi cõueniat / indagãdumq; diligentius: an ipſi ſoli ſit propria atq; peculiaris. Certe ſi ſcripturas accurrate fuerimus pſcrutati: cõperiemus & id nomẽ deo patri attribui, ut cum in ſui euangelii initio Ioannes dicit. In pricipio erat uerbũ. ſignificãs eo dicto / q, filius dei ab eterno erat in patre: neq; temporali natiuitate ſue exiſtẽtie habuit exordiũ / ut oblatrarunt heretici. Similiter & cum propheta in pſalmo inducit patrẽ ita ad filiũ loquentẽ. Tecũ principiũ in die uirtutis tue, Ac ſi plane dicat, Tecũ o fili eſt pater in coeternitate diuinitatis: quo intelligamus: non extitiſſe patrem ante filium dei / quemadmodum Arriani impudenter obgarriunt ſed cum filio & apud filium / ſemper fuiſſe patrẽ: in eo pſalmi loco / principii nomine ſignatum. Ipſum uero dei filium / etiam principium dici: preſens euangelii locus apertiſſime teſtatur. Non tamen idcirco / duo contendas eſſe principia: patrem & filium / ſed unum & unicum principiũ, quemadmodũ & pater eſt deus / & filius eſt deus: non tamen duo dii / ſed unus eſt deus. Nichiloſecius aliqua inuenitur diſcriminis ratio inter nuncupationẽ illam ut patri congruit: & ut attribuitur filio. q, pater principium eſt ſine principio: quoniam a nullo / ſue deitatis habet originem. filius uero principiũ eſt de principio: quoniam ex ſubſtãtia patris ante ſecula eſt genitus. Sed nonne & ſpiritui ſancto eadem adaptari poterit denominatio: ut & ipſe dicatur principium? Quid ni poterit? cum & ipſe author ſit & cauſa effectrix rerum omniũ: haud minus q̃ pater & filius, quinimmo pater & filius & ſpiritus ſanctus, unum ſunt omnium principium, Attamẽ ea deprehenditur eſſe differentia inter illam denominationem / patri & filio attributam: & ſpiritui ſancto accommodatam, q, tam pater q̃ filius / ratiõe diuine emanationis productioniſq; intime / principium dicitur: itidem & ratione conditionis / creationiſq; rerum exterarũ. Eſt enim pater / principium filii & ſpiritus ſancti. filius itidem: principium ſpiritus ſancti. inſuper pater & filius: principiũ ſunt rerum omniũ productiuũ. At uero ſpiritus ſanctus: ratiõe emanationis diuine & originis intime / nõ dicitur principiũ. q, nulli diuinarũ hypoſtaſeon preſtet ſequẽti ordine originẽ: quoniã nulla eſt reliqua / cuius eſſe poſſit hoc modo principium. Ratione tamen productionis rerum conditarum: ſpiritus ſanctus eque principium dicitur / atq; pater & filius. Itaq; abſoluta principii ratio / maxime patri conuenit: quoniam primario loco. Deinde filio eadem competit: & poſtremo ſpiritui ſancto qui (ut filius) principiũ eſt de principio / ſed gemino: principium inquam dumtaxat creaturarum.

Ioannes. 5
Ioannes, 10
Ioannes, 1
Pſalmus. 109

Cap. XXV.

» Dixit ergo eis Ieſus. Cum exaltaueritis filiũ hominis: tunc cognoſcetis quia
» ego ſũ / & a meipſo facio nihil ſed ſicut docuit me pater / hec loquor, Et q
» me miſit: mecũ eſt / & non reliquit me ſolum: quia ego que placita ſunt ei

facio ſemper. Hec illo loquente: multi crediderunt in eum. ¶ Videbat dominus
Luce. 23 (cui omnia anteq̃ eueniant cognita ſunt) nonnullos in turba Iudeorũ quam allo
quebatur eſſe / qui niſi hora mortis eius ſignis eſſent in eum crediturι. De quib?
Luce, 23 Lucas inquit Et omnis turba eorũ qui ſimul aderant ad ſpectaculũ iſtud & uide
bant que fiebant: percutientes pectora ſua reuertebãtur. Aliquos etiam poſt re
ditum eius in celũ / ad apoſtolorũ predicationẽ conuertendos: de quibus memi=
Actus. 2 nit in actis apoſtolorũ Lucas / q. bis auditis que a Petro dicta ſunt: cõpuncti ſunt
corde dicentes, quid faciemus uiri fratres? Ideo futurã eorum conuerſionẽ pre=
nunciat: ſimul & ſue mortis genus explicat / q. in cruce pro mũdi ſalute moritu=
rus ſit. Cũ inquit exaltaueritis filiũ hominis / & in aerem erexeritis cruci affixũ:
tunc cognoſcetis quia ego ſum, nõ mutabilitati obnoxius & inſtabilitati: ut poſt
non eſſe habeã eſſe / more creaturarũ. aut poſt eſſe decidã ad nõ eſſe: quemad=
Matheus 3 modum ea que corruptionẽ ſuſtinent. ſed diuine nature incõmutabilitatẽ in me
conſtantiſſime ſeruans. Ego enim dñs & non mutor. Nũc quidẽ obſiſtitis uerbis
meis: & doctrine mee pro uiribus repugnatis. Cũ autẽ morte me affeceritis: tũc
meã cognoſcetis diuinitatẽ / & in me credetis, Q7 ſi crudeles manus Chriſto in=
ferentes / uenie locum & penitentie erant habituri: quis quãtiſcunq; preſſus ſce=
leribus / de miſericordia dei deſperauerit? aut ad eum reuerti / ut remiſſionẽ pec
catorũ accipiat: trepidus recuſauerit? Vt uero de deo patre loqui ſe patefaceret:
& non de alio quouis ſecundũ carnem parente / ut etiam ſe non eſſe repugnan=
tem aut aduerſum deo oſtenderet / quẽadmodũ uulgo Iudei iactitabãt a ſeipſo /
proprioq; arbitrio aut ſententia ſe nichil agere proteſtatur / ſed eodẽ cum patre
conſenſu atq; concordia / ea loqui: que ab ipſo patre accepit atq; didicit, Docuit
autẽ pater filiũ: non quia ignorantẽ & prius diuine ſcientie expertẽ erudierit: aut
in cognitionẽ adduxerit. ſed quia ſcientẽ ante ſecula genuit: gignẽdoq; / ipſi fi=
lio ſapientiã ſicut & eſſentiam diuinam cõtulit. Non itaq; prius ignarus / poſtea
ſapiens factus eſt filius: ſed ab eterno ſapiens / ſuã ſcientiã in patrẽ refert autho=
rem / eamq; ab ipſo ſe habere confitetur, Demũ eadem repetit que ſuperius cõ=
memorata ſunt / utpote: qui me miſit mecum eſt / & nõ reliquit me ſolum. ne illa
que arduũ continent ſue diuinitatis & inſeparabilitatis a patre ſacramentũ: ne=
gligenter audita ſine fructu pretereãt / ſed iterũ atq; iterũ repetita: tenacius au=
dientiũ animis infigantur, Itaq; ſecum eſſe patre ſuũ a quo miſſus eſt perhibet:
quia ipſe in patre & pater in eo idimobiliter & indigreſſibiliter eſt. neq; reliquit
eum pater ſolum: ut qui inſeparabiliter & identitate nature unum ſit cum patre /
& ſemper in ſinu patris. Cũ hac autẽ arctiſſima ſubſtãtie patris & filii cõnexiõe:
etiam uolũtatis utriuſq; concordia eſt & conſenſus. ut ne in minimo quidẽ filius
a beneplacito patris diſcedat aut diſcordet: ſed que patri placita ſũt / faciat ſem=
Ioannes. 3 per. Voluntas etenim precipua patris fuit: ut pro ſalute mũdi filius morti ẽ patere
tur. Sic enim dilexit deus mundũ: ut filium ſuũ unigenitum daret. non enim mi
ſit deus filium ſuum ut iudicet mundũ: ſed ut ſaluetur mũdus per ipſum. & hãc
optimã patris uoluntate: filius ſtudioſe adimpleuit. At uero q̃is magna fuerit
Iudeorũ incredulitas: ea tamen non omnium animos occupauit quia ex audien
Luce, 8 tibus multi crediderũt in eum. Ecce ſemen uerbi dei iactum in terrã bonã: quod
exortũ fecit copioſum fructũ in iis qui crediderũt. Quod aũt in ſpinas peccato=

rum aut ſupra petrã duri pectoris Iudeorũ decidit: nullã fidei aut bonorũ operũ attulit frugem / quia ſpinarum aculeis aut ariditate lapidis emortuũ eſt,

¶ Commentariorum Cyrillo adiectorum libri quinti finis,

¶ Commentariorũ Cyrillo ſuper Ioannem adiectorũ liber ſextus, Cap, I

»  Icebat ergo Ieſus ad eos qui crediderunt in ipſum, Si permãſeri-
» tis in ſermone meo: uere diſcipuli mei eritis & cognoſcetis ueritatem & ueritas liberabit uos. ¶ Cũ conſtructũ fuerit fundamẽtũ & iacta edificii prima exordia: laborat artifex induſtrius reliquũ opus abſoluere / neq; abſiſtit a labore priuſq; extremã rei manũ ipoſuerit. Cognouit quidem dñs iacta in nonnullorũ cordibus ex uerbis ſuis uere fidei fundamenta: idcirco ad conſummationẽ ſpiritualis edificii ſola perſeuerãtia conſequendã / hac exhortatiõe annititur inquiens. Si manſeritis in ſermone meo: uere diſcipuli mei eritis. Parũ eſt (inquit) ſermonẽ meũ auribus hauſiſſe / & ad tẽpus ſeruaſſe: neq; ullus ex eo prouenire poteſt fructus. Nẽpe multi uerba mea audiuerũt & cõuerſi ſũt retro / dicẽtes: durus eſt hic ſermo, Ioannes, 6
& quis poteſt eum audire? Quid prodeſt obſecro durũ ſubiiſſe certamen. ſi qs animo fracto tãdem hoſti manus dat uictas? Quid nauẽ deduxiſſe in pelagus: & latũ ſulcaſſe profundũ: ſi tandẽ anteq̃ portum contingat nauis procellis & fluctibus acta fatiſcat. Quid inchoaſſe domus ſtructurã: ſi quis non cõſumauerit? Matheus 10
Non incipiẽtibus / ſed perſeuerãtibus uſq; in finẽ: ſalus eterna promittitur. Memores eſtote uxoris Loth: que cõuerſa retro / in ſtatuam ſalis eſt mutata, Nemo itidẽ mittẽs manũ ad aratrũ & aſpiciẽs retro: aptus eſt regno dei. Itaq; nolite uobis blãdiri: q, ſermonẽ meũ audieritis aut receperitis, Initiũ id ſalutis eſt. Sed niſi mãſeritis in ſermone meo: nequaq̃ id uobis profuturũ eſt. Si autẽ ad finẽ uſq; in eo perſtiteritis: uere diſcipuli mei eritis / & non ſolo nomine, Nõnulli enĩ ſe meos dicunt eſſe diſcipulos: & tamen a diſcipulatu meo longe ſunt alieni. nomẽ tenẽt: rem non habent. Sed ne quis exiſtimet parui eſſe momenti ad diſcipulatum domini aſciſci: quis inde fructus ſequatur audiamus. duplex enim hic exprimitur, Primum cognoſcetis ueritatem: me ſcilicet / qui ſum ueritas, Ego enim ſum uia ueritas & uita. aut remoto uelamine umbrarũ legis Moſaice quo hactenus obducti fuiſtis: ueritatem lucis euangelice perſpicue cernetis ſine figuris dilucidã. Nẽpe lex per Moyſen data eſt: gratia & ueritas per Ieſum Chriſtũ facta eſt. Antiquis ſiquidem patribus omnia in figura contigerunt, & umbram futurorũ bonorum lex habuit. Nunc uero relecta nube & nocte figurarum: ſucceſſit claritas ſplendoris euangelici / quem interioribus oculis animi cernetis: ſi in eo quẽ recepiſtis ſermone permanſeritis. Secundũ ex hoc ſequẽs emolumentũ eſt: q, ueritas / cognita liberabit uos. id eſt liberos uos reddet a ſeruitute peccati / ac amore mundi: reſtituetq; in libertatem iuſticie. Sane liberare: ſecundum latine lingue cõſuetudie deſignat eripere / aut aliquo periculo eximere. Hic uero (ut ſequens indicat ſermo & Iudeorũ cauillatio) nõ in eo accipitur ſignificatu: ſed liberum efficere / in libertatem aſſerere denotat. Ioannes. 14. Ioannes, 1 1, ad cori, 10 Ad heb. 10

Cap. II,

»  Eſponderunt ei. Semẽ Abrahe ſumus. & nemini ſeruiuimus unq̃. Quõ
» tu dicis: liberi eritis. Reſpondit eis Ieſus, Amen amẽ dico uobis: quia oĩs
» qui facit peccatũ / ſeruus eſt peccati, Seruus autem non manet in domo

ineternum: filius autem manet ineternū. ¶ In turba eorum qui crediderant (ad quos precedens habitus eſt ſermo) nonnulli erant qui nondū crediderūt / neq; ſi dei dono illuminati ſunt: qui hanc cauillationē uerbis domini obiecerunt, Neq; enim exiſtimandū eſt: eos qui in Chriſtū crediderant / uſq; adeo ad calumniandum eius uerba & falſo redarguendū animatos fuiſſe, Magiſtri enim uerbis reuerētia a diſcipulis ſolet exhiberi: nō calumnia. Quia igitur dominus eos qui in ſuo permanſerint ſermone promiſit per ueritatē liberandos / futuroſq; liberos: illis offenſi uerbis Iudei / qui dumtaxat ad reprehendenda Chriſti uerba intenti erant: intelligebant ſignificari ſe aliqua prius ſeruitute preſſos / a qua eſſent per ueritatē liberandi. Id autē indigno ferentes animo: de generis ſui nobilitate gloriantur / q, ex Abrahā patriarcha duxerint originē iactitantes / & q, nemini ſeruiuerint unq̄ uane atteſtantur: de ſeruitute corporali uerba domini ſolum intel
Geneſis. 39 ligentes. De qua tamē quod de ſe aſſeuerant: falſum eſſe liquido cōſtat. Ioſeph enim unus ex patribus eorum & progenitoribus / ſeruiuit in Egypto: quemad-
Pſalmus. 104 modum pſalmus dicit de eo. In ſeruum uenundatus eſt Ioſeph. Et ipſi quoq; in Egypto duram ſeruierunt ſeruitutē ſub iugo Pharaonis in luto / latere & paleis:
Exodus. 1 propterea dñs ſepius eis cōmemorans beneficiū liberationis eoꝝ ex Egypto adducit q, eripuerit ipſos de domo ſeruitutis & fornace ferrea Egypti, Quid? nō-
Deutero. 4 ne in babilonica captiuitate ſub Nabugodonoſor duram pertulerunt ſeruitutis
4, Rēgū. 25 conditionē? Nonne tandē Romanorū imperio ſubiecti: eis tributa pendebant? Quid ergo gloriantur ſe nunq̄ ſeruiſſe cuiq̄? Sed uſq; adeo preceps eſt & uehe-
Luce, 2 mens contradicendi ſtudiū: ut quid uerū ſit nec ne / nequaq̄ attendat, Ceterum dominus de corporali ſeruitute cum eis contendere recuſat: alterū autem longe
2, Petri. 2 duriorē affert ſeruitutē / qua clanculū innuit eos grauiter eſſe oppreſſos: utpote ſeruitutē peccati. nam omnis qui facit peccatum. ſeruus eſt peccati. A quo enim quis ſuperatus eſt: huius & ſeruus eſt. Trahitur quis cupiditate ſua ad congeren
dam pecuniā / ad rapienda aliena / ad furtū: nonne auaritie ſeruus eſt? Alius crapule ebrietatiq; deditus / ad obſcenas corporis uoluptates preceps rapitur: quis hunc gule & libidinis ſeruū negauerit? Deniq; alius ad honores aſpirat / dominatum concupiſcit / principatū affectat: hic ſuperbie duriſſimo iugo ſua colla ſubegit, Verum hec ſeruitus eo deterior eſt q̄ corporalis ſubiectio: q, corporalem ut duram & acerbam deteſtantur omnes & auerſantur / q̄ aſpera ſit cognoſcūt & pro uiribus refugiūt. Peccati uero ſeruitus neq; ſatis cognoſcitur neq; diſplicet: applaudimus ei & colludimus ſponte noſtra / atq; indies augemus eam, Habet enim affeclam ſibi & ſociam blandam uoluptatē cuius fuco & mendacio ineſcat animos hominū / & libertatis pre ſe fert ſpeciem, Preterea. ſerui hominū / inhumanos & immites plerūq; fugiunt dominos: & corripiendo fugam / a dura liberantur ſeruitute, Seruus uero peccati: quo fugiat nō habet. Sequitur eni illū ſem
per uindex conſcientia / & grauiſſimis (qui ex peccatorū recordatione ſurgunt) ſtimulis torquere nō ceſſat: neq; placidā ei quietam concedit, Preterea corpora-
Geneſis. 37 lis ſeruitus plerūq; citra culpam eius qui in conditionē trahitur ſeruilem / inducitur: & ipſo quidē renitente ac inuito. Quid enim peccauerat Ioſeph ut in ſeruū
Danielis. 1 a fratribus uenūdaretur? quid item admiſerunt Ezechiel / Daniel & ſocii eius: in captiuitatē babylonicā adacti? Seruitus uero peccati: ſponte noſtra ſemper con-

trahitur/cum peccatū omne ſit uoluntariū:& eius aſſuefactio / ſpōtanea & cul=
pe rationē habet aſſiduc annexā:quoniā ex ipſa & frequenti eius perpetratione
potiſſimū naſcitur. Rurſum humana ſeruitus/qua in alterius ditione amiſſa li=
bertatis conditione quiſpiā redigitur:ſaltem ipſa finitur morte/ quantumuis in
preſentis uite incolatu fuerit diuturna / immitis & aſpera, Peccati autem ſerui=
tus/nequaq̄ in ipſa terminatur morte: ſed hic inchoata ppetuo durat poſt mor=
tem/ſine ulla conſequende libertatis ſpe. Q̄ui eni peccati iugū a ſe non excuſſe
rit cum preſentem agit uitam:haud quaq̄ illud abiicere poterit poſt hāc uitam,
q, tunc nec penitētie nec uenie locus ullus relinquitur iis qui hic obdurata fronte
animoq; obſtinato grauibus peccatis ſe obſtrinxerunt, Adde q, libertas iuſtitie
quam preſtant uirtutis opera/& mens ſibi conſcia recti:admittit ſecum ſeruitu=
tem corporalē/ſeruilemq; inter homines conditionē. q, una alteri haudquaq̄ re=
pugnet aut aduerſetur. Fuit ſane Ioſeph domino ſuo Egyptio ſeruiliter ſubie= Geneſis.
ctus:ſi corporis attendas conditionē. animo tamen maxime liber:q, concupiſcē= 39
tie carnis manus uictas non dederit/ q, integram domino ſuo fidem in admini=
ſtranda illius domo ſine dolo & fraude ſeruauerit, Ex oppoſito itidem corpora
lis libertas/& conditio uiuendi inter homines libera: ſeruituti peccati ſepenume
ro inuenitur coniuncta in iis / qui libertatem quidē habent corporis qua nemini
ſubiiciuntur:animum tamen habent uariis ſubactū cupiditatibus. Achab plane
rex Iſrael liberam habuit uite conditionem:qua & regio fuit ſceptro inſignis/ &
multis populis late imperitabat. Animo uero maxime ſeruus fuit, q, ſordido ido 3, Regū.
lorum cultui/crudelitati/iniuſtitie/& aliene rei uendicande cupiditati ſe totum 21
ſubmiſerat/ſponteq; addixerat. Sed nunc quanta maneant diſpendia illum qui
ſeruus eſt peccati:attētius audiamus, Miſerabilis plane conditio eius:qui ſeruus
eſt peccati/quinimmo & diaboli ſeruus/qui primus eſt autor peccati. & triſti tā=
dem clauditur exitu hec ſeruilis ſubiectio. nam ſeruus nō manet in domo in eter
num:filius autem manet in eternū. Domus dei in hoc preſēti ſeculo:eccleſia eſt,
de qua Pſalmus Domine dilexi decorē domus tue: & locum habitationis glorie Pſalmus,
tue. In altero uero ſeculo:domus dei/uita eſt & gloria eterna. de q̄ alio loco pſal= 25
mus. Beati qui habitant in domo tua domine:in ſecula ſeculorū laudabunt te:Et Pſalmus,
dominus ad apoſtolos, In domo patris mei manſiones multe ſunt, In neutra aūt 83
domo:ſeruus peccati manere comprobatur, Non in priore quidem, quia etſi ſe Ioannes,
cundum loci qualitatē & oculos hominū in eccleſia diuerſetur:in oculis tamē dei 14
ab eccleſia cetuq; fidelium ſegregatus eſt/& ut mēbrum putridū a corpore my=
ſtico reſecatus. Neq; in poſteriore. quia in ſupernam illam Hieruſalē non intra= Apo. 21.
bit aliquid coinquinatū aut abominationē faciens/& mendacium. Porro nō exi= 3. Regū.
ſtimet quiſq̄ ſeruū peccati hominē appellari: quia peccet (nō enim eſt homo qui 8
non peccet:& ſepties in die cadit iuſtus) ſed quia permanet in peccato/& ex inue Prouer.
terata peccandi conſuetudine funibus peccatorū ſuorum conſtringitur: quibus 24
ad finē uſq; uite perſeuerat irretitus. Filiꝰ uero & a peccati ſeruitute exemptus: Eſaias,
manet in domo in eternū. Filius iſte/dominꝰ noſter eſt: a iugo peccati uere liber. 51
Nam peccatum nō fecit:neq; inuentus eſt dolus in ore eius. Et ipſe in domo ma= Ad ephe,
net in eternum:nam caput eſt corporis eccleſie/& in gloria dei patris ſedens ad 5
dexteram maieſtatis. Sed quemadmodū filiationis ſue participationem aliis pro Hebre, 1.

inenarrabili benignitate ſua communicat/& adoptionē filiorū dei elargitur:ita & libertatis a peccato gratiā illis preſtat/& manendi in domo dei prerogatiuam Quicunq; igitur per gratiam Chriſti qui uerus eſt dei filius / effecti etiā fuerint filii dei per adoptionē atq; coheredes Chriſti:illi quoq; liberi fient a peccato/& in utraq; dei domo manebūt in eternū, Si ergo filius uos liberauerit/liberoſq; reddiderit:uere liberi eritis. Non enim poteſt qui ſeruituti peccati ſubiacet/ſeipſum pro arbitratu ſuo abeo iugo eripere:etſi ſponte ſua ſe coniecerit in miſeram illā conditionem, Ab alio liberetur oportet: utpote a uero filio dei. nulla tentetur alia libertatem recuperandi uia: quia per illum ſolum uera conceditur libertas a
Ad roma 6 peccatis. ut hic peccatū non dominetur / neq; regnet in noſtro mortali corpore: & in futuro ſeculo/ut omnino peccatum locum non habeat. Cap. III.

» SCio quia filii Abrahe eſtis: ſed queritis me interficere / quia ſermo
» meus non capit in uobis. Ego quod uidi apud patrē/loquor: & uos
» q̄ uidiſtis apud patrē ueſtrū/facitis, ¶ Oſtendit ſuperiore ſermōe dominus noſter Iudeos reuera ſeruos eſſe:& grauiſſimis obnoxios peccatis occulte ſignificauit. Nunc ad id quod de generis ſui nobilitate/ſplendoreq; iactāter adduxerant: reſpondet. ſcio inquit & admitto/q. filii eſtis Abrae ſecundū carnē:ſed nō eſtis ſecundum imitationē. Agnoſco in uobis carnis originem:ſed non Abrahe fidem neq; opera / quia queritis me inteficere Inde degeneres eſtis:& a patris ueſtri bonitate exorbitantes. Id certe nunq̄ moliremini:ſi filii Abrahe ſecundū fidem eſſetis, Ipſe autē ſtirpis originem paruifa
Luce. 19 cio:ſi illi non reſpondet animi bonitas / & proauorum recta imitatio. Grati ſunt
Geneſis. 17 mihi Abrahe ſecundū ſpiritū filii:qualis zacheus / qui meo ipſius teſtimonio dictus eſt filius Abrahe. Abrahā primus circunciſionē ſecundū carnē accepit, uos
Hieremi, 4 ut ueri ſitis Abrahe filii:circunciſionē ſecundū ſpiritum ſuſcipite / & circūcidite preputium cordis ueſtri. Abiicite odiū quod in me concepiſtis: extirpate inuidiā
Hieremi, 4. qua excruciamini / expellite maliuolentiam & perpetrande cedis cupiditatē qua agitamini:& tunc ueri eritis filii Abrahe Circuncidimini domino & auferte preputium cordis ueſtri:ut ueram Abrahe cognationē que ſecundū ſpiritū eſt/ re-
Ad roma 2 feratis. Non enim qui in manifeſto Iudeus eſt/neq; que in manifeſto in carne eſt circunciſio: ſed qui in abſcondito Iudeus eſt / & circunciſio cordis in ſpiritu non
Matheus 3 littera/cuius laus non ex hominibus ſed ex deo eſt. Admonuit uos Ioannes baptiſta:ut clariſſima tuba in deſerto perſonans. Ne ceperitis dicere intra uos:patrem habemus Abraham. Potens eſt enim deus:de lapidibus iſtis ſuſcitare filios Abrahe. Quid aliud his uerbis ſignificauit: q̄ ſolam carnis ex abraham ſtirpē/ nemini ſalutē afferre / ſed fidem & bonorū operum imitationem: quia deus ex lapideis gentiū cordibus(qui ex abrahe progenie non ſunt exorti) poteſt ſuſcita
Luce, 16 re filios ſpirituales Abrahe/fideiq; & iuſticie ei⁹ ſectatores. Et multi ab occidēte & oriente facti per gratiam Abrahe filii: deferentur cum lazaro in Abrahe pa-
Matheus. 8 tris eorum ſinū/recumbētq; cum Abrahā / Iſaac & Iacob in regno celorum. filii autem regni huius(qui uano Abrahe nomine tumeſcunt / & iuſticiam eius nō ſectantur) eicientur in tenebras exteriores:ubi erit fletus & ſtridor dentium. Ceterum quid Iudeos in tantum nefas precipitet/ut uite authori necem inferre moliantur:deinde declarat. quia ſermo(ait) meus non capit in uobis:id eſt nō habet

locum in cordib⁹ ueſtris/neq; recipitur a uobis. Si enim caperetur a uobis: & uos ediuerſo caperet atq; ad me adduceret/ more hami qui ſi a piſce apprehẽditur: ipſum etiam apprehendit/atq; ad piſcantẽ alleuat Sed non poteſt effigies ſigilli dure imprimi cere: quia non recipit efformationẽ ſigilli/ ſed rigida duritie prorſus a ſe reiicit, Et corda itidẽ ueſtra ſaxorũ inſtar obdurata / non admittũt uerborum meorũ ſenſum/neq; ſinunt ea/animi ueſtri penetralia ſubire. Q; uero ſuorũ uerborũ monita non capiant Iudei/Chriſtus oſtendit a ſigno: quid inter ipſum & Iudeos interſit/explicãs, Ego (inquit) quod uidi apud patrẽ meum: hoc loquor. Veritatẽ Chriſtus apud patrẽ ſuum uidit/ſeipſum utiq; uidit: quia ipſe eſt uerbũ quod erat in principio apud deũ, Deus pater uerax eſt: filius eius ueritas eſt, ut de ſeipſo dicit Philippo, Ego ſum uia/ueritas & uita. Veritatem ergo uidit apud patrem: ueritatẽ loquebatur in mũdo/quia ſe & deũ patrem annunciabat mũdo, De Iudeis autem ſubiungit dominus. Et uos que uidiſtis apud patrẽ ueſtrũ: facitis, quid facerẽt: pauloante eis dixerat / queritis me inquit interficere, Id autem apud patrem Abraham non uiderũt: quem amicũ dei fuiſſe ſcriptura teſtatur, Proide de illo ſecundũ carnẽ patre: hic non loquitur, De quo ergo patre hic dicat/q, ea faciãt Iudei que uiderint apud ſuũ patrem/ in ſequentibus manifeſtius aperiet: cum dicturus eſt exprcſſe/eorũ patrem eſſe diabolum. nõ q, ab eo geniti aut creati eſſent: ut nõnulli impie confinxerũt. ſed quia imitatione malitie eius/filii ipſius erant: quatenus mali erant. Filii eius utiq; erant per imitationẽ: non per creationẽ. Apud hunc itaq; patrẽ uiderãt opera que faciebãt odia/inuidiã bonorum emulationẽ/innocẽtis interfectionẽ. quia imitatores diaboli facti fuerant: cum non ſolum nollent filium dei ſuſcipere/ ſed etiã meditarentur occidere. Ioannes, 1 Ioannes. 14 Geneſis. 12

Cap, IIII,

Reſponderũt & dixerũt ei. Pater noſter Abrahã eſt, Dixit eis Ieſus, Si filii Abrahe eſtis: opera Abahe facite. Nũc autẽ queritis me interficere: hominẽ qui ueritate locutus ſum uobis/ quã audiui a deo, hoc Abraham non fecit. Vos facitis opera patris ueſtri, ¶ Iudei quod eis dominus ultro cõceſſit & tribuit: iterum atq; iterum replicãt/& Abraham ſuũ eſſe patrẽ/illius genere intumẽtes/rurſum inculcant: quo dominum prouocẽt, ut aliquid diceret cõtra gloriã aut nomẽ Abrahe: et exinde poſſent in eũ uindicare tanq̃ inimicũ atq; aduerſariũ Abrahe, Verũ dominus inſidias eorum et molitiones non ignorãs: Abraham quidẽ ut merito cõmendandũ laudat: ipſos uero ut degeneres & a moribus Abrahe alienos cõdẽnat. Ea (inqt) propria cõditio eſt filiorum qui ingenua ſunt & generoſa indole: egregios ſuorũ parentum mores conſectari / neq; ab auita probitate quoquo pacto deſciſcere. Qui uero a bonitate parentũ degenerant: uecordes ſunt & improbi filii, Dixi iam uobis q. Abrahe quidẽ filii eſtis ſecundũ carnẽ, ſed id parui eſt põderis /niſi ſimul cognatio morũ acceſſerit. Si itaq; filii Abrahe eſtis ſecundũ operũ affimilationem & affimitatẽ: opera Abrahe facite. Cum promiſit Abrahe deus q. multiplicaturus eſſet ſemen ſuum ſicut ſtellas celi: credidit Abrahã deo/ & reputatũ eſt ei ad iuſticiam. Vos itaq; in me credite: ut ueri eius filii eſſe probemini. Cum idem accepit Abraham mandatũ de immolando filio ſuo Iſaac: protinus obtẽperauit deo/neq; detrectauit illud minus terũ. Hanc inſignem obediendi prom-

Geneſis. 15 Geneſis. 22

ptitudinē imitemini:obedite deo per me uos ad fidem uocanti/& ſalutis doctri-
nam quotidie proponenti. Ceterum opera ueſtra oſtēdunt uoſipſos a moribus
Abrahe prorſus alienos,Ille fidelis erat,uos incredeli. Ille deo obediens: uos re-
belles & inobedientes,ille paratus ad filium ſuum de iuſſu ſacrificandū. Vos in
mortē innocentis precipites ruitis/ & queritis me interficere hominē qui uerita-
tem locutus ſum uobis/quā audiui a deo. Magna certe eſt in his uerbis prauita-
tis iudeorū exaggeratio: & quibuſdā gradibus accreſcit cumulus iniquitatis eo-
rum. Iuſſit deus hominē non occidi. Quicunq; enim (ait) fuderit ſanguinē hu-
Geneſis. manū:fundetur ſanguis illius,ad imaginē quippe dei creatus eſt homo. Vos aūt
9 hominē innocētem quidē & minime reum mortis/occidere laboratis: cum tamē
Exodi. deus per Moſen precipiat.inſontē & iuſtū non occides. Inſuper ueritatē loquen
23 tibus debetur merces:nō pena.illis ampla cōferri ſolent premia:non parari ſup-
plicia. Vos autem me ueritatē uobis annunciantē morti tradere cogitatis:ex quo
uos inimicos ueritatis eſſe/liquido monſtratis, Demū ſiquis ueritatē ab homine
auditam aſpernetur:tolerabile quidē id eſt malū, A deo uero auditam ueritatē
loquenti repugnare:graue eſt piaculū,Id enī non eſt hominē ſpernere:ſed deū.
Vos autē me peſequiminī:& morti adiudicare toto annixu elaboratis/ loquentē
non quālibet ſed quā a deo audiui ueritatē. A quo enim mihi eſt eſſe: ab eodē &
noſcere & ſapere. Id quippe mihi eſt audire a patre:quod eſt eſſe ab eodem, Nō
igitur in homine ſolū/ſed & deū hec ueſtra aſcēdit impietas:q̄ mortē meā medi-
tamini,Hoc aūt Abrahā nō fecit:nō interfecit innocentē/non a deo miſſum nū
ciū ludibrio habuit aut contēpſit/ quin potius omni cū reuerētia & hoſpitalitate
Geneſis. domo ſuſcepit:cum ſedens in cōualle Mambre/ tres ad ſe uiros de uia uenientes
18 conſpexit. Quocirca multo uerius cognoſcuntur Chriſtiani eſſe filii Abrahe:
Ad gala. imitatores ſcilicet fidei & operū eius/q̄ Iudei,quorū caro ex illo erat:uita autem
4 non erat. Quod non ſubticuit diuinus Paulus ad Galatas ſcribens,Non ſumus
ancille filii ſed libere: qua libertate Chriſtus nos liberauit, Non de filius ſecundū
carnem ibi uerba facit Paulus:ſed ſpiritū/qui in Chriſto regenerati ſunt & a ue-
tuſto peccati iugo liberi, quos ex libera uxore Sara deſcendiſſe dicit ſecundum
myſticum ſenſum: quia Chriſti gratuito munere ſunt libertate donati, Demū
quia operum conformitate impios Iudeos non eſſe filios Abrahe conuicit domi-
nus:cuius opera exequantur deinde declarat. Vos inquit facitis opera patris ue-
ſtri:utpote diaboli,qui cum mortis ſit princeps et mortis habeat imperiū (eius enī
Ad hebre inuidia:mors intrauit in orbem terrarū)ipſe uos inſtimulat in meam mortē/ &
2 uoſipſi prauis eius ſuggeſtionibus toto animo acquieſcitis, ¶ Verū magnopere
Sapientia nobis formidandū eſt/ne ſimile quiddam nobis iure obiiciatur: quod a domino
2 Iudeis hic obiectū legimus. Gloriamur enim Chriſtiano nomine: & ſecundū illū
rationem non uiuimus. Iactamus itidem nos Chriſti eſſe filios per ſpirituale ba-
ptiſma lauacri regenerationē:illius tamen optimos mores & ueſtigia non ſe-
quimur,Nonne igitur grauiter timere debemus:ne nobis etiam merito id in fa-
ciem obiectetur. Si Chriſti eſtis filii:opera Chriſti facite. Et quoniam opera Chri-
ſti non facitis / ut res ipſa linguis tacentibus loquitur: cōuincimini non ueri eſſe
Chriſti filii per morū imitationē/ſed degeneres & adulterini/generatioq; praua
& adultera. Enimuero ad ambiendos mundi honores: toto rapimur animo atq;

aſpiramus ad congerendas opes: inſatiabili cupiditate ferimur ad uoluptates / preſentiſq; uite delicias perfruendas: inſanimus / & agimur precipites. hoc autē Chriſtus non fecit: qui delatā ſibi miro fauore regiam dignitatem fugiēdo decli nauit, qui pauper ſemper uixit: non habens ubi caput reclinet / qui deniq; acerbiſſimos in corpore ſuo pro nobis dolores pertulit. Quocirca in nobis id locum habere uidetur: quod ſcribit Paulus ad Titū. Confitētur (inquit) ſe noſſe deum: factis autem negant, Confitemur ſiquidē ore & exteriore cultu atq; habitu: nos Chriſtum noſcere eius nomen ſumus in baptiſmo profeſſi: & preclara ipſius denominatiōe inſigniti / appellamur Chriſtiani, Factis autem Chriſtum negamus: quoniā que uetuit cōmittimus / & que precepit omnino negligimus. Nōne igitur cum horrore ingentiq; pauore debemus extimeſcere: ne demū nobis iuſte improperet / quod hoc loco deiceps Iudeis exprobrauit. Vos ex patre diabolo eſtis: & opera patris ueſtri uultis implere. Ex patre ſiquidem diabolo ſumus: ſi maliciā eius & peruerſitatem noſtris operibus imitamur / facti exinde morū cognatiōe ſathane filii. Opera quoq; patris illius / demonis inquam / implemus: ſi quecunq; ſuggerit mala perpetrantes / prauis moribus ſimiles illius efficimur. Ne ergo in tantā prolabamur indignitate: ut ex conſortio filiationis Chriſti decidamus in affinitatem diaboli / ne in numerū filiorum regni aſciti proruamus in miſeriam filiorū perditionis ac gehenne: ſtudeamus enixe dignitatem Chriſtiani nominis in nobis illabefactā / integramq; ſeruare. Enitamur idipſum eſſe quod dicimur / ut Chriſtianorū uera exhibere opera: ſicut & nuncupationē ſortimur, Tūc uere Chriſtū patrem noſtrum nuncupabimus: cum illius ſectabimur opera. hoc uno argumento: nos legitimos eius filios haud dubie cōmonſtrabimus. Tunc itidem Chriſtum reuera noſtrum legiſlatorē eſſe profitebimur: cum datam ab eo legē euangelicā ſine preuaricatiōe obſeruabimus. Alioqui ſicut Iudeis id probro dedit ac improperauit. Nōne Moyſes dedit uobis legē: & nemo ex uobis facit legē? ita & nobis haud iniuria id exprobrari poterit, Nōne Chriſtus dedit uobis legē: & nemo ex uobis facit legem? Quod ne fiat: ſtudeamus totis uiribus ita cōſtitutam nobis euangelicam legem tenere / ut in ipſius exacta obſeruatione talem ac tantum legiſlatorem honoremus,

Ioannes, 6

Ad Titū, 1

Ioannes, 8

Ioannes. 7

Cap. V.

» Dixerunt itaq; ei, Nos ex fornicatione non ſumus nati: unū patrē habemus deū, Dixit ergo eis Ieſus, Si deus pater ueſter eſſet: diligeretis utiq; me, Ego enim ex deo proceſſi & ueni, Neq; enī a meipſo ueni: ſed ille me miſit, Quare loquelā meā non cognoſcitis? quia non poteſtis audire ſermonē meū. ¶ Sepius Iudei / Abrahe ſtirpe ſe exortos gloriati / & ſemper a domino confutati ſunt: atq; q, ueri non eſſent Abrahe filii cōuicti. Ex quo tandē intelligere ceperūt: dūm nō de carnis origine / ſed uite ſimilitudine morūq; imitatione dicere / ac uerba facere. Quaſi enī hoc pacto adinuicem loquebantur, Quottens nominauerimus Abraham: dicturus eſt nobis, Quare illum nō imitamini: de cuius genere gloriamini? Dicamus deū patrem noſtrum: & uideamus quid nobis reſpondeat. Propterea dicūt, Nos ex fornicatione non ſumus nati: unū patrē habemus deū. Legerāt utiq; in ſcripturis fornicationē ſpiritualem appellari idolo latriam: per quam miſera anima demonibus quaſi proſtituta ſubiicitur. Nempe Ezechiel: propheta nephādas ido-

Idolatrie ſuperſtitiones quibus erat contaminata Hieruſalē cōmemorans: inquit,
Ezechie, 10 Et habes fiduciam in pulchritudine tua fornicata es in nomine tuo: & expoſuiſti fornicationē tuam omni tranſeunti ut eius fieres, Et edificaſti tibi lupanar: & feciſti tibi proſtibulum in cunctis plateis. Ad omne caput uie edificaſti ſignū proſtitutionis tue: & multiplicaſti omnes fornicationes tuas, Idem quoq; propheta
Ezechie. 23 alio loco. Due mulieres filie matris unius fuerunt: & fornicate ſunt in egypto. In adoleſcentia ſua fornicate ſunt. Itaq; nunc ſe iactant q, ex iis qui idololatrie de-
Exodus. 32 diti fuerint non deſcenderunt. Sed uana eſt & friuola eorum iactantia. Nam & patres eorum in deſerto adorauerunt utulum conflatilē. & cum a iudicibus re-
Iudicum. 2 gerentur: ſepius abierunt poſt deos alienos / & traditi ſunt in manus perſequen-
4, Rēgū. 24 tium., Deniq; cum regū principatu gubernarentur: frequenter admodū proſ lapſi ſunt in cultum idolorū: & tandem Babylonicam perpeſſi captiuitatē in ſce lerum ſuorū penā. Si non fuerit unq̄ in progenitoribus eorum iſta fornicationis abominatio: quare igitur Hieremias propheta / immo dominus per Hieremiam / Iudeam de fornicatione increpat: atq; ut ab illa deſiſtat clemētiſſime commonet
Hieremi, 3 dicens. Tu autē fornicata es cum amatoribus multis. tamē reuertere ad me dicit dominus: et ego ſuſcipiam te, Itaq; hoc uerbo occulte gētibus ſe preferunt idola colētibus: & pluris ſeſe faciunt q, unius dei cultū obſeruant / idcirco ſubiiciunt. unū patrem habemus deū, Hunc patrem ſuū uocant: non ſolū quia eos creauerit. id eni ipſis cū gētibus eſt commune. Nam omnibus hominibus ratione condi
Pſalmus, 99 tionis nature / unus eſt pater. ſiquidē ipſe fecit nos: & non ipſi nos. ſed etiam q̄ peculiariter eum colant & legem eius ſeruēt: tanq̄ electi ab eo filii, quandoquidē deus populum Iſraeliticum / filium ſuū primogenitū uocauerit; cum in Exodo
Exodus, 4 dixit ad Moſem. filius meus primogenitus Iſrael, Sed q̄ negligēter deum colue-rint / q̄ irreuerenter ipſum contēpſerit / quinimmo q̄ impudēter eum quē patrē
Deutero. 32 ſe habere iactabāt neglexerint: eis Moyſes in Deuteronomio improperat dicēs. Generatio praua atq; peruerſa; heccine reddis domio populе ſtulte & inſipiēs? Nunquid non ipſe eſt pater tuus qui poſſedit te: & fecit & creauit te? Deum qui te genuit dereliquiſti; & oblitus es dñi crearoris tui. Et ut crebriori repetitione /
Deutero. 32 impietatis Iſraelitici populi magnitudinē exaggeret: idē rurſum obiectat. Dereliquit deum factorem ſuum: & receſſit a deo ſalutari ſuo. Prouocauerūt eum in diis alienis: & in abominationibus ad iracundiam concitauerunt. Immolauerūt demoniis & non deo: diis quos ignorabant, Ceterum hanc tumidam eorum iactantiā repreſſit dñs: oſtēditq; ne deū quidem eſſe patrē eorum / ratiōe cultus & uenerationis eorū in ipſū. Si (inquit) deus eſſet pater ueſter / ob ſingularē ueſtrā in eum reuerentiā; diligeretis utiq; me. Ego eni ex deo proceſſi & ueni, Proceſſi quidē generatione eterna & ineffabili ſecundū diuinitatē: qua deus ex deo / omnipotens de omnipotente / eternus de eterno genitus ſum. Veni autem ſecundū aſſumptam humanitatē in hunc mundum. Non enim a meipſo ueni: ſed ille me miſit. que miſſio: utiq; incarnatio (ut & in aliis locis) intelligenda eſt. Itaq; procedere ex patre: diuinitatis eſt / uenire uero: humanitatis, Acri deinde interrogatione incredulitatē eorum exprobrat: quare inquit loquelā meā nō cognoſcitis? Verba quidem mea auribus corporis hauritis / non tamen mēti ueſtre infixa inſidēt / neq; ſatis intelliguntur; quia neq; ea uera eſſe creditis / neq; opere ſtude-

tis complere. Et tanti mali cauſa eſt: quia non poteſtis audire ſermonem meum, Vſq; adeo cor ueſtrum liuore & inuidia intabuit / & in me graui odio exarſit: ut non poſſitis benignis auribus recipere ſermonem meum / neq; equo animo illũ ferre. Meminiſſe debetis Eſaiam prophetã de uobis & ueſtri ſimilibus dixiſſe: q, auribus grauiter audierunt. Id in uobis completum cernitur: qui a recta doctri- Eſaias.
na aurem auertitis / & non poteſtis audire ſermonem meum / quia non uultis ei 6
credere neq; fidem preſtare,

¶ Q7 diabolus / a deo creatus eſt bonus: ſed poſt creationem a natiua bonitate ſponte prolapſus malus factus eſt, Cap, VI,

» VOs ex patre diabolo eſtis: & deſideria patris ueſtri uultis facere, Ille
» homicida erat ab initio: & in ueritate non ſtetit / quia nõ eſt ueritas
» in eo, Cum loquitur mendacium: ex propriis loquitur / quia men-
» dax eſt / & pater eius, ¶ Quod occultis inſinuationis & uelato ſer-
mone prius dixerat dominus de patre Iudeorum: nunc tandem re mota omni uerborum circuitiõe / flexu & ambage / aperte depromit. de quo eorum patre locutus fuerit / paucis explicans: & diabolum eorum patrem eſſe declarans, Nempe conſuetudinis eſt ſacre ſcripture: ex imitatione uel ſimilitudine filios appellare. Iuxta quam Ezechiel propheta loquitur ad Iudeam. Pater tuus Ezech, 16
Amorei eus & mater tua Cethea, Quia eni Iudei imitati fuei ãt ipietates Amorreorum & Cetheorum: inde parentes eos habuiſſe dicuntur / de quibus per ſcelerum propaginem naſcerentur / & cum quibus pro ſimili ſcelere damnarentur, Itaq; omnis homo inquantum a deo creatus eſt: bonus eſt, Inquantum uero per liberum arbitrium peccando ſe ſubiicit diabolo: patrẽ habet diabolum / & filius illius eſt per operum imitationem. Quales erant Iudei: quibus dominus cauſam quare ex patre eſſent diabolo / reddidit dicens, & deſideria patris ueſtri uultis facere. Que erant illa deſideria patris eorum que facere uellent: ſuperius explicauit cum ait, queritis me interficere. hec reuera erãt deſideria diaboli: qui mortis eſt princeps / mortis habens imperium / & uite exterminator: quia & ipſe inuidit homini & eum occidit, Nam Euam per ſerpentẽ ſeduxit: & per illam uirum Hebre. 2.
decepit. ſicq; occidit eum: quia ex iuſto fecit peccatorẽ / ex immortali fecit mor- Geneſis. 3
talem / ex uiuente per gratiam: mortuum per culpam. Porro quod illa ſint deſideria diaboli / occidere hominem & ſanguinem innoxium fundere: ſequentia domini uerba oſtendunt. Ille (inquit) homicida erat ab initio. Diabolus contra primum hominem non ferro accinctus: ſed mẽdacii & lethifera perſuaſione armatus uenit, nec eum gladio ſed uerbo necauit: cum illi ſuggeſſit. Nequaq; mo- Gene. 3
riemini: ſed eritis ſicut dii ſcietes bonum & malum. Omnis ergo qui alicui homini malum perſuadet peſtifera ligua: dum illum ad peccatum pertrahit / occidit, non quidem ſecundum corpus. ſed animam. De talibus dicit Pſalmus. Fili homi Pſalmus.
num / dentes eorũ arma & ſagitte: & lingua eorum gladius acutus. Si enim homo 56
per malitiam occidit animam ſuam / ut inquit ſapiens dum ſimilis mali uenenũ Sapiẽ. 16.
alterius animẽ inſtillat / nõne eam enecat? Et ſi odium in fratrẽ / animẽ mors eſt: ut ait Ioannes in epiſtola ſua. Qui odit fratrẽ ſuum: homicida eſt / & ſcimus quia 1. Ioan. 3.
homicida nõ habet partem in regno dei. Nõne cõſimili ratione auaritia / iracũdia / & cetera ad genus capitalia peccata: exitium ſũt animẽ? & qui ad illa proximum

r. l,

pertrahit:crudeliter eum occidit.&tanto quidem immanius·quanto anima corpore preſtantior eſt & dignior /atq; mors anime q̄ corporis pernicioſior.Ille etiã (qui dictus eſt Iudeorum pater)in ueritate non ſtetit : & ueritas non eſt in eo.In ueritate non ſtetit:quia prolapſus eſt a ueritate / nec uoluit manere in ſue originis ſanctitate.Factus enim fuerat ad imaginem & ſimilitudinem dei,ſed ſuperbiendo retinuit quidem imaginem:quia non perdidit naturam immortalitatis, amiſit tamen ueritatem ſimilitudinis: quia ex iuſto & bono angelo /diabolus iniuſtus & malus factus eſt, De quo ad predictorum ualẽtiorem comprobationẽ; adhuc ſubiungit dominus,Cum loquitur mendaciũ : ex propriis loquitur / quia mendax eſt /& pater eius / ſcilicet mendacii. Diabolus plane a ſemetipſo / mendax fuit:quia a nemine prius audiuit nec didicit mendacium / ſed ipſe ſuum genuit mendacium. A ueritate ſiquidem & deo qui ueritas eſt ſponte ſua ſe auertens:horrendas mendacii tenebras incurrit / nec aliunde illas q̄ a ſeipſo accepit, Quemadmodum a ſplendore ſolis detorquens oculos : non ab alio tenebras & noctis horrorẽ habet ſed a ſe ſolo / q, ſponte ſua a fonte luminis diſceſſerit.Eam
Adro.3, ob rem cum loquitur mẽdacium diabolus: ex propriis loquitur, Et quemadmodum deus uerax eſt & pater ueritatis:ita quoq; diabol⁹ mẽdax eſt / & pater mẽdacii.Homo uero quia non a ſe ſed docẽte & ſuggerẽte diabolo mendacium didicit:cum loquitur mendacium /non ex propriis loquitur ſed ex alieno / & quod aliunde accepit.neq; mendacii pater eſt:ſed patris mẽdacii filius /quem per pec-
Obiectiones aduerſariorũ & ſolutiones. catum a ueritate & deo declinando:malicie aſſimilatione imitatur. ¶ Porro nõ incongruum fuerit hoc loco nonnullorum aſſertionẽ deſtruere: ſentientiũ diabolum a deo malum eſſe conditũ / & in prauitate creatum fuiſſe.Cuius ſentẽtie aſtruẽde occaſionẽ ſumunt ex hoc loco quo dicitur, Ille homicida erat ab initio, putãtes his uerbis ſignificari / eũ a principio ſue productionis quinimmo in ipſo ſuipſius exordio /malicie addictũ fuiſſe, Verũ hi nõ ſatis diſcutiunt domini uerba:neq; eorũ ſenſum perſpicaciter attẽdunt. Non enim dictũ eſt q, in initio homicida fuerit:ſed ab initio / peccati ſcilicet / ut ait Auguſtinus : quoniam ab ipſo incepit peccatũ & preuaricatio.Aut ab initio creationis humane & productionis mũdi corporei fuit homicida: quia tũc mortẽ hũano generi intulit / nec unq̄ deſtitit poſtea exitiũ &perniciẽ quibus potuit afferre, Atqui cum mundus iſte ſenſibilis productus eſt & homo formatus:iam creata ſubſiſtit ſubſtantia angelica/ primo omnium (ut complurium eſt ſententia) ad eſſe deducta. Fuit igitur angelus ipſe in ſue conditione nature:anteq̄ prolaberetur &homicida fieret, ¶ Inſu-
1.Ioannes 3 per adducunt illud Ioannis in epiſtola ſua dictum, Qui facit peccatũ:ex diabolo eſt,quoniã ab initio diabolus peccat.Si ab initio (inquiunt) ipſe peccat:in peccato productus eſt & creatus malus. Alioqui non ab initio peccaſſet : ex principio ſue conſtitutionis.Verũ huic rationi eade ferme adhibenda eſt dilutio.non propterea dictũ eſſe /ab initio diabolũ peccare /quia format⁹ fuerit a deo malus:ſed qa ab ipſius peccati exordio(quod ab eo cepit originẽ / nam ãte illius lapſum nõ erat peccatum) preuaricatus eſt dei legẽ / prolapſuſq; a natiua bonitate ſua / &
Pſalmus. 103 decidit in prauitatẽ a qua nunq̄ deſtitit : ſed in ea cõtinue perſtat / ſemper mala malis accumulans & praua ſuggerens, ¶ Preterea inſtituntur & huic ſententie
Iob.40, pſalmi.Draco iſte quẽ feciſti ad illudendu ei.Et huic uerbo Iob.Ecce Behemoth:

quem feci tecum. ubi nomine draconis & Behemoth intelligitur diabolus: ratiõe
ſue malicie his nominibus nuncupatus, Dominus autem conteſtatur ſe illum fe-
ciſſe: quo a bonis uiris tentationes eius & machinamenta fraudum ſuperantibus
ei illudatur, Conſequens eſt igitur (inquiunt) ipſum a deo creatum eſſe malum,
Sed qui hec in ueritatis impugnatione excogitant: non exacte ſubſtantiam dia-
boli ab aduentitia eius malicia dirimunt quod ſi ſtudioſe facerẽt: hanc ab ipſo an-
gelo prolapſo profectam dinoſcerẽt / illam uero a deo proceſſiſſe, & id ſolũ ſcri-
pturam ſignificare uelle. In qua nõ ſemper cauſa rei ſubiecte atq; propoſite: ſed
interdum euentus inſinuatur, ut cum alias locis plerumq; tum hoc pſalmi loco:
quo non eam ob cauſam deſignatur formatus draco / ut a ſanctis uiris aſtutias
eius ſuperantibus ipſi illudatur. Sed denotatur eius formationem & prolapſio-
nem ſpontaneam deinde ſua culpa factam / id conſecutum eſſe: q. ipſi ab homi-
nibus ſuggeſtiones ipſius peſtiferas conterentibus illudatur. Et ut paucis agam /
quecunq; ſcripture teſtimonia diabolum a deo factum commemorant: intelligẽ
da ſunt ſecundum ſubſtantiam & naturam diabolum a deo eſſe / non ſecundũ
culpam: quam poſtq̃ creatus eſt ſpõte ſua incurrit / & apoſtata factus prolapſus
eſt. ¶ Sed age ex ſacrarum litterarum teſtimonio comprobemus quod propoſi
tum eſt: utpote angelũ lapſum in principio bonũ fuiſſe & a deo in bonitate crea
tum. Imprimis diuinus pſaltes deo concinit: q. omnia in ſapiẽtia fecit. Nõ eſt aũt Pſalmus.
diuine ſapientie conſonum q. a bono authore malum producatur. Siquide boni 103
eſt bona producere. neq; poteſt a bono malum proficiſci: ut neq; a calido frigi-
dum / aut a lucido tenebroſum. Bonum enim ſaluat & cõtinet / malum uero diſ-
ſipat & diſperdit. Atqui angelica natura etiam ea que auerſa eſt a ſuo principio:
a deo facta eſt. non enim ſeipſam produxit: aut aliũ q̃ deum habuit cõditorem,
1 erat igitur illa in pricipio cum crearetur / bona & boni particeps. ¶ Si quis enim
oppoſitũ aſtruxerit / eam ſcilicet malam eſſe creatam: non erit igitur illa malitia
ipſi angelo deſertori imputãda / ſed deo authori ſuo qui talem ipſum creauerat.
neq; iuſte ei pena pro illa diſertione aut diſceſſione infligeretur a deo: ut que nõ
ſit in ſua poteſtate conſtituta ſed natura inſita, Pro iis autem que natura nobis
aſſunt / neq; laudẽ neq; uituperiũ meremur: neq; premiũ nobis aut pena debet
Sed grauis eſt impietas: deum malorũ authorẽ dicere / aut illi iniuſticiam aſcri-
bere qua deſertoribus ſpiritibus ſine propria culpa penã infligeret, Iuſtus enim Pſalmus.
dominus & iuſticias dilexit: equitate uidit uultus eius Et rurſum. Rectus domi- 10
2 nus noſter: & nõ eſt iniquitas in eo. ¶ Preterea hoc loco dicit dominus de diabo- Pſalmus,
lo: q. in ueritate non ſtetit. fuit igitur aliquãdo in ueritate & iuſticia. ſed in ea nõ 91
permanſit. Quippe nemo de illo qui nunq̃ in ueritate fuerit / dicet: q. in ueritate
nõ ſteterit / ſed q in ea nunq̃ extiterit. Cũ itaq; dicat' angelus lapſus in ueritate
nõ ſtetiſſe neq; perſtitiſſe: ſignificatur olim quidem in ueritate fuiſſe / ſed in ea
3 nõ perſeueraſſe. ¶ Iuſuper dns apud Lucam dicit. Videbam ſathanã tanq̃ ful- Luce, 10,
gur de celo cadentẽ. Fuit igitur aliquando in celo: unde tanq̃ fulgur repẽte & ſu-
bito decidit. Qui enim nunq̃ in celo fuit: nõ recte dicetur cecidiſſe de celo. Atqui Apo. 21
in celo malicia locũ nõ habet: nõ enim intrabit in ciuitatẽ ſupernã quicq̃ coinqui-
natũ aut abominatione f cies & mendaciũ. cũ igit' in celo fuit' bonus utiq; fuit. &
cũ primũ malus factus eſt' ptinus excidit. Habuit ergo priuſq̃ caderet bonitatis

rectitudinē in qua creatus eſt: & quam ſponte deſeruit cum collapſus eſt. ¶ Ad 4
hec Eſaias ſub perſona regis Babylonis / a mēbro caput ſignificās de āgelo lapſo
Eſaias. dicit. Detracta eſt ad inferos ſuperbia tua. Quomodo cecidiſti Lucifer q mane
14 oriebaris? qui dicebas in corde tuo, In celum conſcedam / ſuper aſtra dei exalta-
bo ſolium meum: aſcendam ſuper altitudinē nubium / ſimilis ero altiſſimo. Ve-
rumtamen ad infernum detraheris in profundum laci. Vbi ſathanam dicit pro-
pheta mane exortum: quādo preclaro lumine uirtutum & ſcientie exornatus /
primum productus eſt in ſublimitate decoris & ſplendoris ſpiritualis, Cum ta-
men ſeſe contra ſuum authorem in corde ſuo extulit: bonis illis omnibus exu-
tus / proiectus eſt in infernum. Bonus igitur fuit diabolus cum a deo crearetur:
Ezechiel. ſed illam bonitatem non ſeruauit neq; cuſtodiuit indemutatam, ¶ Cōſimiliter 5
28 Ezechiel propheta ſub typo & nomine regis Tyri qui mmebrum erat diaboli:
dicit de eo. Tu ſignaculū ſimilitudinis / plenus ſapientia / perfectus decore: in de-
litiis paradiſi dei fuiſti, Omnis lapis precioſus: operimentū tuum. Tu cherub ex-
tentus & protegēs: & poſui te in monte ſancto dei. In medio lapidū ignitoꝝ am-
bulaſti: perfectus in uiis tuis a die cōditionis tue / donec inuēta eſt iniquitas in te,
Hic angelus qui decidit: magnā prius habuiſſe nature & donorū dei excellentiā
in pricipio ſue creationis liquido demōſtratur, Poſtq̄ uero inuēta eſt in eo iniqui
tas: omnia hec diuine largitatis munera ei ſubſtracta fuiſſe / & grauē exinde ſe-
cutam eius ruinā. Quis itaq; nō uidet niſi prorſus cecutiat / prophetā diuino ſpi
ritu edoctū ſenſiſſe cum prius bonū fuiſſe: poſtea uero ſpontanea auerſione ad
iniquitatē declinaſſe & malū factum? ¶ Demū beatus Ioānes qui hoc nobis cō- 7
ſcripſit euangelium: in ſpiritu cognoſcēs & perſpiciens quonam modo factus eſt
lapſus diaboli / inquit in apocalipſi. Et factū eſt prelium magnū in celo, Michael
& angeli eius preliabantur cum dracone / & draco pugnabat & angeli eius & nō
ualuerunt / neq; locus inuentus eſt eorum amplius in celo. Et proiectus eſt draco
ille magnus ſerpens antiquus / qui uocatur diabolus & ſathanas / qui ſeducit uni-
uerſum orbem: & proiectus eſt in terrā / & angeli eius cum illo miſſi ſunt. Qui-
bus uerbis aperte ſignificat draconē illū prius fuiſſe in celo: anteq̄ cum eo preli a
Apo. 12. retur Michael archangelus. Poſt commiſſum uero prelium: ipſum de celo proie
ctum fuiſſe. Fuit igitur ei innata bonitas: & q̄diu illā ſeruauit / in celo manſit, ſed
ubi primum eam deperdidit: celo delapſus eſt. Cap. VII,

» GO autē ſi ueritatē dico: non creditis michi, Quis ex uobis arguet
» me de peccato? Si ueritatē dico: q̄re non creditis michi? Qui ex deo
» eſt: uerba dei audit. Propterea uos non auditis: quia ex deo nō eſtis

¶ Medicus ubi egroto morbum ſuum patefecerit & grauitatem il-
lius: toto deīde ſtudio laborat eum ab eo morbo reuocare / ne tan-
dem intereat & uite patiatur diſpendium, Optimus itidem medicus animarum
ubi latētem Iudeorum aperuit langorem / q. ſcilicet filii eſſent diaboli: & eius de-
ſideria ſtuderēt explere: acrioribus interrogationibus eos nūc ad ſalutem reuo-
cat & ad ueritatē audiendam exhortatur / quaſi aſpera quedam medicamenta
putrido uulneri admouēs: que totam eius ſaniem & putredinē exedant. Et hiſce
ad eos uerbis uti uidetur, Dixi uos a patre mēdacii exortos eſſe: & diaboli filios
Si durum eſt illum habere patrē & medacio ludificari: cur michi ueritatē dicenti

nō creditis? q̄re ad uerba mea obſurdeſcitis: neq; ſinitis illa animos ueſtros ſubire? Non poteſtis a mendacio liberari niſi per ueritatem: non poteſtis a iugo diaboli erui niſi per filium dei. Offertur ul.ro uobis ueritas; cur eam ſpernitis / quid illam conculcatis? Dixi me eſſe dei filium: dixi ſeptus a patre me uenisſe & miſſum eſſe / idipſum quoq; operibus & apertis ſignis demonſtraui. quis uos faſcinauit non credere ueritati? Ceterum ſolent aliquando docentium uerba quantumuis uera & recta / ab audiētibus contemni ob improbā illorum uitam / a uerbis longe diſcordātem. Cum enim uerba uite diſſonant; ob uite doctoris impuritatem / uerba quoq; contemptui habentur. Id autē in me locum habere / minime compertetis: quia nichil in me quod reprehenſionē mereatur aut peccati notam habeat deprehendetis, Diſquirite uitam meam / uerba & opera mea diſcutite: nichil omnino quod / iure redarguere poſſitis / occurret. Si igitur in uita mea eſt ſyncritas & i uerbis ſola ueritas: quid uos auertit a fide / quid uos diſtrahit quo minus michi credatis? ¶ Neq; putetur ea ſentētia / que in preſenti loco Chriſtū ueritatē proloqui & Iudeos illi minime credere ſignificat: ſuperuacue hic poſita, q̄uis repetita uideatur, & non multorū aliorū uerborū interſtite cōtextu / bis inculcata / atq; eode f re loco ingeminata. Nā nō cade eſt illius in primo & ſecūdo loco / proferedi & ſignandi ratio: neq; modus. Siquidē priore loco / dicta ſentētia: aſſertoria eſt / & ſerio enūciatiua / hoc pacto. Ego aute ſi ueritatē dico: non creditis mihi, Neq ulla ibi particula eſt iquiſitiua; neq; apponi debet. Poſteriore uero loco / eade ſentetia eſt interrogatoria: propter notā queſtionis inibi expreſſām / ſciſcitaturq; cauſam rei prius aſſerte / hoc modo. Si ueritatē dico: q̄re non creditis michi? Non eſt igitur illic inutilis eiuſdē ſentētie replicatio neq; repetitio: cum non ſit illius eadē forma neq; ſignificādi ratio, In utraq; autē earū / particula ſi: conditionē non exprimit / aut aliquam eius quod proponitur cum heſitatiōe ſuſpēſionem / & poſita quadam hypotheſi enunciationē / quēadmodum in hoc loquendi genere ſi penitentiā nō egerit peccator: ineternū peribit. ſed aſſertione potius indicat & eius cui adiacet certā affirmationē: tantumdē ualens atq; quia uel quoniā. ut & in hac propoſitiōe, ſi iuſtus eſt dominus: cuiq; ſecūdū opera ſua mercedē retribuet. quo nichil aliud ſignatur / q̄ quoniā iuſtus eſt dominus: unicuiq; iuxta opera ſua reddet mercedē, haud ſecus hic propoſitus dni ſermo ad Iudeos: idem nobis ſignificat / ac ſi diceret. Ego autem quia ueritatē dico uobis: non creditis michi, Et rurſum, Quoniam ueritatem dico uobis / quare non creditis michi? Verum quia ueritatem annuncianti eis domino fuerunt increduli / occluſerūt uerbis ueritatis aures / & prorſus obſurduerunt: iuſto dei iudicio dati ſunt in reprobum ſenſum / & ad fabulas inanes conuerſi / mendaciis & uanitatibus aures ſuas patefecerunt: & futilibus uerbis crediili in uarios pertracti ſunt errores. ut in eis iam completum uideatur quod ſcribit Paulus ad Theſſaloni- Theſſa. 2.
cenſes, Eo quod charitatem ueritatis non receperunt ut ſalui fierent: ideo mittet illis diebus operationem erroris ut credant mendacio. ut iudicentur omnes qui non crediderunt ueritati ſed conſenſerunt iniquitati, Sed nunc reliqua domini uerba ad Iudeos audiamus hoc modo illos ſubinde compellantis. Qui ex deo eſt: uerba dei audit. Sane ſi rerum naturam attedimus: omnia ex deo ſunt / quia ab eo ortum habent & exiſtunt omnia. Si uero ſpiritualem generationem /

qua filii dei gignuntur & ex deo naſcuntur: ii ſoli ex deo eſſe noſcuntur / qui fidē habent in eum & recte credunt, Et tales utiq; uerba audiunt / non ſolum auribus corporis: ſed & mentis affectu & executione operis. Siquide audire uerba dei: eſt preceptis illius que per ſcripturas loquitur obedire, qui autē dumtaxat exteriorem ſonum uerborum dei auribus percipiunt / ſed ea neq; menti infigunt neq; ad opus accōmodant: uerba dei audire dicēdi nō ſunt / neq; fructū aliquē ſalutis ſue referunt. Quēadmodum ſemen quod cecidit ſecus uiam & conculcatū eſt /

Luce, 8 aut a uolucribus celi comeſtum: nullam attulit ſegetē aut frugem. Eam ob rem dominus cum uiam ſalutis nobis oſtenderet / inquit: beati qui audiunt uerbum

Luce. 11 dei & cuſtodiunt illud, Et deiloquus Paulus ad Romanos nos ſcribens, non inqt auditores legis iuſti ſunt apud deum: ſed factores legis iuſtificabuntur. Beatus

Ad roma 2 quoq; Iacobus in epiſtola ſua: eſtote ait factores uerbi & non auditores tantum: fallentes uoſmetipſos, Quia ſi quis auditor eſt uerbi & non factor: hic compara

Iacobi, 1 bitur uiro conſideranti uultum natiuitatis ſue in ſpeculo. cōſiderauit enim ſe & abiit / & ſtatim oblitus eſt qualis fuerit. Qui autē perſpexerit in lege perfecte libertatis & permanſerit in ea / non auditor obliuioſus factus ſed factor operis: hic beatus in facto ſuo erit. Quid eni prodeſt cibū corporis ſumere: & uix bene receptum ſtomacho per uomitū reicere? Verbū dei / cibus eſt anime. quod ſi mentem ſubierit & cōtinuo obliuione deleatur / aut nō compleatur opere: non affert

Iacobi. 4 anime ſalutem / quinimmo grauiorem illi & duriorem parit damnationē. Nēpe

2. Petri, 2 ſcienti bene agere & non facienti: peccatum eſt illi. multoq; melius erat ueritatē nō agnoſcere: q̄ poſt ipſam agnitam retro conuerti, Quamobrē dominus ter-

Luce, 12 ribiliter auribus noſtris inclamat, Seruus non ſciens uoluntatē domini ſui & nō faciens: uapulabit paucis, ſciens autē uoluntatē domini & non faciens: uapulabit plagis multis. Et de Iudeis loquēs quotidie uerba eius ſed inutiliter audientibus:

Ioannes, 15 ait. Si nō ueniſſem & locutus eis nō fuiſſem: peccatū non haberēt. Nūc autē excuſationē non habēt de peccato ſuo. Idcirco & hoc loco ex aduerſo precedētis proloqui de Iudeis colligit, Propterea uos non auditis: qa ex deo nō eſtis. Audierūt quidē Iudei aure exteriori uerba dñi: ſed ea neq; mētis penetralibus infixerunt / neq; opere exercere contenderunt. & eam ob cauſam uerba dei non audire hic dicunt / neq; ex deo eſſe per fidem & imitationem: licet ab eo ſint per naturam. Hoc autem loco ſicut & aliis pleriſq; / audire uerba dei / eſſe ex deo / credere in deum: ſecundum perfectam & completam rationem ſunt accipienda / ſecundū quam hominibus competere poſſunt. Atqui perfectiſſima audiēdi uerbi dei ratio: eſt completio operis / quandoquidem illa ſolis conuenit bonis, perceptio uero uerborum que aure fit exteriori: etiam peſſimo cuiq; eſt communis. Itaq; eſſe ex deo ſecundum fidem & imitationē: dumtaxat bonorum eſt munus, Eſſe uero ex deo ſecundum naturam & formationem: cuiuis homini cum ceteris ceaturis conuenit, Deniq; credere in deum cordis aſſenſu: nō minus malis q̄ bonis adeſt. Credere uero in ipſum fide per dilectionē operāte / & fidē habere operib⁹ cōiunctam atq; opera coniuncta fidei: ſolū bonis congruit: & ea. perfectiſſima eſt credēdi ratio atq; maxime cōpleta, Igitur audire uerba dei / eſſe ex deo / credere in deū & ſiqua ſunt ſimilia: ſecundum abſolutam illam & conſumatā rationē (que ſolis bonis competere poteſt) hoc loco & alias ſunt accipienda, quandoquidē que

maxime talia ſunt:cum in diſciplinis humanis tum in ſacris litteris/potiſſimum curentur atq; diffiniantur, Cap,VIII.

» RESponderunt ergo Iudei:& dixerunt ei.Nonne bene dicimus nos: quia
» Samaritanus es tu/& demoniũ habes? ¶ Iracũdi & precipitis animi in-
dicium eſt, correp tionẽ manſuete & leniter illatam non ferre/ſed illico in cõuicia & contumelias erũpere/& cũ uera non aſſint que recte obici poſſint: etiam falſa confingere que alteri impingat.Id profecto Iudei ſuo exemplo nunc produnt/ quos cũ dominus lõgiori ſermone ab iniquitate cõcepta uellet ad uirtutem reducere: illi in alteram omnino patrẽ reſilientes & furore exagitati/ prorumpunt in iniurias/&falſis eum probris laceſſunt:quia uera que illi poſſent ingerere non inueniunt, Ipſum habere demoniũ dicunt:qui in poteſtate imperabat ſpiritibus immundis & exibãt. quẽ contremuerũt demonia clamantia & dicentia:quoniã tu es filius dei.Si demoniũ habet dñs o Iudei cur ergo rugiẽtes demones clamabant ei.Veniſti ante tẽpus torquere nos,Cur rogabãt ne ab eo torquerentur/ut mitterẽtur in porcos/ ne expelleret eos extra regionẽ/ne ipſos in abyſſum mitteret. Procidunt demones ſupplices ad pedes eius: & horrẽdo clamore intonant, Quid michi & tibi ieſu fili altiſſimi: ſcio quia ſis ſanctus dei, Et uos diabolo patre ueſtro duriores:negatis filiũ dei, execrandã illi ifertis blaſphemiam q, demoniũ habeat:qui aliis poteſtatẽ dedit eiiciẽdi demonia/ qui ſolo uerbi imperio eos expellit. Demones confitẽtur eum uel inuiti:uos erecta ceruice & corde incredulo illi in facie reſiſtitis/diſcipuli ueſtro magiſtro deteriores, Samaritanũ etiam eum uocãt:quaſi abiectũ &deſpicabilẽ / quaſi legis tranſgreſſorẽ/ inuiſum ipſis & odioſum, Iudei enim Samaritanos erãt exoſi:quemadmodũ ſuperius dixit euãgeliſta q, non coutũtur iudei Samaritanis/ ipſoſq; ut nullius precii homines/ & Moſaice legis preuaricatores aſpernabantur. Cum igitur aliquẽ q̃uis genere iudeũ/conteptibilem ſignificare uolebãt & eorũ ſocietate indignũ: Samaritanũ ipſum per contumeliã uocabant, ¶ Sane quarti libri regnorũ ſacra refert hyſtoria:q, cum Salmanaſar rex Aſſyriorũ tranſtuliſſet totum populum regni Iſrael in Aſſyrios/aſſumpſit ex diuerſis ſui regni urbib⁹ uiros:& miſit eos in terram Iſrael ut habitarent in urbibus Samarie/& terram illam colerẽt. Cũq; illi idolorũ cultui prorſus dediti &ueri dei omnino ignari/ab immiſſis diuina ultione leonibus interficerentur ac grauiter infeſtarẽtur:audiẽs hoc rex Aſſyriorum iuſſit illuc mitti unũ ex ſacerdotibus captiuis a Samaria abductis/qui doceret populũ illum traductũ in coloniam/legẽ &cerimonias colendi deum/& quo ritu illi ſacrificare deberent. Quod etſi ſacerdos ille ſedulo faceret: nichiloſectius populus ille cum deo Iſrael (quem ſecundum oſtenſas ſibi cerimonias coluit) ſimul & diis ſuis ſeruiuit & idolis thura adoleuit.unaqueq; tamen gens ſecundum urbes ſuas idola ſibi fabricauit/illis templa extruxit/ erexit aras & ſacra litauit. Et hunc parentum ſuorum morem filii quoq; imitati ſunt & tota ipſorum poſteritas, uſq; ad tẽpus dominice predicationis & cõuerſationis in terra. Quoniam autem illi ſamarite cum deo iſrael ſimul colẽtes idola: neq; legem Moyſi integre cuſtodiebant/neq; ſabbatum more Iudeorum obſeruabant/ſed gentilitios ritus commiſcebant cerimoniis Moſaice legis;hinc iudei cum aliquem inſinuare uolebant non eſſe uerum dei cultorem / ſed preuaricatorem legis/ &

Marcus, 1
Luce, 4
Matheus, 8
Marcus. 5
Luce, 8
Luce. 4
Luce, 10
Ioannes. 4
4,Regũ. 17

r,4,

ritus Iudeorum tranſgreſſorē: cōtumelioſo uerbo ſamaritanum eum uocabāt, Quo etiā ignominioſo nomine Chriſtum hoc loco notabāt: ſignificare uolentes ipſum eſſe uiolatorē Moſaice legis/ cōculcatorem ſabbati/& more ſamaritanorum dei contemptorem, Cap. IX.

»  Eſpondit Ieſus. ego demoniū non habeo: ſed honorifico patre meū
» & uos inhonoraſtis me, Ego autē non quero gloriam meā, Eſt qui
» querat & iudicet. Amen amen dico uobis/ ſiquis ſermonē meū ſer-
» uauerit: mortē non uidebit in eternū, ¶ Beatus Petrus manſuetu-
i. Petri, 2 dinem domini noſtri declarans/ dicit de eo: q. cum malediceretur/ non maledicebat. Quod cum alias tum hoc loco dilucide nobis eſt perſpicuum. Accepit enim grauē ab emulis iniuriam/& falſo quidē illatam. quam ſi in eos retorquere uoluiſſet: uere de eis dixiſſet/ q. demonio erāt pleni, Ab illis tamē temperauit etiam ueris contumeliis: & manſuete unū ei obiectū negauit dicens/ ego
Prouer, 15 demoniū non habeo: hac dulci uerborū manſuetudine eos ad lenitatē animi reducere curans, Vt enim teſtatur ſapiens/ reſponſio mollis frangit irā: durus aūt
Eccleſia. 6 ſermo excitat furorē. Et idē alio in loco. Verbū dulce multiplicat amicos/& mitigat inimicos, Ad alterum uero eidem obiectum minime reſpōdit/ & tacita con-
Pſalmus, 120 feſſiōe id uerum eſſe de ſe ſignificauit: q. ſcilicet ſecundū ſpirituale ſenſum Samaritanus eſſet. Nempe Samaritanus tantumdē ualet atq; cuſtos. Ipſe autē do-
Pſalmus. 144 minus cuſtodit nos ab omni malo: & ſecundū pſalmi ſententiā/ cuſtodit dominus omnes diligētes ſe/ atq; cuſtodit animas ſanctorū ſuorum. Niſi enim domi-
Pſalmus. 96 nus cuſtodierit ciuitatē: fruſtra uigilat qui cuſtodit eam. hinc in parabola deſcen-
Pſalmus, 126 dentis ab Hieruſalē in Hierico & incidentis in latrones: dominus noſter ſe Samaritano cōparat. exhibenti miſercordiā ſaucio. ¶ At uero ſciſcitari quiſpiā poſ-
Luce, 10, Ioannes. 8 ſet: cur in ſuperiore loco cum Iudei ſe Abraham habere patrē dicerēt/& gloriarentur etiā deum ſibi patrē eſſe: grauiter in eos inuectus eſt dominus/& confuto utroq; illorum dicto: ex patre diabolo illos eſſe reſpondit. hic uero cum longe maiorē contumeliā ab eis accepit/& demoniū habere dictus eſt/ non uehementem eis adhibuit reſponſionē. ſed placida uoce manſuetoq; ore id ſolū quod obiectum erat: negare contentus fuit. Reddenda eſt reſpōſio: q. ubi docere eos & humilitatis admonere oportuit/ ne q. Abrahe ſemen eſſent ſe iactitarent: Chriſtus uehemēs fuit, ubi autē contumelie ferende erant: manſuetudine utitur. Dicentibus enim illis/ patrē deum & Abrahā habemus: in eos inuectus eſt uehemētius, cū uero habere demoniū inſimulatur: lemiſſimū ſe exhibet. ad nos erudiēdum: ut que ad deū pertinent/ maiorē in modū defendamus. que ad nos contēnamus. Siquidē in loco paulo ante expoſito de Abraham & deo Iudeorū patre: docere eos oportebat/ & ſuperbiam cordis eorum contundere atq; reprimere. idcirco aſper illis erat: & acerbus reſpondēdo. In hoc uero loco illata eſt illi grauis exprobratio & cōtumelia quā ad dandū nobis pacientie exemplū ſufferre eum decuit. ideo reſponſum Iudeis reddens: mira uſus eſt manſuetudine. utroq; ſcilicet loco erudiens nos: que quidē ad deum pertinēt/ uindicare nos cum multa diligentia debere. que uero ad nos ſpectant probra: deſpicere, Vt autē in omnibus ſe patris gloriā querere oſtendat: ſubiungit, ſed honorifico patrē meū/& uerbis et operibus omnia in gloriam eius referens, & uos inhonoraſtis me: cōuicia gra-

uia mihi ingerendo.que tamen pro nichilo duco: quia non quero gloriã meam/ gloriam ſcilicet huius mũdi & laudẽ humanã/& ergo maledicta & probra illata peruipendo.Solent quidẽ qui glorie ſunt cupidi & populare aurã aucupari contendunt:grauius offendi cum improperiis inceſſuntur,Ego uero qui propriam gloriam non quero:ueſtras inhonorationes minime curo.Sed eſt alius ſcilicet pa
ter meus celeſtis/qui meam ipſius gloriam querit:& ut omnes honorificent filiũ Ioannes,
ſicut honorificant patrẽ/deſiderat,& is iudicabit atq; diſcernet gloriam meam 5
a ueſtra:quia uos ſecundũ ſeculũ gloriamini / ego uero minime.gloriam meam pater ipſe ueram eſſe oſtẽdet:ueſtram autẽ/fucatam atq; mendacem. Neq; hic
de iudicio retributionis aut dãnationis ſermo agitur: quia illo iudicio pater non Ioannes,
iudicat quemq̃/ſed oñe iudiciũ dedit filio.ſed de iudicio diſcretionis: quo pater 5
gloriam filii ut longe eminentiorem diſcernit a cuiuſuis etiam creature gloria. Ioannes.
Vidimus enim gloriã eius:quaſi gloriã unigeniti a patre,Ceterũ quoniã mãſueti 1
& patiẽtis animi eſt/cũ leſus fuerit & laceſſitus iniuria:non reddere malum pro malo/ſed uincere in bono malum/ut huiuſmodi beneficiorũ retributione/ledẽ tium animi emolliãtur &redeant ad lenitatẽ:dominus noſter & demoniacus & Samarites a Iudeis per contumeliã nuncupatus/ampliora ſalutaris doctrine beneficia dulciter eis impendit/id ſapientis monitũ ſeruans: ſi eſuerierit inimicus Prouer.
tuus/ciba illum.ſi ſitierit:potũ da illi,hoc enim faciens:carbones congeres ſuper 25
caput eius. Magnã itaq; utilitatẽ uerba ſua audientibus futurã/aſſertoria pre- Ad roma
dicatione confirmat dicens, Amen amen dico uobis ſiquis ſermonẽ meũ ſeruauerit:mortẽ non uidebit ineternũ,mortẽ inquam anime perpetuã que ſola uera eſt mors & magnopere formidanda.eſt eni ſeparatio intermina a fonte uite perẽnis/& ne unq̃ finiatur:ſemp recrudeſcens/mors ſecũda finis & exitus neſcia. A qua nos ſua benignitate eripiat:qui eſt credẽtibus reſurrectio & uita,Cap.X,

» Dixerunt ergo ei Iudei. Nunc cognouimus: quia demonium habes. Abraham mortuus eſt & prophete:& tu dicis/ſiquis ſermonẽ meũ ſeruauerit: non guſtabit mortem ineternum. Nunquid tu maior es patre noſtro Abraham: qui mortuus eſt? & prophete mortui ſunt,Quẽ teipſum facis? ¶Sicut accepta cõtumelia bonus fit melior:ita malus de beneficio fit peior. Neq; id ab re diligẽtibus enim deum omnia etiam mala cooperãtur in bonum.Odientes autẽ deum omnia etiam bona con- Ad roma
uertunt(ut ante dictũ eſt)in malum, Ecce Iudei non ueritatẽ audire aut diſcere 8
ſtudent: ſed aperta illi impugnatione reſiſtere & contradicere. Locutus fuerat modo dominus de morte:qua anima hic ſeparatur a deo fonte uite per culpam/ & in futuro per gehennã:Iudei autẽ oculis mentis caligantes / & lucis ſplendorẽ non percipientes quã ueritas illis exhibuit: de morte corporis locutum dominũ autumant/ & inde calũnie materiam ſumunt: obicientes & Abraham mortuũ eſſe &prophetas/quos tamen conſtat uerbũ dei ſeruaſſe.colligere inde uolẽtes: Ad roma
falſum id eſſe quod ante dominus dixerat. Abraham quidẽ ſecundum corpus 8
emortuus eſt & prophete:non tamen anime mortẽ ſenſerunt / ſed ſecundũ illã Exodi.
deo uiuunt. Siue enim uiuimus:domino uiuimus.ſiue morimur:domino morimur.ſiue ergo uiuimus ſiue morimur:domini ſumus, Et deus ipſe dicitur deus Luce.
Abrahã/deus Iſaac/deus Iacob, deus autẽ nõ mortuorum ſed uiuorum omnes 20

enim uiuunt ei. ¶ Sane hoc loco cum ex Iudeorũ tum ex domini nostri uerbis: duplex quidẽ mors / & una ab altera lõge diuersa / nobis ĩsinuata est. Vna scilicet corporis que est ipsius anime ab ergastulo carnis dissolutio, Et hec non tã mors: q̃ obdormitio / transitus & migratio ex hac uita / atq; depositio sarcine corporis dici debet. Eadẽ quoq; nequaq̃ habet annexam ratione culpe. cum omnibus hominibus tam iustis q̃ iniustis sit communis nature lege / necessitateq; ineuitabili. Differri enim potest ut serius quis moriatur: non tamen deuitari ut mortẽ corporis penitus quis effugiat & nõ sentiat. Idcirco nequaq̃ formidãda est q̃uis pleriq; graui illius capiantur metu. cum & eos sit inuenire qui ardentibus uotis illã exoptauerint, ut propheta cũ dolore exclamãs, heu michi: quia incolatus meus prolongatus est. Et beatus Paulus scribẽs ad Philippenses. Cupio dissolui: & esse cum Christo. Altera uero mors est anime: que est ipsius per culpam a deo separatio in hac uita / & per gehennam ab eius regno post uite presentis decursum. Hec autẽ a sola enascitur culpa / & graui quidẽ atq; pestifera: cum dicat sapiens homo per maliciã occidit animam suam. Quapropter & euitari potest adiutore deo ab iis qui proprie salutis soliciti sunt / & non incurii. neq; ulla necessitate aut uiolẽtia irrogari cuiq̃ ualet: sed propria tantũ spõte accersi & contrahi. neq; omnibus illa est cõmunis sed prauis dumtaxat & corrupte uite hominibus est peculiaris. summopere tame formidanda: quoniã non tẽporalis est aut momẽtanea / sed intermina & perpetua. Quod & dominus in euãgelio salubriter admonuit. Nolite (inquit) timere eos qui occidunt corpus: animã autẽ non possunt occidere sed potius timete eum q potest & animã & corpus perdere in gehennã, At uero quoniam in Christo Iudei solam carnem attendebant & nudum hominem ipsum putabant: longe inferioris eum dignitatis q̃ fuerit Abraham & prophete / existimabant. Propterea cum stomacho & iracundia interrogant, Nunquid tu maior es patre nostro Abraham? rati magnum id nephas esse / si se illo maiorẽ diceret: qui & hominibus & angelis maior est, Et quoniam hec omnia ab eo per arrogantiam dicta iudicabant: cum exprobratione & amaritudine percontantur, quem teipsum facis? quasi dicerẽt / non est ferenda equo animo tua superbia: qua teipsum usq; adeo tumide effers.

Psalmus, 119

Ad Phili, 1

Sapiens. 16

Matheus 10

Cap. XI.

» Respondit Iesus. Si ego glorifico meipsum: gloria mea nichil est, Est
» pater meus qui glorificat me: quẽ uos dicitis quia deus noster est / &
» non cognouistis eum. Ego autem noui eum, Et si dixero quia non
» scio eum: ero similis uobis mendax, Sed scio eum: & sermonẽ eius
» seruo Abrahã pater uester exultauit ut uideret diem meũ: uidit &
» gauisus est. ¶ Quanto maiore paruicacia Iudei obnitũtur uerbis Christi: tanto maiore benignitate eos conatur dominus ad uiam rectitudinis adducere. Ecce uidet eos aduersa & aperta fronte ei resistere: & tamen nõ desinit uerba salutis eis cõmunicare, Ostẽdit se propriã gloriã nequaq̃ querere: quia insolenter obiecerant / quem teipsum facis? A deo patre glorificari se dicit: quia in baptismo / transfiguratiõe / operibus miraculorũ / filius a patre glorificatus est / declaratus & manifestatus. Neq; idcirco locum habet calumnia hereticorum: qui maiorem filio patre cauillantur / q, filiũ glorificet. Nam & filius ipse sepius dicit in scripturis se patrẽ glorificare: ex quo tamen non recte colligant filiũ esse patre maiorẽ.

Ioannes. 17

Pater inquit clarifica filiũ tuum:ut filius tuus clarificet te.quinimmo & homines dicuntur in ſcriptura interdum glorificare deum, ſic luceat (inquit dominus in monte ad diſcipulos ſuos) lux ueſtra coram hominibus: ut uideant opera ueſtra bona/& glorificẽt patrẽ ueſtrum qui eſt in celis, Quis autẽ niſi mentis inops & amens: dicat homines deum glorificãtes patre celeſti qui ab eis glorificatur eſſe maiores? Nẽpe huiuſmodi glorificatio nõ conſiſtit in noue glorie adiectione ad eum qui glorificatur: ſed in glorie iam habite manifeſtatione. Nõ igitur ſemper qui glorificat;eo qui glorificatur maior eſt. Ceterum quia Iudei peculiarẽ dei cognitionem ſibi arrogarũt/ſeq; ſolos dei cultores gloriabãtur/ eius tamen legem & mandata nõ ſeruabãt: de deo(qui & pater erat) dixerunt quidẽ q, deus eſſet eorũ/nõ tamẽ cognouerũt eũ. Sane ii ſolꝰ cognoſcere deũ dicũtur:qui uiã mãdatorum eius perambulant/ neq; ab ea quaqua uerſũ declinant. Ideo de filiis Heli peruerſis & miniſterio ſacerdotii indigne fungẽtibus, dicit ſcriptura. Porro filii Heli/ filii Belial:neſcientes dominũ Et Paulus de tranſgreſſoribus mandatorũ dei ſcribens ad Titũ dicit. Qui confitentur ſe noſſe deũ:factis autẽ negãt. Itaq; Iudei quia dei precepta nõ obſeruabãt/in cedẽ ſaluatoris ceca mẽte ruetes:recte dicuntur non cognouiſſe patrẽ. Quia uero filius eiuſdẽ eſt ſubſtantie & nature cũ patre/et unigenitũ patris uerbũ:reuera ſcit patrem/neq; quoquo pacto a ſermone eius diſcedit/ quia que placita ſunt ei facit ſemper. Itaq; mẽdaces erãt Iudei;qui dicebant ſe cognoſcere deũ que tamen non cognouerunt, ſe illum ſcire dictitabant quẽ neſcierunt: cuius reppulerunt uerba/ & repudiarũt mãdata. Si igitur Chriſtus dixiſſet ſe eum neſcire quẽ reuera ſciuit: fuiſſet Iudeis mendacii crimine ſimilis. Sed longe abeſt a ſumma ueritate hec impietas:& mẽdacii ſuſpitio. Et quia dixerãt Iudei/ nunquid tu maior es patre noſtro Abraham: ſe lõge maiorem illo oſtẽdit, Qui enim beneficium largitur: maior eſt eo qui ſuſcipit, Abraham uero(inquit)a me id habuit beneficii:q, uiderit diem meum/cuius uidendi magno tenebatur deſiderio, & quia ſe uiſurum illum ſperabat:nõ medio cri perfundebatur gaudio. Sane uidit diẽ domini Abraham: quando in ſpiritu cognouit Chriſtum ex ſua ſtirpe in carne naſciturũ. quod ſignificabat:cũ ſeruo ſuo Eliezer quẽ mittebat ad accipiẽdã filio ſuo Iſaac uxorẽ/ ait. Pone manũ ſub femore meo: & iura michi per deum celi. Ergo que fuit illa iuratio/& quare hoc modo facta: niſi quia ſignificabatur de genere Abrahe uenturus in carne deus celi? Aut (ut alii non inepte ſentiunt) tunc diẽ domini Abraham uidit; cum in figura ſũme trinitatis tres angelos hoſpitio recepit, Quibus profecto ſuſceptis: ſic tribus quaſi uni locutus eſt, quia etſi in perſonis numerus trinitatis eſt: in natura tamẽ unitas eſt diuinitatis. Vel diem ſuum dicit diem crucis;quẽ Abraham oblatione arietis & Iſaac prefigurauit. per hoc oſtẽdens q, non inuitus ad paſſionem uenit: & pariter demonſtrans eos eſſe alienos ab Abrahã(quẽ uerbo tenus tanti faciunt) ſi in quibus ipſe exultauit:ibi dolẽt. Verum quia ſupradicta/potius futura ſub figurarũ uelamine ſignificabãt myſteria: q̃ in preſentia exhibita beneficia a Chriſto generi humano/que cognouerit Abrahã. & domini uerba deſignare uidẽtur Abraham uidiſſe preſentẽ illorum celeſtiũ bonorũ exhibitionẽ: miſſa faciamus hec tria ſuperius adducta/ dicẽtes Abraham uidiſſe diẽ domini: quãdo iam in placida ſanctorum patrũ requie poſitus/ cognouit filium dei eſſe

Matheus 5

1, Regũ. 2

Ad Titũ, 1

Geneſis. 24

Geneſis. 18

Geneſis. 22

incarnatum. Erat enim ille dies domini: quo carnis noſtre ſubſtantiã pro nobis aſſumpſit. Et id quide cognouit Abraham completũ eſſe per teſtificationẽ iuſti
Luce,2, Symeonis qui poſt diũm ſuſceptũ in ulnis requieuit in pace / & intimauit ſanctis patribus eum natũ. Aut per denũciationẽ angelorũ ſanctos patres uiſitantium ſepius / & que conſolatione eis afferẽt / ſpemq; propinque liberationis preſtaret: benigniter ipſis ſignificantium, Cum itaq; editus eſt in mundũ uirgineo partu dñs noſter: quis addubitauerit angelos antiquis illis patribus annunciaſſe ſaluatoris ortũ ſicut & in terris nunciauerunt paſtoribus: & tunc ſane Abraham uiPſalmus, dit diẽ domini: de quo dicit pſalmus. Hec dies quam fecit dominus exultemus &
117 letemur in ea. & gauiſus eſt illum diem ſalutiferum tandẽ aduenire: quem ut uideret / multis ante ſeculis & annis exultauerat, cum ſcilicet adhuc in carne poſit' repromiſſionem accepit Chriſtum ex ſe naſciturum eſſe cuius complende promiſſionis diem cum gaudio expectabat / ſperabatq; uenturum. Cap, XII.

» EXerunt ergo ludei ad eum. Quinquaginta annos nondũ habes &
» Abrahã uidiſti? Dixit ergo eis Ieſus. Amen amen dico uobis: anteq̃
» Abraham fieret / ego ſum. Tulerunt ergo lapides ut iacerẽt in eum
» Ieſus aute abſcondit ſe & exiuit de templo, ¶ Iudeis accommodanPſalmus. dum uidetur quod dicit pſalmus, Oculos habent & non uidebunt.
113 Oculos quippe mentis habebant quibus Chriſti diuinitatẽ uel ex mirabilibus ſignis & operibus miraculorũ perpendere facile potuiſſent: ſi non obſtitiſſet ceciSapiẽ.2 tas mentis. Verum ut de ipſis inquit ſapiens: excecauit eos malicia eorũ, Idcirco diuine in eo nature maieſtatẽ non attendẽtes: ad ſolam humane forme figuram defigebant oculos / & illius etatẽ annis humane durationis metiebãtur. Non adMichee,5 uerterunt dictũ a Michea propheta fuiſſe, Et egreſſus eius a principio a diebus eternitatis. Neq; a patre ad filium: ineffabilis emanationis expreſſum ſacramenPſalmus, tum. Ex utero ante luciferũ genui te. Non itidem conſideraũerunt illa diuine ſa
109 pientie (que Chriſtus eſt) uerba a Salomone in prouerbis deſcripta. Dñs poſſeProuer,8 dit me in initio uiarum ſuarũ. Anteq̃ quicq̃ faceret a principio: ab eterno ordinata ſum / & ex antiquis anteq̃ terra fieret. Nondũ erant abyſſi: & ego iam concepta eram, Necdũ fontes aquarũ eruperant: necdũ montes graui mole conſtiterant, Ante omnes colles ego parturiebar: adhuc terrã non fecerat & flumina / & cardines orbis terre, Demũ non animaduerterãt illa eterne ſapientie uerba:
Eccl,24, ab eccleſiaſtico deprompta. Ego ex ore altiſſimi prodiui. primogenita ãte omnẽ creaturã. Ego feci / in celis ut oriretur lumẽ indeficies: & ſicut nebula texi omnẽ terrã Ab initio & ãte ſecula creata ſum: & uſq; ad futurũ ſeculũ nõ deſinã. Hec igitur & conſimilia de eternitate filii dei ſcripture teſtimonia negligentes ſolum annorũ etatis humane curriculũ in eo numerabãt / obiectantes eide q, quinquaginta annos nondũ natus eſſet, quomodo igitur uidiſſet Abraham: qui duobus annorũ milibus aut amplius natiuitatẽ eius anteceſſerat? Ceterũ non ceſſat illuminator hominũ conniuẽtibus eorum oculis & ſyncere ueritati. ſplendorẽ ferre non ualentibus: ſue diuinitatis lucẽ ingerere / qua tande percipiant ipſum ſupra Abraham & omnẽ hominẽ eminenter exiſtere & preexiſtere, Itaq; reſpõdit eis. Anteq̃ Abrahã fieret: ego ſum, Sum quidem preſentis teporis habet rationem: fui preteriti / ero futuri. Preteritũ uero & futurũ diuinitas nõ habet: ſed ſemper

illi eſſe adeſt. Idcirco ad exprimēdam ſuam diuinitatem non dicit, anteq̄ Abraham fieret ego ſui: ſed ego ſum. Res ſiquidem corruptibiles ſui ortus habent principium/& tandem decurſo ſui temporis ſpacio tendunt ad exitum/idcirco diuerſorū temporum uicißim recipiunt denominationem Diuinitas uero ſemper eadem & ſtabilis eſt: cuius nichil in preteritum defluit/aut in futurum accedit, ideo ſolius uerbi preſentiam ſubſiſtēdi exprimentis: denominationem admittit. Rurſum quia Abraham creatura eſt: fieri dictus eſt. Filius autē dei/creature ratione omnino refugit: ſuper omnē creaturā longe ſupereminens. proīde non fieri/ſed eſſe aſſeritur. Porro cum eo tēpore Chriſtus tres & triginta dumtaxat annos haberet: quare ergo non dixerunt (queret quiſpiam) quadraginta annos nondū habes/ſed quinquaginta? Superuacua eſt huiuſmodi queſtio ſimpliciter enim prout primū eis occurrit/dixerunt. Reſpondēt tamen nonnulli/q̄ per quinquageſimū annum ex reuerētia Iubileū nominant: in quo & captiuos manumittebāt/& emptitiis poſſeſſionibus cedebāt. Ipſum igitur: necdum iubileum unum annorū compleſſe ſignificabant, At uero cum rationibus dominū conuincere non potuerint/nec ſuis uerbis amplius obſiſtere: uelut amētes & furore concitati ad lapides currunt/ipſumq̄ ut blaſphemū & ſeſe Abrahe preferentem atq̄ deum eſſe predicantē/lapidibus obruere parāt: neq̄ ſeruato recto ordine iudicii/neq̄ habita loci ſacri ratione, cū tamen iubeatur lapidandus duci extra caſtra & ciuitatē: & Ioiada pontifex Athaliam tyrannide regnū Iudeorū occupantē iuſſerit duci extra ſepta tēpli & interfici, Dominus uero eos tanq̄ correctionem non ſuſcipientes deſerit: & abſcondit ſe. quia cōmendāda nobis erat eius patientia: non exercēda in rebelles potētia, Non autē abſcondit ſe in angulo tepli quaſi timens/aut in domūculam fugiens/uel poſt murum aut columnā diuertēs ſed celica poteſtate inuiſibilē inſidiantibus ſe conſtituens. quēadmodū cum ſui de ſupercilio mōtis precipitare eum uoluiſſent/ipſe trāſiens per mediū illorū ibat, Vnde nobis memorabile reliquit exemplum: ut etiam cum reſiſtere poſſumus iram ſuperbientiū humiliter declinemus, Vt enim ſubſtractiōe ligni extinguitur ignis & diminuitur: ita abſentia eius in quem quiſpiā ira inflammatur ſedatur & mitigatur efferuentis ire incendiū & ad lenitate reuocatur ebulliens animus, Sane cum affectus ire immoderatus ſuo ruat impetu in multa faci nora/hominēq̄ cecum trudat in grauia ſcelera quorū deinde amara & ſera ducitur penitudine: optimum eſt ad rectā uite inſtitutionē documentū/ut hāc immanē beluam uinclis frenemus & cathenis ipſamq̄ effrenē intra recte rationis metas atq̄ leges cohibeamus. Id nos ſtudioſe admonet Iacobus dicens. Sit autem omnis homo uelox ad audiendū/tardus aute ad loquendū: & tardus ad iram, Ira enim uiri iuſticiā dei non operatur, Et Paulus ad Ephe. ſcribens: diuturniorem ire commotionē probibet inquiens. Sol nō occidat ſuper iracundiam uestrā Quo uero pacto uiolentiā iracundie & exeſtuātem flammā: coerceamus: dominus preclara nobis documenta ſuo exemplo tradidit. Imprimis quidē q̄ iniurias etiam falſo illatis laceſſiti a proximis/eoru etiam uera mala que noſcimus taceamus: neq̄ pro contumelia reddamus contumeliam/ne concitatum iracundie in proximo eſtū/magis ac magis excitemus: atq̄ noipſos ulciſci reciproca illatione contumelie contēdamus, Quod quidē apoſtolus ad Romanos ſcribēs preclare

Leui. 24. 4. Regū. 11

Luce, 4

Iracūdiā cōtumeliam & odium / ſummopere eē uitāda Iacobi. 1 Ephe. 4,

Roma, 12

admonuit.Nulli malum pro malo reddentes / nec maledictū pro maledicto,nō uoſmetipſos defendētes chariſſimi, ſed date locū ire. Deinde iniuriantiū nobis animos exhibitione beneficiorū frāgere; atq; nobis beniuolentia deuincire animi tamur, Cum enim iracundus animus perſpexerit nos pro maliuoletia & maledicto referre beneficium atq; officiū:niſi ferreus fuerit aut adamāttinus / flectetur
Ad roma 12 ad lenitatem & manſuetudinē. Id quo beatus Paulus nos edocuit ad Romanos dicens, Sed ſi eſurierit inimicus tuus, ciba illum.ſi ſitit / potū da illi,hoc enim faciens:carbones ignis cōgeres ſup caput eius. Noli uinci a malo:ſed uince in bono malum , Demū cum perſpectū habemus nec mitia uerba cōmotos animos leni-
Prouer, 25 re poſſe(que tamen magnā habere ſolent ſedande ire efficaciam : cum dicat ſa-
Prouer, 15 piens.reſponſio mollis frangit irā:durus autē ſermo ſuſcitat furorē,Et rurſum,
Eccī.6, Verbū dulce multiplicat amicos & mitigat inimicos) neq; beneficia pro cōtumeliis retributa feruorē ire temperare ualere: ſecedere ab iratis & noſtram ſubmouere preſentiā debemus.ut ſaltem abſentia noſtri: eſtuantis animi & ebullientis paulatim reſidat indignatio. Nēpe exēplo domini noſtri longe glorioſius eſt irā tacēdo fugere;q̄ loquendo ſuperare.Et id fortis animi indiciū eſt:ſi accepta con-
Prouer. 16 tumelia nequaq cōmoueatur,Melior enim eſt pattens(teſte ſapiente) uiro forti: & qui dominatur animo ſuo / expugnatore urbiū. Verum q̄ noxia ſit & contra-
Mathe,5. ria ſaluti ira animi / aut ex ea progreſſa contumelia:dñs per Matheū nos edocet Qui iraſcitur(inquit) fratri ſuo;reus erit iudicio, Qui aūt dixerit fratri ſuo racha:reus erit conſilio.Qui uero dixerit fratri ſuo fatue;reus erit gehenne ignis. Neq; minus exitiale eſt odiū ob acceptam iniuriam in proximū cōceptum / atq; alte animo infixū,qđ niſi radicitus extirpemus & prorſus euellamus:non ſpere-
Matheus 6 mus aut orationes noſtras deo gratas fore / aut accepta munera. Si non dimiſeritis(ait dominus) hominibus peccata eorum : neq; pater ueſter celeſtis dimittet
Luce,9, uobis peccata ueſtra , Dimittite & dimittemini.Si ergo(dicit ipſe;qui mitis eſt &
Mathe,5. humilis corde) offers munus tuum ad altare / & recordatus fueris qa frater tuus
Eccī,28. habet aliquid adūrſum te:uade prius recōſiliari fratri tuo / & poſtea ueniēs offeres munus tuum , Idē quoq; Eccleſiaſticus atteſtatur dicens. Qui uindicari uult: a domino inueniet uindictam / & peccata illius ſeruans ſeruabit. Relinque proximo tuo nocenti te:& tunc deprecanti tibi peccata ſoluētur. Homo homini reſeruat iram:& a deo querit medelam, In hominem ſimilem ſibi non habet miſericordiam:& de peccatis ſuis deprecatur.Ipſe cū caro ſit / reſeruat iram: & propitiationem querit a deo? Quis exorabit pro delictis illius? Memorare timorem domini:& non iraſcaris proximo,

Cap.XIII.

» IT preteriens Ieſus uidit hominē cecum a natiuitate: & interrogauerunt eum diſcipuli eius. Rabbi quis peccauit:hic aut parentes eius / ut cecus naſceretur? ¶ Quia iudei ſermonū Chriſti altitudinē nō ſuſceperant / exiens de templo curauit cecū a natiuitate: ſui abſentia eorum furorē mitigās / & per operationē ſigni eorum duritiam molliens / atq; eorū que a ſe dicta ſunt per opera fidē faciens.Preteriens itaq; uidit cecum quia eius miſertus eſt. Videre etenim Chriſti eſt miſereri. ut conuerLuce,22. ſus domin⁹ reſpexit Petrum. Hinc propheta miſerationē a deo ſibi preſtari pePſalmus, 79 tens:orat. Domine deus uirtutū cōuerte nos;& oſtende faciē tuam & ſalui erimus

Et alio in loco, Oculi domini ſuper iuſtos. Vidit etiã / quia ſtudioſe eum reſpexit: quaſi aliquid circa ipſum operaturus. & ea occaſione intente defixionis oculorũ domini in cecũ: inducti ſunt diſcipuli ad inquirendã cauſam illius cecitatis, Sane quia meminerũt: languido ad probaticã piſcinam a diuturna egritudine curato dictũ eſſe a domino, Vade & amplius noli peccare: ne deterius tibi contingat. Et paralitico iacenti in grabato: qui in domo oblatus ei fuerat, Fili dimittuntur tibi peccata tua: arbitrati ſunt cecitatẽ hunc homini inflictã fuiſſe propter peccatũ / aut ſuum aut ſuorũ parentũ. Itaq; percontantur a domino an peccauerit ille cecus: ut in ſui peccati penam cecitate percuteretur / an eius parentes quicq̃ admiſerint: ob quod filio eorum ſit inflicta cecitas, Et plane perſpicuum ſatis eſſe debet: ipſum hominẽ ut naſceretur cecus / haudquaq̃ priuſ aliquod peccatũ admiſiſſe. in cuius iam ante commiſſi penam & punitionẽ: cecitas in natiuitatis exordio ei foret a deo inflicta. Non enim ante natiuitatẽ ſuam peccauit. quoniã non ſunt ponende anime hominũ ante coniunctionẽ cum corporibus / alteram in celo uitam degere / & ibidem cõmittere peccata: ob quorum punitionẽ demergantur in corpora & afficiãtur incommodis pro qualitate ſuorum criminũ / ut cecitate / egeſtate / & ceteris id genus calamitatibus, queadmodũ primo libro diffuſe oſtẽſum eſt. cum occurreret hic locus exponendus, Erat lux uera: que illuminat omnem hominẽ uenientẽ in hunc mundũ. De parentibus uero an ob eorum peccatum filius oculis ſit orbatus: non uſq; adeo dilucidum eſſe potuit. quandoquidẽ ob iniquitates parentũ: nonnunq̃ filii temporariam & in hac uita ſubeũt penam Enimuero irriſerat Cham / Noe patre ſuum: tulit autem maledictione patri debitam Chanaam filius Cham / cui dictũ eſt, Maledictus Chanaam: ſeruus ſeruorum erit fratribus ſuis. Et dominus in monte Syna ſermones legis explanans ad populũ Iſrael: ego ſum (inquit) dominus deus tuus fortis zelotes: uiſitans iniquitatem patrum in filios in tertiam & quartã generatione, Dereliquerat Salomon dominu adorans idola mulierũ alienigenarũ: quarum ardentiſſimo amore tenebatur. Ob qđ a roboã filio eius ablate ſunt decẽ tribus Iſrael: & date Hieroboã filio Nabath, Demum offenderat Achab grauiter oculos domini: q, interfecto crudeliter innocente Naboth / uineam eius poſſedit, At quia ſe conuertit ad penitentiam / ieiunioq; & cilicio ſe affixit: ad Heliam factus eſt ſermo dni, Quia Achab humiliatus eſt mei cauſa / non inducam malum in diebus eius: ſed in diebus filii ſui inferã malũ domui eius. Eternã uero penã & ignẽ infernũ nõ patiuntur unq̃ filii pro crimine ſuorũ parẽtum, quẽadmodum per Ezechielem dictum eſt, Anima que peccauerit: ipſa morietur. Filius non portabit iniquitate patris / nec pater iniquitatẽ filii: ſed unuſquiſq; in peccato ſuo morietur.

Psalmus 33
Ioannes. 5
Mathe. 9
Ioannes. 1
Geneſis. 9
Exodus, 20
3. Regũ. 11
3. Regũ. 21
Ezech. 18

Cap. XIII.

RESpondit Ieſus. Neq; hic peccauit neq; parentes eius: ſed ut manifeſtentur opera dei in illo, Me oportet operari opera eius q miſit me: donec dies eſt, Venit nox: quãdo nemo poteſt operari, Quamdiu ſum in mundo: lux ſum mundi, ¶ Ad interrogationẽ diſcipulorũ reſpõdit dominus: neq; ipſius ceci peccato / neq; ſuorũ parẽtum factum eſſe / ut cecus naſceretur, non tamen omo negat hac reſponſione: ipſum cecum aut parẽtes peccatũ aliquod contraxiſſe. Habuerant enim labẽ originalis contagii: & uiuendo / aliquid peccatorum ſuperaddiderant. quis enim uitam hic

3. Regũ. 8

aget inſons criminis? ſed non illo ipſo illorū peccato factū eſt: ut a natiuitatis exordio uiſu priuaretur, quin potius ut manifeſtētur opera dei in illo: ut ſcilicet per illius illuminationē declaretur gloria diuinitatis domini / & illius ſplēdor eorum qui nouerunt ſignum oculos feriat. Enimuero ſe in mundū uenisſe conteſtatur dominus: ut operetur opera patris qui miſit illum. Cū itaq; filius ſe operari opera patris afferat: ſua & patris opera / eadem prorſus eſſe mōſtrauit, que ſunt infirma ſaluare / debilia roborare / homines illuminare. Quomō igitur non erubeſcunt: qui filium a patris ſubſtantia ſeparare nituntur / alienumq; ab eius natura aſtruere non uerētur? Nonne quorū eadē eſt operatio: illorum & eadē eſt natura? & quorū diuerſa eſt natura: ipſorū quoq; diuerſa eſt actio? Si igit opera filii: ipſius etiam patris ſunt opera / quēadmodum alio loco dicit. Si non facio opera patris mei: nolite credere michi. Et iterum, Pater in me manens / ipſe facit opera: erit patris & filii eadē omnino ſubſtantia / eademq; natura. Q; ſi diuerſam quis pertinacius aſtruxerit: erit filius creatura / & ad id uirtutis atq; dignitatis creatura conſcendet: ut operetur opus dei / habeatq; idem opus cōmune cum deo. Et cum deus immēſa uirtute ſua ea operetur: que creature uires & menſuram trāſcendāt (canit enim et propheta: tu es ſolus qui facis mirabilia. Et iterum, qui facit mirabilia magna ſolus) ipſa quoq; creatura ſuis mixa uirib⁹ ea aget: que ſuam tranſcēdunt metam & lege, Sed faceſſant he nuge: & filiū qui patris operatur opera / fateamur eiuſdē eſſe cū patre ſubſtantie. ut ex operum conſortio: nature quoq; identitas eluceat. ¶ Cum autem dicit hoc loco Chriſtus / hunc eſſe cecum natum ut manifeſtētur opera dei in illo: de ſeipſo id dicit non de patre / & ſeipſum eo uerbo inſinuat eſſe deum. Iam enim opera patris manifeſta erant in totius mūdi creatione & ſapientiſſimā diſpoſitione / quinimmo continua illius adminiſtratione atq; gubernatione. Verum de Chriſto humana forma induto / id adhuc non uſq; adeo erat perſpectū: q, erat mundi conditor & rector. ſed per hanc rei mirabilē illuminationē inducti ſunt homines manuductione quadā: ad illud credendū. Et ita manifeſtauit dei filius gloriā ſuam: ut oſtēderit ſe authorem eſſe creationis. Siquidem ea que de re maiori eſt fides: etiam id quod minus eſt / & rei minoris fidē confirmat. In uniuerſa autē creaturarū ſenſibiliū multitudine: honorabilior eſt homo. Ex eo igitur q, Chriſt⁹ ſe oſtēdit hominis eſſe creatorem corroborat hanc in omnibus fide / q, uniuerſe creature ſenſibilis etiam ſit factor. Eorū etiā que in nobis ſūt membrorū: honorabiliſſimū eſt oculus / quādo quidem ipſe totū corpus humanū gubernat / & pedes dirigit, Lucerna (inquit) corporis tui: eſt oculus tuus, idem quoq; faciem hominis exornat atq; decorat, Quod enim eſt ſol in orbe terrarum: hoc eſt oculus in corpore. unde & ſuperiorem ceteris mēbris locum ſortitur: ſicut in quodā regali faſtigio collocatus. Itaq; cum in hac ceci illuminatione: oculi ſe factorem atq; creatorē oſtendat Chriſtus (neq; enim lutū ſuperpoſitū neq; aqua fluenti / quicq̄ habebant uirtutis ad oculi efformationē: ſed ſola Chriſti diuina uirtus illum produxit) eo facto comprobat ſe / & reliquorū corporis mēbrorum immo totius hominis eſſe creatorē. Et quoniam ex eo q, hominis ſe cōmonſtrat eſſe factorē: hanc omnibus etiam facit fidē q, totius fabrice mundi ſit productor / quēadmodū iam oſtenſum eſt: conſequēs eſt ipſum Chriſtū per hāc ceci illuminationē & nouā oculorū eius productionē /

Ioan. 10, Ioan. 14, Pſalmus, 71 Pſalmus. 135 Mathe. 6,

ſe liquido prodere totius machine mundi conditorē: & ita ſuam gloriam manifeſtare, quod in principio erat propoſitū. At uero ſciſcitari hic quiſpiam poſſet. Nūquid iſte cecus intuſta paſſus eſt: q, cecus fuerit nat⁹ ſine culpa? Minime profecto, quin potius bñficiū accepit per hāc cecitatē. nā & mirabilius uiſum recepit / q̄ ſi a principio natiuitatis accepiſſet: & ea occaſione interioribus etiam oculis eſt illuminatus / atq; ad Chriſti fidē integre perductus, Quid enim profuit Iudeis / a uite exordio oculos corporis integros habuiſſe: cum animo prorſus cecutirēt? Nonne maius iſte cecus eſt beneficium aſſecutus / qui ad tēpus uiſu corporis captus: poſtea & interius & exterius eſt uidendi facultate donatus? Non tamen deſunt / qui in hoc euangelii loco particulam ut dicunt non eſſe cauſatiuam: ſed ſignificare euentum. ſicut & in illo Pauli uerbo. lex ſubintrauit: ut abūdaret delictū. Non enim lex ipſa: cauſa fuit abūdantie delicti effectrix / cum uetaret culpam. ſed ad ipſius legis inductionem id confecutum eſt: q, abundauerit delictū, Sic & hoc conſecutum eſt ut dominus oculos clauſos aperiens / & alia naturalis infirmitatis nocumenta corrigens: ſuam demonſtrauerit uirtutē. Sed prior ſententia uidetur huic loco congruentior, Neq; perfunctorie id pretereundum. q, dominus ſe operari debere dicat donec dies eſt / quādiu ſcilicet p̄ſens hoc in mūdo fuerit, Ipſe enim uerus eſt dies: poſt tenebras errorum & ignorātie exortus, de quo propheta dicit, Exortum eſt in tenebris lumē rectis corde: miſericors / & miſerator / & iuſtus dominus, Et Eſaias. Populus gentiū qui ambulabat in tenebris: uidit lucem magnā. Ambulātibus in regione umbre mortis: lux orta eſt eis Et hoc in loco dñs de ſeipſo. Quādiu ſum in mūdo: lux ſum mūdi, perinde atq; quādiu ſol iſte ſenſibilis noſtrū ſuperferē hemiſperiū: diurni tēporis mora protenditur. Ceterū ſi per id ſolum temporis interuallū (inquies) extenditur Chriſti operatio quo preſens huic mundo fuerit: cum iam diutius hinc ad patrē abierit 'non igitur amplius opera patris nūc operatur: neq; lux eſt mundi / quandoquidem non eſt amplius in mundo. Verſamur ergo in illa nocte horrēda: in qua nemo poteſt operari, Sed diligēter hic animaduertendū. q, etſi corporis ſui preſentiam hinc ſubduxerit: maieſtate tamen diuinitatis ſemper adeſt / ſicut ipſe a diſcipulis abiturus pollicetur, Ecce ego uobiſcum ſum oībus diebus uſq; ad cōſummationē ſeculi. Itaq; protrahitur dies iſte ſpiritualis / in quo filius opera p̄ris facit & eſt in mūdo: ad diem uſq; extremi iudicii. nam toto eo tēpore & homines illuminat lumine ſue gratie filius: & ad fidem penitentiāq; uocat, Deinde uero ſuccedit nox terribilis & tremenda impiorum / poſt expletum iudicium & definitam omnium retributionē. in qua nemo poteſt operari / quia tunc nullus penitētie ſupereſt locus / nulla emendande uite commoditas: ſed dumtaxat recipiendi quod quis operatus fuerit / & metendi quod ſeminauerit hora. De illa nocte dicitur. In inferno autem quis confitebitur tibi? Et ligatis manibus & pedibus proiicite eum in tenebras exteriores. Deniq; diſcedite a me maledicti in ignē eternū: qui paratus eſt diabolo & angelis eius. Preter hūc autē diem & noctē generalem & toti mundo communem: cuiq; noſtrum itidem ſuus eſt dies / & ſua nox. Dies inquam: totū uite noſtre quod hic uiuimus ſpacium / quo nobis datum eſt a deo operari ea que ad uitā eternam conſequendā conducunt, Nox uero: tēpus poſt morte noſtram corporale futurū / in quo non licet cuiq̄ operari neq; contractas

Roma. 5.

Pſalmus, iii

Eſaie. 4,

Math. 8,

pſ. 6,

Math. 22,

Math. 25,

Gala.6. prius mortiferas abſtergere ſordes, Operepreciũ ergo eſt q, beati Pauli conſiliũ non ſegniter neq; oſcitantes audiamus: ſolicite nos admonentis. Dũ tempus habemus: operemur bonum. Neq; ſapientis monita negligamus: id noſtris auribus
Eccle,14. ſtudioſe inculcantis. Ante obitum tuum operare iuſtitiam: quoniã non eſt apud
Ecci,17, inferos inuenire cibum. Idem quoq; rurſum, Ante mortem cõfitere: uiuus &
Apo,14. ſanus confiteberis. Demũ de mortuis dicit ſpiritus: q, requieſcant a laboribus ſuis/ opera enim illorum ſequuntur illos.

¶ Qz baptiſmi lauachrum multis ante figuris fuerat preſignatum & prenunciatum: atq; in euangelica lege cum multa uirtute exhibitum. Cap.XIIII,

» Hec cum dixiſſet: expuit in terram/& fecit lutũ ex ſputo/& liniuit lutum ſup oculos ei⁹ & dixit ei. Vade laua in natatoria Syloe: quod interpretat᷑ miſſus. Abiit ergo & lauit/& uenit uidẽs. ¶ Qui maiores ſubſtãtias de nihilo ad eſſe produxit, multo magis nouos in ceco oculos ſine materia feciſſet. Sed uoluit hac luti cõpoſitiõe & linitiõe
Geneſis. ſuper oculos docere ſeipſum eſſe creatorẽ: qui in principio uſus eſt luto ad homi
2 nis formationẽ. Ideo autẽ non aqua utitur ad lutum faciendũ ſed ſputo: ut nihil aſcribatur fonti/ ſed diſcas quoniã uirtus oris eius oculos aperuit ceci & plaſmauit. Et deinde ut nõ uideat᷑ cuiq̃ ex uirtute terre eſſe curatio: iuſſit oculos lauari, nõ tamẽ ilico & eo in loco ablui eum uoluit: ſed ad Syloe miſit, ut cũ multos contingeret exinde eum uidere euntẽ ad piſcinã/& lutũ ſuper oculos habentẽ: pluribus manifeſta fieret eius illũinatio/& noua uiſ⁹ reſtitutio. Neq; ipſi fontis Syloe aſcribẽda erat hec curationis gloria (multi enĩ lauãtes ibi oculos/ nullo tali beneficio ſunt potiti) ſed ſoli Chriſto/ cuius quidẽ diuina & efficax uirtus aderat in fonte ſyloe: que omnia operabatur. Et propter hoc/ interpretationẽ nominis ſyloe euangeliſta adiecit dicens. q, interpretatur miſſus. ut doceat: quoniã & illic Chriſtus (qui uere eſt ſyloe ſpiritualis: & ad ſalutem hominũ miſſus) eum curauerit.
1,Cori,10 Sicut enim apoſtolus dicit q, petra erat Chriſtus: ita & ſyloe ſpiritualis erat, tum q, fons uberrimus: aquam ſalutis in totum mundũ deriuans. tum q, miſſus a deo
Luce.1. patre: ad illuminandos eos qui in tenebris & umbra mortis ſedebãt. Cuius quidẽ teſtimoniũ perhibet Iacob/ prophetico ſpiritu futura prenuncians: cum inquit,
Geneſis, Nõ auferetur ſceptrũ de Iuda/ nec dux de femore eius: donec ueniat q mittẽdus
49 eſt. ubi hebraica littera habet dictionẽ ſylo/ Chriſtũ ibidẽ inſinuans: qui peculiari quadã ratione ut uerbũ patris miſſus eſt ad nos. Demũ quanta fuerit ceci fides: uel ex ipſa littera euangelii facile eſt cõtuerí, Nõ enim cõtradixit uerbis domini: neq; cogitauit apud ſeipſum lutũ ſolet mãgis excecare oculos: quid igitur lutum mihi ſuperpoſuit? Sepenumero laui oculos in ſyloe: & in nullo ſum adiut⁹, Siquã ipſe curandi uirtutem haberet: preſens utiq; me curaſſet. Nõ hec aut ſimilia animo ſecum uolutauit/ ſed ſimpliciter obediuit: & beneficium curationis ex fidei firmitate & obediendi promptitudine continuo conſecutus eſt. Maior profecto
4,Regũ. & magis cõmendãda fuit hec fidei ſyncritas in ceco: q̃ tarditas in Naamã Syro,
5 ad quẽ cum Heliſeus miſiſſet nunciũ q, lauaretur ſepties in Iordane & mũdaretur a lepra/ iratus Naaman recedebat dicens. Putabam q, egrederetur ad me & ſtans inuocaret nomen domini dei ſui: & tangeret manu locum lepre & curaret me, Nũquid nõ meliores ſunt Abana & Pharfar fluuii Damaſci omnibus aquis

Iſrael:ut lauer in eis & mũder? Abeuntẽ tamẽ cum indignatiõe ſeruꝰ admonuerunt:ut prophete uerbis obtẽperaret. quorum dictum nõ aſpernatus: ſoſpitati redditus eſt/& ſepties in Iordane lotus iuxta prophete uerbũ curatus eſt. ¶ At uero quia miracula noſtri redẽptoris ita iuxta litterã facta credũtur: ut myſtice cõſiderata aliquid innuãt nobis faciundũ aut credẽdũ/age quid hec ceci curatio ſpiritualiter inſinuet:altius inueſtigemus, Sane p illuminationẽ huius ceci, ſignificabatur illuminatio generis humani, quando quidẽ cecus iſte genus humanum deſignat/quod in primo parente excecatũ eſt: quia ex illo traximus omnes non ſolum originẽ mortis/ſed etiam iniquitatis, Per unum enim hominẽ mors & per unum hominẽ peccatũ intrauit in mũdum: & per peccatum mors que in omnes homines pertrãſiit Et bene non ſolũ cecus: ſed etiã cecus a natiuitate dicitur. qa oẽs homines (excepto illo q de uirgine natus eſt:& ſacratiſſima etiam uirgie / ex qua deus homo prodiit in mundũ/exempta) cum peccato originali naſcimur: & grauiſſima cecitate depreſſi in mundũ/uenimus, quam quidẽ cecitatẽ de radice primi parentis cõtraximus. Qui bene uidẽs cõditus fuerat/ſed diabolicis perſuaſionibus obteperando cecitate incurrerat:quam in omnes ſuos poſteros trãſmiſit, De peccati cecitate loquitur propheta. Ecce enim in iniquitatibus conceptus ſum:& in peccatis cõcepit me mater mea. Et Paulus ad Romanos, Omnes enim peccauerũt:& egent gloria dei. Porro preteriens dominus uidit cecũ, non enim ſtans/ſed preteriens uidit:quia in ſimilitudine carnis apparuit/ſed in uia peccatorum non ſtetit:quia peccatũ non fecit/nec inuentus eſt dolus in ore eius. Hinc eſt q, ſecundũ altertus loci parabolam: Samaritanus ſecus ſaucium uenit. Quod enim ibi per ſauciũ:hoc ſignificatur hic per cecũ, Et quod ibi dicitur/uenit: hic/preteriit, Venit ergo dominus ſecus ſaucium/& preteriẽs uidit cecum/quia appropinquauit uie mortalitatis noſtre:non tamen fixit ueſtigium in uia peccatorum. Venit enim ut cecitatem peccatorũ noſtrorũ tolleret: non ut eam ſuſciperet. Hec ergo opera patris ſe dicebat oportere operari:quia uenerat querere perdita reſtaurare corrupta. Sed nec ipſa ſui nouitate ſtupẽda & mirabilis ceci curatio:magno uacare myſterio putanda eſt. Expuens quippe dominus in terram fecit lutum:& oculos ceci inunxit. Sputũ quidem quod a capite in os defluit:diuinitatem Chriſti ſignificat/quia caput Chriſti deus. Et eterna ſapientia apud Eccleſiaſticum loquitur, Ego ex ore altiſſimi prodiui:primogenita ante omnẽ creaturam. Et Salomon de ipſa, Vapor eſt enim uirtutis dei: & emanatio quedã maieſtatis eius ſyncera, Lutũ uero de terra: ſacratiſſima Chriſti caro eſt/de ſacro ſancta uirgine ſumpta. ut ait pſalmus. Veritas de terra orta eſt. Similiter Eſaias Et aſcẽdet ſicut uirgultum coram eo:& ſicut radix de terra ſitiẽti, Expuẽs ergo in terrã lutum fecit:quia uerbum caro factũ eſt / & habitauit in nobis. Inunctus autem cecus nondũ uidet / donec ueniat in natatoriam ſyloe: qđ interpretatur miſſus. Non caret (ut pauloante diximus:& repetere non piget) myſterio q, euãgeliſta huius nominis poſuerit interpretationẽ:quod (inquiẽs) interpretat miſſ? Quis enĩ pcipue miſſus: niſi ille q ſepius dicit / nõ ueni a meipſo:ſed a patre miſſus ſum? Chriſtus enĩ uere eſt miſſus:qa & ante promiſſus/& poſt multos teſtes prius miſſos tandem nobis exhibitus. Piſcina ergo illa:baptiſmus eſt chriſti. lauit cecus in piſcina ſyloe quod iterpretatur miſſus/& illuminatus eſt; qa in Chriſto

Quid cecꝰ iſte a chriſto illuminatus myſtice deſignat.

Roma, 5.

Pſalmus, 50

Roma, 3.

Pſalmus. 1

Luce, 10.

1, Corĩ, 11

Eccle. 24

Sapien, 7

Pſalmus. 84

Eſaie, 53.

Ioannes. 8

baptiſati illuminantur omnes, Cū ergo inunctus eſt cecus ille: quaſi cathecumi-
nus factus eſt. Sed egebat lauari / id eſt baptiſari: ut illuminaretur. Cathecumi-
nus uero inungitur: ut doceatur. Nam cathecuminus grece: latine inſtructus di
citur. Baptiſatur uero: ut uerum lumen agnoſcat / & remiſſionē omnium pecca
rum recipiat, Non itaq; exigua putetur lauachri baptiſmalis uirtus: quod dimo
tis anime tenebris lumen celi infundit. ¶ Neq; recens credatur eius & arbitraria
conſtitutio: quod & multis inſtrumēti ueteris figuris & prophetarū teſtimoniis
Geneſis. 7 eſt preſignatum. ¶ Aquis quippe diluuii totius mundi expiata ſunt peccata: & 1
qui in arca reconditi erant / per aquā ſalui facti ſunt, Id baptiſmi typum geſſit:
per quem ſordes omnes peccatorum deponūtur / & uite uetuſtas tollitur. Audi
1, Petri. 3, Petrum apoſtolū huius rei grauiſſimū teſtē. In diebus (inquit) Noe cum fabrica
retur arca: in qua pauci / id eſt octo anime ſalue facte ſūt per aquā, Quod & nos
nunc ſimilis forme ſaluos facit baptiſma: nō carnis depoſitio ſordiū. ſed conſcie-
Exodi. 14 tie bone interrogatio in deum, ¶ Inſuper populus Iſrael duce Moſe mare rubrū 2
ſicco pede pertranſiit: ſubmerſis ibidem Egyptiis. quod per baptiſmi ſuſceptio-
nem totam diabolice prauitatis cohortem a nobis dimoueri & expelli inſinuat:
noſq; in Chriſto regeneratos / a duriſſima eius tyrānide dei gratia liberari, Te-
1, Cori. 10 ſtem huius myſterii accipe diuiniloquū Paulū ad Corinthios ſcribentem. Nolo
uos ignorare fratres: quoniam patres noſtri omnes ſub nube fuerunt / & omnes
Ioſue. 3. mare tranſierunt / & omnes in Moſe baptiſati ſunt in nube & in mari, ¶ Quid 3
preterea populus Iſraeliticus Ioſue ductu Iordane traiecto (ubi etiam aque hinc
atq; hinc immote cōſtiterant: & medium prebuerāt iter) in terram promiſſionis
perducti ſignificāt / niſi Chriſto authore quicunq; baptiſmi lauachrū rite ſuſce-
4, Regū. 5 perint: in terram uiuentiū tandem peruēturos? ¶ Quid Naaman Syrus (cuius 4
modo facta eſt mentio) ſepties in Iordane ablutus & a lepra mundatus nobis in-
nuit: niſi baptiſmo Chriſti lotos / ab omni prorſus anime lepra peccatoq; purga-
Leui, 19 ri? ¶ Quid deniq; aque expiationis & luſtrationis / ſecundum ueteris legis ritū 5
tollens immunditiā ex contactu morticinorū contractam / denotat: niſi aquam
baptiſmi omnem penitus anime impuritatē abſtergere? ¶ Hanc plane aquam 6
Ezech. 36 dominus per Ezechielē pollicitus eſt: dicens. Et effundam ſuper uos aquam mun
Eze. 47, dam / & mūdabimini ab omnibus inquinamētis ueſtris: & ab uniuerſis idolis ue-
Ioannes, 19 ſtris mundabo uos. Hanc quoq; baptiſmi aquā uidit propheta: cū ait. Vidi aquā
egredientem de tēplo a latere dextro: & omnes ad quos peruenit aqua iſta / ſalui
Ioan. 5, facti ſunt, ¶ Deniq; hanc effudit latus Chriſti lancea militis in cruce tranſfixū / 7
in remiſſionē peccatorū: qua ſanctificata eſt eccleſia / a maculiſq; ſuis emūdata,
quid deſignauit probatica piſcina: ad motionē aq̄ ſanās unū egrotum, ¶ Poſtremū hāc baptiſmi gratiā preſignauit probatica piſcina: in quā poſt aque 8
ab angelo motionē deſcendēs quacunq; tenebatur egritudine lāguidus / illico ſa-
nabatur. Volens enī deus homines propinquius adducere ad baptiſmi donū per
hanc piſcinā q̄ per aquā luſtrationis: non adhuc inquinamēta ſolū mūdat / ſed &
corporis languores tollit & egritudines ſanat: quo deſignetur baptiſmus omnē
animi morbū depellere / & peccata detergere. Sicut enim miniſtri qui propere-
gem ſunt / iis qui ſunt a lōge clariores ſunt: ita & in figuris fit, ut que propiquior
eſt ueritati: eam clarius & manifeſtius exprimat atq; referat, Non autē ſimplici-
ter ſanabat aquas piſcine natura (ſemper enī hoc fieret) ſed in āgeli deſcēſione.

Sic & in baptiſatis non ſimpliciter aqua operatur. ſed cū ſpiritus ſancti acceperit gratiā: tūc oia ſoluit peccata. Angelus eni deſcendēs turbabat aquā: & ſanatiuā imponebat uirtutē. ut diſcāt ludei: qm̄ multo magis angelorū dn̄s omnes egritudines anime per baptiſmū ſanare poteſt. Sed tēpore hui⁹ piſcine: infirmitas / impedimentū uolēti curari / fiebat. nā impediebat: ne quis prius alius in aquā deſcēderet & curaretur, Nūc autē ad lauacrū baptiſmi unuſquiſq; accedere poteſt. nō enim angelus eſt qui turbat aquam: ſed angelorum dominus qui omnia operatur. Et in hoc baptiſmi fonte non unus ſolum uno tempore curatur: ut in piſcina, quinimmo ſi uniuerſus terrarum orbis uenīat: gratia non conſumitur / ſed ſimilis manet, Sicut enim ſolares radii per unāquamq; illuminat diē / & non conſumūtur: neq; a multa largitiōe minor fit ſolis lux. ita & multo amplius ſpiritus ſancti actio in nullo minuitur: a multitudine eorū qui potiūtur ea. Hoc autē fiebat: ſcilicet ut unus tantū poſt motionē aque ſanaretur. ut qui didicerant qm̄ in aqua egritudines corporis ſanabatur: in hoc per multū tempus exercitati facile crederent / q, & egritudines anime aqua ſanare poteſt, Cap. XV,

» ITaq; uicini & qui uiderāt eum prius quia mendicus erat: dicebant. » Nonne hic eſt qui ſedebat / & mendicabat? Alii dicebant: quia hic » eſt, Alii autē: nequaq̄. ſed ſimilis eſt eius, Ille uero dicebat: quia ego » ſum. Dicebāt ergo ei. Quomodo aperti ſunt tibi oculi? Reſpōdit. » ille homo qui dicitur Ieſus / lutū fecit: & unxit oculos meos / & dixit » mihi, Vade ad natatoriā ſyloe & laua. Et abii: & laui / & uideo. Et dixerūt ei: ubi Matheus. » eſt ille? Ait. neſcio. ¶ Non poteſt ciuitas abſcondi ſupra montē poſita: neq; accēdunt lucernā & ponūt eam ſub modio / ſed ſupra candelabrū / ut luceat omnib⁹ qui in domo ſūt. Ita neq; claritas ſignorū Chriſti obſcurari potuit: aut occultari. A uicinis eni & notis eius primū perſpecta eſt: qui hunc illuminatū prius cecū & mendicū nouerāt. Vbi animaduertendū nobis eſt: ad cuius ſortis uiros mirabilis dei clemētia ſe inclinabat. Eos qui mendicabāt: cum multa miſeratione curabat. & hinc ludeorū os obſtruēs: quoniā non preclaros / nō inſignes / neq; principes / ſed ignobiles ſua dignos ducebat prouidētia. etenim pro ſalute olim uenerat. Ita etiam deſcendēs a Hieruſalē in Hierico / cecum ſedentē ſecus uiā & mendicantem ſanauit: uocatūq; ad ſe benigniter illuminauit. Et qa aperti eius oculi uultū eius & ſpeciē oris aliquantulū mutauerant: nonnulli dicebāt non illū eunde eſſe qui cecus fuerat / ſed alium eius ſimilē, Ipſe uero neq; uerecundatus eſt de priori cecitate / neq; formidauit furorē plebis: neq; renuit ſeipſum oſtendere / ut prediceret benefactore, Interrogatus de modo ſuſcepte illuminationis: uerax omnino comprobatus eſt, Quod enim non nouerat: non dicit. Neq; enim ſciuit quoniā in terrā expuit: idcirco neq; alius illud expreſſit. quoniā autē ſuperunxit: per ſenſum tactus didicit. Qz eum tuſſerit ire ad piſcinā Syloe: ex auditu teſtatus eſt. Nomen benefactoris expreſſit: recognouit enim eius uocē ex diſputatione cum diſcipulis. & ex precedenti tempore nomen eius iamdiu audierat / per celebrem famam ſignorū eius: que aliorum relatione dedicerat. Demum querentes uicini ubi eſt ille: conſpirationem aduerſus dominum meditari uidentur / ut accuſarēt eum apud Phariſeos: quemadmodū ſequentia eorum facta oſtendūt, Chriſtus autē non aderat huic quem curauerat: neq; aliis qui ab eo curabantur. non enim Luce, 19.

querebat gloriã ſuã:neq; ſe oſtentare.Recedebat ſemper poſt preſtitũ curatio-
nis beneficiũ dñs: ut nos doceret ex benefactis noſtris gloriam humanã querere
non debere/ſed ſolũ diuini nominis honorẽ meditari,Quod etiã dñs noſter to-
tius uirtutis inſtitutor ſalubriter nos edocuit:in ieiunio/oratione/& elemoſyna
plauſum populare nos querere nõ debere admonens/ ſed ſolius dei gloriam,ut
Mathe.6 neſciat ſiniſtra noſtra quid faciat dextera:alioqui receperimus mercedẽ noſtrã,
Qz ſi in abſcondito corã oculis dei curauerimus quod rectũ eſt operari:& pater
noſter celeſtis q uidet in abſcondito/retribuet nobis.Paulus quoq; eidem cõſen
Gala,6, tiens ſentẽtie nos hortatur: ne inanis glorie cupidi aut per uanã gloriã quicq̃ fa-
Philip,1, ciamus.ſed ſiue comedamus/ſiue bibamus/ſiue aliud quid agam?:omnia in dei
1,Cori,10 gloriam referamus/ad illam ſola noſtra uertatur intentio. Cap.XVI,

» ADducunt eum ad Phariſeos qui cecus fuerat, Erat autẽ ſabbatum:
» quando lutum fecit Ieſus/& aperuit oculos eius.Iterũ ergo interro
» gabant eum Phariſei:quomodo uidiſſet,Ille autem dixit eis.lutum
» michi poſuit ſuper oculos:& laui & uideo, Dicebant ergo ex Phari
» ſeis quidam, Nõ eſt hic homo a deo:qui ſabbatũ non cuſtodit,Alii
» autẽ dicebãt. Quomodo poteſt homo peccator hec ſigna facere? Et ſciſma erat
» inter eos.Dicunt ergo ceco iterum,Tu quid dicis de illo:qui aperuit oculos tuos?
» Ille autẽ dixit:quia propheta eſt. Iudei ſuperius querentes ubi eſt ille/uolebãt
eum inuenire: ut dominũ noſtrum ducerent ad Phariſeos. Quia uero non ha-
buerunt eum:ducunt cecũ,Propterea autẽ euangeliſta ſubdit diẽ ſabbati fuiſſe
quando lutum fecit Ieſus:ut ſcilicet eorum malam mentẽ & iniquitatis plenã de-
monſtraret/& cauſam propter quam eum querebant,ut ſcilicet occaſionẽ con-
tra eum inuenirent/& ut detraherent miraculo per eſtimatam legis preuarica-
tionem. quod ex ſequẽtibus eorum interrogationibus planius eluceſcit.Sed di-
ligenter conſiderandũ eſt:qualiter non turbatur cecus,nam quando quidẽ tur-
bis dicebat ſine periculo interrogatus:non ita magnũ erat/ ueritatẽ dicere,Mi-
rabile autem eſt nunc/ q, in ampliori periculo conſtitutus:neq; negat/neq; con-
traria dicit prioribus/ſed eadẽ ſuccinctius cõſtringit, Et hoc pacto contrarium
paſſi ſunt eius quod uolebant. Duxerunt enim eum & interrogauerunt ut ne-
gaturũ:ſed ab eo certius ueritatẽ & mirabile dñi uirtutẽ didicerunt.At uero au-
dito facte illuminationis modo: diuerſi de dño uaria ſenſerunt. Hi quidẽ/q, nõ
eſſet a deo miſſus ſed preuaricator legis:qui ſabbatũ non cuſtodiret/qui in ſab-
bato lutum fecerat/& oculos inunxerat, Verum hi magna tenebãtur animi ceci
tate.Cum enim ex hoc ſigno ad fidem induci debuiſſẽt/& tanti operis authorẽ
predicare:nõ ad id cõuerterunt animum quod laudandũ aut cõmẽdandum ui-
deretur/ſed quod reprehẽſioni patere cenſebatur & obiectationi.protinus ſab-
bati uiolationẽ obiectant: quod tamen ſecundũ litteralẽ etiam legis ſententiam
dñs minime uiolauerat.Nam ea opera manuũ exercitio & miniſterio facta/que
ad dei obſequium aut manifeſtandã eius gloriam attinebant:minime prohibita
erant ne ſabbato fierent,qualia erãt circunciſio/hoſtiarũ in templo preparatio
& immolatio. Hec autẽ compoſitio luti & inunctio:ad dei uirtutẽ oſtendendam
Ioannes. ſpectabat/& aliis diuulgandam. Si igitur ſabbato circunciſionẽ accipit homo:ut
7 nõ ſoluatur lex Moſi/& ſacerdotes in tẽplo ſabbatũ uiolant & ſine crimine ſunt:

quis recte ſenſerit ex luti commixtione aut inunctiõe ſuper oculos uiolatũ ſab= Mathe.9
batũ/ex qua maxime dei gloria apud homines eluxit? Alii uero uel exiguo ue=
ritatis ſplendore illuminati dixerunt: obſtruere conantes os loquentium iniqua.
Si non eſſet hic homo a deo: non poſſet hec ſigna facere. Cum igitur ceco a nati=
uitate uiſum reddiderit: ſignum id eſt eum non eſſe peccatorem. Ita ab effectu
rei ſumentes argumentum: comprobant eum a deo eſſe/q, tam ſtupendũ edi=
derit ſignum. Verum percontabitur quiſpiam: an ne malis conueniat interdum
miracula agendi miniſterũ & officium/cum apud Matheũ dominus de repro=
bis dicat. Multi dicẽt michi in illa die. Domine nõne in nomine tuo demonia eie= Mathe.7
cimus/& prophetauimus: & ſigna multa fecimus? Et tunc confitebor illis: quia
neſcio uos. Diſcedite a me operarii iniquitatis. Quo igitur pacto conſequẽs eſt/
ipſum dominũ ſi peccator eſſet: hec ſigna facere non poſſe? Sed hi non precipui
ſunt authores ſignorũ: qui uite habent prauitatem/& tamen miraculorũ agen=
dorum poteſtatem quorum ſolum exercent miniſterium: atq; ut inſtrumenta
quedam funguntur illorum faciendorũ officio. Vtitur enim plerumq; deus etiã
malis: ad mirabilia opera peragenda. Chriſtus autem precipuus erat author ſi= Ioannes.
gnorum: & atteſtatus eſt illa eſſe opera patris, que non aliena nec ab extrinſeco 10
aduẽtitia uirtute peragebat: ſed ſolo uerbi imperio aut opere/nil niſi primariũ
operatorem demõſtrante. Non potuit igitur ipſe hec in nomine patris ſe facere
conteſtans/& eadem opera patris nominans: peccator eſſe. Alioqui ipſa dei pa=
tris opera ab homine peccatore fuiſſent perfecta: & illi deus fuiſſet cooperatus.
Et quoniam non potuerunt Iudei diuerſa de domino ſentientes in unam con=
uenire de eo ſententiam/unoquoq; ſuas partes tutante: ſciſma erat inter eos.
Sciſma grece: latine ſciſſio. Sciſſi ergo erant: qa pars ueritati aſſentiebat/& pars
falſitati applaudebat. Chriſtus dies: inter luce & tenebras diuiſus eſt. ¶ Hec aũt
diſciſſio eo ipſo bona erat: q, impedimento fuerit coadunatos phariſeos uno aio
conſpirare in Chriſti damnationẽ & preiudiciũ/oſtẽderitq; pleroſq; eorũ adhuc
modicũ lumen habere: quo ueritatẽ oblatã cõtuerentur. Q; uis enĩ fere ſemper
& ut plurimũ bona ſit cõcordia/& diſcordia mala: q, hec diſſipet omne bonum
atq; diſturbet/illa uero promoueat/corroboret & foueat. Nichiloſecius & bona
interdũ inuenitur diſcordia: & mala concordia, cũ diſcrepãtia animorũ alicuius
mali ppetrandi preſtat obſtaculũ: & unanimitas mutuuſq; complurĩũ cõſenſus
eos cõſtringit & alligat ualẽtioreſq; reddit ad cõceptũ ſcelus perpetrãdũ. Vnde
ad impediendã malã concordiã ſe dñs in hunc miſſum uenifſe cõteſtatus eſt cũ Matheus
ait Non ueni mittere pacẽ in terram/ſed gladium: id eſt ſeparationẽ/ut ſequen 10
tia eius uerba oſtẽdunt. Et qui turrim babel edificabãt/concordes erant in malo
ſuo. Inde & ſi inuiti/ad bonum tamen diſſenſerunt per uarietatem linguarum Geneſis.
illis immiſſam: qua ſeparati ſunt abinuicem/& ceptum opus pretermiſerũt. Et 11
ſocii Chore in ſeditione contra Moyſem & Aaron male conueniebant: ideo per Nume.16
immiſſam plagã bene diuiſi ſunt. Iudas item traditor cum Iudeis praue conſen= Matheus
ſit & dux fuit eorum qui comprehenderuut Iheſum. Ecce malam concordiam, 26
At Paulus a Iudeis in hieruſalem comprehenſus: atq; in concilio eorum conſi= Actu.23.
ſtens: cum haberet compertum unam partem eorum qui aderant ad ſui accuſa=
tionem eſſe Phariſeorũ & alteram Saduceorũ/exclamauit inter eos ſe phariſeũ

eſſe atq; de ſpe & reſurrectione mortuorũ iudicari. Qua uoce immiſit diſſenſionem inter phariſeos & ſaduceos / diſſoluitq; totam illam multitudinem. Ecce bonam diſcordiam. Qui igitur recte de Chriſto ſenſerunt: ipſius illuminati de ſuo illuminatore querũt ſententiã / & aĩo quidẽ (quantũ uerba exprimũt) beneuolo. Nõ enĩ quod in calũniam uerti poſſet querũt / quid ſcilicet dicat de illo qui ſabbatũ nõ cuſtodit: ſed quod Chriſti gloriã elucidet & p̃dicet, qd dicis (inquit) de illo qui aperuit tibi oculos? Ille uero non modo corpore ſed etiam mente illuminatus: cõſtanter & iterrite exprimit quod ſentit / q, uidelicet propheta eſt / nõ tamẽ quilibet de numero & cetu prophetarũ: ſed propheta ille unicus & ſingularis / quem Moſes predixit a deo apud Iudeos eſſe ſuſcitandum. Cap. XVII.

Deute. 18

» NOn crediderunt ergo Iudei de illo quia cecus fuiſſet: donec uocauerunt parẽtes eius qui uiderat / & interrogauerunt eos / dicẽtes. Hic eſt filius ueſter: quẽ uos dicitis / quia cecus natus eſt? Quomõ ergo nunc uidet? Reſponderunt eis parẽtes eius: & dixerũt. Scimus quia hic eſt filius noſter & quia cecus natus eſt. Quomodo autem nunc uideat / neſcimus: aut quis eius aperuit oculos / nos neſcimus. Ipſum interroga Etatẽ habet: ipſe de ſe loquatur. Hec dixerũt parẽtes eius: quia timebant Iudeos. Iam enim conſpiraverant Iudei / ut ſiquis eum cõfiteretur eſſe Chriſtum: extra ſynagogã fieret. Propterea parentes eius dixerunt: quia etatẽ habet / ipſum interrogate. ¶ Qui urbẽ expugnare nititur: ubi unũ murorũ partẽ quã proſternere atq; euertere tẽtauit / conſpicit adeo firmã eſſe atq; cõpactã / ut eam diſſoluere atq; ſubruere nequeat: mox ad alterã partem que imbecillior & inualidior apparet / ſuas traſſert machinas / arietes & tormenta / ut ea parte oppugnatam urbẽ intercipiat. Itaq; quoq; Phariſei quia cecũ iam illuminatũ attonitũ reddere non ualuerũt / ſed uidebant eum ſine animi trepidatione benefactorẽ ſuũ predicantem: per parẽtes eius putabant Chriſti miraculũ obſcurare. Sed hec eſt ueritatis natura: q, per que putatur inſidias pati / per hec fortior fit, Mendaciũ enĩ ſibi ipſi quidem obuiat: & per que ledere ueritatẽ uidetur / per ea clariorem eam oſtẽdit, Quod & nunc factum eſt. Vocati enim parentes & interrogati de ceco illo an filius eorũ eſſet & cecus natus / ut quicq̃ dicerent quod Chriſti gloriã diminueret aut extenuaret: dum utriuſq; indubitatũ proferunt teſtimoniũ / magis amplificãt atq; magnificant factum ſignum, Verũ imbecilliores erant parentes filio / qui teſtis aderat intrepidus ueritatis: illuminatos habẽs oculos intellectus a deo. Nam ipſe interrogatus impauide modũ quo ſanatus fuerat explanauerat, Parentes uero idipſum interrogati / ſe neſcire dicebant quõ uiſum receperat: cũ tamen ipſo referente illud certo cognoſcere potuerint. At qui non exignorãtia dicebant ſe neſcire quomodo factus fuiſſet uidẽs: ſed id ſolum ex trepidatione & formidine / metuq; offendẽdi Iudeos (ſi quicq̃ dicerent: quod nomen Chriſti celebrius redderet) reſpondebant, Iudei enim ut deo repugnantes & ſue ſaluti obſtaculũ obicemq; ponentes ſanxerãt: eum cum ignominia extra ſynagogam eiciendum / qui cõfiteretur dominum noſtrum eſſe Chriſtum. Hac formidine perculſi parentes ceci: non auſi ſunt quod cognoſcebant palam confiteri ſed id a filio interrogari debere reſponderunt: qui cum matura eſſet etate / de ſe loqui facile poſſet, Sed quemadmodum filii Iſrael quanto magis opprimebantur ab

Egyptiis/tãto magis multiplicabãtur &creſcebãt:ita nominis Chriſti gloria quo magis prohibebatur ab hominibus/eo amplius diffundebatur. Exodus, Cap.XVIII. 1

» VOcauerunt ergo rurſum hominem qui fuerat cecus:& dixerunt ei
» Da gloriã deo,Nos ſcimus quia hic homo peccator eſt, Dixit ergo
» eis ille.Si peccator eſt/neſcio.unũ ſcio; quia cecus cũ eſſem / modo
» uideo.Dixerunt ergo illi.Quid fecit tibi? quomõ aperuit tibi ocu=
» los? Reſpondit eis,Dixi uobis iam:& auditis, quid iterũ uultis au=
» dire? nũquid & uos uultis diſcipuli eius fieri. ¶Cum in altera parte murorũ ad quã factus eſt oppugnationis tranſitus: non ſatis cõmoda perſpicitur eſſe inuadẽdi urbem oportunitas:rurſum ad priorẽ partẽ fieri ſolet regreſſus / & acriori inſultu nouiſq; machinis inſtauratur ibidẽ oppugnatio. Quia ergo ceci nati parentes miſerunt Phariſeos ad illum qui curatus eſt a cecitate;rurſus uocauerunt eum ſecundo.Neq; ei manifeſte dicunt, nega quoniam Chriſtus te curauit/ſed ſub pretextu religionis ad hoc eum inducere uolunt:dicentes, Da gloriam deo. quaſi dicãt.cõfitere quia hic nichil eſt operatus: nega quod accepiſti. Hoc plane non eſt deo gloriam dare: ſed deum potius blaſphemare. Sic autẽ uolebant illũ dare gloriam deo:ut ſicut & ipſi/dicere Chriſtũ eſſe peccatorẽ. Verũ ille ut neq; pateret calũnie/neq; ueritatẽ celaret; non dixit/ſcio eum iuſtum/ſed ſententiã protulit eorum ſententie ex oppoſito contradicentẽ. Dixerant enim nos ſcimus: quia hic homo peccator eſt.Ipſe uero neq; dubitationẽ neq; neſcientiã ſua reſpõſione expreſſit:ſed oppoſitionẽ dicti eorum, Dicitis inquit uos ſcire:q; peccator eſt,ego uero ea in re non ſentio uobiſcum / ſed eum peccatorẽ eſſe neſcio;quinimmo bonũ & iuſtum eſſe ipſum ingenue fateor/quod & ipſa loquuntur opera Id unum plane quod manifeſte noui predico:ſcilicet cum cecus eſſem/ ſuo beneficio nunc uiſus munere fungor. Quia autẽ nequierunt euertere quod factum eſt:ad priores redeunt ſermones/rurſum modũ curationis inquirẽtes/ ſicut canes expetitã uenationẽ nũc hic nunc illic inueſtigãtes, Ille autẽ qui toties interrogatus / toties reſpõderat:iam quaſi quodã tedio afficeretur propter illorũ duritiam & incredulitatẽ/cum quadã ſtomachatione reſpondit, Nõ attenditis ad ea que dicũtur,Nõ amplius reſpõdebo uobis manifeſte interrogãtibus: & non uolẽtibus addiſcere ſed cauillari que dicuntur,Nũquid & uos ſicut ego uultis in eum credere:& diſcipulatui eius inherere? Itaq; fortis quidẽ ueritas:& imbecille mendaciũ,Nam ueritas ipſa etſi deſpectos aſſumpſerit: claros eos facit uel oſtendit, Mendacium autẽ etſi cum fortibus fuerit:imbecilles eos monſtrat.Super omnia enim uincit ueritas:& inexpugnabilis eius arx atq; munitio. 3,Eſd.4, Cap,XIX;

» MAledixerunt ergo ei & dixerunt,Tu diſcipulus illius ſis; nos autem
» Moſi diſcipuli ſumus.Nos ſcimus;quia Moyſi locutus eſt deus,hũc
» autẽ neſcimus unde ſit, Reſpondit ille homo & dixit eis,In hoc enĩ
» mirabile eſt/quia uos neſcitis unde ſit;& aperuit meos oculos.Scimꝰ
» autẽ/quia peccatores deus non audit.ſed ſiquis dei cultor eſt & uo=
» luntate eius facit:hunc exaudit. A ſeculo no eſt auditũ; quia quis aperuit oculos
» ceci nati,Niſi eſſet hic a deo:non poſſet facere quicq;, ¶Maledictũ hoc/tu diſcipulus illius ſis; ueniat ſup nos Chriſtianos. queadmodũ Rebecca dixit filio ſuo Iacob/ timenti maledictionẽ ſibi pro benedictione illatum ira patre ſuo Iſaac:ſi

s,5,

Geneſis. 27 deprehenderet ſimulationē illam qua fingeret ſe eſſe Eſau, In me ſit iſta maledi
ctio fili mi, Ita ſane & in nos ſit hec Phariſeorū maledictio. Si quide cor intuearis
eorū: maledictū eſt / quia hoc maledicētis affectu protulerunt. Si uerba ipſa per-
Mala. 2 pēdas: exoptabilis eſt benedictio. quis enim nō deſideret diſcipulus eſſe Chriſti?
Sed quēadmodū per prophetā dicit dominus de improbis maledicā benedictio-
nibus ueſtris: ita ediuerſo dicit / benedicam maledictionibus ueſtris, & cōpletur
Pſalmus. 108 in eis quod alio loco dicitur. Maledicēt illi: & tu benedices. Rurſum more ſuo de
Moyſi diſcipulatu ſe uane iactant: dicentes. Nos Moyſi diſcipuli ſumus. Sed fal-
luntur: ſemetipſos decipientes. Nā ſi ueri diſcipuli Moyſis eſſent: crederēt utiq;
Ioannes. 5 Moſi annūcianti Chriſtū / & cognoſcerēt eum qui per Moſem prenunciatus eſt.
Sic enim dominus illis ait, ſi crederetis Moſi: crederetis forſitan & michi. De me
enim ille ſcripſit. Si aūt illius litteris non creditis: meis uerbis quomodo credetis?
Nonne diſcipulorū eſt magiſtri doctrinam ad unguē ſeruare: & ab illius precep-
tis nequaq̄ exorbitare? Si igitur Moyſi eſtis diſcipuli / ut uerbo proteſtamini o
Leui. 19. Phariſei: cur illius dogmata nō obſeruatis? Prohibuit ille maledictionem inferri
cuiq̄, non maledices (inquit) ſurdo: nec ceco pones offendiculū. Vos autem male
Exodi, 23 dicitis homini: ueritatē conſtāter confitēti. Prohibuit inſuper ſanguinē innoxiū
fundi: & iuſtum occidi. uos autē in eedem innocētis / & eius qui iuſtitie totius eſt
Deute, 6 author precipites ferimini. Demū iuſſit Moyſes deum adorari: & eius gloriam in
omnibus queri, Vos autem ſignum iſtud in ceco calumniātes: dei uirtutē pro ui-
ribus extenuatis & negatis. Id unum tamen uerū confitemini: uos ſcilicet ſcire q̄
Moyſi locutus eſt deus. Et idipſū nos ingenue quoq; fatemur: per ſacrā ſcriptu-
Exodi 33. ram edocti / dicentē. Loquebatur deus cū Moyſe: ſicut homo loqui ſolet ad amicū
Nume, 12 ſuum, Et deus de Moyſe, Ore ad os loquor ei. Sed eo grauior eſt ueſtra dānatio
& iniquitas: q̄ illius cui deus locutus eſt precepta negligitis. Ea que a deo ſuſcepit
mandata conculcatis: & pro nichilo ducitis. Prophetā illum quē de medio ueſtrū
Deutero. 18 predixit ſuſcitandū & audiendū / nunc coram loquentē contemnitis: dicentes.
Hunc autē neſcimus unde ſit, Sed nonne locum natiuitatis eius & patriam noui
ſtis: aut etiam genus ſecundū humanā genealogiā? nonne ſuperius dixiſtis. hūc
Ioan, 7 ſcimus unde ſit? Sed hec uerba ueſtra non ex ignorātia illius ſed contēptu pro-
deunt: quo illum paruifacitis. Vos etenim miſerandi / dei filium cernentes: homi-
nem prorſus contemptibilē & nouiſſimū iudicaſtis, hinc dicitis uos illum neſcire
unde ſit: cōſueto more hominū / qui quos abiciunt neſcire ſe dicūt. Tale quiddā
1. Regū. 17 & in libro regum legimus. Cum enim Dauid adoleſcens Goliā uiris fortibus for
midabilē ſtrauiſſet: ait Saul ad Abner, Cuius eſt iſte puer Abner? Certe armiger
eius fuerat / citharam coram eo crebro percuſſerat: & nunc quis eſſet interroga-
bat, Quaſi enim non cognoſcebat: in quo etatē adoleſcentis & habitum paſto-
ralē contemnebat. Sed quo magis eluceat & innoteſcat cecitas ueſtra / ea que per
uiſum cognoſcitis: auditu minora eſtimatis. Illa enī que noſſe uos dicitis / utpote
q̄ Moyſi locutus fuerit deus: a progenitoribus audiſtis, Sed nonne fide dignior
eſt qui certificauit q̄ a deo uenit per miracula: que nō ſolū audiſtis ſed uidiſtis?
Vnde merito cecus ipſe ſed iam claritate mētis & corporis perfuſus / dicta ueſtra
confutat: a magnitudine ſigni in ſe perpetrati ſumpto argumento. Nō uidetur
inquit id ueritati cōſentaneū aut oino coherere uero: q̄ neſciatis unde iſte ſit / &

tanq̄ ignobilē aut obſcuri nominis uirū deſpiciatis/qui tam preclarū ſignū & diuine uirtutis atteſtatiuū *in me operat*ū. Nēpe peccatores deus auerſatur & odit: neq; preces eorū grate ſūt auribus eius. Sed ſiquis deum intētiſſime coluerit / & mādata eius ſeruauerit: hūc benigniter exaudit. Oculi enī domini ſuper iuſtos/ ut dicit propheta: & aures eius in preces eorum. Et rurſum alio loco. Iniquitatē ſi aſpexi in corde meo: non exaudiet dominus. Hunc autē illuminatorē meū exaudiuit deus/qui talem ei poteſtatē contulerit: q. a me ab incunabulis inſitā & congenitam cecitatē depulerit. Nō eſt igitur ipſe peccator ut uos ſentitis/ſed a deo: cuius uirtute id admirabile opus egit. Neq; enī a mundi exordio auditū eſt cuiq̄: q. quis aperuerit oculos ceci nati. quocirca niſi ille tāti ſigni author eſſet a deo: nō potuiſſet tale quicq̄ efficere. Sed quomodo dicet quiſpiam: deus peccatores non exaudit? Exaudituſne eſt publicanus? qui in templo dei a longe ſtans / & oculos in terrā demittēs/pectuſq; pugnis percutiens: dicebat, Deus propitius eſto mihi peccatori. Qua confeſſione ſic exauditus eſt: ut iuſtificatus a tēplo rediret/qui iniuſtus uenerat ad tēplum. Inſuper nōne a dño noſtro edocti/ quotidiana oratione utimur ad deū: dimitte nobis debita noſtra/ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris? Que autē ſunt debita noſtra in deum: niſi peccata quibus eum offendimus/propter que debitores mortis & dānationis rei apud diuinam maieſtatem efficimur? Rurſum beatus Ioannes in epiſtola ſua. Si dixerimus quia peccatū non habemus: noſipſos ſeducimus/& ueritas in nobis nō eſt. Deniq; ſapiēs. Quis poteſt dicere/mundū eſt cor meum: & purus ego ſum a peccato? Si igitur nullus exors criminis hanc degit uitam/& peccatoris orationes non ſuſcipiunt? a deo: nullos igitur deus exaudit/ſed omniū auerſatur oratiōes. Quomodo ergo dicit pſalmus, Exaudiuit dominus uocem fletus mei, exaudiuit dominus deprecationem meam: dominus orationem meam ſuſcepit? Ceterum exaudiuntur a deo peccatores: ſi reſipiſcant a peccatis/ſi mala preterita lachrymis abluant / & ex corde abnegant ſe eſſe quod fuerant, tranſlati enim per hoc ſunt a morte ad uitam: a ſiniſtra in dexteram/ab iniuſticia ad iuſticiam. Eos uero qui perſeuerāt in malitia ſua/& preteritis peccatis quotidie noua accumulāt/fiuntq; in dies deteriores: deus minime exaudit / eorū preces abiicit & execratur. quemadmodū per Eſaiam dicit, Cum extenderitis manus ueſtras: auertā oculos meos a uobis, & cum multiplicaueritis orationem: non exaudiam. manus enim ueſtre: ſanguine plene ſunt. Et Hieremias ad dominū. Nos inique egimus & ad iracundiā prouocauimus: idcirco tu inexorabilis es, Oppoſuiſti nubem tibi ne tranſeat oratio, Enimuero nubes illa: peccatorū noſtrorū atra eſt denſitas/obſtaculum prebens ne diuinas aures oratio noſtra penetret.

Pſalmus, 33

Pſal. 33.

Pſal. 65.

Luce. 18

Math. 6.

1. Ioan. 1.

Prouer. 20

Pſalmus, 6

Eſaie. 1.

Thre. 3.

Cap. XX.

» RESponderunt & dixerunt ei. In peccatis natus es totus: & tu doces » nos? Et eiecerūt eum foras. Audiuit Ieſus quia eiecerūt eum foras: » & cum inueniſſet eum/ dixit ei. Tu credis in filium dei? Reſpondit » ille & dixit. Quis eſt domine: ut credā in eum? Et dixit ei Ieſus. Et » uidiſti eum/& qui loquitur tecū: ipſe eſt. At ille ait. Credo domine, » & procidens adorauit eum. ¶ His uerbis Phariſei cecitatē ei exprobrant: improperantes q. propter peccata aut ſua aut parentū factus eſſet cecus / & dicentes, In peccatis natus es totus: id eſt a prima etate peccatis inuolut? es & clauſis oculis

natus, Ecce ex Phariſaico ſupercilio id enaſcitur: ſeipſum bonum exiſtimare & alios ut peccatores aſpernari, temerario quoq; iudicio q̃ aliis aduerſa contingũt/ reputare ob peccatũ illis eſſe inflicta & deterioris uite culpã. Eo tendit parabola domini nr̃i/quã dixit ad quoſdã qui in ſe confidebãt tanq̃ eſſent iuſti: & aſpernabantur ceteros. In qua Phariſeus aſcendẽs in tẽplum & orans, benefacta ſua cõmemorauit/pretulitq; ſe aliis quos adulteros/fures/raptores/iniuſtoſq; iudicauit: ſed nõ meruit ille cum publicano gratiam iuſtificationis. Ita hoc in loco cecũ hunc deſpectui habentes/dicũt a prima etate peccatis fuiſſe irretitum: exiſtimãtes ſe longe illo eſſe iuſtiores & meliores, cum tamen ediuerſo hic eſſet iuſtificatus/nam qui oculos eius aperuit: totum ſaluauit/quiq; foris illuminauit: ipſe cor illius ab omni iniquitatis nubilo purgauit. Ipſe uero grauiſſimis peccatis & potiſſimum infidelitatis & crudelitatis erãt illaqueati. Cecitatẽ quoq; eius aſcribũt peccatis preterite uite: perperã de illo iudicantes, cũ tamẽ dñs noſter proteſtatus ſit: eum neq; propter ſua neq; parentũ peccata cecũ natũ eſſe. Ex quo perſpicuum eſt animũ qui graui rapitur affectu odii aut liuoris: tranſuerſum oia agere/atq; contrario ueritati iudicio plerumq; precipitẽ ferri, Egro quoq; animo ferunt ſe ab illo doceri: quod non minus q̃ antecedẽtia ex tumore animi naſcitur/ dedignantis ab alio doctrinam capeſſere: quia ſibi excellẽtis ſcientie perſuaſionem induit ſcioluſq; uidetur. Ipſi certe eum interrogauerunt/ipſi coegerunt ut diceret quid de Chriſto ſuo illuminatore ſentiret: & nunc uera confitentem arguunt/& de ſynagoga propellũt. Donec expectabãt eum negaturũ eſſe Chriſtum aut opus dei fide dignũ eſſe putabant, ſed cũ uident eum in ueritatis confeſſione conſtantẽ: ignominioſe eum eiiciunt, Ipſi illum magiſtrũ ſuum fecerãt: ipſi ut diſcerent toties interrogauerunt/& demũ ingrati docentẽ reiecerunt cũ indignatione dicentes, Et tu doces nos? Solet enim maiorũ conſuetudo a minoribus aliquid diſcere dedignari: quod nimirum ex latente morbo ſuperbie proficiſcitur/quo ſibi animus falſam ſcientie opinionẽ aſcribit: & erubeſcit ab eis qui inferiore gradu uite aut dignitati ſunt cõſtituti quippiã percipere/ne ignoraſſe uideatur idipſum: aut minor illo in doctrina appareat a quo diſcit/cũ cupit omnibus ſupereminere, Sed ſi animus noſter uera eſſet humilitate munitus: nõ erubeſceret etiam a quouis puerulo quicq̃ quod ignoraret addiſcere. A quocũq; enĩ percipi poteſt ueritas: amplectenda eſt & capeſſenda. Exemplo nobis eſt dominus noſter uberrimus ſapientie fons: qui duodecim annos natus (ut Lucas ſcribit) inuẽtus eſt in templo inter legiſperitos & doctores interrogans & audiẽs eos Ipſe qui dei uirtus eſt & ſapiẽtia/in quo oẽs theſauri ſciẽtie & ſapiẽtie ſunt abſcõditi: non recuſat interrogare homines & audire illos, quid ergo nos talpe cecutientes & noctuis perſimiles renuemus ab aliis quantumlibet abiectis aut exiguis ueritatẽ ediſcere? Non dedignatus eſt dominus noſter eximiũ uere humilitatis exemplũ: a Ioãne baptiſta ablui in Iordane & baptiſari. Quid igitur reſpuemus a proximis & fratribus noſtris doctrine munus/quantũuis exiſtimatione hominum habeamur eruditi aut alii putentur ignari: ſuſcipere? cum ſi nos uera moueat & ſyncera ueritatis agnoſcende cupiditas: non tam a quo doceamur attendere debeamus/q̃ quid doceamur, & ueritatis munus a quocũq; accipiatur: precioſum eſſe. Ceterũ Phariſei ſicut a ceco auditã ſalutarẽ doctrinã contẽpſerunt:

Luce. 18

Doctrinã libẽter ab oĩbus eſſe percipiendam.

Luce. 2.

1. Corĩ. 1. Colo. 2

ita & ipſum doctorē habent ludibrio & ſpernunt / eiicientes eum cū graui ignominia extra ſynagogā. Id reuera magnum apud Iudeos opprobriū ducebatur: ſiquē de ſynagoga eieciſſent, Sicut enim nunc homicide uel adulteri uel ceteris capitalibus criminib⁹ rei / ab eccleſia pellūtur: ita tunc confeſſores Chriſti a ſynagoga Iudeorum eliminabantur. Phariſei quidē illum prius cecum eiiciebant: ſed Chriſtus eum ſuſcipiebat. Tunc magis meruit cognoſcere Chriſtū: cum electus eſt de cōſortio inimicorū Chriſti. Quādiu enim inter Phariſeos fuit / & ignominiam ab eis non eſt paſſus: non ſe illi denuo exhibuit. Sed cum primū extra illos eſt conturberniū expulſus / & ignominie nota pro Chriſto affectus: protinus ſe illi Chriſtus preſentē oſtēdit, Quo quidem exemplo nobis dilucide declarauit: eos qui propter Chriſtū & iuſticiā reprobantur ab hominibus & eiiciuntur / continuo a deo ſuſcipi. & quāto grauiores contumelie cuiq̄ inferūtur propter deū: tanto deum illi propriorē & propinquiorē eſſe adiutorem. Beati inquit eritis cū maledixerint uobis homines / & exprobrauerint: & eiecerint nomē ueſtrū tanq̄ malū propter filiū hominis, gaudete in illa die & exultate: ecce enim merces ueſtra copioſa eſt in celis, Nēpe ut amicitia huius mundi inimica eſt deo / & qui uoluerit amicus eſſe mundi huius: inimicus dei conſtituitur. Ita ediuerſo inimicitia huius mūdi amica eſt deo / & qui uoluerit eſſe inimicus huius mundi: amicus dei redditur. quos enim mūdus ut abortiuos eiicit: eos Chriſtus ut filios chariſſimos ſuſcipit, Cū quanta itaq; benignitate illum compellat / & inuentū ad conſumatam fidei confeſſionē adducit: accuratius attēde. Vt audiuit eum foras electum / querit eum ut colligat in ſinum ſue pietatis / & ducat in ſuū ouile. Inuentūq; interrogat. Tu credis in filiū dei? Interrogat autē non ignorans / ſed uolens ſeipſū notum facere: & oſtendens quoniā plurimi fecit eius fidem. quaſi dicat. Iudeorū multitudo cōuiciata eſt mihi in eo ſigno quod operatus in te ſum: ſed nulla mihi eſt cura illorum. Vnius rei cura eſt: ut tu credas, melior enim eſt unus faciens uoluntatē dei: q̄ decies mille iniqui. Porro id non perfunctorie hic animaduerte. q̄ ſi ſola Chriſti qualiſcūq; confeſſio / fidei eſſet conſumatio: dictum nunc fuiſſet illi. Tu credis in Chriſtū? Sed quia hereticis pene omnibus hoc nomē in ore eſſet futurum ut Chriſtū confiterentur / & filium tamen dei negarēt: id qđ proprium Chriſto eſt / ad fidem poſcitur: id eſt ut credatur in dei filiū. Credidiſſe autem in dei filiū qđ proficit: ſi credatur in creaturā? cum a nobis fides in Chriſto: nō creature dei ſed filii dei poſtuletur. Non eſt igitur creatura Chriſt⁹ / ut dei filius: quē admodū oblatrant Arrhiani / ſed uerus deus, Nondū autē cecus Chriſtū nouerat. cecus enim erat anteq̄ ueniret ad Chriſtū: & poſt curationē a Iudeis circūtrahebatur. Idcirco ille qui eum tantū corporeis oculis uidebat: corde nondū intelligebat / reſpondens, quis eſt domine: ut credam in eum? Quibus uerbis oſtendit tam dudum ſe paratū cor ad credendū habuiſſe: ſed in quem deberet credere / ignoraſſe. Deſiderātis enim & ualde ingerentis anime eſt hoc uerbū. pro quo in tantum diſputauit: hunc ignorat / ut diſcas in eo ueritatis amorē. Et ergo ipſa ueritas ſe ei aperte / & dimoto omni uelamine exhibet: dicēs, Et uidiſti eum / & qui loquitur tecum: ipſe eſt. Ecce myſteriū ſue diuinitatis abſcōdit Chriſtus a ſapientibus & prudentibus / ſcilicet incredulis Iudeis: quibus nunq̄ tam aperto uerbo ſeipſum demonſtrauit / q̄ maliuolo eum animo quererēt & inſectarentur, Illud

Mathe, 5.

Iacobi, 4

Matheus 11

autē paruulis & humilibus reuelauit myſteriū:pio eum affectu proſequentibus.
Neq; ſe difficilē ad credendū preſtitit hic cecus iam plene illuminatus: ſed protinus uerbo proteſtatus eſt credere / & opere.nam procidens adorauit eum, per hoc quodam modo conteſtans Chriſtū eſſe deum ſe credere:quē procidens adorabat,nobis quoq; exemplū relinquēs: ut non erecta ceruice ſed in terram proſtrati / dei miſericordiā imploremus,quēadmodū nos etiam admonet propheta
Pſalmus. 94 ad debitam deo uenerationē exhibendā omnes inuitans cum ait. Venite adoremus & procidamus ante deū. ¶ Porro huius ceci exemplo diſcimus / q, qui propter ueritatē & Chriſti confeſſionē malo & contumelia aliqua afficiuntur:ii maxime
Ioannes, 12 a deo honorantur. Vt enim qui propter deū pecunias diſpergit:is maxime eas inuenit.&qui odit animā ſuam: is uel imprimis amat:ita contumelia affectus propter deū / is plurimū honoratur a deo.quod ceco uſu uenit. Eiectus eſt a templo a Iudeis:& a templi domino inuentus eſt, A peſtifero concilio liberatus:ſaluti ferum eſt fontē conſecutus, Contemptus a contēptoribus Chriſti:ab angelorū rege honoratus eſt.hec ſunt ueritatis premia / que aſſecutus eſt is: qui pro ueritate fortiter decertauerat.qui interritus ſcribarū & phariſeorū inſultus ac fremit⁹ pro Chriſto ſuſtinuerat, In cuius fortitudinis conſtantieq; mercedē / ſe ultro illi Chriſtus agnoſcendū obtulit:& ad conſummatā fidei perfectionē prouexit / ſe uerū dei filiū eſſe illi cōteſtatus.Sic ſane qui pio animi affectu deū querunt:protinus eum habent occurrentē, ab iis uero qui peruerſo corde querunt eundē:procul abeſt / nec inueniri poteſt, Mulier namq; Samaritana cum dixiſſet domino
Ioannes. 4 noſtro iuxta puteū aque.Scio quia meſſias uenit:qui dicitur Chriſtus.Cum ergo uenerit:ille nobis nunciabit omnia.Protinus illi dominus ſe eſſe Chriſtum eſt teſtificatus/& reſpondit,Ego ſum qui loquor tecū, Nunq̄ autē tāta facilitate neq; tam aperte Iudeis ſe eſſe Chriſtū eſt conteſtatus.Cū enim interrogaſſent eum/ meditantes inſidias. Quouſq; animā noſtram tollis? Si tu es Chriſtus:dic nobis palam.Reſpondit illis ueritatē / inuolute tamen & minus patenter loquor uobis:
Ioannes. 10 & non creditis,Opera que ego facio in nomine patris mei:hec teſtimoniū perhibent de me.Sed & in exordio infantilis etatis ipſius / Magi queſiuerūt Chriſtum
Mathę,2. cum muneribus:& ſtelle preuie ductu eundē inuenerunt:quoniā ut eum adorarēt inueſtigauerūt,herodes uero etſi multū perquireret minime ipſum inuenit: quia in illius exitium ſtringi ferrū iuſſit.Similiter turbe leguntur requiſiſſe dñm
Luce.4, Ioan.11. noſtrum in deſerto/&facile inueniſſe:quoniā ſtudio audiēdi uerbū eius pertrahebantur,At pontifices & phariſei dederant mandatū ut ſiquis cognouerit ubi eſſet Iheſus / indicet ut apprehendant eum. Nunq̄ tamē incidere in eum aut inuenire potuerunt:quoniam maligno ſtudio eundem perſequebantur, Et huius quoq; rei figuram legimus in libro regnorum de dauid / quem atrociter perſequebantur Saul in montibus & deſertis:ut perderet ipſum / nunq̄ tamen eundē
1.Regū, 24 inuenire aut cōprehēdere potuit, Ionathas aūt filius Saul / haud magno negocio
1.Regū, 23 inuenit ipſum dauid in ſylua:qa illi amicitia coniūctiſſimus / ad cōfortandū illū perqſiuit.dixitq; ei. Ne timeas. Neq; enī inueniet te man⁹ Saul p̄ris mei. Ca. XXI

» ET dixit ei Ieſus,In iudicium ego in hunc mundū ueni: ut qui non uident
» uideant / & qui uident ceci fiant, Et audierūt quidā ex phariſeis qui cum
» ipſo erant:& dixerunt ei,Nunquid & nos ceci ſumus? Dixit eis Ieſus.Si

ceci eſſetis:non haberetis peccatū,Nunc uero quoniã dicitis/quia uidemus:pec=
catum ueſtrū manet, ¶ Longanimis expectator domini Simeon/& aduentum
eius in carnẽ ardenter ſuſpirans:cũ accepiſſet ipſum quadrageſimo poſt nati =
tatem die inductũ in templũ/& cupidis ulnis ſuiſſet amplexus:poſt diuinas lau=
des prophetico ſpiritu illuſtratus dixit. Ecce poſitus eſt hic in ruinam &in reſur= Luce,2.
rectionẽ multorũ : & in ſignum cui contradicetur. In ruinam quidem eorũ/ qui
impegerunt in lapidem offenſionis & petrã ſcandali incrudelitate mentis ſue:& Eſaie.8.
obſtinati animi duritia credere in ipſum renuerũt. In reſurrectionẽ uero illorũ/
qui doctrinam eius amplexi ſunt & mandata ſeruarũt:per que ab imo barathro
dãnationis ad uirtutũ culmen & celi demum celſitudinẽ ſubuecti ſunt. Eandem
quoq; ſententiã hoc loco dominus aſſerit : dicens ſe in hũc mundũ uenisſe in iu=
diciũ/non quidem condemnationis aut extreme retributionis:que ad conſuma
tionẽ uſq; ſeculi reſeruatur futura/ſed diſcretionis bonorũ ab improbis/ & cre=
dentiũ ab incredulis. ut qui non uident uideant / id eſt qui ſe non uidere putant
& querũt ut uideant/interiore lumine illuſtrentur/ & ad fidei ueritatiſq; perdu
cantur cognitionẽ, Simplices enim & humiles ſuam confitentes & agnoſcentes
ignorantiã:a Chriſto illuminati ſunt. Et ut uidentes ceci fiant/id eſt ut qui putãt
ſe uidere & medicũ non querunt qui ipſos illuminet / cũ in magna cecitate uer=
ſentur:permaneant in ſua incredulitate & tenebroſitate errorũ. quales erãt ſu=
perbi ſapientes & Phariſei : qui ſapientes erant in oculis ſuis & apud ſemetipſos Eſaie.5.
prudẽtes. Sane ut Paulus ait/dicentes ſe eſſe ſapientes:ſtulti facti ſunt. Euanue=
runt in cogitationibus ſuis: & obſcuratũ eſt inſipiẽs cor eorũ,Et hec ſane uerba Roma.1.
domini liquido nobis oſtẽdunt. quanti momenti eſt ad uirtutem &diuina mune
ra promerenda/humiliter de ſeipſo ſentire/ ſuam cognoſcere fragilitatẽ/infir= hũilitatẽ
mitatemq; fateri,Hec plane humilis de ſe exiſtimatio &proprie indigentie con= ad diuine
feſſio:diuine gratie largitatẽ affatim conſequitur/& celeſte impetrat auxilium. gr̃e pce=
Contra uero qui grande aliquid & ſublime de ſe exiſtimant/ſeq; ſuper ſe extol= ptionẽ eẽ
lunt/arrogantq; maiora q̃ ſibi aſſint: diuino deſtituti preſidio aridi reliquuntur cõuenien
& indigi/bonorũq; omniũ egeni. Id propheta nos edocet dicens. domine non eſt tiſſimam
exaltatũ cor meum / neq; elati ſunt oculi mei : neq; ambulaui in magnis/neq; in pſ.130.
mirabilibus ſuper me,Si non humiliter ſentiebã ſed exaltaui animã meam: ſicut
ablactatus eſt ſuper matre ſua/ita retributio in anima mea. Et idem alio in loco, Pſalmus,
Quoniã tu populũ humilem ſaluũ facies : & oculos ſuperborũ humiliabis. Vere 17
itaq; de ſe profeſſus eſt. humiliatus ſum & liberauit me,quoniã deus ſuperbis re pſ,114
ſiſtit & humilibus dat gratiam,Saul cum paruulus eſſet in oculis ſuis: dux ſuper 1.Petri,4
Iſrael conſtitutus eſt. cum uero in ſuperbiã elatus eſt:a deo abiectus & reproba= 1.Reg,9,
tus,Cum Dauid uilis in oculis ſuis ſaltaret coram arca ludens cithara : mirum in 1.Reg,15
modũ deo placuit. Cũ uero tumore animi inflatus populũ iuſſit numerari:uindi 2.Reg.6,
cem dei manũ ſenſit. Hinc per Eſaiam dominus inquit. Ad quem reſpiciã niſi ad 2.Re,24,
pauperculũ & humilẽ:& trementem ſermones meos? Quinimmo ipſe qui uere Eſaie. 66
humilis eſt:exultans in ſpiritu ſancto / confiteor inquit tibi domine pater celi & Mathe,11
terre:quoniã abſcõdiſti hec a ſapiẽtibus & prudentibus/& reuelaſti ea paruulis.
Itaq; uenit in hunc mundũ:ut paruulos &qui ſue ſunt cecitatis conſci illumina=
ret/illis in errorũ caligine dimiſſis : qui ſibi uidẽtes uidẽtur. Sed ſi in hunc mũdũ

(dicet quiſpiam) Chriſtus uenit ut uidentes ceci fiant: non eſt eis imputanda illa cecitas / neq; ipſorum culpe aſcribenda, quinimmo ipſius excecationis Chriſtus uidebitur eſſe cauſa: qui propterea dicit ſe in mundū uenisſe / ut uidētibus infligeretur cecitas. Verū non rationabiliter loquūtur qui hec deo obiectāt / ipſumq; authorē mali aſtruere non uerētur, Nēpe ſicut ſol iſte ſenſibilis noſtrum ſupertertur horiſonta: ut omnibus ſue claritatis dona cōmunicet / & in cunctorū oculos ſue lucis iaciat ſpicula. Q; ſiquis palpebras occludat / aut ſe ſponte ſua auertat a ſole / beneficiū luminis ipſius recuſans: is nō culpa ſolis ſed propria / expers
Luce. 1. eſt illuminationis & in tenebris manet. Haud ſecus uerus ipſe ſol qui uenit illuminare ſedētes in tenebris & umbra mortis: eam ob rem terras inuiſit / ut omnibus ſue cognitionis & gratie munus ipartiatur / & omniū oculos interiores ſplendore ſpirituali illuſtret, Pleriq; uero repudiarūt hoc munus celeſtis luminis ultro eis exhibitū: & oculos mentis occluſerūt ne illuceret eis tā eximia lucis eterne irradiatio, Nō igitur ipſius ueri ſolis culpa effectū eſt q; occecati fuerint: ſed ſola ipſorū improbitate & duritia, Excecauit enim eos (ut dicit ſapiens) malicia eorū,
Sapien. 2. Quod nobis haud adūbrate ſignificatū eſt in Sanſone capto a Philiſteis / protiIudicū. 16 nus in carcerē ab eis coniecto / & orbato oculis. qui quēuis hominē ſuarū cupiditatū cathenis & uinculis grauiter aſtrictū deſignat: & ob ſuarum affectionū uehementiam mente occecatū. Siquis enim honoris ambitione laborat / aut graui exeſtuat opum cupidine / aut ethneis uoluptatū ignibus efferuet: nimirū ſibiipſi oculos eruit / & deſtitutus lumine mentis in foueam iniquitatis agitur preceps, Proinde particula ut / ſecūdo loco intellecta: nō cauſam exprimere putanda eſt / ſed euentū. Quamuis enim precipua cauſa aduentus domini in mundū fuerit ut non uidentes uideant: quia interioris illuminationis ipſe primarius eſt fons & author. non tamen idcirco uenisſe putandus eſt / ut uidētes ceci fiāt: cum ab eo non poſſit quoquopacto proficiſci obtenebratio. ſed poſt aduentū ſuum id conſecutū eſt: q; exiſtimantes ſe uidere / amplius facti ſunt ceci. non quidē occaſiōe lucis ſuapte natura illuminantis: ſed obduratiōe cordis malorū, Ita peritiſſimus medicus ſi egrotis omnibus det precepta quibus priſtinam ſoſpitatē recuperēt: quorū hi obtemperantes medico reſtituantur incolumitati. Illi uero recuſantes morem gerere recte conſulenti: egrotent amplius & tandē extinguantur. tum medicus ille recte dixerit ſe uenisſe: ut omnibus ſanitatis beneficium impendat, ſuo tamen aduentu effectū eſſe: q; pleriq; deterius ſe habuerint / & uitam cum morte cōmutauerint, Nullus tamen ſane mētis interitū illoꝝ medici culpe aſcripſerit / ſed egrotorū incontinentie: qui ſuo indulgētes animo / ſalutaris illius precepta neglexerint. Mos autē ſacre ſcripture admodū frequens eſt: ea q̄ per euentum contigerūt & ad aliud conſecuta ſunt / exprimere modo quodam cauſalitatis: tametſi nulla ibidem cauſe ratio ſubſit. Vt hic euangeliſta alio loco. Cum aūt tanta ſigna feciſſet corā eis / nō credebāt in eum: ut ſermo Eſaie impleretur quē
Ioan. 12, dixit Domine quis credidit auditui noſtro / & brachiū domini cui reuelatū eſt?
Eſaie. 52, Propterea non poterant credere: quia iterū dixit Eſaias, Rurſum alio loco, Nūc
Ioan. 15. aūt & uiderūt & oderūt me & patrē meū. ſed ut adimpleatur ſermo qui in lege
Pſalmus. eorū ſcriptus eſt: quia odio habuerūt me gratis. Non enim in his & conſimilibus
68 ſcripture locis: p̄dictio & prenūciatio facta per prophetā / denotatur eſſe cauſa

incredulitatis & odii Iudeorũ. ſed quia ſpõte ſua excecati ſunt & indurati: hinc euenit teſtimonia prophetarũ hanc prædicentia excecationẽ & obdurationem/ eſſe completa in eis & conſummata. Porro nõnulli ex Phariſeis ſuſpicati illa uerba domini propter ſeipſos eſſe dicta: utpote/ & qui uidentes cæci fiant, cum ſupercilio & indignatione interrogarunt. Nunquid & nos cæci ſumus? Indigne enim ferebant & moleſte ſeipſos illis uerbis etiã cecitatis probro notatos eſſe: cũ ſe existimarent acutius ceteris & perſpicacius animo uidere. Verum quid dominus iactantibus ſe de perſpicacitate mentis & cecitatẽ ſuam minime cognoſcentibus reſponderit: audire operepretium eſt. Si cæci eſſetis (inquit) non haberetis peccatum. id eſt ſi uos cæcos diceretis & ad medicũ recurreretis ut hãc depelleret cecitatẽ: eſſetis immunes peccati & digni a medico illuminari. Nunc uero quoniã dicitis quia uidemus: peccatũ ueſtrum manet. id eſt quia exiſtimatis uos uidere/ & recuſatis implorare opem medici: grauiori delicto eſtis aſtricti/ & maiore laboratis onere peccatorũ. Duplex ſiquidem in eis erat malum: q, ſcilicet grauiſſima tenebantur cecitate/ non cognoſcentes ueram lucem quæ inter eos ſignorũ ſplẽdore radiabat, & q, hanc tantam ſuam cecitatem non perpendebant: perſuaſerunt q; ſibi q, eſſent oculatiſſimi/ & præter ceteros cognitionis gratia illuſtrati. Itaq; perſimiles erant freneticis/ qui cum a grauiſſimo tẽtantur morbo & plane delirant: non tamen ſuum cognoſcunt morbum/ ſed ſe ſana eſſe mente & corpore ſibi perſuadent/ & uerbis apud alios aſtruunt. Non incongruũ itidem fuerit: hæc poſtrema domini uerba ſecundum aliam interpretari ſententiam. ſcilicet/ ſi cæci eſſetis: id eſt inſcii ſcripturarũ de meo aduentu & operibus aperte loquentium nequaq; tam graue uobis peccatũ incũberet: tanq; ignorantia peccantibus & hanc ob cauſam quicq; excuſationis habentibus. Nunc uero quia prudẽtes uos atq; legiſperitos aſſeritis: per uoſipſos cõdẽnabiles eſtis/ quia nulla uobis pretendi poteſt per ignorantiam excuſatio. Sed & iis qui intelligentiæ ſcripturarum taletum a domino acceperunt magnopere formidandum eſt: ne ipſum indebite diſpenſatum materiam grauioris ingerat peccati & damnationis. quoniã cui multum cõmunicatum fuerit: multum requiretur ab eo, & tanto maioris eſt criminis reus: quãto plura ſuſceperit dona quæ diſpartiat/ & perperam ſuo fungitur officio/ aut quanto amplius norit quæ agenda ſunt: & agere negligit, Luce. 12.

¶ Sexti libri ad Cyrillum in Ioannem adiecti/ finis.

¶ Adiectus in Cyrillum ſuper Ioannem liber ſeptimus. Cap. I.



Men amen dico uobis / qui nō intrat per oſtiū in ouile ouium ſed aſcendit aliunde: ille fur eſt & latro. ¶ Qui autem intrat per oſtiū: paſtor eſt ouium, huic oſtiarius aperit: & oues uocē eius audiūt, ¶ Quia Phariſei iactitabant ſe uidere: quod quidem poſſent / ſi oues Chriſti eſſent: dominus contra eorū arrogantiam de grege ſuo & de hoſtio quo intrat in ouile / ſimilitudinē proponit, oſtendes q, nec ſapiētia / nec obſeruatio legis nec bona uita quicq; ualet: niſi per eum / per quem ſolum datur aditus & acceſſus in ſalutē, quemadmodū alio loco dicit.

Ioan. 14. Nemo uenit ad patrem: niſi per me, Itaq; hoc in prouerbio quatuor potiſſimum proponit: oſtium / ouile ouium / furem / & paſtorē. Per oſtium: ſeipſum intelligi proponit / ut deinceps declarat. Per ouile ouium: catholicā eccleſiam conſortūq; fideliū deſignat. in quod non niſi per Chriſtū rectus patet ingreſſus, Per furem atq; latronem intelligendus eſt: qui aut non recte de Chriſto ſentit / aut ſuam & nō dei gloriam querit, & is peſtifero dogmate aut perniciōſis moribus oues infectat & labefactat. Deniq; per paſtorem accipiēdus eſt is: qui deo recte ſubditus non proprium ſed ouium querit commodū / earumq; ſalutē procurat, Itaq; alludens moribus furis & paſtoris / ea naturali proponit exēplo: que & in recta ſeſe habere conſpiciuntur / & ſenſum ſpirituale habent latentiorē. Siquidē furis conditio eſt / non intrare per oſtium in ouile ſed aliunde aſcendere: ut tranſcendere maceriā / aut fractione parietis ingreſſum ſibi parare ut aliena rapiat. Cui ſimiles ſunt quicunq; non per Chriſtū / ſed alia quauis uia in eccleſiam uolunt intrare: quales erant ſcribe & Phariſei / qui docebant mādata & doctrinas hominum / & legem preuaricabantur, quandoquidem prohibebant pro uiribus turbam in

Ioan. 10. Chriſtū credere: demoniacū ipſum & inſanum uocantes. ¶ Qui uero per oſtium intrat in ouile ouium / id eſt per Chriſtum in cetum & ſocietatem fideliū quos ad bonum dirigat: ille paſtor eſt uerus ouiū / que ſaluti cōducant earum ſolicite prouidēs. Signum autem q, is uerus ſit paſtor / duplex ſubnectitur. Primum, q, oſtiarius illi ut noto & iampridē cognito aperit oſtium. Oſtiarius recte intelligitur ſpiritus ſanctus: qui dicitur ſpiritꝰ ueritatis / & promittitur docturus apoſtolos

Ioan. 16, omnem ueritatem. Chriſtus autem eſt ueritas: ipſo atteſtāte. ego ſum uia / ue-

Ioan. 14, ritas / & uita, Oſtiarius igitur aperit oſtium paſtori: cum ſpiritus ſanctus pium deum affectos Chriſtum edocet / & rectam de Chriſto intelligentiam ex ſacrarum litterarum promptuario prebet, Secundum uero legitimi paſtoris ſignum eſt, q, oues uocem eius audiunt: recipiēdo ſanam ab eo doctrinam fidei / & preceptis ad uitam recte inſtituendam datis prompte obediendo. Nempe hic ouiū nomine / fideles intelliguntur animo ſimplices & humiles: qui in ouili Chriſti pabula uerbi eius & mandatorū quotidie ſumūt / & prepoſitis ſuis recte monentibus libenter obtemperant. ¶ Solet & huic littere euangelice alia a ſacris authoribus adaptari expoſitio: ſanā etiā & rectā pretēdens intelligentiā, qua per intrantem in ouile ouiū intelligi uolūt eum qui adminiſtratione dominici gregis ſuſcipit / illiq; moderādo preficitur per aliquā dignitatē eccleſiaſticā / ut epiſcopatū / curā paſtoralē / aut aliā quāuis: quā ex humana inſtitutiōe aſſequitur ſibiq; uēdicat. Per eum uero q non per oſtiū intrat in ouile ouiū / ſed aſcendit aliunde: illū

insinuari dicunt/qui nequaq̃ legitima rectaq; uia consequitur huiusmodi pasto
ralem eminentiã:sed detorta & obliqua/atq; incõcessa.ut qui sublimioris cathe=
dre appetẽs ceca fertur ambitione preceps ad cõparandã sibi ecclesiasticã digni=
tatem:quo honores aucupetur humanos. aut qui rapida exestuãs cupiditate lu=
crispirat ad presidentiã ouilis dñici/ qua emolumẽtum pecuniarũ largius colli
gat/& opes congerat abundãtius,Proinde aut ui &armis curat seipsum intrudi
in sedem pastoralẽ:aut simoniaca labe pactoq; precio laborat ad ouiũ dominica
rum assumendũ regimen.non attendens uerbũ beati Pauli ad hebreos scriben Hebre. 5.
tis:q, nemo sumit sibi honorẽ sed qui uocatur a deo tanq̃ Aaron.Non etiam de=
territus uoce illa terribili beati Petri ad Simonẽ Magũ. Pecunia tua tecum sit in Actu,8,
perditionẽ:quia existimasti donũ dei pecunia possideri,Quisquis autẽ non per
ostium intrat/ sed aliũde hoc pacto ascendit in ouile ouium:fur est & latro quo=
niam nõ querit ipsarũ ouium salutem/sed propriũ dumtaxat cõmodum sinens
cõmissum sibi gregem dispergi atq; dissipari/fame contabescere / atq; in preci=
pitia uictorũ prolabi,At uero per eum qui intrat per ostiũ in ouile ouium. putãt
eum intelligendum/qui debita & licita ratione assumitur ad gregis Christi mo=
derationẽ/canonica scilicet electione & humana institutione: ad quã nec ambi=
tiõe nec auri cupiditate anhelauit.Et is pastor est ouium: quoniã nõ suam ipsius
sed ouium perquirit utilitatẽ:ab eis seuam luporum arcens rabiem / & quicquid
ipsarum officit saluti,huic autẽ uero & legitimo pastori ostiarius aperit: quoniã
deus illi prestat ingressum in sui gregis directionẽ / quam ille in nomine domini
recte suscipit, & dominus ipse: author est huius prouectionis atq; promotionis
ad culmen regiminis.cum contra de aliis ambitu/fauore humano/aut precio ad
sastigiũ ecclesiastice sedis eleuatis/dicat dominus per prophetam. Ipsi regnaue= Osee,8.
runt:& nõ ex me, principes extiterunt:& nõ cognoui, quod perinde est atq; nõ
approbaui, Nõ enim ipsis deus sue ecclesie peruigil ostiarius aperit ianuã:ut ingre
diantur ad ouilis gubernationẽ,sed ambitio/cupiditas aut alia tetra animi labes
eos acrius concitat ad inuadendam sedem presidentie: moribus ipsorum indebi
tam, Demũ eiusdem boni pastoris / spiritus sancti ut ostiarii authoritati intro=
missi/uocem oues eius audiũt:qm̃ subditi illius/cõscii bonitatis sui pastoris/mo=
nita eius & uerba predicationis libenter suscipiũt atq; opere cõplent, Cũ autem
compertũ habẽt suũ pastorẽ non intrasse per ostium in ouile ouium/ sed aliũde
ascẽdisse:neq; tam gratã habẽt eius ad bonũ exhortationẽ/neq; tam obtẽperan
ter tantaq; prõptitudine illi quippiã iubenti morẽ gerunt.quoniã uiolenta illa in
ouile irruptio / multũ ipsi detrahit reuerẽtie & uenerationis:facitq; ut minus ad
ipsum afficiantur oues/minorisq; illum existiment & faciant. Cap.II,

» ET proprias oues uocat nominatim: & educit eas, Et cum proprias uoces
» emiserit:ante eas uadit/&oues illum sequuntur quia sciunt uocem eius.
» Alienum autem non sequuntur sed effugiunt ab eo:quia non nouerũt:
» uocem alienorum.Hoc prouerbium dixit eis Iesus,Illi autem non cognouerunt,
» quid loqueretur eis, ¶ Quamuis pauloante Christus ostium appellatus sit/ex
ea quam sibi accommodat nuncupatione: haud tamen a uero aberrauerit / qui
Christũ etiam uocauerit pastorem:quandoquidem postea seipsum quoq; eo no
mine insigniuerit.Neq; id obstare credatur huic appellationi:q, fidelis quispiam

dominico gregi prepoſitus/ & uigilanter intentus moderationi ſuarum ouium: paſtor dictus ſit. Nã Chriſtus ſibi ſubiectos/ ut gratie & donorũ ita quoq; & nominum ſuorũ reddit participes. Siquidẽ cum ipſe ſit lux: diſcipulis etiam ſuis lucis nuncupationẽ tradit/cum ait: uos eſtis lux mundi. Ita cum ipſe primus ſit & precipuus paſtor: ſuis mẽbris eiuſdem nominis participium & cõmunicationem preſtat. Itaq; Chriſtus ut uerus paſtor proprias oues uocat nominatim: quia nouit nomina predeſtinatorum & preordinatorum ad uitam. unde diſcipulis ait. Gaudete quoniam nomina ueſtra ſcripta ſũt in celo. Et Paulus. Nouit dominus qui ſunt eius, Educit autẽ eas & emittit: quando de tenebris ignorantie ad lucem ueritatis/& de uia iniquitatis ad rectitudinem iuſtitie eas dirigit. Vadit ante eas: quia recte uiuendi exemplum quaſi ueſtigia pedum ipſorum oculis obiiciens/ quid faciundum aut quid fugiendum/opere docet, Et oues illũ ſequuntur: quãdo Chriſti humilitatem/mãſuetudinem & patientiam ceteraſq; uirtutes ſtudioſe imitantur. Chriſtus enim paſſus eſt pro nobis/ relinquens nobis exemplum: ut ſequamur ueſtigia eius. Deniq; ſciunt oues uocem Chriſti ueri paſtoris: quia populus eius & oues paſcue eius que docuit Chriſtus ſolida fide complectuntur/ & que iuſſit agenda opere complent/ mandata eius enixe obſeruantes. Alienũ autem non ſequuntur oues Chriſti: quia eum qui peregrina & abhorrentia a doctrina Chriſti diſſeminat non recipiunt/ nec eum idem tidem qui alia docet ſeruanda precepta q̃ Chriſtus docuerit, ſed fugiunt ab eo: exitialem eius doctrinã & morum corruptelam execrantes. neq; nouerunt uocem alienorum: quia non accommodant aures aut peſtilenti eorum dogmati/ aut traditionibus impietatis & peruerſitatis morum. ¶ Poſſunt & huius capitis uerba euangelica/ ad paſtorem eccleſiaſticũ non inconcinne adaptari: quemadmodũ & ſuperioris capitis dicta/ in calce eius ad conſimilẽ ſenſum ſunt accõmodata. Nempe bonus paſtor diuina electiõe & canonica inſtitutione ad gregem dñi paſcendũ delectus/ proprias oues uocat nominatim: quoniã ſolicitã preſtat curã ad eas cognoſcendas/nõ foris ſolũ ſed & intus & in cute. ut ex hac peruigili ſolicitudie/eas propemodũ noſcat ex noie: & propria appellatione nũcupet, admonitus ad hãc habẽdam uigilãter omniũ notionẽ: a ſapiẽte in prouerbiis. diligenter (inquit) agnoſce uultũ pecoris tui/ gregeſq; tuos conſidera. Educit autẽ eas idẽ paſtor: quãdo ex quiete & ocio/ ad ambulandũ in uia mãdatorũ dei & boni operis exercitiũ ipſas euocat/admonitorioq; ſermone incitat illud beati Pauli uerbũ: Illa⁊ auribus inclamans Surge qui dormis/& exurge a mortuis: & illũminabit te Chriſtus, Et illud eiuſdẽ uerbũ ad hebreos Propter quod remiſſas manus & ſoluta genua erigite/ greſſus rectos facite pedibus ueſtris: ut non claudicans quis erret/magis autẽ ſanetur. Deinceps ante oues ſuas uadit ipſe paſtor, quãdo ipſis proponit bone uite exemplum quod imitentur/ & per bonorũ operum greſſus: iter illis oſtẽdit quo debeãt incedere. Quẽadmodũ beatus Paulus admonuit Timotheum: ita ſcribens, Nemo adoleſcentiã tuam contẽnat: ſed exemplũ eſto fidelium in uerbo/ in conuerſatione/in charitate/in fide/in caſtitate. Ad Titum etiam ſcribens idem: his uerbis ipſum ut ãte oues ſuas iret/ eſt exhortatus, In omnibus teipſum prebe exemplum bonorum operum: in doctrina/in integritate/in grauitate, Illum quoq; paſtorẽ ſequũtur oues; qñ imitãtur bona opera q̃ in eo mirifice elucẽt/&

Ioan.1. Math.5. Luce,10, 2.Timo.2 1,Petri.2 Prouer. 27 Ephe.5. Hebre,12 1.Thimo, 4 Titum.2.

obiecta ſunt oculis ſubditorum: quo incitētur ad ipſorū conſectationē. Sic enim precepit Chriſtus apoſtolis / q, uite ſue ſplendore alios animarent ad conſimilia uirtutū officia faciēda: cum ait Sic luceat lux ueſtra coram hominibus ut uideāt opera ueſtra bona: & glorificent patrem ueſtrū qui eſt in celis, Et beatus Paulus Math,5.
oues ſuas ſedulo hortatus eſt ut ipſum ſequerētur: cū ait, Imitatores mei eſtote:
ſicut & ego Chriſti, Qz autē expedite & alacriter oues ipſe legitimum ſequātur 1, Corī,4
paſtorem: id in cauſa eſt / quia ſciunt uocem eius. noſcunt (inquit) & approbant
doctrinā eius / facileq; eam diſcernūt a quouis impio & improbo dogmate: quod
alienus quiſpiam illis inculcare plerumq; tentat, Siquidem perſuaſum habet / q,
ſicut recta eſt ſui paſtoris uita atq; commendabilis: ita ſalutaris eſt & ſana eiuſdē
doctrina ac predicatio. Proinde arrectis auribus aſtant: ad illam attentius hau=
riendam. At uero oues ipſe ſimplices & placide alienum paſtorem non ſequun=
tur / ſed fugiunt ab eo. quoniam cum exploratum habent quempiam malis arti=
bus / dolo / fraude / largitione / adeptum eſſe paſtoriam ſublimitatē / & idcirco a
deo eſſe alienum: huius uitam & mores (qui plerumq; improbi ſunt & corrupti)
non ſequuntur: neq; trahunt in imitationem, ſed diffugiūt a conſectandis illius
operibus: ne illorum ledantur contagio / aut corruptela inquinentur, Cur autē
oues ab alieno paſtore effugiāt / continuo cauſa ſubnectitur: quia non nouerūt
uocem alienorum / cum peſtiferam eorum ueſaniam quam diuulgāt in ſuis ſer=
monibus non approbant: neq; libenter aures ſuas eorum dictis accommodant,
Sermo enim eorum ut cancer ſerpit: & incautos uirulēta ſua tabe clanculum in= 2, Thi,2.
ficit, Verum quia huiuſmodi ſermo Chriſti obſcurus erat & obumbratus / intus
aliud continēs q̄ in cute oſtentans: minime animis eorum peruius fuit. quocirca
illum hoc modo patentius aperit. Cap, III,

» Dixit ergo eis iterū Ieſus. Amen amen dico uobis: quia ego ſum oſtiū
» ouiū, Oēs quotquot uenerūt: fures ſunt & latrones / ſed nō audie=
» rūt eos oues. Ego ſum oſtiū. ¶ Nūc dñs quod clauſū fuerat aperit /
& quod uelatis prius uerbis dixerat aperte referat. Se oſtium nomi
nat: per quod in uitam & domū dñi fiat introitus, Neq; enim aliud Actuū,4
nomē eſt ſub celo datū hominibus / in quo oporteat nos ſaluos fieri: q̄ nomen dñi
noſtri / per quē ſolū ſalus redemptio & ingreſſus in regnum celorū conceditur.
Quare quicūq; āte ipſum uenerūt pſeudo chriſti & pſeudo prophete / nō quidē
a deo miſſi ſed proprio arbitrio atq; animo incitati: fures fuerunt & latrones ut
Theodas magus qui multos de populo Iſrael ſubdolis uerbis ſuis decepit / dicens Actuū,5.
ſe eſſe prophetā: & duxit eos uſq; ad Iordanē promittens ſe illis ſicco pede trāſi=
tum preſtiturū / ut quōdā patres eorū duce Ioſue tranſierāt. ſed a Romanis mi= Ioſue,3.
litibus ipſe & tota eius ſocietas profligata eſt, Qualis etiā fuit Iudas Galileus: qui
tēpore natiuitatis Chriſti prohibebat populū Iudeorū profiteri Ceſarē dīm / & Actuū,5.
eidem pendere tributa. quem multi ſecuti ſunt & rebellionem in populo excita=
runt, ſed ipſe itidem periit & ſectatores eius / ut actus apoſtolorum commemo=
rant, Ceterum non eſt hoc domini uerbum / q̄uis uniuerſalem preferat ſenten=
tiam ad prophetas applicandū: qui tanq̄ precones ante eum uenerunt / ſed non
preter eum: quia a deo miſſi ſunt / & ueritati (que Chriſtus eſt) teſtimoniū perhi
buerunt. quare ipſi ut ueraces & ueritatis nuncii: per oſtium intrarunt in ouile.

Dominus autē noſter loquitur duntaxat de iis qui uenerunt quidem: ſed nō per ipſum ut oſtium intrare uoluerūt / ſed aliunde aſcendere. de quibus per prophe
Hiere.23. tam conqueritur. Ipſi currebant: & ego non mittebā eos. dixerunt / hec dicit dñs: & ego non ſum locutus. Et ut huiuſmodi cognoſcerentur non eſſe paſtores ueri: non audierunt eos oues. Qui enim domini fuerunt / & ad gregem eius pertinentes: minime ſeductoribus illis crediderūt / nec abierunt poſt eos / ſed domino firmiter adheſerunt, qui iterum de ſeipſo teſtatur q, eſt oſtium: ut diligēter per eum laboremus intrare in eternam requiem, Cap. IIII.

» IEr me ſi quis introierit: ſaluabitur / & ingredietur & egredietur / &
» paſcua inueniet. Fur nō uenit: niſi ut furetur / & mactet / & perdat,
» Ego uent: ut uitam habeant & abundantius habeant. ¶ Quanta naneat eos utilitas qui per Chriſtum introierint / quantus per hūc introitū bonorū cumulus ipſis accedat: manifeſtius exprimit Chriſtus his uerbis. qui ut ſumme bonus cum noſtri non indigeat: tamen pollicitationibus & promiſſis non deſinit nos prouocare / ut ſue bonitatis ad eum uenientes efficiamur participes & cōſortes. Quiſquis itaq; introierit per Chriſtū: ſaluabitur. quia ipſe fons eſt ſalutis in totum orbē diffuſus: per quē in oēs dirigatur uere
1. Timo. 1 ſalutis gratia. Ipſe uenit in hunc mūdum peccatores ſaluos facere: & ut ſaluum
Math. 1. faciat populum a peccatis eoꝝ. Ille itidem ingredietur: per bonos & pulchros cogitatus interiorē componens hominem / & animi penetralia cum intima pace & tranquillitate ſubiens. Egredietur uero: per exteriorum bonoꝝ operum exercitium que aliis cedant in profectū & exemplū / & per exterioris etiam hominis & membroꝝ que ſunt ſuper terram mortificationē. Paſcua demū inuenient eterne felicitatis in futuro ſeculo: non hiberno marcentia frigore / ſed perpetua uiridita te florentia. ubi copia rerum ſine penuria / fertilitas ſine ſterilitate / exuberantia
pſ. 22. bonorū omniū ſine indigētia. ubi canet cū propheta, Dominus regit me & nihil mihi deerit: in loco paſcue ubi me collocauit. Super aquam refectionis educauit me animā meā conuertit. Demū quanta ſit uoluntatis & animorū diſcrepantia inter furem & uerum paſtorē: ſequētia Chriſti uerba nobis perſpicue declarāt. quandoquidē fur non uenit niſi ut furetur / alienam rem ſibi uſurpando. non de preceptis Chriſti ſuos ſectatores inſtruens / ſed ſuis exemplis eos uiuere ſuadēs. & mactet: mala doctrina retrahēdo a fide / animāq; uicijs occidēdo. & perdat: in
Gene. 3. eterna dānatione quoſcūq; ſibi adherētes. Fur iſte primus / diabolus eſt: qui primis parētibus ſtolam immortalitatis & puritate innocentie fraudulenter abſtu-
Ioannes. 8 lit / & in eis totū genus humanū mactauit & perdidit, de quo ſuperius a domino dictū eſt, Ille homicida erat ab initio. Deinde qui ipſum imitati ſunt diſſipatores ouilis dñi: a morū ſimilitudine etiam fures nūcupati ſunt. quoꝝ una fuit uolūtas & intētio: furari / mactare / & perdere ſuos ſectatores, q nō ſolū ſecundū animā ſed & corpus interdū mactati & perditi legūtur: occiſis ſcilicet & perditis omnibus qui ſeditioſos & pſeudo chriſtos ſequebātur. At uero Chriſtus ſe hūc in mūdum uenirſe conteſtatur / ut oues ſue uitam habeāt in preſenti ſeculo: ſtabiliti in fide per dilectionē operāte / que anime uitā ſpirituālē impartit. quoniā ut ait pro
Abacu. 2. pheta: iuſtus ex fide uiuit, & abūdantius uitā habeāt: quādo ex hac uita emigrāt ad alteram lōge preſtantiorē & perfectiorē in terra illa uiuentiū: ubi mors nunq̄

locū eſt habitura nec imperiū. Eſt enim ipſe Chriſt⁹ uera & eterna uita / & apud ipſum fons uite affluētiſſimus: quam cōmunicat omnibus qui per ipſum in ouile domini introierint. ¶ Ceterum hec euangelica lectio que auribus noſtris in hoc capite inſonuit / manifeſtū etiam diſcrimē oſtendit inter bonū paſtorē animarū in eccleſiaſtica adminiſtratione: eaſdem ſortitum proprietates pro ſuo tenore & modulo que Chriſto paſtori ſummo ſupereminenter conueniūt, & inter paſtorem peruerſum / demoniace prauitatis emulū: qui hic nō abſurde furis nomine ſignatur ac nūcupatur, Nempe ut Chriſtus oſtium eſt primarium & primitiuū / per quod fideles eccleſie ſinum ingrediuntur: ita ſecundū Chriſtum & ſub ipſo / legitimi paſtores ſalutis ſuorum ſubditorū anxie ſolliciti / oſtium ſunt ſecundarium atq; inſtrumentariū: cuius miniſterio patet fidelibus in eccleſie gremium introitus. Itaq; quiſquis recto huiuſmodi paſtorū ductu ipſius eccleſie ſepta fuerit introgreſſus: ſaluabitur / ſi modo fidem quam corde & ore profeſſus fuerit / opere quoq; teneat. quod plane ad perfectū eccleſie ingreſſum expoſcitur. Nā qui ore quidem fatetur Chriſtum & factis negat: corpore intra eccleſiam conti- Titum. 1
netur / animo uero extra eam conſiſtit. Vbi uero non minus mente q̄ corpore qs eccleſiam ſubierit / ſalutis uiā iam ingreſſus: ſi in ea perſtiterit / eterne ſalutis conſequetur brauium. Rurſum boni paſtoris auſpicijs & directione / ingredietur fidelis quiſq; in penetralia ſue mentis intima / ad conſiderandum immenſitatem diuine bonitatis circa ſalutem humani generis: collectoq; animo reuoluet ſecum p̄ſ. 32.
q̄ ſuauis eſt dominus / q̄ magna eſt multitudo dulcedinis affluentiſſime: quam p̄ſ. 30
abſcondit deus diligentibus ſe. Deinde egredietur extra contemplationis ſecretum / ad exterius boni operis exercitium ad ſuccurrendū proximo / & ſubleuandam eius indigentiam, Quippe bonus paſtor ſuos docet ſubditos nūc per conſiderationem diuinorū beneficiorū ingredi penitiora mentis arcana: nunc uero per opera iuſtitie egredi ad proximorū ſubleuationem, Et ita per ductum boni paſtoris / ingreſſus eccleſie adyta: inuenient paſcua ſpiritualis alimonie / quibus anima ſaginetur uerbum ſcilicet dei: de quo dicit ſcriptura, Non in ſolo pane uiuit Deute. 8.
homo: ſed in omni uerbo quod procedit de ore dei. Et eccleſiaſtico teſte / cibabit iuſtum deus pane uite & intellectus: & aqua ſapiētie ſalutaris potabit illum. Hec Eccle. 15,
certe ſunt leta paſcua / que inuenient boni paſtoris alūnus: & eccleſiaſticis inſuper ſacramentis tanq̄ fertili & felici papulo impinguabitur / in loco paſcue a domino Pſalmus.
collocatus. At uero peruerſus paſtor / & ſub paſtoralis pretextu officii / tyranni- 22
dem exercens: non uenit in ipſius gregis ſuſcipiendam gubernationem / niſi ut furetur: bona ſubditorum expilando nouis exactionibus / & adinuentionibus inſuetis. Mores ſiquidem tyranni ſibi uendicat in eccleſia: & aliena diripere non ueretur, excogitat artes uarias / aſtus / & fraudes: quib⁹ ſuas ad cutem uſq; oues immaniter attondeat, Non etiam uenit in oculis dominici curam huiuſmodi paſtor improbus: niſi ut mactet & perdat / potiſſimum animas. quas praue ſue uite exemplo plerumq; occidit: aut incuria negligentiaq; corrigendi ſimit ire in perditionem / atq; deſtruit, Siquidem tot animas perdere dicitur: quot ob inertiam & deſidiam permittit trahi in interitum / & non eripit (ut poteſt & debet) ab imminēti exitio. Ex oppoſito autem paſtor bonus / conditionū Chriſto cōpetentiū propemodū imitator & emulus: uenit in partē eccleſiaſtice ſolicitudinis: ut ipſius

oues uitam habeant anime / in breui preſentis uite curriculo. & candē abundā-
tius habeant poſt expletū mortalis uite curſum. Enimuero totum eius ſtudium
eo tendit / ut commiſſe illi oues uitam agant honeſtam: qua ſuas hic uiuificēt ani
mas / & poſt exanclatos huius uite labores uitam aſſequantur eternam, Cap. V,

» EGo ſum paſtor bonus. Bonus paſtor animā ſuā dat pro ouibus ſuis,
» Mercenarius autem & qui non eſt paſtor / cuius non ſunt oues pro-
» prie: uidet lupū uēnientē: & dimittit oues & fugit / & lupus rapit &
» diſpergit oues. Mercenarius autē fugit / quia mercenarius eſt: & nō
» pertinet ad eum de ouibus. ¶ Superior euangelii te ſermo mōſtra-
uit dominū noſtrū eſſe illud unicū oſtiū: per quod acceſſus eſt ad eternam ſalu-
tem. Preſens uero & qui nunc habetur in manibus: indicat eundē eſſe paſtorem
& bonū paſtorem. Paſtor quidē eſt: quia oues ſuas id eſt fideles in eum credētes
ſcientia paſcit & doctrina / & per rectā ſalutis uiam ducit in eterne uite paſcua,
1. Petri, 2. Quemadmodū dicit beatus Petrus. Eratis ſicut oues errantes: ſed conuerſi eſtis
1. Petri. 2. ad epiſcopū & paſtorē animarum ueſtrarum. Bonus uero paſtor: quia animam
ſuam poſuit pro ouibus ſuis / quando pro nobis uiuificandis acerbam & ignomi-
Ephe. 5. nioſam ſubiit mortē. Dilexit enim nos (ut ait ſacer Paulus) & tradidit ſemetipſū
pro nobis oblatione & hoſtiam deo in odorē ſuauitatis, Ergo eius exemplo qui-
cunq; bonus paſtor libenter debet pro ouium ſalute animā ſuam ponere: & pro-
Ioannes. prie uite pati diſpendiū potius q̄ oues ſue pereant. Audite Ioannē in epiſtola nos
3 id admonentē. In hoc (inquit) cognouimus charitatē dei / quoniā ille animā ſuam
pro nobis poſuit: & nos debemus pro fratrib⁹ animas ponere. Mercenarius uero
dicitur is: qui non pro amore ſalutis earum oues dominicas ſed ad temporalem
mercedē paſcit, & quia plus terrenā ſubſtantiā q̄ oues diligit: merito nomen pa-
ſtoris perdit. Vtrū uero paſtor ſit uel mercenarius / quiſpiam cognoſci ueraciter
non poteſt: ſi occaſio neceſſitatis deeſt. Tranquilitatis enim tempore: plerumq;
ad gregis cuſtodiā ſicut uerus paſtor / ſic etiā mercenarius ſtat, ſed lupus uenies
indicat: quo quiſq; animo ſuper gregis cuſtodiam ſtabat. Lupus autē diabolus
1. Petri, 5, eſt: animas hominum ſtrangulans & querens quē deuoret, ſimiliter & quicunq;
Math. 7. illum ſequūtur: de quibus dictum eſt. q. uenīt in ueſtimentis ouium: intus autē
ſunt lupi rapaces, Quare hereticus impietate nouorū dogmatū / a ſyncritate
fidei ſeducere tentans animas: lupus quoq; dicēdus eſt. Iniuſtus itidē & raptor /
fideles quoſq; atq; humiles ſua tyrannide opprimens: tanq̄ lupus ſuper oues ue-
nit, Sed mercenarius hos lupos irruētes uides fugit: quia neq; diabolo ne ſuis ten
tationibus ouem de ouili ſeparet reſiſtit / neq; heretice prauitati aut uiolētie op-
primentiū ſeſe murū opponit, Et tunc lupus rapit & diſpergit oues: quia diabo-
lus deſtitutas auxilio paſtoris facile per quelibet uicioꝝ precipitia impellit ac adi-
git. Hereticus itidem eas errorū laqueis innectit: atq; per deuia trahit errabūdas
Demū tyrannus eas diripit: & nullo ſuis obſtante conatibus miſeras dilaniat, a
quo dum mercenarius ſibi periculū metuit: reſiſtere eius iniuſticie non preſumit
Fugit autē mercenarius / non mutando locū: ſed ſubſtrahendo ſolatiū neq; cō-
tra lupoꝝ rabiem ullo zelo feruoris accēditur: quia dum ſolū exteriora cōmoda
requirit / interiora gregis dāna negligenter patitur. neq; ſtare in periculo ouium
poteſt: qui in eo q, ouibus pre eſt non oues diligit / ſed lucrum terrenū querit, &

ideo opponere ſe contra periculū trepidat:ne hoc quod diligit amittat.Conque= Cōtra im
ritur profecto grauiter de huiuſcemodi propriā utilitatē queritantibus merce= probos
narius & ſolo nomine paſtoribus: per Ezechielē dominus dicens, Lac comedatis paſtores
& lanis operiebamini: & quod craſſum erat occidebatis/gregem autē meum nō ſcripture
paſcebatis,Quod infirmū fuit non conſolidaſtis/& quod egrotū non ſanaſtis/ teſtimo=
quod confractū eſt non alligaſtis/quod abiectū eſt nō reduxiſtis/quod perierat nium,
non queſiſtis,Et diſperſe ſunt oues mee/ eo q, non eſt paſtor:& facte ſunt in de= Eze,34.
uorationem omnium beſtiarū agri/ & diſperſe ſunt.Errauerunt greges mei in
cūctis montibus & in uniuerſo colle excelſo:& ſuper omnē faciem terre diſperſi
ſunt greges mei/& non erat qui requireret, Que quidē prophete uerba;ſingu=
latim clariori elucidatione ſunt exponenda, Lac quidē comedūt paſtores igna=
ui/& lanis operiuntur/atq; quod craſſum eſt occidunt: cum ſubditorū bona ad
uictū ſuum rapiūt/multiplici ueſtiū uarietate induūtur ex ſuarum ouiū exuuiis
intextarū/& optima queq; ſuorū ſubiectoꝝ ſibi in propriū uſum uēdicāt.Nēpe
que ſua ſunt/ut Paulus(inquit)querūt non que Ieſu Chriſti.Quod infirmū eſt Philip,2.
non conſolidant paſtores/& quod egrotū non ſanant: quādo propenſos ad ui=
cia uerbo exhortationis non corroborāt/ neq; lapſos in egritudine anime ad ſa=
nitatem per penitentiā reuocāt.Quod confractū eſt non alligant:quādo lethali
peccato ab integritate uite dilapſos/correctione debita nō redintegrāt. Quod
abiectū eſt non reducūt: quando graui errore aut heretica peſte a ueritate fidei
abductos/ad ſynceritatē doctrine nō rurſum cōuertūt. Quod perierat nō que=
runt:quādo deſperatione a deo auerſos non reſtituūt ad ſpem ſalutis/ promit=
tendo ex dei miſericordia ueniam. Diſperſe autē ſunt oues eo q, non eſt paſtor:
quādo per abrupta uiciorū oberrāt ſubditi/ propter defectū recti moderaminis
& doctrine prepoſitorū. Facte aute ſunt oues in deuorationē omniū beſtiarum
agri:cum immundorū ſpirituū iugo & ſeruituti ſubiiciūtur/qui poteſtatem ac=
cipiunt in homines per uiciorū deuia pallantes & diuagātes. Super omnē faciem
terre diſperſi ſunt greges:cum terrena & non celeſtia petunt bona/operibus &
fluxis inhiantes diuitiis:quia non admonentur que ſurſum ſunt querere. Nō eſt
qui requirit diſperſos greges.quia paſtores qui proprias expetūt delicias aut cō=
moditates:dominici gregis damna non curant/ neq; aliquo afficiuntur zelo aut
deſiderio ad ſalutem animarū ſuorum ſubditorū. parū penſitantes quanto pre
cio ſint empte:quoniā non corruptibilibus auro aut argento/ ſed precioſo ſan= 1.Petri,1,
guine agni immaculati redempte ſūt. Per Hieremiā quoq; dominus huiuſmo= Hiere,23.
di paſtoribus cōminatur:dicēs. Ve paſtoribus qui diſpergūt & dilacerant gregē
paſcue mee:dicit dominus.Ideo hec dicit dns deus Iſrael ad paſtores: qui paſcut
populū meū. Vos diſperſiſtis gregem meum:& eieciſtis eos & non uiſitaſtis eos.
Ecce ego uiſitabo ſuper uos malicia ſtudiorū ueſtrorū: ait dns. Deniq; per Eze=
chielem dominus de mercenariis maliſq; paſtoribus inquit. Ve paſtoribus Iſrael Eze.34.
qui paſcebant ſemetipſos,Propterea paſtores audite uerbum dñi.Hec dicit dñs
deus,Ecce ego ipſe ſuper paſtores:requirā grege meū de manu eorū/ & ceſſare
faciā ut ultra non paſcant gregē meū/ nec paſcant paſtores amplius ſemetipſos:
& liberabo gregē meum de ore eorū/& non erit ultra eis in eſcam. Ecce ego ipſe
requiram oues meas,Vbi eternam damnationē interminatur dominus iis qui in

cuſtodiendo domini grēge negligentiores fuerint / ſeq; exacturum rationē denunciat de iis omnibus que incuria & ignauia paſtorum perierint. nam animas earum de manibus inertium & ignauorum paſtorum requiret, Cap, VI,

»  Go ſum paſtor bon⁹:& cognoſco oues meas / & cognoſcūt me mee
» Sicut nouit me pater:& ego agnoſco patrē / & animam meam pono
» pro ouibus meis, Et alias oues habeo q̄ non ſunt ex hoc ouili / & illas
» oportet me adducere:& uocem meam audient; & fiet unū ouile &
» unus paſtor. ¶ Se bonū paſtorē eſſe: dominus duplici indicio / argumētoq; demonſtrat, Primū. q. cognoſcat oues ſuas; ad eternā uitam eas eli-
Roma. 8. gens & preuidens / quemadmodū inquit apoſtolus. nō repellit dominus plebem ſuam: quam preſciuit. Sicut enim quos reprobat dominus / neſcire dicitur: ut fa-
Math. 25. tuis uirginibus inquit, Amē dico uobis: neſcio uos. ita quos ad ſalutē predeſtinat & preordinat: cognoſcere recte cenſetur. Et reciproca mutuaq; agnitione oues Chriſti ipſum agnoſcūt: quia diligunt eum & obſequūtur eius mādatis. Nempe qui non credit in dominū / aut mandata eius contēnit: ignorare dominū & ne-
Exodi, 5. ſcire dicitur, Q uēadmodū obdurat⁹ Pharao reſpōdit Moyſi. Neſcio dominū: & Iſrael non dimittā. Conuerſa igitur & retroacta locutione / qui illabefactā eius fidem ſeruant / qui mandata illius cuſtodiūt; iure ipſum cognoſcere dicuntur, Deinde ut non eſtimes parē menſuram cognitionis Chriſti & ouiū: conſequēter
Hebre. 1, ſubiungit. ſicut nouit me pater: & ego agnoſco patrē Cognitione quidē diuina / immenſa / & inexplicabili hominibus / filius patrē agnoſcit: quia ſapientia patris eſt, Et eadem omnino notione / pater agnoſcit filiū: ut ſplendorē ex ſe effulgentem / ut characterē & imaginē ſue ſubſtante / ut uerbum ſibi coeternū. Eo autem agnitionis genere oues Chriſtū minime cognoſcunt neq; patrē eius: quia deum
Ioan, 1. nemo uidit unq̄. unigenitus autē qui eſt in ſinu patris: ipſe enarrauit. Nemo etiā
Math, 11. nouit filiū niſi pater: neq; patrē quis nouit niſi filius / & cui uoluerit filius reuelare. Et quemadmodū alio loco conteſtatur. Non quia patrē uidit quiſq̄: niſi is qui
Ioannes, 6 eſt a deo / is uidit patrē, Cū itaq; ſimili omnino cognitione filius patrē agnoſcat & pater filiū: quis ſane mentis filiū patre inferiorē aut imperfectiorē aſſeruerit / aut ad creaturarū conditionē detruſerit? Nūquid creatura ad equam cum deo cognitionē poteſt aſſurgere: aut diuinā ſubſtantiā ſicuti eſt apprehendere? In-
Pſalmus, 17 cōprehenſibilis enim deus & immenſus: poſuit tenebras latibulū ſuum / & omnē ſupergreditur atq; ſuperexcedit creatarum mentiū captum, haud minus q̄ infinita lux & ſplendoris immenſi / omnem ſubterfugit oculorū obtutū, Eſt igitur filius omnino patri equalis uirtute / eternitate / ſapiētia: cū patrē agnoſcat ſicut eum agnoſcit pater. nulla prorſus interueniēte diſſimilitudine: ubi adiecta ſimilitudinis particula / omnimoda denotatur aſſimilatio. Secundū uero ſignū quo dominus ſe cōprobat bonū eſſe paſtorē explanatur: quia animā ſuā ponat pro ouibus ſuis / & ſponte ſe morti tradiderit pro ouiū ſuarum ſalute. Omnes enim
Eſaie, 53. (ut ait Eſaias) quaſi oues errauimus: unuſquiſq; in uiā ſuam declinauit. Ipſe aūt animam ſuam tradidit in mortem pro nobis, Et quoniā ipſe propiciatio eſt non
Ioan. 2 ſolum pro peccatis Iudeorū ſed etiam totius mūdi; & mortuus eſt non ſolū pro
Ioan. 11, gente / ſed ut filios dei qui erant diſperſi congregaret in unū. q̄uis ſecundū exhibitionem preſentie ſue corporalis non fuerat miſſus niſi ad oues que perierunt

domus Iſrael/ tamen preuidens gentiũ multitudinẽ miniſterio apoſtolorum ad ouile ſuum adducendã/ dicit, alias autem oues habeo que non ſunt ex hoc ouili: utpote gentilẽ populũ qui non eſt de genere carnis Iſrael. & illas oportet me adducere ad fidẽ: per apoſtolorũ predicationẽ & officium. & uocem meã audient: quia gẽtilis populus dñi uocem per apoſtolos auditam prompte ſuſcepit / fideq; & precepta eius ſtudioſe cuſtodiuit, quod per prophetã predictũ fuerat. Populus quẽ non cognoui ſeruiuit michi: in auditu auris obediuit mihi, Ex huiuſmodi autem gentium adductione ad fidem: factũ eſt unum ouile ſcilicet eccleſia credentium/ & unus paſtor Chriſtus. Nempe quaſi ex duobus gregibus unũ ouile Chriſtus efficit: quia Iudaicum & gentilem populum in ſua fide coniunxit, hinc dictus eſt lapis angularis: duos parietes longe inter ſe diuerſos Iudeorum ſcilicet & gẽtium populum in unum connectens / colliganſq; in unitatem fidei. De quo lapide meminit diuino ſpiritu illuſtratus pſalmigraphus, lapidem quem reprobauerunt edificantes: hic factus eſt in caput anguli. Et beatus Paulus de Chriſto dicit. Ipſe eſt pax noſtra: qui fecit utraq; unũ, Siquidem utraq; unum fecit: quia Iudeos & gentes in unam fidei confeſſionem ouileq; connexuit, Math. 15, Pſalmus. 71 pſ. 117, Fphe. 2.

¶ Quẽ Chriſtus non ſolum corpus humanum / ſed & animam aſſumpſit rationalem: tanq; alteram compoſitionis humane partem. Cap. VII.

» PRopterea me pater diligit: quia ego pono animam meã & iterum ſumã eam, Nemo tollit eam a me: ſed ego pono eam a meipſo, Poteſtatem habeo ponendi eam: & poteſtatẽ habeo iterum ſumendi eam, Hoc mandatũ accepi a patre meo, ¶ Quia ſuperius dixerat dñs ſe ponere animam ſuam pro ouibus ſuis / innues ſe pro hominum ſalute moriturũ: hoc loco q, ſponte guſtauerit mortẽ neq; inuitus ad paſſionem pertractus fuerit/ edocet, Oblat⁹ eſt enim (ut ait Eſaias) quia ipſe uoluit, Pater meus (inquit) hanc ob cauſam me ſingulari amore cõplectitur / & ſyncere diligit: quia pro mundi ſalute animã meam ſpõte mea pono/ & a carne per mortem ſeparo: ut iterum ſumam eam per reſurrectionẽ tertia die futuram. Nemo enim me inuito tollet animã meam a carne mea: quantacunq; fuerit in me inimicorum ſeuitia & graſſantiũ crudelitas, ſed ſola mea uolũtate cum uoluero: eam a corpore ſeiungam. Poteſtatẽ enim habeo ſeparandi animam meam a carne eo temporis momento quo michi libuerit: & rurſum habeo poteſtatẽ ſumendi eam per iteratam ad corpus unionẽ tempore reſurrectionis: quo redituus exurgã. Vt autẽ non eſtimẽt Iudei cum Chriſtũ interficerint eum eſſe derelictũ a patre: ſubiungit Chriſtus. Hoc mandatũ accepi a patre meo: ſcilicet ponendi animam & ſumendi, Ex quo non eſt intelligendũ/ q, prius expectauerit audire & opus ei fuerit diſcere: ſed uoluntariũ monſtrauit proceſſum / & contrarietatis ad patrẽ ſuſpitionẽ deſtruxit. Nichil enim aliud mandatũ hic dicitur: q̃ ea filii que ad patrem eſt cõcordia, Nempe beneplacito patris: filius mortem paſſus eſt. Sic enim deus dilexit mundũ: ut filium ſuum unigenitũ daret. & proprio filio non pepercit: ſed pro nobis omnibus tradidit illum, Neq; ab extrinſeco aut aduẽtitio filius nouũ a patre mandatũ accepiſſe intelligendus eſt/ quod prius non habuerit: ſed in uerbo unigenito patris eſt omne mandatũ. Cum autem dicitur filius accipere quod ſubſtãtialiter habet: non poteſtas minuitur / ſed generatio eius oſtẽditur. Eſaie. 53. Ioan. 3. Roma. 8.

pater enim filio quem perfectū genuit: omnia gignendo dedit. Predictis autem uerbis dominus ſignificat non ſolum ſe ſponte in manus inimicoꝝ traditurū ad mortem: ſed etiam ſua poteſtate non neceſſitate animā a carne per mortē cum uoluerit ſeparaturū. Sicut enim a Iudeis detentus eſt quando uoluit: ita in cruce ſuſpēſus emiſit ſpiritū quando uoluit, neq; confixiones clauorū & dolores adegerunt tūc animā a corpore ſeparari: quando eſt ſeiuncta. Nam ſi uoluiſſet: longiori adhuc tēpore eam in corpore detinuiſſet. Itaq; poteſtatē habuit dominus ponēdi animā ſuā: quia ſua poteſtate & uolūtate eam ſegregauit a carne / nulla ad hoc uiolentia impulſus. Id liquido manifeſtat euangeliū: cū dicit dīm magna
Math. 27 uoce clamantē emiſſe ſpiritum / quod homo propinqua mortis anguſtia preſſus efficere neutiq; poſſet, Proinde Centurio uidens eum cū ingenti clamore preter hominum morem expiraſſe: glorificauit deum dicēs. Vere filius dei erat iſte. Et
Marci. 15. Pilatus cū audiſſet a Ioſeph mortuū eſſe dīm: mirabatur ſi iam obiſſet / accerſi toq; Centurione ueritatē rei didicit, Credidit enim Pilatus eum diutius in cruce uicturū more aliorū / quod utiq; factum fuiſſet: ſi ipſe a ſeipſo animā ſuam ante nō poſuiſſet / ſed expectaſſet extremū nature in cruce exitum. ¶ At uero quia
Apolinaris, hoc loco Chriſtus animā ſuam nominat: aperte confutatur ipſius Apolinaris & ſuorū ueſana impietas / aſſerentiū Chriſtū non habuiſſe animam humanā & rationalem: ſed corpus dumtaxat humanū / cui coniuncta diuinitas anime locum
Ioan. 1. obtinuit / ut contingunt: inuitentes illi uerbo euangeliſte. Et uerbū caro factum eſt, & putantes ibidem carnē pro ſolo corpore ſumi: cum frequentiſſime in ſcripturis id nomen per ſynecdochē pro toto accipiatur homine. ¶ Qz ſi Chriſtus [1]
(ut aiunt) animā non habuit: quomodo perfectus homo fuit? cum ſine anima rationali non poſſit integre homo coaleſcere & compingi. Quomodo filius hominis erat / quo quidē nomine ſepiſſime ſe nūcupat: niſi anima rationalis eius compoſitionem ſubierit? ¶ Preterea totum Chriſtus aſſumpſit hominē: ut omnino [2]
ſauciū totum ſanaret, quod igitur ab ipſo nō eſt aſſumptū: neq; reparatū eſt ad ſalutē neq; curatū. Atqui anima hominis: in primis parētibus & tota poſteritate eorum grauiter fuit & imprimis uulnerata peccato. Si igitur non eſt a Chriſto aſſumpta anima rationalis: ipſa adhuc manet obnoxia ueteri peccato / neq; particeps facta eſt redēptionis / ſed ſolū corpus. ¶ Rurſum percontari ab illis iubet [3]
ſi Chriſtus anime fuit expers: quomodo animā ſuam (quam nō habet) ponit pro
Ioan. 10, ouibus ſuis? quomodo poteſtatē habet ponendi animā ſuam & iterum ſumendi
Math, 20 eam? quo deniq; pacto uenit filius hominis nō miniſtrari ſed miniſtrare: & dare animam ſuam in redemptionē pro multis? ¶ Si fuit immunis anime: non dedit [4]
animā pro mundi redemptione. non eſt igitur adhuc facta noſtri redemptio ſecundū ueritatem: ſed phantaſiam ſolum & opinionē. quare adhuc ſumus aſtricti & obligati uiculis mortis & damnationis: ut ab initio fueramus. ¶ Poſtremū [5]
ſciſcitari ab eis nō erit incongruū: quonā pacto ueritati coherebit quod dominꝰ
Math. 26 imminēte paſſionis hora ad apoſtolos dixit. Triſtis eſt anima mea uſq; ad mortem. Nempe ſi anime fuit exors: quomō eam tam grauis afflictabat triſtitia? Aut
Luce. 23. quiſnam ſpiritus eſt eius / quē in manus patris iam moriturus commendauit: niſi ſpiritus rationalis & anima humana? Demū cum hic dominus ſe animam ſuam ponere dicit: non id intelligas de ſeparatione anime a uerbo, Nam diſſeparatis

poſt mortem anima & corpore Chriſti: uerbum dei unigenitū utriq; ſeiūcto ab inuicem manſit inſeparabiliter coniunctū, neq; ulla unq̄ facta eſt direptio uerbi/aut a ſacratiſſimo templo quod ſumpſit de uirgine: aut ab anima ſanctiſſima Sed ea anime poſitio: de ſeparatione anime a carne ſolum/eſt accipienda. Caro enim Chriſti ponit animam ſuam & iterum ſumit eam: non tamen poteſtate ſua ſed poteſtate inhabitantis eam ſcilicet uerbi.

Cap. VIII.

» Offenſio iterū facta eſt inter Iudeos propter ſermones hos. Dicebāt » autem multi ex ipſis, Demoniū habet & inſanit. Quid eum audi- » tis? Alii dicebant, Hec uerba non ſunt demoniū habentis. Nūquid » demoniū poteſt cecorū oculos aperire? ¶ Ecce uerba Chriſti ma- xime ſalutaria: ſunt quibuſdam odor mortis in mortē (ut ait Apo- 2. Cori. 2.
ſtolus) & nōnullis odor uite in uitam. Varie enim circa illa affecti ſunt auditores. Nempe quidem canino mordaciq; dente illis detrahunt: & alios ab eis audiendis quātum poſſunt auocant. Quia enim maiora erant q̄ ſecundū hominē/ea que a Chriſto dicebantur: que non intelligebant/ut futilia damnātes demoniū eum habere dicebāt & inſanum eſſe/neq; dignū qui audiatur. ¶ Neq; hoc ſolum in Eſaie. 11.
loco/ipſum in quo requieuit ſeptiformis ſpiritus domini/& cui a deo patre da- Ioan. 3.
tus eſt ſpiritus non ad menſurā/quiq; ſolo uerbi imperio demonia a uexatis ho- Marci. 1.
minibus propulſabat/& qui principem huius mundi eiecit foras: dixerūt agitari Ioan. 12.
demonio/ſed & ſepius alias. ut cum reſpondit ei turba. Demoniū habes, quis te querit interficere? Et rurſum alio in loco legūtur ei reſpōdiſſe Iudei. Nōne bene Ioan. 7.
dicimus nos: quia Samaritanus es tu/& demonium habes? Et paulo poſt eodem Ioānes. 8.
loco, Nunc cognouimus: quia demoniū habes. Ceterū q̄ graue & inexpiabile ſit hoc Iudeorū ſcelus/quo Chriſtū demonio percitū eſſe conclamant: nō ſubticuit ipſe apud Marcū his uerbis, Qui autē blaſphemauerit in ſpiritum ſanctum: nō Marci. 3.
habebit remiſſionē in eternū/ſed reus erit eterni delicti/quoniā dicebat: ſpiritū immundū habet. Adiiciunt & hi oblatratores hic aliud probrū: dicētes Chriſtū 1. Cori. 1.
inſanire/qui uirtus eſt & ſapientia patris/& in quo omnes theſauri ſcientie & Coloſ. 2
ſapientie ſunt abſconditi. Quia enim ſupra hominē loquebatur/neq; ſecundū communē conſuetudinē: ipſum furore & inſania quaſi mente captū agi/obtre- ctabant, Quo quidē errore/& ii qui Chriſti erant propinqui: aliquando etiā te- nebantur. Nam ſcribit de ipſis Marcus. Et cū audiſſent ſui: exierunt tenere eum Dicebant enim: quoniā in furore uerſus eſt. Sic Paulo in concione uerba facienti/ Marci. 3.
& reddente rationē eorū que docuerat & egerat: Feſtus preſes magna uoce di- xit. Inſanis Paule. Multe te littere ad inſaniam conuertunt. Cui paulus modeſte Actu. 26.
reſpondit. Non inſanio optime Feſte: ſed ueritatis & ſobrietatis uerba eloquor Subiiciunt demū hi detractores edaci liuore inſtimulati: & aliud opprobriū. quid eum (inquiūt) auditis? quo inſinuant eum non dignū eſſe qui audiatur: atq; cū ſtomacho indignantur iis qui aures uerbis illius arrigunt/quaſi deliri & inſipien tis. Ecce qui uerba eterne uite habet/& de cuius ore uerba gratie procedunt du- centia turbā in admirationē: hic indignus cēſetur qui debeat audiri/& tanq̄ de- Ioānes. 6
lirio exagitatus putatur explodi ac deſeri debere. ¶ Verū percontabitur quiſ- Luce. 4.
piam/cur hec improperia indigne ſibi obiecta: ipſe Chriſtus hoc loco non confu- tat nec refellit. Reddeda eſt reſpōſio: quoniā ex operibus ipſis ſatis ſuperq; ma-

nifeſtauit ſe nec demoniū habere / nec furore arreptum eſſe, Iam enim ſuperius
Ioan, 8. ſe demoniū non habere reſponderat: cum etiam Samaritanū illum per cōtume-
liam uocarent. Et apud Marcū cum obiicerent ipſum habere beelzebub; q̄ gra-
Marci, 3, uis eſſet illa blaſphemia non conticuit. Nunc autem minime reſpōdet illate eidē
contumelie. Siquide cum re ipſa oſtendiſſet qualis eſſet / ſignorū q; ſplēdore: de
cetero ſiluit, Neq; etiam digni erant quibus reſponderetur; qui demoniū cū ha-
bere dicerēt ex iis / quibus ipſum admirari & deum eſſe omnes credere debebāt
Sed quid opus erat ut amplius a Chriſto arguerentur: cum inuicem ipſi diſſide-
rent / & ſe mutuo reprehenderent. Ideo nullū uerbum fecit: & omnia equo ani-
mo tulit, Neq; hac tantum de cauſa in preſentia ſubticuit Chriſtus: ſed etiam ut
nos erudiret manſuetudinē & pacientiā / inducereturq; ad ſui ipſius imitationem.
Non enim ſolum hic Chriſtus conticuit / nichil obiectis contumeliis reſpondens;
uerum etiam iterum illis ut a malo reuocētur adeſt / & interrogatus reſpōdet: &
ſuā indicat eis prouidentiā deitatiſq; ueritatē / & demoniācus & inſanus appel-
latus. Quibus itē innumera contulerat beneficia / non ſemel aut iterū ſed ſepe-
numero: non modo non ultus eſt irrogatas iniurias / neq; remiſit aut ſubtraxit
beneficia: ſed pro iis animā ſuam poſuit / & crucifixus patrem pro ipſis rogauit.
Luce. 23, hec nobis imitanda ſunt, hoc pacto Chriſti erimus diſcipuli: ſi manſueti erimus
& mitis ingenii. Diſcite (inquit) a me, quia mitis ſum & humilis corde. Sed his q̄ſi
Math. 11. per digreſſionē propoſitis: ad litteram enangelicam reuertamur, Alii uero quo-
rum ſanior erat mens: & a uerbis & ab operibus eius Chriſtū ab hac contumelia
uindicabāt A uerbis quidem: q, mēte capti / energumini & demonio uexati / non
poſſent tam alta & ſublimia uerba depromere qualia Chriſtus edifferebat: neq;
talem profundere doctrinam. Ab operibus uero: q, demones non poſſint ceco a
natiuitate lumē oculorū reddere / ut Chriſtus ante reſtituerat. Q̄uis enim ma-
ligni ſpiritus preſtigiis ſuis plerumq; intuentiū oculos eludant: exhibentes corā
rei ſpeciem que tamen non adeſt / aut tempore a nobis haud dinoſcibili repente
aliqua aliunde adducant / ſublatis imperceptibiliter que aderant: tanq̄ illa ex his
Exo. 7. uideantur producta / aut hec in illa conuerſa. ut in maleficiis magorū Pharaonis
demones ipſis obſequentes ſuſtulerunt uirgas ſubito ex oculis aſtantium: & in
earum locum ſuppoſuerunt ſerpētes magna celeritate alio ex loco illuc allatos /
uiuos quidē & ueros, & aſtantes hec demonū artificia ignorantes: credebāt uir-
gas in ſerpentes eſſe conuerſas, & conſimili eluſione ſubmiſerunt demones ra-
nas ad magorum incantationem, miracula tamen que nature legem tranſcen-
dunt: nequaq̄ ueraciter operari ualent. Cap. IX.

» Acta ſunt autem Encenia in Hieroſolymis & hyems erat, Et ambu
» labat Ieſus in templo in porticu Salomonis. Circundederunt ergo
» eum Iudei & dicebant ei. Quouſq; animam noſtram tollis? Si tu es
» Chriſtus dic nobis palam. Reſpondit eis Ieſus. Loquor uobis & nō
» creditis. Opera que ego facio in nomine patris mei: hec teſtimoniū
» perhibent de me. ¶ Audiuimus patientiam Chriſti: & inter opprobria predica-
» tionem ſalutis, ſed ipſi obdurati magis eum captionibus ſuis tetare q̄ illi obedire
uolebant. unde ipſi nouas fraudes & inſidias moliuntur: eo potiſſimū tempore
quo diuinis officiis magis intenti eſſe deberent / ſcilicet die enceniorū. Sunt autē

encenia:ſolemnitas ipſa dedicationis templi.Grece enim ſe non:dicitur nouum. & quandocūq; nouum quid fuerit dedicatū:encenia uocantur, Atq; enceniare grece:innouare uel inchoare latine dicitur, Verū tempus ipſum quo facta ſunt encenia::euāgeliſta quoq; exprimere curauit / q. ſcilicet hyems erat.p hoc quippe oſtendit / q. non ad primā templi dedicationē neq; ſecundā: ſed ad eam que ultima fuit/hec narratio pertinet, Tertio namq;:templū ipſum Hieruſālē fuiſſe dedicatū in ſāctis litteris inuenimus. Prima quidē eius dedicatio: a Salomone cū magna gloria & totius regni pace / autūnali tēpore facta eſt.Secunda a zoroba- bel & Ieſu ſacerdote magno / & reliquis filiis trāſmigrationis Babylonice:uerno tempore facta eſt, Tertia uero a Iuda Machabeo & fratribus eius/hyemis tempore peracta eſt:quādo etiā ſpecialiter conſtitutū eſt / ut ſingulis annis hec eadē dedicatio ſolennibus frequētaretur officiis. Que plane conſtitutio uſq; ad tēpus ſaluatoris ſeruata eſt:ſicut p̄ſens euāgelii lectio declarat, Sane Chriſt⁹ ut exēplo nobis eſſet / in ſolēnitatibus magis frequētanda eſſe templa diuino cultui dedicata /& amplius ūs inſiſtendū que ad dei honorē & proximi ſalutē ſpectāt: aderat huic enceniorū ſolennitati / ut populo ſalutaris ſue doctrine dona elargiretur / & diuinitatis ſue myſteria patefaceret. Et ambulabat in templo in porticu Salomonis. Porticus Salomonis dicitur: ubi rex ille potentiſſimus & ſapiētiſſimus ad orandū ſtare conſueuerat /& ideo ex eius nomine cognominabatur, Solent aūt porticus nominari ambulacra /ueſtibula / & atria:quibus templum cingebatur, Circunderunt ergo eum Iudei / non cauſa agnoſcēde ueritatis ſed gratia ingerende tentationis & ſtruende calumnie:ut inūenirent quomodo eum accuſaret Completumq; eſt in eis:quod per prophetā dictum eſt in pſalmo. In eo dum cōuenirent ſimul aduerſum me: accipere animā meam conſiliati ſunt. Et rurſum. aduerſum me letati ſunt & conuenerunt:tentauerunt me/ſubſannauerunt me ſubſannatione/frenduerunt ſuper me dentibus ſuis. Sane eorum malignitas ex uerbis ipſis innoteſcit. Quouſq;(aiunt)animā noſtram tollis? Cauſantur q, animos eorum:inſertos ac ſuſpenſos eos dimittendo/tolleret, anxioſq; & diſcrutiatos redderet:qui ad hoc uenerat/ut animas in ſe credentiū ſaluaret. Si tu es Chriſtus(inquiūt)dic nobis palā, Iudei Chriſtū purum tantum hominē futurum /& regē more terrenorū principum ceteris excelſiorē uenturū credebāt. quod etiā poſteri eorum/uſq; in preſens tepus ſibi falſo perſuadent, Putarūt enim regnū a prophetis Chriſto promiſſum:ſolūmodo tēporariū eſſe debere/ & inſtar aliorum regnorū mundanū:cum apud Hieremiā legerūt. Et regnabit rex & ſapiēs erit:& faciet iudiciū & iuſticiā, Et in pſalmo. Ego aute conſtitutus ſum rex ab eo ſuper ſion montem ſanctū eius:predicans preceptū eius.cum tamen huiuſmodi regnū non ſit in exteriore potentatu aut principatu mūdi / armatura exercitus bellatorū conſcriptione/aut miniſtrorū ſtipatione. ſed in ſpirituali potius dominatu debeat accipi/quo in mentibus fideliu regnat Chriſtus per fidē & mandatorum obſeruatione. Dixit enim Pilato. Regnū meum non eſt de hoc mundo. ſi ex hoc mundo eſſet regnū meum: miniſtri mei utiq; decertarent ut non traderer Iudeis. nunc autē regnū meum non eſt hinc, Et in pſalmo de ſe dicit. Pauper ſum ego & in laboribꝰ a iuuētute mea, Denīq; in zacharia. Noli timere filia ſion. ecce rex tuus uenit tibi manſuetus ſedens ſuper aſinā & pullum filium ſubiuga-

3.Reg.8,
1.Eſd.6,
1.Mac.4,
pſ.34,
Hiere.23.
Pſal.2.
Ioan.19.
Pſal.87.
zacha.9,

Luce.1. lis:& ipſe pauper. Cum igitur ab angelo ad beatam uirginem dicitur,Et dabit ei dominus deus ſedem Dauid patris eius: & regnabit in domo Iacob in eternū & regni eius nō erit finis,regnū ei potius ſpirituale deſignatur: quo expulſo mūdi principe / in animis fidelium per totū mundi ambitum erat regnaturus. & quē-
Pſalmus, admodū in pſalmo pater ad filium dicit,Poſtula a me & dabo tibi gentes hereditatem tuam: & poſſeſſionem tuam terminos terre. At uero Iudei uelamen habentes ignorantie inductū cordibus eorum carnaliter intelligebant Chriſtū armis & militibus ſtipatum / more aliorū regum debere principari. Volebant ergo hac fraudulenta interrogatione: ut ſe dominus Chriſtum eſſe diceret / quatenus poſſent eum quaſi romano ceſari repugnantē / & regnū ſibi contra Romanorū (quibus Iudei erant tributarii) decreta uſurpantē / preſidis poteſtati tradere puniendū. Quapropter dominus ita prudenter ac temperate ſuam reſponſionē circuntulit,ut illis aditū calumine obſtrueret / & q, ipſe Chriſtus eſt: futuris fidelibus aperta uoce panderet,Reſpōdit enī eis dicens: loquor uobis & nō creditis, Verba (inquit) mea aperte teſtificantur me eſſe a patre miſſum / & uerum eſſe Chriſtum: ſed ob duritiam cordis ueſtri non adhibetis fidem uerbis meis. Opera preterea que facio in nomie patris mei cecos illuminās / paraliticos ſanās / demoniacos curās / & mortuos ad uitā reuocans. illa teſtimoniu perhibēt de me / q, uerus ſum dei filius & Chriſtus a lege & prophetis promiſſus. In nomie autem patris ſe opera ſua facere Chriſtus conteſtans: omne ſuorum operum gloriam deo patri aſcribit / eiuſq; honorē in omnibus factis ſuis exquiſiuit, quemadmodum
Ioan,8, prius dixit Iudeis. Ego non quero gloriam meam: ſed honorifico patrē meum, ¶ Qz Chriſtus ut dei filius / non ſolū uoluntatis conſenſione: ſed & nature conſubſtantialitate per eternam generationem unum eſt cum patre. Cap.X.

» Sed uos non creditis: quia nō eſtis ex ouibus meis, Oues mee uocem
» meam audiunt: & ego cognoſco eas / & ſequuntur me. Et ego uitā
» eternam do eis: & non peribunt in eternum / & nō rapiet eas quiſq;
» de manu mea. Pater meus quod dedit michi: maius oībus eſt, Ego
» & pater: unum ſumus. ¶ Cauſam quare non credant Iudei uerbis & operibus eius. Chriſtus ſubiungit / quia non ſunt ex ouibus ſuis: neq; de illorū numero qui ad eternam uitam preuiſi ſunt / ſed perpetue perditioni addicti. Et ne gratis aut preter rationē id dixiſſe uideatur: manifeſtum ponit ſignum / quo oues ſue ab his qui ad ſe non pertinēt diſcernantur, Oues (inquit) mee uocē meā audiunt: fide ſcilicet ſyncera amplectentes & mandatis meis obtemperantes. & ego agnoſco eas electione gratuita ad uitam eternam: & ſequuntur me / imitatione ſcilicet bonorū operū & beatitudinis aſſecutione. Oues ſuas dominus fideles & ſibi obſequētes dicit: qui eum paſtorē diligunt & ſequuntur / atq; ad paſcua eterne ſatietatis boni paſtoris imitātes ueſtigia perueniunt, Ite q; eos qui in ſe credere nolebāt / dicebat non eſſe ex ouibus ſuis: quia uidebat iam eos eterne perditioni preparatos / nec ſui ſanguinis precio ad uitam perpetuā cōparandos. Suis aute ouibus dominus eternam uitā ſe dare affirmat / paſcua ſcilicet uberrima bonorū omniu copia affluētia: ubi lux clariſſima / pax ſecura / quies dulciſſima / gloria perpetua. Et non peribunt in eternū: quia paſtor eorū & ſaluator talis eſt / apud quem nihil omnino perire poſſit. Videbantur quidem perire ſancti

martyres: cum hanc mortalē uitam per tormenta amittebant, ſed non peribāt
ineternum: quia ſoluti uinculis carnis / debita ſibi premia a Chriſto percipiebant
quēadmodum dicit ſapiens, Viſi ſunt oculis inſipientium mori: illi autem ſunt in
pace, Iuſtorū anime in manu dei ſunt: & nō tanget illos tormentū malicie. Et nō Sapien. 3.
rapiet eas quiſq̄ de manu mea / id eſt poteſtate mea: dicit dominus. Eos enī quos
ſemel predeſtinādo Chriſtus aſſumpſerit: nulla uis diabolice tentationis / nō im-
manitas humane perſecutionis / de ſorte & latere eius poteſt auferre, Sed nonne
Iudas (dicet quiſpiam) ineternū periit: & ſurrept⁹ eſt a Sathana de manu dñi? &
multi uiam dñi ambulāt: a qua tandē decidunt. Verū ad finē uſq; in bono perſe-
uerantes: dūtaxat oues dñi ſunt & dicuntur, qui igitur poſt perceptā gratiam /
de numero ouium Chriſti pereūt: hi certe in dei oculis oues non ſunt, quare nec
Iudas nec alii retro abeūtes: ad ouile Chriſti pertinere dicendi ſunt, Superiorib⁹
autē uerbis illorū dñs redarguit temeritatē: qui ſibi mortis laqueos tetenderant,
Stultiſſime enī de eius nece cogitabant: cū non ſolū in ipſum nihil poſſent agere
ſi nollet / uerum etiam neminē de ſuis ualerent auferre. Verū ne hec dicendo ſuā
uideretur gloriam quereret: totam hanc potētiam ad patrem refert / ſubiungēs,
Pater meus quod dedit mihi: maius omnibus eſt. Hoc plane eſt quod deus pater
mediatori dei & hominū dedit: ut ſit eius unigenitus filius / deus de deo: nec na-
tura diſſimilis / nec uirtute inferior / nec duratione poſterior. Et hoc gignēdo de
dit: quia deus uerus deum uerū genuit / lux eterna lucem coeternā / uita uitam.
hoc ſane eſt qđ maius omnibus eſt: quia omnē illud excedit & humanā & ange-
licam creaturam. Et nemo idipſum qđ pater michi dedit / poteſt rapere de ma-
nu patris mei. quia cum ipſe uirtus ſit immenſa: non poteſt ei a quopiam irroga-
ri uiolentia, Superius quidem dominus dixit: non rapiet quiſq̄ de manu mea, hic
uero dicit: nemo poteſt rapere de manu patris mei, ut liquido intelligeremus:
eandem prorſus eſſe uirtutem ſuam & patris (eſt enim ipſe: manus & uirtus pa-
tris) atq; hunc ipſum eſſe Chriſtum haud dubie crederemus: qui non ut ceteri
ſancti gratiam acceperit ex tēpore / ſed uerus ſemper extiterit dei filius, Quod
etiam ſubſequenti ſententia oſtendit: cum dicit. Ego & pater unum ſumus. Vnū
inquit ſumus: una eſſentia / una diuinitas / una equalitas, Quibus quidem uer-
bis non ſolum Iudeorum queſtionem / qui tentantes an ipſe eſſet Chriſtus inter
rogabant / abſoluit: uerum etiam hereticorum quos futuros preuidit inſaniam /
q̄ ſit deteſtanda / monſtrauit: Vtrumq; audi / & unum & ſumus: & a Charibdi &
Scylla liberaberis. Quod dixit unum: liberat te ab Arrhio / ſeparante filiū a ſub-
ſtantia patris, Quod dixit ſumus liberat te a Sabellio / confundente perſonam
patris & filii ſine diſcretione, Si unum: non ergo diuerſum. ſi ſumus: ergo pater
& filius Sed utriuſq; horū impietas. in exordio primi libri abunde confutata eſt.
¶ Verum quia hæretici hec domini uerba negare nō poſſunt: impietatis ſue mē- Obiectio-
dacio & abſurda expoſitione ea corrūpunt. Tentāt enim id ad unanimitatis re- nes aduer
ferre conſenſum: ut uoluntatis in patre & filio unitas ſit / non nature, id eſt ut ſariorum
non per id quod ſunt / ſed per id quod idem uolunt: unum ſint. Sed per nature earūq; ſo
natiuitatem (dum nihil deus / ex ſe deum gignendo: degenerat) reuera unū ſūt: lutiones.
Dumq; de manu filii non rapiūtur: nō rapiutur de manu patris. dū in operante
filio operat⁹ pater / dū ipſe in patre & in eo pater eſt; hoc nō preſtat creatura ſed Ioan. 14.

natiuitas/non efficit uolũtas ſed poteſtas/non loquitur unanimitas ſed natura,
Non negamus igitur uolũtatis unanimitatẽ inter patrẽ & filiũ, Nam hoc ſolent
hereticimẽtiri: ut cum ſolã concordiã ad unitatẽ non reſpicimus / diſcordes eos
a nobis affirmari loquãtur. Sed audiant qm̃ a nobis unanimitas nõ negatur: ſed
preter eam unũ ſunt pater & filius natura/honore/& uirtute. nec natura eadẽ:
poteſt uelle diuerſa. ¶ Sed rurſum cauillationẽ mouent aduerſarii ueritatis: ex
Ioan.17, eo q; Chriſtus patrẽ pro diſcipulis rogãs inquit, Pater ſancte ſerua eos in nomie
tuo quos dediſti michi: ut ſint unum ſicut & nos, Atqui nõ poſſunt diſcipuli eſſe
unũ: niſi uolũtatis conſpiratione & cõcordia, non enim in unã numero eandẽq;
ſubſtantiã coincidere queunt, neq; igitur pater & filius unũ ſunt identitate ſub-
ſtantie & nature. Ceterũ cum calumniari magis q̃ elucidare ueritatem querunt:
rectũ ſcripture ſenſum omnino ſubuertunt. Nã falſum eſt diſcipulos non poſſe
eſſe unum: cum deo, niſi uoluntatis concordia, Nam ſupra illam eſt unitas illos:
cum deo per quandã deitatis conformitatẽ & deiformitatem. qua participatiõe
diuinitatis eis cõmunicata: in deum (ut ita dixerim) tranſeunt atq; tranſferũtur/
ſeruata ſue nature ueritate, perinde atq; ferrum ignitũ & cãdens: per ignis cõ-
muniõnẽ fit igniforme/uideturq; ſublata ferri ſubſtantia omnino eſſe ignis. Et
huiuſmodi unione (que longe ſuperior eſt & ſublimior: q̃ unio per amorẽ & con
cordiam uoluntatũ) petit dñs noſter diſcipulos eſſe unũ in deo/ ut ſcilicet ei inſe
rantur & intime conũgantur: per deitatis in ſe ſuſceptionẽ atq; participationẽ,
Hec inſuper unio proxime accedit ad ſummã illam ac ineffabilem unionem: qua
pater & filius ſe inuicem immeantes ac ſibi intime immanentes/ unum ſunt uni-
tate nature. que quidẽ ſuprema eſt & omniũ ueriſſima. cuius aſſimilationẽ pro-
pinquã diſcipulis dari per inſitionẽ cũ deo: Chriſtus hic petit, ¶ Sed age ex rerũ
natura: filiũ unius & eiuſdẽ cum patre ſubſtantie eſſe cõmonſtremus. Videmus
ſiquidem propriam & nature conſentaneam generationem eſſe: cum gignens
eiuſdem nature prolem ex ſe edat, ut homo hominem/lux lucem/calor calorem
Cum uero in diuerſitatem generis tranſit productum / & alterius q̃ producens
fuerit nature: mõſtroſa generatio erit/ & ſue nature proprietatem minime ſer-
uans, ut cum aſinus gignit mulam, Si itaq; alterius nature filium pater genuit:
uera ibi & propria natiuitas non erit / que proprietatem ſubſtantie generantis
ſeruare non potuit/ſed manca & monſtri ſimilima: qua degener filius ex patre
prodibit/a dignitate & perfectione paterna deſciſcens, Sed quomodo illam per-
fectionem gignendi ex ſua ſubſtantia ſuum ſimile / deus creaturis clargitus eſt:
qua tamen caret? Inuenietur igitur in rebus inferioribus aliqua nature dignitas/
utpote eiuſdem generis prolem producendi: que tamen nequaq̃ in deo erit, quo
Ephe.3, certe nichil eſt abſurdius, ¶ Preterea Paulus ad Epheſios ſcribens / dicit ex deo
patre omnem paternitatem in celo & in terra nominari: & tanq̃ ex fonte ad inſe
riora deriuari. Si igitur in terra paternitas inuenitur inter homines / quia eiuſ-
dem ſunt nature gignens & quod gignitur ex alterius ſubſtantia: eadem & in
deo patre primitus erit cõperta. Alioqui non ex deo ad creaturas emanaret pa-
ternitatis nominatio: ſed potius ex creaturis ad deũ tranſferretur / perfectiorq;
& uerior eſſet in creaturis q̃ deo paternitas: quod recta ratio minime admittit,
¶ Rurſum per Eſaiã dñs eos increpans qui putant ipſũ fecunditatis & geniture;

expertam/inquit,Nunquid ego qui alios parere facio:ipſe nõ pariam / dicit do= Eſaie, 66
minus? Si ego qui generatione ceteris tribuo: ſterilis ero? Atqui deus rebus a ſe
creatis indidit:ut pariãt ex ſua ſubſtãtia fructũ eiuſdẽ nature, ut quercus quer=
cum profert/& oliua oliuã. Idipſum igitur & ipſe habet:uim ſcilicet ex ſe gignẽ=
di conſubſtantialẽ/&eiuſdẽ nature filium,eſt igitur ipſe cum filio unũ ſubſtan=
4 tia & natura. ¶ Quod ſi attentius conſiderare uoluerimus:uidebimus plane nõ
eandem ſolũ eſſe ſubſtantiam in rebus creatis/ſed &magnitudinem/figuram/
qualitatem:ut colorem/odorem/ſaporem/motum/ & agendi uirtutem gignen
tis & geniti,Cum enim roſa gignit roſam/uiola uiolam / & unaqueq; arbor ſuũ
fructũ:gignens non ſolum eandem communicat ſubſtantiam genito/ſed &cõ=
ſimilem molem & figuram/eundem in foliis &floribus colorẽ/eandem ſpiratio=
nem/& dulcedinem ſaporis. Quecumq; itidem uirtus eſt in gignente plantula:
5 eadem agendi efficacia in genito fetu. ¶ Sed unde queſo hec nature conſpiratio
cõuenientiaq; inter gignẽtem & genitũ: in natiuis & natura inſitis proprietati=
bus? Quid aliud hec uniuerſa proclamãt:niſi filiũ omnino eiuſdem eſſe nature
cum patre/ex cuius ſubſtantia genitus effulget? Ipſum itidem filium non mino
rem maieſtate/ſapiẽtia aut uirtute: ſed eandẽ prorſus cum patre magnitudinẽ
habere/ eidem coeternũ eſſe nõ minus ſapiẽtem aut potente. Si hec Arrhiani in
libro nature cõſcripta/& in creaturis ut ueſtigiis quibuſdam impreſſa oculatius
perſpexiſſent:nunq; filium a patris diremiſſent ſubſtantia/aut equam illi uirtu=
tem/ſapiẽtiam aut perfectionem cum patre ademiſſent. Verum hec amplius in
primo libro diſcuſſa ſunt & determinata. Cap. XI.

» Sustulerunt ergo lapides ludei:ut lapidarent eum. Reſpondit eis le=
» ſus, Multa bona opera oſtẽdi uobis ex patre meo. Propter qđ eorũ
» opus me lapidatis? Reſponderunt ergo ludei, De bono opere non
» lapidamus te:ſed de blaſphemia, & quia tu homo cũ ſis:facis teipſũ
» deum. ¶ Ludei qui eatenus loquentem dominũ quaſi patiẽter au=
dierant/cũ dixiſſet/ego & pater unũ ſumus: amplius uim uerborũ ferre nõ ua=
lentes/quia ipſi lapidea corda geſtabant / ad lapides cucurrerunt: ſine modera=
tione & legis diſciplina eum ut blaſphemũ lapidibus obruere tentantes. Verum
quia dominus nec tunc uolebat pati/ nec ſe ab illis lapidatum iri diſpoſuerat:illa
iamiam ferientia brachia ſuo nutu cohibuit atq; cõtinuit/ dulciq; allocutiõe exe=
ſtuantem illorum iram ſedare laborauit dicens, Multa bona opera oſtendi uobis
a patre meo:uidelicet inſanitatibus infirmorum / in aſſidua exhibitiõe doctrine
& miraculorum. Que uniuerſa ex patre dicit oſtẽdiſſe: ut ſe indicaret eius per
omnia gloriam querere, Propter quod (inquit) me lapidatis? Summe quidem eſt
ſeuitie & ingratitudinis: mala pro bonis retribuere/ & pro beneficio reperidere
ſuppliciũ. Verum Iudei non de bono opere ſe dominũ lapidare uelle dicunt, ubi
quamq; inuiti & nolẽtes cõfitentur nec poſſunt negare: multa beneficia & meri=
torũ bona ſibi a Chriſto impẽſa fuiſſe. Sed miſeri quod ille de ſua & patris equa=
litate & unitate ſubſtãtie dixerat:pro blaſphemia deputabãt, q, cũ homo nudus
eſſet/ſeipſum deũ faceret:illi obiectãtes, Ecce infideles ludei intellexerũt:qđ Ar
rhiani adhuc itelligere negligũt. Id eni quod dñs dixerat/ego & pater unũ ſum?
intellexerũt nõ poſſe dici/niſi ubi ſubſtãtie & uirtutis eſſet equalitas, Quod iſti

pro blaſphemia idcirco receperant: quia eum tantum hominem eſſe credebāt/
Ioan.5, deumq; nullatenus credere uolebant.& idcirco mortē illi intentabant: ut & alio
loco dixit euangeliſta, Propterea magis querebāt eum Iudei interficere: quia nō
ſolum ſoluebat ſabbatum/ſed & patrem ſuum dicebat deum: equalem ſe faciēs
deo. ¶ Porro cum Iudei uerba Chriſti diuinitatem & incōmutabilem ſubſtan-
tiam teſtificantia/utpote, anteq̄ Abraham fieret; ego ſum, ferre non ualerent;
Ioan.8. alio loco leguntur ſuſtuliſſe etiam lapides/ut iacerent in eum, Iheſus autem
tunc nullo ipſis communicato ſermone/dato ue reſponſo/abſcondit ſe & exi-
uit de templo ut per ſuam abſentiam/reſideret & deferueſceret ebulliens ipſo-
rum ira. Hoc uero loco cum Iudei eadem laborarent phreneſi ac inſania: more
peritiſſimi medici/aliud ipſis adhibuit medicamentum, ut nichil non tentatum
relinqueret; quod eorū ſaluti conducere putaretur.& quos uno pharmaco prius
ad mentis ſanitatem reducere non potuit: aggreditur nūc alio curare antidoto/
placida inquā interrogatione & recte rationi innixa, qua ab eis querit/cur pre-
ter omne ius & fas attentāt mala pro bonis ipſi retribuere:& q̄ plurima ipſis pre-
ſtita beneficia/tumultuaria lapidatione compenſare atq; repedere. Sicut enim
aqua gelida/efferuenti iniecta: continuo totum illius feruorem ac ebullitionem
ſedat/reſidentemq;/reddit illā que prius rapido eſtu intumuit. haud ſecus pla-
cida uerba ac mitia/iracundia concitatum animum mitigare ſolent: & ad man-
ſuetudinem reducere. Quod nobis ipſe dauid ſuo prodit exemplo; cuius diſtri-
1.Reg.25 ctum mucronem in totius domus Nabal exterminiū/ipſa Abigail uxor eius ſua
ſuauiloquentia & humanitate/uagina recondidit, & a cruoris effuſione immu-
nem reddidit, Cumq; reſpondiſſent interrogationi facte Iudei/q, ob blaſphe-
miam deo illatā lapidibus ipſum appeterēt; rurſum placida uoce Chriſtus oſten-
dit adhibito ſcripture teſtimonio/q, ſe filium dei (ut uere erat) dicens; nequaq̄
blaſphemiam in deum commiſerit, At uero ubi perſpectum habuit/implacabi-
lem ipſorum animum nequaq̄ uerbis ſuis mitigatum eſſe/nec ſedari irrationa-
bilem ipſorum furorem: tunc alterum adhibuit precipiti ipſorum iracundie re-
medium quod & prius admouerat altero in loco/ut iam dictum eſt, Cum enim
ut paulo poſt narrat hic euāgeliſta/rationem reddidiſſet Chriſtus ſuorum ope-
Ioan.10, rum & uerborum/oſtendiſſetq; ſe nequaq̄ in deum eſſe blaſphemum/q, filium
dei ſe diceret: querebant eum Iudei apprehendere. ſed ipſe exiuit de manibus
eorum/& abiit in alium locum, Siquidem cum quicq̄ altum & magnum Chri-
ſtus Iudeis prolocutus eſſe comperitur; q̄primum abire/& hic & ſepe alias de-
ſcribitur/ut eorum furori det locum/abſentiaq; ſua ſedetur & quieſcat ipſorū
indignatio. Et hec ſecunda eſt medela/quā in preſentia Chriſtus concitatis in ſe
Iudeorum animis applicuit: nichil pretermittens eorum que ad ipſos ſanandos
conducant.

Cap.XII.

» RESpondit eis Ieſus. Nonne ſcriptum eſt in lege ueſtra; quia ego dixi
» dii eſtis? Si illos dixit deos ad quos ſermo dei factus eſt/& nō poteſt
» ſolui ſcriptura: quem pater ſanctificauit & miſit in mundum/uos
» dicitis quia blaſphemas; quia dixi/filius dei ſum. Si non facio opera
» patris mei; nolite credere mihi. Si autē facio/& ſi mihi nō uultis cre-
» dere, operib⁹ credite, ut cognoſcatis & credatis; qa pater in me eſt & ego in pre,

¶ Christus quia uidit Iudeos tardos & inualidos / non ferre ſplendorē ueritatis: temperauit eum in his (quibus de obiecta blaſphemia ſe purgauit) uerbis. ut qui imbecilles oculos conſpexerit tolerare non poſſe lucis aperte iubar: uelamen interponat oculis / quo fulgoris aciem extenuet, In lege (inquit) uestra / id est per Moſen uobis patribuſq; uestris data; ſcriptum est, ego dixi dii estis. Hoc autem pſalmographi testimoniū / in lege ſcriptum esse dominus asserit; quia nimirum omnes ueteris instrumenti ſcripture / aliquādo lex appellantur generali uocabulo. Nōnunq; distincte per ſe lex accipitur: & a prophetis dirimitur, Sicut ipſe dominus alibi dicit, lex & prophete uſq; ad Ioannem prophetauerūt, Plerumq; in tria membra / ſancte distribuūtur ſcripture. ut in illo loco. Oportet impleri oīa; que ſcripta ſunt in lege / prophetis / & pſalmis de me. Quoniā autem in illo pſalmi teſtimonio homines dicti ſunt dii: noſcere operepretium est nomē dei trifariam in ſcriptura dici. Primo natura. ut audi Iſrael: dominus deus tuus deꝰ unus est, & rex omnis terre deus. Secundo adoptiōe & participatione. quo qui in filios dei adoptātur & participes sunt diuinitatis: dii dicūtur. ut eo in loco, deus stetit in ſynagoga deorum in medio autem deos diiudicat, & deus deorum dominus locutus est, & in preſenti etiā prophete dicto, Tertio falſo & ſola nuncupatione. quemadmodū demones & idola, de quibus pſalmus, Quoniā omnes dii gentiū demonia: dominus autem celos fecit. Et Paulus. Quorū deus uenter est. Et alio in loco. In quibus deus huius ſeculi excecauit mentes infidelium: ut non fulgeat illuminatio euāgelii glorie Chriſti, Si igitur (inquit dominus) idcirco homines dii appellati ſunt; quia ſermo dei ad ipſos factus est / & non potest ſcriptura falſitatis argui: ipſum uerbum dei quod erat in principio apud deum: quomodo nō est deus? Si illi dii uocari meruerunt / qui participes facti ſunt ſermonis dei: ipſe ſermo dei unde participāt / cur non ſit deus? Semper enim unde aliquid participatur / magis & uerius id habet quod participatur: q̄ ipſa participantia. ut ſol a quo lucis est participatio in ſubiecta corpora: magis lucidus est q̄ aer & aqua / luce participantia, & ignis a quo tanq̄ fonte quodā calor in externa diriuaſ corpora: uerius & uehementius habet calorē / q̄ ea que ab eo calorē participant, Verbum igiſ dei / cuius participatione alii denominationē dei ſortiuntur: uerius & ſublimius deus est q̄ homines aut angeli, nam hi gratia ſolum / adoptione & participatiōe: dii ſunt & dicuntur, Ille uero. natura origine / & ſubſtantia deus est. Porro ſanctificauit pater filium: non q. unq̄ ille ſanctus nō fuerit / ſed quia ſanctum illum genuit atq; ut ſanctus eſſet: gignendo ei dedit. Sicut enim deus deum / immeſus immenſum: ſic ſanctus ſanctum pater filium genuit & miſit in mundum: quia eum incarnari cōſtituit pro ſalute hominū. Aut ſanctificauit ſecūdum hominē & humanā in eo naturā: id est cum ſanctitate immunitateq; peccati & ſyncera puritate eum incarnari conſtituit pro ſalute mundi. quemadmodū angelus dixit ad ſacroſancta uirginem, Et quod naſcetur ex te ſanctū: uocabitur filius dei Et beatus Paulus ad Roman s. qui predeſtinatus est filius dei in uirtute: ſecundum ſpiritū ſanctificationis Aut demū ſanctificauit eum: id est ſanxit / & conſtituit ipſum ſacrificari & in oblatione offerri pro mūdi ſalute. Nam id ſanctificari in ſcriptura plerūq; dicitur: quod tepli uſui deſignatū deo offertur & cōſecraſ, quēadmodu ibi. Sāctifica mihi omne primogenitū. Sane qui hunc locū explanāt

pſ. 81. Math. 11. Luce. 24 Deute. 6 pſ. 46. pſ. 81. pſ. 49. pſ. 95. Philip. 3. 2. Cori. 4 Ioan. 1 Luce. 1. Roma. 1. Exodi. 13.

authores: hi primū ſanctificationis modū hic aſtruūt / illi ſecundū / alii uero tertium. ut eorū nullus intelligat ab uſu & recto ſenſu ſcripture eſſe alien⁹. Demū a uerbis ad operū cōtemplationē que nō niſi a uero deo fieri poſſūt: ipſos Iudeos trāſmittit. Siquidē unaqueq; res / operū ſuorū functione officioq; : quenā ſit cognoſcitur. Viues enim a non uiuente: operibus diſcernitur. ut ſi uiuētis exerceat opera: uiuēs eſſe cōprobatur. ſic ſanus ab egroto / & arbor fecunda a ſterili: fructuū productiōe internoſcitur, A fructibus enim eorū: cognoſcetis eos, Si igitur
Mathe. 7 operū exhibitiōe (iquit) me uerū eſſe deū & patris filiū cōprobo / queuis morborum genera & ipſam deniq; mortē potētifica uoce depellēdo / uiuificā languidis & mortuis ſalutē inſpirādo / me uite & mortis dīm oſtendendo: ex his inquā operibus credite / qa ego in patre & pater in me eſt, Sane nō ſic eſt pater in filio aut filius in patre: quo modo deus eſſe dicit in aliquo uiro ſancto / & ſanctus quicūq; in deo. Filius quippe in patre eſt / per equalitatē unius eiuſdeq; ſubſtantie: & per indigreſſibilē unius in altero immanſionē / ob nature identitatē. Homo uero in deo dumtaxat eſt per gratie participationē: & habitudinē quandā atq; gratuitā inhabitationem, Proinde uir ſanctus dicere quidem poteſt: quia deus in me eſt, non autem ualebit unq̄ dicere: ego & deus unū ſumus. Nec rurſus, qui uidet me: uidet & deū. hoc enī: unigenito ſoli filio conuenit / qui ſic eſt in patre: ut ſit equa-
Ioan. 14. lis patri & unum cum patre. Verum hec diffuſius in ſequentibus / ubi rurſum ab euangeliſta commemorantur: innoteſcent, Cap. XIII,

» VErebant ergo eum apprehēdere: & exiuit de manibus eorū. Et abiit iterum trās Iordanē / in eum locū ubi erat Ioānes baptiſans primū: & man-
» ſit illic, Et multi uenerūt ad eum: & dicebāt quia Ioānes quidē ſignū fecit
» nullū. Oia autē quecunq; dixit Ioannes de hoc: uera erant, Et multi crediderunt
» in eum. ¶ Adhuc Iudeos in incepta demētia perſiſtere oſtendit euangeliſta: cū dicit eos inimico animo tentaſſe / ut apprehenderent eum ad ſuppliciū & cedē, Sed dīs ab eis recedit uelociter: ut ſedetur eor furor per abſentiā ſuam. Crebro autē legitur dīs eduxiſſe populos ad ſolitaria loca: de perfidor ſocietate eripiēs & mūdi fluctibus ac turbine / ut magis fructificent. ſicut legem ueterē daturus:
Exodi. 19 eduxit populū in deſertū, Myſtice autē recedens a Hieroſolimis dominus / hoc eſt a plebe Iudaica: ad loca fontes habentia ſe tranſſert / id eſt ad eccleſiā ex gentibus que habet fontē baptiſmi: per quē multi ad Chriſtū accedūt / quaſi trāſeuntes Iordanē. Domino autem ibidem commorāte: multi pio animi affectu & paſſibus fidei uenerūt ad illum duplex afferentes teſtimoniū eius precellētie ſupra Ioannē. Primū quia Ioannes quidē nullum fecit ſignū: id eſt nullū miraculū oſtēdit / nō cecos illuminauit / nec languidos curauit, Splēdor enim ſignorū: dīno noſtro ſeruabatur. ut illius claritate & luce: gloria diuinitatis eius mūdo innoteſceret. Neq; tamē id in aliquo derogat ſanctitati eius: quo inter natos mulierū non
Math. 11. ſurrexit teſte ſaluatore maior, Nempe miracula operari nichil adiicit ſanctitatis homini: cū malis & reprobris id cōpetat / dicente dno apud Matheū. Multi dicēt
Mathe. 7 mihi in illa die: dne nōne in nomine tuo demonia eiecimus / & prophetauimus & ſigna multa fecimus? Et tunc cōfitebor illis: neſcio uos / diſcedite a me oēs operarii iniqtatis, Quare ediuerſo: nulla ſignorū oſteſio nihil detrahit homini ſanctitatis. At qui (inquiūt) hic multa ſigna fecit: & eorū ſplēdore magnopere effulget

Eſt igitur maior huius q̄ Ioannis excellentia, Secundum uero teſtimonium eminentie Chriſti: quia de illo Ioannes omnia ueraciter dixit / teſtimonium illi perhibens, Si igitur Ioāni credere oportebat, multo magis huic / cum illius teſtimonio etiam ſignorum demonſtrationem habenti. Et hoc pacto iſti per lucernā uenie-bant quia Ioānes lucerna erat / Chriſtus dies, ad quem fulgore huius lucerne adducti: crediderunt in eum,

Cap, XIIII.

»  Rat autē quidā languens Lazarus a Bethania: de caſtello Marie &
» Marthe ſororū eius. Maria aute erat que unxit dnm unguento / &
» exterſit pedes eius capillis ſuis: cuius frater Lazarus infirmabatur.
» Miſerunt ergo ſorores eius ad eū: dicētes, Dne ecce quē amas: infir-
» matur. Audiens aūt Ieſus: dixit eis. Infirmitas hec non eſt ad mor-
» tem: ſed pro gloria dei ut glorificetur filius dei per eā. Diligebat aūt Ieſus Mar-
» tham: & ſororē eius Mariā / & Lazarū, ¶ Inter omnia miracula que dei filius ut
ſuā pāderet diuinitatē operatus eſt: ſupereminet hoc & q̄ſi quendā optinet principatum / quod circa Lazarū fecit, Et quidē ſingula opera eius: admiratione digniſſima ſunt, Quis enim non magnopere admiretur: q, Chriſti iuſſu & uirtute claudi rectis greſſibus inceſſerunt / q, mutis linguarū clauſtra ſoluta ſunt / q, cecorū diu clauſa lumina tactu ſacre manus eius reſerata ſunt? Quis hec & plura alia conſiderans: nō diuinā potentiā obſtupeſcat? Sed hec oia / parua ad ingētem Chriſti maieſtate uidebātur: niſi amicus eius lazarus moreretur. Que idcirco mori permiſit: ut eum nouo & oībus ſeculis admirādo ordine ſuſcitādo / ſeſe uite mortiſq; dnm declararet, Itaq; imprimis languidi nomen / & locus / atq; cognatio deſcribitur: q, frater ſcilicet eſſet Marie & Marthe ſororū. Et quoniā eo tepore c̄plures erant mulieres / illo nomine Marie nūcupate: ne erremus in nomine / oſtenditur ex notiſſima actione. Ipſa enim erat / quēadmodū pleriq; ſentiunt & complurū eſt opinio: que (ut Lucas euangeliſta refert) in ciuitate peccatrix pedes dni lachrimis penitētie lauit / capillis exterſit / & unguēto perunxit / ſicq; multorū criminū ueniā a dño promeruit, Id Ioannes hic narrās / atteſtatur Luce: q hoc in domo Phariſei cuiuſdā Symonis factum eſſe cōmemorauit. Iam itaq; hoc Maria fecerat. Quod aūt in Bethania rurſus fecit / ut ſequens euangeliſte locus oſtendit: aliud eſt quod ad Luce narrationem nō pertinet / ſed pariter narrat̄ a tribus factū in Bethania poſt reſuſcitationē Lazari. Quod uero Ioannes hic refert / longo ante Lazari ſuſcitatione tepore factū eſt: cū ſcilicet ab ipſa Maria (ut Lucas & Marcus inquiunt) eiecit ſepte demonia. Vbi ſeptem demoniorum nomine (ut ſentit Gregorius) accipere debemus ſeptē uicia capitalia & uniuerſam uiciorum eluuiem: ſptenario numero deſignatam, quorum cum demones precipui ſint authores, ipſa uicia recte demoniorū nomine appellantur / effectus ſcilicet nomine cauſaru. ¶ Alii uero authores non ignobiles nec incelebres: arbitrantur ipſam Mariam ſororem Marthe non fuiſſe illam in ciuitate publicā peccatrice cuius memi[n]t Lucas in ſeptimo cap. ſed candidā ſemper fuiſſe uirginem & ſyncera uirginal s pudoris puritate ſpectabilem. haud minus q Martha eius ſoror. cui euāgelico te[ſ]timonio & atte[n]tāte ſumma ueritate ipſa maria p̄fertur, Nepe peccatrix illa (inquiunt) quantū ex euāgelio coniectare datur. Galilea fuit origie & in una ciuitate Gal lee ex diuturna p̄ſtitute pudicitie cōſuetudine

Ioan, 12.

Luce. 8.

Marci. 16

uulgo apprime nota, quandoquidē ſalutaris eius cōuerſio & reſipiſcentia a peccato in una ciuitatū Galilee ut Naim aut alia quauis / facta creditur, ut ex antecedentibus & ſequentibus luce narrationibus: haud difficile deprehendi poſſe putant, Maria uero ſoror Marthe / fuit origine Iudea: & ex bethania caſtello Iudee oriunda / que (ut hic perhibet Ioannes) erat hieroſolymis admodum propinqua. Proinde autumant iſti: Ioannē hoc loco nequaq̄ breuibus cōſtringere idipſum / quod pluribus ipſe Lucas retulerat de unctione exhibita domino a peccatrice in domo Symonis phariſei. ſed p anticipationē ipſū hic uerba facere de unctiōe pedū domini & exterſione: facta in cena poſt reſuſcitationē lazari / paulo ante paſſionē dominicā, quam latius explicat Ioannes cap. proxime ſequēte, quod ex ipſo littere tenore: hoc in loco colligi poſſe / ſic exiſtimant. Non enim (aiunt) dicit hic Ioannes: q, Maria erat que pedes domini rigauit lachrymis / deinde perfuſos amaro fletu exterſit / & demū unxit unguento. quod peccatrix ipſa apud lucā:
Ioan. 11. per ordinē factitaſſe legitur. ſed ſolū hic memorat Ioannes / q, ipſa Maria ſoror Marthe unxit dominū unguento: & exterſit pedes eius capillis ſuis / iam ſcilicet unguento delibutos. que quidē narratio / omnino reſpōdet ſuo ordine ei narra-
Ioan. 12. tioni: quam diffuſius facit Ioannes cap. duodecimo. ut ex eodem utriuſq; recitationis reſponſu / ſumant ipſi argumentū: beatum Ioanne in utroq; loco (cap. ſcilicet undecimo & duodecimo) de eadē loqui unctione / ea uidelicet que poſt ſuſcitationē lazari facta eſt in bethania / circa paſſionem domini. Neq; enim hic lachrymarū meminit Ioannes / neq; oſculorū que peccatrix impēdit pedibus dñi;
Luce. 7. ſicut neq; in duodecimo cap. Peccatrix autem ipſa & lachrymas fudit: & pedes Chriſti eſt exoſculata, quod nō fuerat hic pretermittendū: ſi de unctione a peccatrice facta & Luce. cap. ſeptimo deſcripta / hic haberetur ab euāgeliſta ſermo. Neq; id haberi debet inconueniens ſecundū iſtorū ſententiā: q, Ioannes hic breuibus perſtrīgit eam hiſtoriam anteq̄ ſecundū rei geſte ſeriem ipſa ſit peracta / quam tamen poſtea amplius exprimit & memorat. Nam hoc pacto euangeliſte interdū preoccupant & anticipant rei geſte tēpus: pauciſq; uno in loco perſtrin-
Marci. 3. gunt id ipſum / quod poſtea ſuo in loco latius aperiūt. Vt Marcus tertio cap. iter ceteros apoſtolos nominans Iudam Scarioth, continuo ſubiungit, qui & tradidit illum. cum tamen Iudas tunc necdū tradiderat Iheſum. ſed quomodo eum tra-
Luce. 6. diderit: proſequitur ipſe Marcus cap. decimoquarto. Idē quoq; facit lucas cap. ſexto de Iuda dicens: qui fuit proditor, nondū enim cum tieret ipſa apoſtolorū per Chriſtū uocatio: Iudas proditionē conceperat nec perpetrarat. quinimmo
Math. 10. uiceſimo ſecundo cap. Lucas eam apertius refert. Idē quoq; facit Matheus cap. decimo / dicens de Iuda: quod & Marcus, Traditionis autē modū & cauſam: ex-
Luce. 8, plicat planius cap. uiceſimo ſexto. Preterea quod lucas octauo capite enarrat de
Marci. 16 Maria Magdalena de qua exierant ſeptem demonia / & Marcus de eadē capite decimo ſexto q, ab eadem eiecerit dominus ſeptem demonia: nequaq̄ de Maria ſorore Marthe putant intelligi debere, ſed de altera eiuſdem nominis mulière: que a Galilea fuit oriunda / & Magdalena cognominata cum ipſa referatur una cum ceteris ſanctis mulieribus ſuis comitibus: ſecuta fuiſſe dñm a Galilea, quod de Maria ſorore Marthe haud quaq̄ dici poſſe arbitrātur: ut que fuerit natiōe & origine Iudea, Cum aute predicti duo euangeliſte ſcribunt / ab ipſa Maria que

Magdalene cognomen tulit / eſſe propulſata Chriſti miſeratiõe ſeptẽ demonia: de ueris demoniis ſecundũ ſubſtantiã ibi ſermonem haberi ſentiunt, quibus illa mulier prius dire torquebatur: & a quorũ uexatione diuina uirtute fuit liberata Nam quoties euangeliſte narrantes hiſtoriã de electis loquũtur demoniis: dicũt illorũ uerba ad litterã intelligi debere de uera & ſecundũ rem ipſam facta demoniorũ expulſione, Beatũ autem Gregoriũ ponentem nomine ſeptẽ demoniorũ accipi debere ſeptem uicia capitalia / & uniuerſam uiciorum congerie: dicũt qui hanc ſequuntur ſententiam ſenſum allegoricũ recte aſſignare / non aũt litteralem intelligentiam & hiſtorialẽ, que tamen in expoſitione hiſtorie ad litteram: primo loco debet exquiri atq; efflagitari, Ecce duplex aſſignata eſt huius loci & aliorũ in euangelio huic appendentiũ explanatio: & gemina authorũ ſententia. Qui primã ſequũtur: ritum eccleſie et uſum pro ſe habent militantẽ / una cum Gregorii authoritate nequaq̃ aſpernanda / neq; parui facienda. Qui uero ſecũdam uulgata hominũ opinione magis diſcedunt & diſcrepãt / non tamen irrationabiliter nec multum difformiter ab euangelio loqui uidentur: nec omnino cenſeri debet improbabilis eorũ poſitio. Sed his longius q̃ par fuit immorati: ad propoſitum regrediamur iter. Mittentes aũt ſorores ad dominũ degentẽ trans Iordanẽ: non dixerunt / uenit ut languentẽ ſanes, nõ hoc certe auſe ſunt dicere, ſufficiebat illis, ſi tantũ noſceret q, infirmaretur, ſciebãt enim: q, non deſereret quem amabat. Ecce (inquiunt) quem amas: infirmatur. tanq̃ dicerent. ſatis eſt q, hoc noueris domine: nec opus eſt ut ad nos ueniẽs fatigeris. Ibi precipe: & hic qđ iuſſeris fiet, Sufficit enim amico: indicare ſuam aut amici neceſſitatẽ / & ſuccurrendi arbitriũ omnino illius uoluntati permittere. At uero queret aliquis: quare dominus reſponderit illam Lazari infirmitatẽ non eſſe ad mortẽ / cum ipſe Lazarus haud dubie ex ea ſit mortuus? Nouerat hoc quidẽ domin⁹ & ut ſic fieret / ipſe uoluerat. ſed poſt mortẽ eum reſuſcitare decreuerat, Infirmitas igitur illa ad mortẽ non eſt: ut ſcilicet more aliorũ hominum in puluerem putredinẽq; ſoluatur / & oino morte decidat, nõ enim moritur / ut ſicut ceteri homines mortui / a morte teneatur: ſed ut mirabiliter ſuſcitetur iterũ ad uitam. Sed ea infirmitas (inquit) eſt pro gloria dei: ut glorificetur filius dei per eam. ergo fili⁹ dei uere eſt deus: ſicut & filius hominis uere eſt homo, Sunt enim in omni producetium genere: pater & filius / gignens & genitus / eiuſdem conſimiliſq; ſecundũ ſubſtantiam nature. Hoc contra hereticorũ impietatem dictum eſt: qui dixerunt Chriſtum nõ eſſe natura deũ / ſed gloria. Vnde quidã eorum ſuam euomens blaſphemiam: dixit. Nõ inuideo Chriſto facto deo hoc & ego fieri poſſũ / ſi uolo, Quod ſane dictũ: a ueritate prorſus eſt alienum. nam Chriſtus natura / origine & ſubſtantia deus eſt: nõ habitudine / gratia aut adoptione. quare nõ eſt factus deus: ſed ex deo patre natus ante omnia ſecula. Nulli autẽ creature id cõcedetur unq̃: ut ad creatoris dignitatẽ ſubſtantiamq; ſubl'metur & conſcẽdat. Porro hec glorificatio / qua per id reſuſcitationis poſt infirmitate & mortem ſignum / fili⁹ dei glorificatus dicitur: non ipſum auxit / qui ſumme perfectus eſt / & proficere amplius non potuit, ſed nobis profuit: ut per hoc tantũ miraculũ plures in eum firmius crederet & eternam anime mortẽ euaderẽt. Quod deniq; ſubiungit euãgeliſta / dominum dilexiſſe Martham Mariam & Lazarum: magnũ probitatis

uirtutiſq; ipſorum & indubitatum eſt teſtimoniũ. Non enim dominus qui no-
Ioan.2, uit quid ſit in homine aliquo trahitur errore ut amet indignos amari / uel mundano uanoq; aliquem amore proſequatur. Cum igitur Ieſus illos amare dicatur; deſignatur in ipſis ea fuiſſe probitas & honeſtas uite q̃ digna fuerit: ut eam dominus amore ſingulari complecteretur, Cap.XV,

»  Tergo audiuit Ieſus eum Lazarus infirmabatur; tunc quidem man-
» ſit in eodẽ loco duobus diebus. Deinde poſt hec dicit diſcipulis ſuis.
» Eamus in Iudeam iterum. dicunt ei diſcipuli. Rabi nunc querebant
» te Iudei lapidare. & iterum uadis illuc? Reſpõdit Ieſus, Nõne duo-
» decim ſunt hore dieꝰ Si quis ambulauerit in die; non offendit / quia
» lucem huius mundi uidet, Siquis autem ambulauerit in nocte / offendit; quia lux non eſt in eo. ¶ Dominus nuciata infirmitate Lazari / quouſq; quatriduũ poſt mortem eius compleretur / ſanare diſtulit ut mirabilius ſuſcitaret, Permiſit ut expiraret & ſepeliretur / & diceret quoniã fetet; ut nullas poſſet dicere / quoniã nondum defunctum eum ſuſcitauit / ſed ſtupor fuit & non mors. Deinde hortatur diſcipulos dominus ut ſecum in Iudeam redeant, predixit quo iturus erat: ne repentino reditu animi eorum conſternati fatiſceret / ſed premeditatione & precogitatione; contra ingruentia pericula animoſius munirentur, Verũ territi ſunt diſcipuli / de reditu in Iudeã dominum loquentem audientes. Nouerãt conſpirationem immaniſſimam; qua illum Iudei perſequebantur, ac formidãtes ne bonus magiſter a Iudeis cõprehenderetur; quaſi conſilium ei dare & de incepto reuocare uolebant. Non adhuc perfecte intellexerunt diſpenſationẽ noſtre ſalutis propter quam dominus uenerat. Ad hoc enim deus homine induerat; ut pro ſalute hominum moreretur, Sic & beatus Petrus cum audiſſet dominũ de paſſione loquentẽ; quaſi eum uolens ab ea reuocare / dixit illi, Abſit a te domine; nõ
Math.16, erit tibi hoc, Sed dominus acriter illũ increpãs; reſpõdit. Vade poſt me ſathana, ſcandalũ es mihi. quia nõ ſapis ea que dei ſunt: ſed ea que hominũ. Ita hoc loco cum apoſtoli domino cõſulere quodã modo uellent. redarguit eos dicens. Nõne duodecim ſunt hore dieꝰ Se profecto dominus hic diem appellauit: qui eſt dies
Ioan.8. ex die / lumen de lumine / quiq; de ſe alibi dicit. Ego ſum lux mundi. & ut ſe diẽ oſtẽderet; duodeci apoſtolos elegit. de quibus nunc dicit, nonne duodecim ſunt hore dieꝰ Ac ſi diceret, Vos q eſtis hore diei; quare ſic conſiliũ dare uultis? Hore diem ſequũtur; & die moderante peragũtur. Sed fortaſſe dicet quiſpiam. Iudas ex duodecim unus erat; nunquid & ipſe hora diei erat / qui ipſum diem tradidit ad mortẽ? Sed quãdo hoc dñs dicebat; non ipſum Iudam attedebat / ſed Mathiã
Actuũ, in locum illius ſubrogandũ. Deniq; Iuda in locum ſibi debitum abeunte; electus eſt Mathias apoſtolus / & ſic perfectus manſit numerus apoſtolicus: atq; horarũ diei duodenarius, Chriſtus ergo uerꝰ dies eſt / & qui in hac die ambulauerit eius ueſtigia & precepta ſequens: errare non poterit. quẽadmodum ſuperius dixit.
Ioan.8, Qui ſequitur me non ambulat in tenebris. ſed habebit lumen uite. Qui autem ſine hac luce eſt; errare poteſt / recte ambulare non poteſt, nam in nocte errorũ & tenebris peccatorum aberrans grauiter offendit ad lapidem pedem ſuum & neſcit quo uadit / quia uere lucis expers eſt, Cap.XVI.

» HEc ait.& poſt hec dicit eis. Lazarus amic⁹ noſter dormit,ſed uado
» ut a ſomno excitē eum, Dixerunt ergo ei diſcipuli eius. Domine ſi
» dormit ſaluus erit. Dixerat autē leſus de morte eius, Illi autē puta=
» uerūt: quia de dormitione ſomni diceret. Tunc ergo leſus dixit eis
» manifeſte, Lazarus mortuus eſt:& gaudeo propter uos/ut creda=
» tis:quoniā non eram ibi. Sed eamus ad eum, ¶ Dominus hoc loco aliquātulum
diſcipulorū leuat metum: cum ſe nō in Hieroſolymā iturū dicit ut formidabāt/
ſed Bethaniā,nō ut iterū cum Iudeis diſceptet/unde illi uidebatur impēdre peri
culum:ſed ut Lazarū amicum ſuum ſuſcitet. Mortuus quidē erat Lazarus:ſed
Chriſto dormiebat. Nullus quippe tāta facilitate poſſet aliquē excitare a ſomno:
quanta Chriſtus Lazarū reſuſcitare ualebat a tumulo, Deniq; & omnes defun=
ctī/ſi potētiam dei conſideres a quo in nouiſſimo die ſunt reſuſcitandi:dormien
tes poſſūt uocari, luxta quod apoſtolus dicit ad Theſſalonicēſes. Nolo uos igno 1. Theſ. 4
re fratres de dormientibus. Et eodē loco. Nos qui uiuimus/qui reſidui ſumus:nō
preueniemus eos qui dormierunt, Vt enim ſonnum conſequitur experrectio &
euigilatio: ita morte hanc nature iterata in nouiſſimo die reſuſcitatio/ſecundū
illud, multi qui dormiūt in puluere: euigilabunt. At uero apoſtoli ad cōmunem Danie. 12
uulgatāq; dormitionis rationē ſolum attendentes:reſpondent. Domine ſi dor=
mit:ſaluus erit. Solet enim ſomnus in egrotante uiro indiciū eſſe ſalutis & repa=
rande ſoſpitatis. Sed dns noſter eis demū aperte rem ipſam declarat: q, ſcilicet
mortuus eſſet Lazarus/& diſcipulorū fidei cōgaudet, qui quia uidebant ipſum
etiam abſente certo illa cognoſcere que procul ab ipſis contigerunt / & humano
ingenio nequaq̄ ſciri poterant: ex eo deum ipſum eſſe certius credebant. Enim=
uero Lazarus:langnens/ non mortuus fuerat nunciatus. ſed quid latere poſſet
eum;cuius oculis oia nuda & aperta ſunt? Quomodo ignoraret mortē Lazari:
qui ipſum Lazarū creauerat? Hinc eccleſiaſtico teſte uir improbus recte repre=
henditur/in tenebris ſcelera ſua (ne cognoſcantur) intrepide perpetrās:& apud Eccl. 23.
ſe dicens, quis me uidet? tenebre circundant me / & parietes cooperiunt me / &
nemo circunſpicit me:quem uereor? delictorū meorū non memorabitur altiſſi=
mus. & non intellexit quoniā omnia uidet oculus illius: quādo expellit a ſe timo=
rem dei huiuſmodi hominis timor/& oculi hominū timentes illū. & non cogno=
uit qm̄ oculi dni multo plus luciditores ſunt ſuper ſolē/ circūſpicientes oīes uias
hominū:& profundū abyſſi / & hominū corda intuentes in abſconditas partes.
Dno enim deo anteq̄ crearentur omnia ſunt agnita:ſic & poſt perfectū reſpicit
oia. Gaudebat igitur propter diſcpulos: qui mirabantur ſic eum cūcta noſſe. nā
per hoc:uerū deū certius & manifeſtius eum eſſe credebant, Licet enim iam cre
derent:tamen talis erat illorū fides que adhuc proficeret/ que miraculis edifica=
ta creſceret, Nēpe apud Lucā dixiſſe legūtur domino, Domine auge nobis fidē Luce, 17.
Et eis a domino dictum eſt. Quid timidi eſtis modice fidei? Cap. XVII. Mathe, 8

» EXit ergo Thomas qui dicitur Didimus:ad cōdiſcipulos, Eamus &
» nos:& moriamur cum eo. Venit itaq; leſus:& inuenit eum quatuor
» dies iā in monumento habentē, Erat autē Bethania iuxta Hieroſo=
» lymam:quaſi ſtadius quindecim. Multi ergo ex Iudeis uenerant ad
» Martham & Mariam: ut conſolarentur eas de fratre ſuo, Martha

» ergo ut audiuit quia Ieſus uenit; occurrit illi. Maria autē domi ſedebat, ¶ Caſtigati diſcipuli ſuperioribus domini uerbis, non auſi ſunt ultra c r tradicere, Sed Thomas pre omnibus ſocios hortatur: ut irent & morcretur cum eo. In quo ma-
Math, 26 gna eius & magnopere predicanda emicat cōſtantia, Sic enim loquebatur quaſi facere poſſet que alios hortabatur / immemor ſue fragilitat's ſicut & Petrus, Et plane his uerbis uerū prodidit amantis affectū, Amabant quippe apoſtoli mirifice dominū; quia eorum uita ex illius preſentia pendebat. adeo / ut aut cum eo uiuere aut certe cum eo mori. iocundū haberēt, Quia (inquit) uidemus eum ad inimicos properare & ad mortē / neq; eū a tali conſilio ualemus reuocare: eamus & nos & cum eo moriamur ne poſt eius necem & deſerti & incōſolati remaneamus. Sed nondū erant diſcipuli induti uirtute ex alto: ut contra mortis atrocitatem pugnare aut dimicare poſſent, Prius erat ſuperanda mortis uiolentia a domino authore uite & ex eo deriuanda in homines aduerſus minas mortis & terriculamenta / conſtantia, Sed non ſatis erant diſcipuli ſue imbecillitatis conſcii / non perſpectam adhuc nec rerum periculo exploratā habuerunt ſuam infirmitatem: quam prodidit dno a Iudeis capto omniū fuga atq; diſperſio / trina Petri
Math. 26 negatio / & ianuarū domus pre timore Iudeorū poſt reſurrectionē domini obIoan, 20, ſeratio. Verū accepto largius ſpiritus ſancti munere: omnis iſta trepidatio mortis ab eis expulſa eſt / omnis formido ſubeūdi pericula animis excluſa, Cum aūt uenisſet dominus Bethaniam: inuenit Lazarū quatuor dies habentem in monumento. Sic ſane ipſe uoluerat ſic diſpoſuerat / ad hoc antea uenire diſtulerat: ut illud quatriduū impleretur / & glorioſius reſuſcitaretur. Manſerat enim dominus duobus diebus. & ante duos dies uenerat nūcius in qua d e Lazarus eſt defunctus: ipſe autem quarta die acceſſit. Conſulto aūt ab euangeliſta ponitur interuallum Bethanie a Hieroſolyma fuiſſe ſtadiis quindecim: id eſt fere duobus miliaribus. ut ex loci propiquitate colligatur ratio: quare Iudei ex Hieroſolymis uenerint ad conſolationē ſororibus ſuper fratris interitu afferendam. quod nec ſine diuina factum eſt diſpenſatione: ut illi qui ad conſolandū ſorores uenerāt / ea occaſione adeſſent reſuſcitationi fratris / & teſtes fierēt diuini operis atq; miraculi. Sed quomodo Iudei conſolabātur dilectas a Chriſto? cum iam ſtatuiſſent
Ioan, 9. q, ſiquis Chriſtū confiteretur; extra ſynagogam fieret. Sed propter calamitatis neceſſitatē / aut quaſi nobiles has mulieres reuerētes / eas cōſolabantur: aut quia hi aderant qui non mali erant. multi enim ex ipſis credebāt, Ceterum nondum dominus caſtellū introierat: unde adhuc extra caſtellū poſito occurrit Martha, Nō autem aſſumit ſororem obuiam Chriſto uadens / neq; etiam pandit primo ſorori ſue / uolens aſtantes hoc latere. quoniam ſi percepiſſet Maria Chriſtū accedere: obuiam illi iſſet / & comitarentur eam preſentes Iudei, quibus notū eſſe aduentum Ieſu necdum Martha uolebat, Cap. XVIII,

» Dixit ergo Martha ad Ieſum. Domine ſi fuiſſes hic: frater meus non
» fuiſſet mortuus. Sed & nunc ſcio / quia quecunq; poposceris a deo:
» dabit tibi deus. Dicit illi Ieſus. Reſurget frater tu⁹. Dicit ei Martha
» Scio quia reſurget in reſurrectione: in nouiſſimo die, Dicit ei Ieſus.
» Ego ſum reſurrectio & uita, qui credit in me / etiā ſi mortuus fuerit
» uiuet. & omnis qui uiuit & credit in me; non morietur in eternum, Credis hoc?

» Ait illi, Vtiq; domine. Ego credidi / quia tu es Chriſtus filius dei uiui: qui in hunc
» mundũ uenisti. ¶ Credebat quidẽ Martha in Chriſtũ: ſed nõ omnino ut oportebat, Nondũ enim cognoſcere uidebatur: quia deus erat. & ideo dicebat, ſi fuiſſes hic: frater meus nõ fuiſſet mortuus. quaſi diffidẽs / quontã etiam abſens ſi uellet: poſſet prohibere morte fratris ſui, In petitione uero ſua ualde moderatis utitur uerbis: que tam acerbe dolet interitum fratris Non enim dixit, rogo te ut ſuſcites eum: ſed ſuũ animũ temperãdo dumtaxat proponit. ſcio quia quecunq; poposceris a deo: dabit tibi deꝰ, Tanq̃ diceret. Certa quidẽ ſum: quia potes. ſcio potentiam in te eſſe indeficiente, Sed ſi uis: facis, Non ergo preſumo a te petere ut facias: quia neſcio ſi uelis, At cũ reſurrecturũ fratrẽ illius dominus aſſereret: illa reſpondit ſe quidẽ certo credere: q, reſurrecturus ſit in conſumatiõe ſeculi, ſed aliam a Chriſto fratris reſuſcitationẽ / & preſentaneã quidem & abſq; dilatione: ſeſe expetere ſubinſinuat. Dominus quidem: in preſenti fratris reſurrectionem promittebat, ſed Martha de ea reſurrectione qua omnes homines reſurrecturi ſunt: eum dixiſſe putabat, Viderat certe ipſa dominum mortuos ſuſcitaſſe: ſed tantũ id erat / quantũ nec ipſa fides auſa eſt tentare / aut expreſſius efflagitare, De illa itaq; reſurrectione ſecura erat: de hac autem incerta manebat. Dominus uero uim ſuam uiuificã & reſuſcitatiuã enucleatius expromens: dixit, Ego ſum reſurrectio & uita. Ac ſi diceret. quare dubitas nũc fratrẽ poſſe reſurgere: cum ego qui ſum reſurrectio & uita / illum reſurrecturũ promittam? Per quem reſurget quando reſurrecturi ſunt & ceteri homines: per eum poteſt & modo reſurgere. Ipſe ergo eſt reſurrectio & uita: quia per eum etiam reſurgimus a peccato / ut uiuamus iuſticie. Per eundẽ etiam reſurrecturi ſumus in conſumatione ſeculi ad uitam immortalẽ: & perpetuo cum eo uicturi. De priori quidẽ reſurrectione: ante dictum eſt, Amen amen dico uobis / uenit hora & nunc eſt / quãdo mortui audient uocem filii dei: & qui audierint uiuent. De altera uero: eodẽ loco dicitur Venit hora in qua omnes qui in monumentis ſunt: audient uocẽ filii dei, & procedent qui bona fecerunt: in reſurrectionẽ uite, qui uero mala egerunt: in reſurrectionem iudicii, De utraq; uero: eodẽ loco dicit euangeliſta. Sicut pater ſuſcitat mortuos & uiuificat: ſic & filius quos uult uiuificat, Qui ergo credit in me: etiam ſi mortuus fuerit uiuet, hoc eſt / ſi mortuus fuerit in carne: uiuet in ſpiritu. nõ enĩ eſt deus mortuorũ ſed uiuentium ſpiritu. quandoquidem de morte corporis hic loquatur. Quicunq; enim in Chriſtũ credit & ſecundũ fidem uiuit / etiã ſi carne moriatur / uniuerſale cunctoꝝ hominũ debitũ perſoluendo: uiuit tamen in anima / Chriſto (qui uita eſt anime) inherẽdo. Et omnis iquit qui uiuit (ſubaudiatur in carne) & credit in me / & ſi mortuus fuerit ad tempus morte corporis: nõ morietur in eternũ / propter uitam ſpiritus & ipſam immortalitatẽ reſurrectionis, Demũ Chriſtus confeſſione fidei eius requirit / interrogans: credis hocꝰ Sciebat quidẽ hoc / quẽ nil latere poteſt / q, crederet: ſed confeſſionẽ qua ſaluaretur querebat. Corde enim creditur ad iuſticiã: ore autẽ cõfeſſio fit ad ſalutẽ. Cum ergo Martha credidit eum eſſe filiũ dei: credidit eundem eſſe uitã & reſurrectione / q, q; omnis qui in eum crediderit: in eternũ nõ morietur, Nã ſupra domin? utrũ hoc crederet: interrogauerat, ¶ Porro in ipſo Marthe occurſu & uerbis ſupradictis, magna animi eius conſtãtia & prudẽtia nobis inſinuat. Viſo enĩ Chriſto /

Ioan. 5.

Math. 22.

Romã. 10

non statim in planctus & la entationes prorupit effusas ut plerumq; contigere solet / cum memore aliquo affecti uel orbitate perculsi a notis uisitantur. ubi eni primũ eos conspiciunt erumpere consueti sunt in uberiores lachrymas. sed continuo ipsa magistrũ ueneratur & credit licet non usq; adeo perfecte / ut decuit, Nondũ enim norat (ut eius uerba monstrant) q, deus esset cũ dicit, si fuisses hic: frater meus non fuisset mortuus. quasi presens eũ potuisset a morte imminenti liberare: absens uero illud prestare non quiuisset, cum tamẽ diuina uirtus nullo circunscribatur loco / nullo limite claudatur / omni efficax in cuncta etiã corpore distantia: & presens uniuersis. Persimilis certe fuit fides reguli / qui a domino pe
Ioan. 4. titurus filii sui salutẽ: rogauit eum ut ueniret / accederetq; filiũ eius: manũ illi imponeret & sanaretur, Domine (inquit) descende antequã moriatur filius meus / & idcirco de imbecillitate fidei a domino redarguitur. At multo solidior erat & fir
Mathe. 8. mior fides Centurionis / pro puero suo dnm rogan is cum ait. Domine non sum dignus ut intres sub tectum meum. sed tantũ dic uerbo & sanabitur puer meus. propterea ab ipso Christo mirifice fides ius est cõmendata: ut apud Matheum legimus. Videtur & ipsa Martha ex suis uerbis & id ignorasse: q, propria uirtute & authoritate Christus miracula facere posset / & q, ad ea facienda diuinã opem more aliorum hominũ implorare deberet. cum subiunxit. Sed & nunc scio / quia quecunq; poposceris a deo dabit tibi deus. ac si de bono quodã ac probato uiro loqueret atq; suggereret illi q, quicquid a deo petiturus esset facile idipsum impetraret. quasi oratione opus illi foret ad deũ qua obtineret signorum uirtutem ac efficaciam. Dominus autẽ humane fragilitatis conscius & nostrã cognoscens imperfectionẽ: non redarguit hãc sibi dilectã hospitam de fidei sue infirmitate, sed sua responsione tollit hanc debilitatẽ: & consolidat dubiã mentem Cũ enim dicit illi, resurget frater tuus hoc uerbo se uerum ostendit deum / potestatemq; se habere innuit non solũ fratre absentem si uoluisset conseruandi a morte: sed & ipsum iam mortuũ ad uitam resuscitandi. quod longe amplius est: & omnem creatã excedit uirtute. Cum uero subiicit, Ego sum resurrectio & uita: secũdam ipsius Marthe confutat opinione. contestaturq; se propria uirtute atq; authoritate non precario accepta. nec aliunde sumpto presidio ad restituendam hominibus uitam niti. Et hac manuductione / corroborationeq; imbecillioris fidei ex Christi uerbis accepta / ipsa in tantum prouecta est fidei profectũ: ut demũ professa sit & ipsum esse Christũ & dei filiũ / quare & uerũ deũ: qui in hunc mundũ uenerit ad saluandũ genus humanũ secundũ patris beneplacitũ, Cap. XIX,

» ET cum hec dixisset: abiit & uocauit Mariã sororẽ suam silentio / di-
» cens. Magister adest: & uocat te. Illa ut audiuit. surrexit cito / & ue-
» nit ad eum. Nõdum enim uenerat Iesus in castellũ: sed erat adhuc
» in illo loco ubi occurrerat ei Martha, Iudei ergo qui erãt cum ea in
» domo & consolabãtur eam: cum uidissent Mariã quia cito surrexit
» & exiit secuti sũt eã dicẽtes, quia uadit ad monumentũ ut ploret ibi, ¶ Martha ex presentia Christi & spe futuri boni / quod illi usq; quaq; denegatũ nõ fuerat / aliquanta consolatione accepta: noluit ipsius medici & optimi consolatoris presentiã sororẽ suã latere. sed eam huius boni participẽ efficere studuit / demissaq; uoce eam uocauit: ut Iudei ipsam ignorarẽt uocatã esse a Christo / & sola soror

id ſciret. Quia ſi audiſſent Iudei eã uocatã fuiſſe a Ieſu: non ipſam forte ſequerentur / & ita non uiderent miraculũ, Sed quia putauerunt eam ad ſepulchrum fratris ituram: pone ſecuti ſunt. Proinde igitur illa occulte ſororẽ uocat, Nempe ſi ſciuiſſent Iudei Chriſtum aduenиſſe: ex maliuolentia receſſiſſent illico / & non fuiſſent teſtes miraculi. Silentiũ autẽ hic euangeliſta: ſuppreſſam uocem & ſubmiſſam nũcupauit, nam quo modo omnino ſiluit: cum dixerit ſorori / magiſter adeſt & uocat te? Omnibus uero aſſidentibus Maria lugens & plangens, nõ expectauit ad ſe uenire magiſtrũ / neq; ob aſſiſtẽtes cũctata eſt / neq; a luctu graui illic detẽta, ſed ſurgẽs confeſtim ſe illi obuiã tulit: cuius tãtopere preſentiã expetiuerat / cuius tanto tenebatur amore, Q7 aute tũc nondũ ꝺns in caſtellũ uenerat / non abre euãgeliſta cõmemorat: ut ſignificet dñm maturiore greſſu aduenиſſe / & uacantius lentiuſq; iuiſſe / ne uideatur inuicere ſeipſum miraculo ſed rogari ab aliis, Putantes autem Iudei qui ad ipſam conſolandam conuenerant: q, ad fratris tumulum properaret lachrymis ſolatium queſitura / & ſuo dolori fletibus ſatiffactura / ſecuti ſunt eam. diuina id agente prouidentia: ut plures tam preclarum miraculum quatriduani mortui ad uitam reuocati cernerent / & ſic in Chriſtum crederent,

Cap. XVIII.

» MAria ergo cum uenиſſet ubi erat Ieſus: uidens eum cecidit ad pedes
» eius / & dixit ei. Domine ſi fuiſſes hic: nõ eſſet mortuus frater meus
» Ieſus ergo ut uidit eam plorantem / & Iudeos qui uenerant cum ea
» plorãtes. infremuit ſpiritu & turbauit ſeipſum / & dixit. Vbi poſuiſtis eũ? Dicũt ei. Dñe: ueni & uide. & lachrymatus eſt Ieſus. ¶ Ma-
» ria hic feruetior ſorore ſua deſcribitur, Non enim turbã erubuit nec ſuſpitionẽ timuit / quã de Chriſto Iudei habebant. cum aliqui inimicorũ Chriſti intereſſent ſed omnia contempſit humana preſente magiſtro: & ſoli ſe dabat ei / qui ad magiſtrum ſpectabat / honori, Maiorẽ itidem reuerentiã Chriſto q̃ Martha (quantum littera depromit) exhibuit, nam procidit ad pedes domini: quod ſoror eius non legitur facitaſſe, Tamen etiam diminutã / infirmã / & non omnino plenam uiſa eſt fidẽ habuiſſe de domino: ſicut & ſoror. cum non ſolide crediderit dominum uirtute ſua diuina preſeruare potuiſſe Lazarum a morte / ubi corpore fuit abſens: q̃ cũ fuiſſet preſens. Verba tamen eius magnũ exprimũt amoris ſui affectum: ac ſi queratur dicens, Dum nobiſcũ preſens fuiſti: non mors / non infirmitas aliqua nobis appropiquare auſa fuit / apud quos uitam hoſpitari nouerat. At ubi abſceſſiſti / affuit mors: que fratrem noſtrum acerbo funere rapuit, Q7 ſi tu affuiſſes: amicus tuus Lazarus mori non potuiſſet. Ceterũ Marie loquenti nihil Chriſtus loquitur: neq; ea dicit que ſorori dixerat (turba enim aderat multa: & non erat tẽpus illorũ uerborũ) ſed condeſcendit & humiliatur: humanã naturã denudans, Quia enim miraculũ magnum erat futurũ / & multos per id lucraturus: ſua condeſcẽſione attrahit teſtes / & humanã monſtrat naturã / infremẽdo & ſeipſum turbãdo. Porro fremitus iſte in Chriſto proceſſit ex eius indignatiõe contra diabolum: cuius inuidia & ſuggeſtione / mors intrauerat in orbem terrarum. quem breui erat debellaturus: & aculeum mortis ſua morte deſtructurus, Infremuit igitur / quaſi minas ſathane & morti intentans: que & ipſum Lazarũ ſtrauerat. Turbauit autẽ ſemetipſum / nõ infirmitate ſed poteſtate: quia nullus

alius poterat eum conturbare, Turbatus eſt quia ipſe uoluit. eſuriuit quia uoluit In illius enī poteſtate erat: ſic uel ſic affici, ſicut mortuus eſt qa uoluit: quia mortem ipſe ad ſe uenire permiſit, Huiuſmodi autem innocuis paſſionibus ſponte ſua aſſumptis/ut turbatione/triſtitia/pauore/horrore: interdum moueri uoluit/& humanam in ſe conditionem quod ſuum erat proſequi. quo ſe oſtenderet non ſolum humanam carnem uere aſſumpſiſſe. ſed & humane nature proprietates naturales omnes. ex quibus non apparens aut phantaſtica in eo carnis aſſumptio: ſed uera eſſe prorſus comprobetur. Deinde inquirit ubinam poſitus ſit Lazarus: non quia ignoraret locum ſepulture eius. Qui enim abſens ſcuit mortuum: ſcit & ubi ſit ſepultus, neq; ignorabat ubi poſit⁹ eſſet: quem reſuſcitare uolebat. ſed quia nō uult ipſe ſe inducere ad faciendū miraculū: quin potius omnia ab aliis diſcere/& rogatus facere atq; edoctus de iis q̄ in abſentia ſua ſunt facta/ut ab omni ſuſpitione eripiat ſignū, Vt igitur deſignet ipſum Lazarum ſicut ſe abſente mortuū/ita & in terra conditū fuiſſe: locum ſepulture eius ab aliis ſciſcitatur. Demū & lachrymatus eſt dominus/quia fōs pietatis erat: ſed ille lachryme inexplicabile gaudium erant parture. Flebat enim eum dominus pro parte humanitatis: quē reſuſcitaturus erat per potētiam diuinitatis. Erudit etiā nos dominus ſuis lachrymis: quonāmodo charos noſtros uita defunctos moderatis & legē rationis temperatis lachrymis flere debeamus, Nam ex toto nec compit nec merere: ferinum eſt & durum. horum uero exuberātia: mulicbre,

Ecci.22, Quod & eccleſiaſticus nos admonet dicens. Supra mortuū plora: defecit enim

Ecci.38, lux eius Mod. cū plora ſupra mortuū: quoniā requieuit, luctus mortui: ſeptem dies, Et idē alio loco. Fili in mortuū produc lachrymas: & quaſi dira paſſus incipe plorare, Vnde & id ſcriptura diligēter annotatū reliquit/q, poſtq̄ Aarō mor-

Numeri. tuus eſt in ſupercilio montis hor: omis multitudo populi Iſrael uides occubuiſſe

20 Aaron/fleuit ſuper eo triginta diebus per cunctas familias ſuas. Cum etiā mor-

Deutero tuus eſſet Moyſes in campeſtribus Moab: fleuerūt eum filii Iſrael triginta die-

34 bus. Deniq; cū uite ſue rurſum expleuiſſet Iudith ſpectatiſſima uidua/animo-

Iudith.17 ſa holofernis obtrūcatrix: luxit illā oīs populus dieb⁹ ſeptē. Verū debet huiuſmodi luctus moderatus eſſe/& recta rationis lege tēperatus: nec uehemēter equo. ne in nobis argumentū eſſe uideatur infidelitatis aut incredulitatis de immortalitate anime: aut futura carnis reſurrectione. Cū enī graui contabeſcimus luctu ob ademptū morte nobis amicū/& ſolis indulgemus lachrymis: indolere uidemur aut animā eius ſimul interiſſe cū corpore/nec poſt diſſolutionē carnis manere ſuperſtitē. aut ipſam nunq̄ iterū cōiungendā corpori in cōſummatione ſeculi, proinde tanq̄ perpetuā noſtri ab amico diſſeparationē deploramus: quaſi eum dinceps nunq̄ uiſuri. Sed impiam hāc cogitationē cōpeſcuit beatus Paulus:

1.Theſſa. ita ad Theſſalonicenſes ſcribens. Nolumus uos ignorare de dormientibus: ut nō

4 contriſtemini/ſicut & ceteri qui ſpem non habent. Preterea quomodo ſyncero animi affectu oramus deum quotidie, fiat uoluntas tua ſicut in celo & in terra: ſi

Math.6, tractis eximo pectore ſuſpiriis & largo lachrymarū flumine deplāgimus amicū nobis ereptū? Nonne deo contradicere quodāmodo cēſebimur & iniquo ferre animo quod ſue beneplacitum eſt uolūtati: q̄ſi corde illi obluctantes & aduerſi? Quare formidandū oīno/ne diuinā contra nos iram prouocemus: adeo obnixe

id refutantes / quod ipſe qui uite & mortis habet imperiū / faciundum cōſtituit, Inſuper nō eſt uiri prudētis & maturi opus / aſſiduo luctu eum deplorare qui lachrymis ad uitam reuocari non poteſt: nec fletibus ſepulchro erui, id ſiquidem / uano eſt labore cōſumi ad id: quod recuperari non poteſt nec emēdari, Quod apud ſe prudēter attendens dauid / cū reſciſſet filiū ſuū mortuū: pro quo adhuc uiuēte / ieiunio & fletu grauiter ſe afflictauerat, depoſito luctu iuſſit cibum ſibi apponi / & epulatus eſt, Admirātibuſq; rem ipſam ſeruis ſuis reſpōdit. Propter infantē dum adhuc uiueret; ieiunaui & fleui, Dicebam enim. Quis ſcit / ſi forte donet eum michi dñs: & uiuat infans? Nūc aūt quia mortuus eſt: quare ieiunem? Nunquid potero reuocare eum amplius? Ego uadam magis ad eum: ille uero nō reuertetur ad me, hanc eximii regis Dauid prudentiam nobis imitandā proponere debemus: & luctum ipſum mediocritate definire. 2,Reg,12

Cap,XXI.

» Dixerunt ergo Iudei, Ecce quomodo amabat eum, Quidam autem » ex ipſis dixerūt, Nō poterat hic qui aperuit oculos ceci nati: facere » ut hic nō moreretur? Ieſus ergo rurſum fremēs in ſemetipſo: uenit » ad monumentū. Erat autē ſpelunca; & lapis ſuppoſitus erat ei. Ait Ieſus Tollite lapidē. Dicit ei Martha ſoror eius qui mortuus fuerat, Dñe iam fetet: quatriduanus eſt enī, Dixit ei Ieſus. Nonne dixi tibi / qm̄ ſi crediderīs uidebis gloriā dei? Tulerūt ergo lapidē. ¶ Cōſuetudo eſt hominibus / mortuos lugere: quos prius charos habebāt & amore coniūctos. Secūdū hanc conſuetudinē Iudei dm̄ flere putabāt: dicentes. Ecce quomodo amabat eum. Cū tamē potius humanā dñs miſeriam deplorabat / dure mortis ſeruituti ſubiectā; & triſtem Lazari deflebat ſortē / ad hanc uitā mortalē plenā miſerie & dolorū reuocandi, Alii autē Chriſto emuli & inimici: ad detrahendū & obloquendū omnipotenti uirtuti ipſius illico conuerſi ſunt. & ex quibus oportebat admirari eius uirtutē / ex his ei obtrectāt: ſcilicet ex illuminatiōe ceci nati, Aſcribūt enim impotētie Chriſti / q, Lazarus mortuus fuerit: quaſi eum nō ualuerit a morte preſeruare. cū hoc quidē potuerit dñs: ſed permiſit ut Lazarus moreretur / quatenus maiore miraculo ſuſcitaretur, Quemadmodū dño in crucem acto blaſphemantes Math,27 dicebant. Alios ſaluos fecit; ſeipſum non poteſt ſaluū facere. Si eſt filius dei: nūc deſcēdat de cruce / & credemus in eum. Sane imbecillitati id aſcribebāt: q, ſeipſum non ſaluum faceret / aut de cruce non deſcenderet. cum idipſum potuiſſet quidem efficere / qui tertio die deuicta morte rediuiuus ſurrexit; ſed noſtre redemptioni illud nequaq̄ expediuiſſet. Itaq; utrūq; horum / & q, Lazarū mori ſit paſſus / & ipſe in cruce permanſerit admirande eius prouidentie & diuine diſpēſationi eſt attribuendum / qua illud effecit quod noſtre ſaluti conducentius erat & utilius, In hoc etiā oſtendunt hi obtrectatores ſe animi iudicio eſſe corruptos: quia nondum Chriſto aduenīente ad monumētum preaſſumunt accuſationes / nō expectātes rei finē / qui longe mirabilior eſt: q̄ hominis egroti a morte preſeruatio. Maius enim eſt / mortuū quatriduanū reſuſcitare: q̄ languentē ne moriatur conſeruare. qui ergo illud potuit: cur hoc non poterit? Fremuit autē rurſum Ieſus in ſemetipſo indignatiōnē animi hoc ſecūdo fremitu exprimens in Iudeorum maliuolentiā & improbitatem / qui non deſiſtebant aſſidue calumniari opera eius / & canino ea dēte rodere ac mordere. Non tamē credat quiſpiam / hunc

Chriſti fremitū aut aliam quamuis paſſionem/in ipſo cum animi precipitatione aut effreni impetu fuiſſe:ſed cum ſumma tranquillitate/& placida animi/recta ratione ſemper directi/moderatiõe.fuit enim in eo: utrium omnium ordinatiſſima ratio,Neq; ſicut in nobis/paſſiones ille preuenerunt in Chriſto ſuo motu rationem aut eam anticiparunt/ſed conſecute ſunt ipſam/& excitate a uoluntate & ratione,Proinde quando & quomodo uoluit; illis affectus eſt, Sane ſtudioſe euangeliſta frequẽter commemorat q, infremuit/ q, lachrymatus eſt:ut planius diſcas & apertius q, uere noſtram induit naturã.Quia enim hic magis aliis euãgeliſtis magna de eo loquitur:etiam in rebus corporalibus humiliora de eo dicit, Demum ut patentior oculis & magis conſpicua eſſet reſuſcitatio mortui: iuſſit dominus lapidem tolli. Sed quare(dicet quiſpiam) non lapide iacente reſuſcitauit eum? nonne poterat qui corpus mouit mortuum:uoce etiam multo magis lapidem mouere? Non autem hoc fecit: ut eos teſtes faciat miraculi,ut non dicant quod in ceco dixerant: non eſt hic, Manus enim & acceſſus ad monumentum: teſtabantur q, ipſe eſt. Amotionẽ uero lapidis Martha prohibere uoluit:dicens, Domine iam fetet:quatriduanus eſt enim, Quod quidem quaſi diffidens dicit: ueluti impoſſibile credens poſſe fratrem reſuſcitari ob dierum diuturnitatem, aut ipſi domino ex ſyncero animi affectu timebat:ne amoto lapide/graui cadaueris odore offenderetur.idcirco lapide in ſuo loco dimiſſo/fratrem potius ſuſcitari petebat:ne tetro ſepulti odore aſtãtes lederentur. Sed dñs eam quaſi obliuiſcens eorum que paulo ante ab eo audiuerat/q, reſurrectio ſit & uita:in fide corroborat/illa ad memoriã reuocans/& ſi firma credulitas aſſit: eam dei gloriam inſigni huius miraculi nouitate conſpecturam promittens. Cap,XXII.

» IEſus autem eleuatis ſurſum oculis dixit,Pater gratias ago tibi quoniam audiſti me, Ego aũt ſciebã:quia ſemp me audis, ſed propter populũ qui circũſtat dixi:ut credãt quia tu me miſiſti,Hec cũ dixiſſet:uoce magna clamauit. Lazare ueni foras. ¶Oraturus dñs noſter eleuauit ſurſum oculos: qm̃ intelligentiã humanã erexit/addu cens illam per orationẽ ad excelſum patrem. & nos quoq; cum orare uolumus: mentẽ ad celũ erigere debere docens, Neceſſe eſt igitur uolentem ad exemplar orationis Chriſti orare:eleuare oculos cordis ſurſum/ac erigere illos a rerũ mũdanarũ cura/cogitationeq; & uolutatione nimia, Et his quidẽ uerbis nichil aliud Chriſtus q̃ gloriã dei patris:in hoc/ut in aliis operibus requirebat, Nam quia per humanitatẽ minor erat patre:ab illo Lazari querebat reſuſcitationẽ/atq; ab eo ſe exauditum dicebat,& hoc propter circunſtantẽ turbam: ut eum uel ſic crederent dei filium/& ab eo miſſum, Itaq; in primis gratias agit de preteritis/q, eum audiuerit pater: eruditens nos & de acceptis a deo beneficiis enixe gratias agere debere/ut ad maiora poſtmodum ſuſcipienda beneficia efficiamur idonei.

Math. 26 ¶Sed quomodo(dicet quiſpiã)ſe ſemper a patre auditũ hic perhibet dominus? qui in horto orauit calicem paſſionis a ſe tranſferri: & tamẽ non eſt exauditus,

Pſalmus, 21 & in pſalmo ad patrem uerba faciens dicit. Deus meus clamabo per diem/& nõ exaudies: nocte/& non ad inſipientiam michi. Cui reddenda eſt reſponſio/in iis que abſoluta uoluntate & ſimplici citra annexam conditionẽ uoluit Chriſtus

Ioan,8, & petiuit;ſemp ipſum eſſe exauditũ. quandoquidẽ ea ſemp diuine uolũtati fuit

concors ac cõformis. Ego (inquit) que placita ſunt ei: facio ſemper. Et ſi oculi do- Pſalmus,
mini ſuper iuſtos / & aures eius in preces eorum: quanto magis in preces Chriſti / 33
qui ſumma eſt iuſtitia? Et de huiuſce generis petitionib⁹ : hic uerba facit Chriſt⁹
In iis uero que nõ abſolute nec ſimpliciter / ſed annexa tantũ cõditione Chriſtus
orauit / non eſt ſemper exauditus, ut cum calicem a ſe trãſferri poſtulauit / anne
ctens: non tamen ſicut ego uolo / ſed ſicut tu uis, Et rurſum uerũtamen nõ mea Marci. 14.
uoluntas: ſed tua fiat, Siquidem orationem illam in orto effudit Chriſtus non ut Luce. 22.
tranſlationem calicis a ſe fieri impetraret, ſed ut ſe uerum eſſe hominem oſten-
deret: ipſius mortis deprecatione atq; recuſatione, ut etiam uolũtatem noſtram
edoceret diuine uolũtati ſubiiciendam: atq; in cunctis operibus noſtris confor-
mandam, Et de his ſecũdi generis petitionibus intelligitur illud pſalmi uerbum
quo Chriſtus ſe a patre non eſſe exaudiendum dicit, uerumtamen nulla eſt loci
illius: ab hoc quod nunc proponitur Chriſti dicto / diſcrepantia, Deinde q, ora-
tione non indigeat: ipſe nobis demonſtrat. Ad hoc (inquit) q, fiat uoluntas mea:
non egeo oratione / qua tibi quicq̃ ſuadeã. una eſt enim noſtra uoluntas, ſed ora
tionem tamẽ nunc effundo ad ſalutẽ populi circũſtantis: ut ex ea cognoſcat me
tibi nequaq̃ eſſe contrariũ aut repugnãtem / quemadmodũ uulgo dicunt Iudei:
ſed omnino tibi conſentientẽ / & tuo beneplacito humane carnis ſubſtãtia indu-
tum. Cum itaq; domino non proficeret deprecationis ſermo: ad profectũ tamẽ
noſtre fidei loquebatur, nõ inops ergo auxilii eſt: ſed nos ſumus inopes doctrine
Non precibus eguit / ſed nobis orauit: ne filius ignoraretur. Alta uero ſaluatoris
uox que Lazarũ ſuſcitauit: indicium eſt magne tube que perſonabit in cõmuni
reſurrectione. Altius etiam clamauit: ut gentiliũ ora refrenet / fabulãtium in tu-
mulis eſſe animas defunctorũ. nam quaſi foris manentem: eam aduocat per cla-
morem, Cum autẽ clamaturus eſſet dominus: iam inferi turbabantur / iam ſub
pedibus domini reſeratus patuit infernus. Omnes mortui expectabant nomina
ſua uocari, Vno deniq; nominatim uocato: ceteri itercepti ſũt. Ideo Lazari dicit
nomen: ne omnes mortui cogerentur exire. Demum non dixit dominus: ſurge
tu / ſed ueni foras. ut uiuẽti loquens ei: qui mortuus fuerat, non tanq̃ mortuum:
ſed tanq̃ ſanum / tanq̃ uiuũ / tanq̃ audire paratum / de ſepulchro uocans: quoniã
Chriſto uiuũt omnia. Neq; item dixit dominus, In nomie patris mei ueni foras: Luce. 20.
aut reſuſcita eum pater. Sed hec omnia dimittens poſtq̃ orãtis formã acceperat:
per res autboritatem oſtendit, quoniam & hoc ſapiẽtie ſue eſt: per uerba quidẽ
condeſcenſionem / per res uero oſtendere poteſtatem. Cap. XXIII.

» IT ſtatim prodit qui fuerat mortuus / ligatus man⁹ & pedes inſtitis:
» & facies illius ſudario erat ligata, Dixit eis Ieſus. ſoluite eum: & ſini
» te abire. Multi ergo ex Iudeis qui uenerant ad Mariam & Marthã /
» & uiderant que fecit Ieſus: crediderunt in eum. ¶ Sicut uniuerſalis
reſurrectio mortuorum in ictu oculi complebitur: dicente apoſtolo 1. Cori. 15.
In momento / in ictu oculi / in nouiſſima tuba, ſic & hec reſurrectio ſingularis fa-
cta eſt. nã ſtati prodit & incũctãter / qui fuerat mortuus: abſq; tardatiõe mora.
Exiit autem ligatus: ut non putaretur eſſe phantaſma. Sed & hoc q, exibat liga-
tus / non uidebatur minus eſſe miraculũ: q̃ eum reſuſcitare, Iuſſit autẽ dominus
eum ſolui: ut uidelicet tangentes & ei appropinquantes uideãt / quia uere eſt ille

Demū iuſſit q; ſinerent eum abire: propter humilitatē, non enī ducit eum / neq; iubet ſecum ambulare: ad ſui demonſtrationē. exemplū nobis relinquens / q. ex bonis operibus non debemus noſtram gloriā querere aut oſtentatione: ſed ſolū
pſ. 113. dei honorē / & cum propheta orare, Non nobis dne nō nobis: ſed nomini tuo da gloriam. Deniq; quis fructus ex hoc miraculo prouenerit / cōmemorat euangeliſta: dicens multos ludeorū qui tum preſentes erāt / hoc uiſo ſigno credidiſſe in Chriſtū. Quo quidē uerbo ſuboſtēdit / & quoſdam ibidem affuiſſe: qui tāto cōſpecto miraculo non crediderunt / propter duriciam cordis eorū, Verū hec que litterā euangelii concernunt iam expoſitā / miſſa facientes / ad allegoricā ſententiam / Lazari mortē ſepulturā & reſuſcitatione: accōmodare ſatagamus, Q; q̄ enim ſecundū euāgeliſte hiſtoriam reſuſcitatum Lazarū plena fide teneamus: id tamē in allegoria aliquid aliud ſignificare / nō eſt heſitandū. neq; enim cū res facte per allegoriā exponuntur: geſte rei fidem amittunt. ¶ Itaq; per Lazarum mortuū intelligitur peccator: per iniquitatē a deo (qui fons eſt uite) diſſeparatus Omnis enim qui peccat: moritur, ut dns per Ezechielem dicit. Anima que peccauerit: ipſa morietur. Et ſapiens. homo per malicia occidit animā ſuam, de quibus quidē mortuis loquitur dns in euangelio, ſinite mortuos ſepelire mortuos ſuos. Sepulchro uero conditus dicitur peccator: cum ingenti mole & pondere male cōſuetudinis obrutus eſt / & faciendo quod malum eſt: etiam ſe mala cōſuetudine implicat. adeo ut ipſa mali cōſuetudo non permittat eum intelligere malum eſſe quod facit: & nōnunq̄ defendit malum quod agit / & deniq; ira ſcitur cum reprehenditur, De tali dicit ſapiens. Impius cū in profundū malorū uenerit: contēnet
prouer. 18 Et Eſaias, Ve illis qui dicunt malum bonū & bonū malum: ponētes tenebras lucē
Eſaie. 5, & lucem tenebras, Rurſum de eodē ſapiens. Non amat peſtilens eum qui ſe corripit, Peccator uero qui iam mala peccandi conſuetudine & deſperatione ſepul-
Prouer. 15 tus eſt: quatuor habet dies in monumento ſui peccati / & ſepulchro quo obrutus iacet. quia ad conſuetudinē peccati / quadruplici quodam progreſſu peruenitur Primo enim eſt titillatio in corde / & cogitatio annexa delectationi cum mora: & hic primus eſt dies mortis. Secundo conſenſus eſt cordis in opus prauum: & hic ſecundus eſt dies interitus. Tertio factū & operis praui perpetratio: & hic tertius eſt dies ſepulture, Quarto uero conſuetudo eſt & ex frequentia mali contracta aſſuefactio: & hic quartus eſt dies, Nempe quidā cum illicita cogitatione pulſantur / ita eam a corde repellunt: ut penitus nulla mala delectatione moueantur. & hi nullā inde peccati contrahūt labem / neq; interitū anime ſuſtinēt: ſed materiā potius exercēde uirtutis eā ſibi facīūt / atq; tētatione ſuperiores euadūt. Quoſdā delectāt quedā mala cū immoratione & affixione animi ad ea: ſed nō adducunt ut cōſentiāt in opus. Accedit deinde cōſenſus: & ſic in opus erūpitur, Iam factū in conſuetudinē uertitur: & impletur illud mortis quatriduū / & quaſi quedā fit deſperatio: ut dicatur: Iam fetet / quatriduan⁹ enī eſt. Bene aūt de illo q̄ peccare conſueuerat: dicitur / fetet. Incipit enī habere peſſimā famā tanq̄ odore teterrimum: & malicie ſue exempla ut grauiſſimū halitum tranſmittit in alios / quibus eos inficiat corrumpat & perdat. Lapis illi ſuperpoſitus / cum in uiciorū ſuorū tumulo putidus iacet: obdurationē animi deſignat ex cōſuetudine peccādi inductam / qua deo & monitis hominū reſiſtit ne ex iueterato ſuo malo reſipiſcat / &

Quid Lazari quatriduani reſuſcitatio myſtice deſignat.

redeat ad uitã, de quo dicit ſapiens. Cor durũ male habebit in die nouiſſimo. Et Eccl. 3.
Pſalmus, Hodie ſi uocẽ eius audieritis: nolite obdurare corda ueſtra. Deinde fa pſ. 94.
cies illius peccatoris mole cõſuetudinis oppreſſi ſudario eſt ligata: qa mẽs eius te
nebris eſt obnubilata & offuſcata / ne periculũ uideat in quo uerſatur aut malũ
quo grauatur. Quẽadmodũ ſapiẽs de talibus dicit. Excecauit eos malicia eorũ.
Demũ huiuſmodi peccator ligat⁹ eſt inſtitus & uinculis qa cõſuetudine peccãdi Sapie. 2.
tanq̃ grauib⁹ catenis eſt cõſtrictus / & uſq; adeo irretitus ut nõ poſſit quoquo pa
cto ſeſe explicare. Nẽpe dicit ſapiẽs, funibus peccatorũ ſuorũ cõſtringitur pecca
tor, Et ꝓpheta, Funes peccatoꝝ circũplexi ſunt me. Hãc ſane catenã abiiciendã ꝓuer. 5.
eſſe / monet Eſaias: dicẽs, Si abſtuleris de medio tui catenã & deſieris extẽdere di pſ. 118.
gitũ / & loqui quod nõ prodeſt. At hũc aũt peccatorẽ ſuſcitandũ due deuote ſo= Eſaie. 58.
rores dñm obnixe debẽt precari: id eſt eccleſie ꝑces aſſidue fieri pro cõuerſione
malorũ, ut eos dignet lumine gratie ſue illuſtrare: & dextra uirtutis ſue erigere
Precepit eni beatus Iacob⁹, Orate pro inuicẽ ut ſaluemini. Et dns aiarũ deuotaꝝ Iacobi. 5.
(q̃ut ſorores lugẽt caſum obdurati peccatoris) aut eccleſie ꝑcibus inflexus: uiſi=
tat eũ tandẽ benignitate ſue mie / & uiſitãs infremit / lachrymat / & turbat ſeip=
ſum: qa difficile reſurgit a peccati morte / quẽ moles praue cõſuetudinis premit.
Scſcitatur etiã de illo dns / ubi poſuiſtis eũ: ut oſtẽderet ſolũ ea ſe cognoſcere / q̃
iuſta & ſancta ſut. Peccatorẽ uero ignorat: qa reprobat. Vnde Ade poſt peccatũ Gene. 3.
dicit. Vbi es? Et reprobis in iudicio dicturus eſt. Neſcio uos unde ſitis. Quid eſt Mathe. 7
aũt dicere: neſcio uos / niſi uos in luce iuſticie nõ agnoſco? Ad petitionẽ deniq; ſo
rorũ uenit Ieſus & uidet: id eſt miſeret peccatoris, Videre nãq; eius: eſt miſereri
Vnde orat propheta in pſalmo. Vide humilitatẽ meã & laborẽ meum: & dimitte pſ. 26.
uniuerſa delicta mea, Demũ uoce magna & alta dns in huiuſmodi peccatoris re
ſuſcitatiõe utitur. Ad magnã eni uocẽ dni ſurgit mortu⁹ / quãdo magna dei gra
reſipiſcit peccator, Prodit de monumẽto: quãdo cõfitetur peccata ſua. ſed tamẽ
adhuc ligatus eſt / adhuc reus: ſuis uirib⁹ abſolui nõ poteſt. Precipit ergo dñs di=
ſcipulis: ut eũ abſoluãt & abire ſinant, quia ipſis & reliquis miniſtris eccleſie ſuc= Ioan. 20.
ceſſoribus eorũ: data eſt poteſtas dimittẽdi peccata, Ait eni. Quecũq; ſolueritis
ſuper terrã: erũt ſoluta & in celo. Simul etiã cõmẽdata eſt hoc loco unitas Chriſti
& eccleſie, Quia eteni Chriſtus caput eſt / & eccleſia corpus eius: Chriſtus ſuſci= Ephe. 5.
tat / diſcipuli ſoluũt, ut liqdo moniſtret: neminẽ ſine unitate fidei catholice poſſe
a peccatorũ morte ſuſcitari, Sed ante prodit redituus Lazarus ex ſepulchro:
& deide ut ſolueret a diſcipulis & ſineret abire / a dño iuſſum eſt. qa peccatorẽ
etiã cõſuetudine cõmittẽdi reatus grauatũ / prius dñs intrinſecus ꝑ ſeipſũ uiuifi
cat: poſtea uero eundẽ per ſacerdotũ miniſteriũ abſoluit. Null⁹ quippe peccator
abſoluẽdus eſt; ãteq̃ per dignã penitẽtiã correctus / & intriſecus appareat uiuifi
catus. Viuificare aũt interius peccatore ſolus dei munus eſt q per prophetã dicit
Ego ſum q deleo iniqtates uras, Et apud hũc euãgeliſtã ſuperius legimus, Sicut Eſaie. 43.
pater ſuſcitat mortuos & uiuificat. ſic & filius quos uult uiuificat. Amẽ amẽ dico Ioan. 5.
uobis qa uenit hora & nũc eſt quãdo oes qui in monumẽtis ſũt: audiet uocẽ filii
dei / & qui audierit uiuẽt, quod de us quoq; q ſepulchris ſuorũ peccatorũ q̃ſi mor
tui premũtur / & ad uitam gratie per Chriſtum reuocantur: intelligi poteſt,

¶ Septimi libri cõmentariorum Cyrillo in Ioannem adiectorum finis.

¶Commentariorum Cyrillo adiectorum liber octauus. Cap.I.

»  Vidam autem ex ipſis abierunt ad Phariſeos: & dixerunt eis que
» fecit Ieſus. Collegerũt ergo pontifices & Phariſei cõcilium:& di-
» cebãt,Quid facimus? quia hic homo multa ſigna facit,Si dimit-
» timus eum ſic:omnes credent in eum/& uenĩẽt Romani & tollẽt
» locum noſtrũ & gentem. ¶Continet quid ambiguũ ſermo pre-
ſens/utrum qui iuerũt ad Phariſeos fuerint ex illis multis qui cre
diderãt:proponẽtes conciliare Chriſto hoſtiliter ſe habẽtes ad ipſum / & pto ſtu-
dio Phariſeos acceſſerit ut & ipſi crederẽt Vel fuerit alii a credẽtibus:irritare uo-
lentes inuidũ Phariſeorũ zelũ in ipſum/acceſſerintq; gratia deferendi/ut cõtra
Chriſtũ acrius ſeuirent, Et uidetur hoc ſecũdum magis euangeliſta exprimere
uelle.multos enim dixit fuiſſe/qui per hoc quod uiderant crediderũt:ueluti pau
cis exiſtẽtibus aliis/de qbus deide ſubdit q, uerint ad Phariſeos,Itaq; p iſtos qui
annunciauerũt Phariſeis hoc ſignũ admirandũ:ſignificãtur nõnulli/qui uiden-
tes bona ſeruorũ dei opera:illa odiis inſectãtur & diffamare conãtur / que tamẽ
admirari/predicare/& imitari deberent.quo quidẽ conatu/ ſe uirtutis hoſtes &
inimicos prodũt quã perſequi pro uiribus & extinguere ſtudẽt.Ceterũ his audi-
tis Phariſei malicia ſua contenebrati/& quo ſe uerterẽt neſciẽtes (uidebãt enim
ſe ſignorũ euidẽtia & claritudine ſuperari) collegerũt conſiliũ:nõ ut conuerterẽ
tur & crederẽt/ſed ut Chriſtũ nefanda cõſpiratione morti addicerẽt,Ineunt cõ
ſilium ut eum perderẽt:non ut ſue ſaluti cõſulerent,Quid(inquiunt) faciemus?
Miſeri nõ dicebãt:credam⁹.ſed uelut exacuẽtes & ad necẽ ei⁹ ſeſe mutuo adhor
tãtes:dicebãt,quid faciemus? quia hic homo multa ſigna facit,hominẽ eũ adhuc
per abiectionẽ quandã uocãt: qui tantã ſuſceperãt deitatis eius demonſtrationẽ
Tamen uelint nolint cõfitentur/quia ille quem quaſi hominẽ deſpiciebant/ſicut
deus ſignis & miraculis choruſcabat. Sed his uerbis latentẽ occultumq; animi ſui
morbũ quo uexabantur detegebãt: liuorẽ ſcilicet atrum quo glorie eius inuide-
bant.Nẽpe egro animo ferebãt nomen Chriſti & famã indies magis ac magis in-
crebreſcere:quã extingui potius ac deleri uoluiſſent/ut ipſi a populo gloriam &
nominis celebritatem amplius aſſequerentur. Idcirco imprimis indignantur q,
tanta faciat ſigna:per que ſplẽdor nominis eius clarius eluceſcat.Hoc torquebat
inuidum eorum animũ / hoc male eos habebat q, tot fulgeret miraculis, quibus
ſplendor ſui nominis magis ac magis hominibus innotuit.Id ſolũ in crimẽ addu
citur/quare captandũ ſit de morte eius conſiliũ: quia ſigna multa facit.& ſi hoc
pacto dimittatur liberius agere que uoluerit ſine cuiuſq; obſtaculo: q, omnes cre
dent in eũ,O inuidiã:bonis ſemper operibus emulã, O liuorẽ:nil niſi quod rectũ
& bonum eſt / obliquo dente rodentem. Inuidẽt ſoli:q, in plures ſue lucis diſtri-
buit radios,Emulantur hominibus:q, a ueri ſolis luce illuſtrẽtur/& ad fidẽ addu
cantur.Quare? quia uellent ſuam doctrinam & paternas traditiones ab homi-
nibus potius ſuſcipi:atq; in admiratione honoreq; haberi. Quicqd igitur Chri-
ſto credentiũ acceſſerit:ſibi detractũ putãt.&tanto eorũ gloriam magis labefa-
ctari:quãto plures in Chriſtum crediderint. Vides q, id q̃maxime timent ne oẽs
in Chriſtum credãt:ne doctrina eorum neglecta pereat/ & ipſi tanq̃ inhonorati
deſerantur a populo atq; inglorii degant.Verũ ut recta quadã ratione uideãtur

moueri ad obsistendũ Christi conatibus: dicũt Christũ res nouas moliri uelle / re
bellionẽ in Romanos excitare posse / & Iudeorũ regnũ sibi uendicare. ob quod
(inquiũt) imminet periculũ loco & gẽti, Nõ Romani accepto nũcio & comperta
rei fama q, innouãdis rebus ipse studuerit & Iudeorũ sibi uoluerit usurpare im
periũ: collecto uenient exercitu & tollẽt locũ nostrũ & gentẽ. His profecto incõ=
modis tẽpestiue (aiunt) occurrendũ est his tãtis malis mature est obuiandũ · dũ
adhuc res in integro est, Sustollendus est e medio tãti author incedii. Hoc quide
dicentes: populũ uolũt concutere / ut pericula subiturũ hac occasione ex suspi=
tione tyrannidis, quasi dicãt. Si Romani uiderint eum turbas ducentem: suspi
cabuntur nos in tyrannide uelle cõsurgere & destruẽt nostrã ciuitate. Sed ficti=
tia erant & cõmentitia: que dicebantur, Quid enim dns demõstrabat tale unde
huiusmodi de eo posset haberi suspitio? an milite circũferebat / & eqtaturas tra
hebat: nonne deserta perseq̃batur? Sed ut nõ putẽtur ob passionẽ suã inuidie &
prauũ affectũ hoc dicere: totam ciuitatẽ periclitari dicũt, Et non modo ciuitate
hierusale / sed & totam Iudeorũ gente: periculo destructionis subiectũ iri / dicti
tabãt. Quid enim aliud sibi his uerbis uolunt: q totũ populũ concitare tanq̃ tyrã=
nide periclitatorũ? Si uiderint (inquiũt) Romani turbã ipsum sequentẽ sub ty
rannide propr q regis princip tu nos esse cõstitutos arbitrabũtur / & diruent
nostrã ciuitatem ac populũ. Et quanam gratia (dicant queso) putabũt Romani
Christũ sibi Iudeorum regnu ac tyrannide uendicare uelle? Nũquid seditionẽ
docebat Christus aut discessione a Romanis? Nũquid dissuadebat censum dari
Cesari: aut pedi illi tributũ? Nõne regem ipsum facere uoluistis & renuit? Nõne Ioan. 6.
humilem & abiectam in paupertate uixit uitã? Nõne & domo & aliis huismodi Mathe, 8
ad uitam necessariis caruit? Hec ergo sine ratiõe ulla dicebãt: sed inuidia tantũ.
Erant enim que faciebat Christus / minime formidanda: nec ullam tyrãnidis su=
spitionem habentia. Qui enim egrotos sanabat / qui optimã docebat uitam / qui
principibus suis subditos parere iubebat: nõ cõfirmabat sed propulsabat tyran=
nidem. Illi sane pharisei & scribe seditionem docebãt: dicentes populum domini
non debere censum persoluere Romano principi. Christus uero contra: seditio=
nem damnabat, Quid enim simile subostendebat unde sumi posset argumen
tum affectate ab ipso tyrannidis? Nũquid satellitibus armatis stipabatur? Nũ=
quid se muniebat armis aut propugnaculis? nunquid solitudines obsidebat: aut
denso militum agmine grassabatur in populum? Sed ne affectu aliquo emula=
tionis hec dicere uiderẽtur pontifices & pharisei in Christũ: totã periclitari ciui=
tatẽ / & se reipublice cõsulere / & de ultimo ipsorũ periculo habendã ratione di=
cunt. Nõ Christi doctrina couersatio in terris / miraculorũ operatio & creden- 4. Regũ,
tium in ipsum multitudo uobis o Iudei captiuitatis causa fuit. sed lõge alia, huiꝰ 25
nãq; captiuitatis a Romanis facte / & ãte captiuitatis babylonice & Antiochene 1. Mach. 1
que sub Antiocho facta est non fuit causa q, apud uos boni uiri diuersabantur,
sed quod mali & iniusti & deum prouocantes inter uos habitabant · ob quorum
scelera uenit super uos dei indignatio. Verum enimuero inuidia nichil uidet: sed Math, 5.
cecat animã. Nonne Ihesus mansuetudinem docuit? nõne alapis cesos non ulci=
sci? nõne iniuria affectos tolerare? nõne ad perferendum q̃ ad inferandum aliis
malum: nos promptiores esse debere admonuit? hec certe oĩa / non constituẽtis

tyrannidē ſed tollētis potius.ſunt opera atq; officia / & ipſam penitus dānantis. Verum uide obſecro q̄ inopes ſint conſilii:& q̄ imprudenter futura metiantur & proſpiciant,Proponūt ipſi q, ſi dñs ſic dimitteretur : uenturi eſſent Romani/& deleturi locū & gentē. Res autē ipſa contrariū omnino & oppoſitum habuit exitum,Nam quia non dimiſerunt dominū ſic/ ſed tanq̄ malefactorē in crucē crudeliter egerunt:uenerunt tandē Romani/& ſuſtulerūt locum & gentē. Nempe ſecūdo & quadrageſimo anno poſt eius paſſionē ſimulq; glorioſam aſcenſionē: uententes romani ſub Tito & Veſpaſiano principibus locū ſimul regnū & gentē illis abſtulerunt:illoſq; triſti excidio/ferro/fame/& captiuitate deleuerūt.Et qui in paſcha Chriſtū occiderāt:in eadē ſolēnitate ab hoſtibus obſidione cincti ſunt. Quiq; iniuria filii patrē offenderant:ipſi a patre & filio/ Veſpaſiano & Tito deleti ſunt.Sicq; rei & miſeri:ad eterna ſupplicia tranſierunt. Iuxta quod dñs alibi de eis dixerat,Ecce relinquetur domus ueſtra deſerta, & filii regni huius eiicientur in tenebras exteriores:ubi erit fletus & ſtridor dentium. Cap.II,

Math,23. Math,8. » » » VNus autē ex ipſis Cayphas nomine / cum eſſet pontifex anni illius: dixit eis.Vos neſcitis quicq̄ nec cogitatis:quia expedit uobis ut unus moriatur homo pro populo/& nō tota gēs pereat. ¶ Cū ceteri Pharisei quid faciundū eſſet heſitarēt/& ſuam ſententia in ordine cōſilii proponerēt : Cayphas ceteris impudētius ac inuerecundius & cū ſtomacho clamauit quaſi inſcitiam & ſegnitiem ceteris increpitans:q, non quid facto opus erat expedite proſpicerēt / quemadmodū ipſe uiſus eſt proſpexiſſe. Ceterū ſuboritur hoc loco queſtio non perfunctorie pretereunda:quomodo hic dicatur pontifex anni illius ipſe Cayphas,cū dns per legem precepiſſet / ut unus dumtaxat eſſet ſummus ſacerdos:cui mortuo filius ſuccederet/ & loco patris ſa

Exodi,28 cerdotiū adminiſtraret.Sed reſponſio adhibenda/q, eo tempore lex illa domini nō obſeruabatur apud eos:abrogata per ambitionē Iudeorū/ & auaritiā Romanorum/qui in annos ſingulos ſummū ſacerdotium tunc pecunia uenditabant, Erat itaq; illa tēpeſtate pontificatus dumtaxat annuus : & tranſacto anni curriculo uni ſuccedebat alter / qui pōtificale dignitatē ſibi pecunia cōparaſſet,Nēpe de hoc caypha referunt probati hyſtorici : q, precio ſibi unius anni ſacerdotium redemerit ab Herode,Et hanc morū corruptelā tum ſynagoge irrepſiſſe: haud difficile eſt ex Machabeorū hiſtoria deprehendere/ ubi nonnulli memorātur ad ſummū ſacerdotium data grandi pecunia contendiſſe,Cū autē refert euangeli

2.Mac.4 ſta de Caypha q, erat pōtifex anni illius : magnitudinē impietatis & grauitatem ſceleris eius perſpicue demonſtrat.Quia enim ceteros dignitate pontificali preſtabat & authoritate: debuiſſet maiori pietate & religione in deū effulgere/quo ceteris exemplo eſſet uirtutē colendi & diuina mandata ſeruandi. Ipſe uero reliquis immanior/precipitatior ad ſcelus/& ad cedem paratior: alios quaſi tardius agentes hortatur ad facinus/dicens, Vos neſcitis quicq̄ nec cogitatis,quia expedit unius hominis ſalutē pro tota republica negligi/ quandoquide bonū priuatū publico eſt poſthabendū / & commune bonū priuato atq; particulari eſt preferendum. Id autē praua dixit intentione : uolens inducere totū illum conſeſſum in eam ſententiam / q, expediret reipublice Iudeorū Chriſto necem inferre.quo quidē illata:tota gens a Romanorū timore aut incurſu futura eſſet libera,quaſi

ſi non occideretur ab eis Chriſtus: immineret ipſis Iudeis excidiũ a Romanis. ſi uero occideretur / ut preconceperant & animo ſecũ conſtituerant: futura eſſet gens Iudeorũ libera ab interitu & exitio / quod a Romanis impendere formidabant. Verũ longe ſecus atq; conſultauerant res euenit, Nam ob mortẽ Chriſto a Iudeis illatam: tota Iudeorũ natio miſerabile paſſa eſt exterminiũ / captiuitatẽ / interitũ / & diſperſionem. Quã eis predixerat dominus his uerbis. & cadent in ore gladii. & captiui ducentur in omnes gentes, Et cum ſuper ciuitatẽ Hieruſalẽ Luce, 21, piis obortis lachrymis fleret: dixit. Quia circũdabunt te inimici tui uallo: & coã- Luce. 19. guſtabunt te undiq; / & ad terrã proſternẽt te / & non relinquent in te lapidem ſuper lapidem: eo q, nõ cognoueris tẽpus uiſitationis tue. Que omnia a domino predicta: ipſo rei exitu iampridem comprobata ſunt. Cap, III.

HOc autẽ a ſemetipſo non dixit: ſed cũ eſſet pontifex anni illius prophetauit quia Ieſus moriturus erat pro gẽte. Et nõ tantũ pro gete: ſed ut filios dei qui erãt diſperſi cõgregaret in unũ. Ab illo ergo die cogitauerũt ut interficerẽt eum. ¶ In propoſitione Cayphe ſuperius poſita: duplex continetur ſenſus. unus ipſius Cayphe / q modo explicatus eſt: expedire ſcilicet Chriſtũ mori per manus Iudeoꝝ / ne tota ipſorũ gens a Romanis pereat, Et hic falſus e t / & impius / atq; ex praua Cayphe intentione emanans. namq; ab ipſo Caypha non a ſpiritu ſancto proceſſit / qui non poteſt aſtipulari mendacio, Huius autem ſententie oppoſitum; res ipſa (ut iam dictũ eſt) ſatis ſuperq; cõprobauit, Alter uero erat eiuſde propoſitionis ſenſus a ſpiritu ſancto intentus: expedire ſcilicet unum Chriſtũ mori pro populo totius mundi ſaluãdo / ut non tota gens humani generis pereat interitu eterne mortis. Et hunc neq; intellexit Cayphas neq; intendit, Suã tamen propoſit onẽ ita protulit: ut poſſet & hunc ſpiritus ſancti ſenſum apte atq; accõmodate deſignare, Et huiuſmodi expreſſio propoſitionis atq; depromptio / que etiam ſententie ueritatis explicande erat adaptata: nõ erat ab ipſo Caypha ſed a ſpiritu ſancto / qui cor eius contaminatũ non tetigit (nam prauum omnino erat: neq; ſpiritu ſancti ſententiam capiebat) ſed lingua eius uſus eſt ad ea uerba proferenda que mortẽ Chriſti ſignificarẽt toti mundo profuturã. Tanta ſiquidem eſt ſpiritus ſancti potentia: q, a mala mente uerba prophetica & admirationis plena elicere potuerit, Cur aute ipſe potius q̃ alii porphetauerit / & uerba futurorũ prenuncia dixerit: aſſignat euangeliſta ratione quia erat pontifex anni illius. Magna plane eſt põtificalis poteſtatis uirtus, Cum enim pontifex eſſet / licet indignus / prophetauit: neſcius tamen quid diceret / & os tantũ gratia ſpiritus non autẽ ſceleſtu cor attigit. Idcirco nõ ſimp iciter / ſed quo adhoc: propheta Cayphas dici poſſet: cum in littera prophetaſſe dicatur / id eſt uerbũ protuliſſe propheticũ / q̃q̃ idipſum uerbum in propbetico ſenſu minime intellexit. Non enim ad prophete rationem id ſemper exigitur & neceſſarium eſt: ut que futura denunciat intelligat, Habuit enim Daniel cõplures uiſiones & propheticas ꝓtulit denũciationes / quas primo non intellexit: ſed eorũ intelligentia poſtea ab angelo eſt edoctus. & tamen pro- Danic, 10 phetici nominis rationẽ ſimul & denominationẽ proinde non deperdidit, Neq; idcirco quis recte negauerit Caypham fuiſſe hic prophetã: quia prauus fuerit & iniquus, Nam & Baal nefarius erat: & tamen inter prophetas cõnumeratur, Et Nũrei, 22

Mat. c. 7 dominus noſter de extremi iudicii die loquens: inquit, Multi dicent mihi in illa die. domine nõne in nomine tuo prophetauimus & demonia eiecimus & ſigna multa fecimus? & tũc cõfitebor illis quia neſcio uos, Diſcedite a me omnes operarii iniquitatis. Prophetauit autẽ Cayphas impreſcia ſua propoſitione q, dns noſter moriturus erat pro gente iudeorũ: & non ſolum pro illa ſed & pro totius humani generis ſalute, quatenus illos qui ante fecula predeſtinati erãt ut eſſent filii dei in unum congregaret: & ex credentibus iudeis & gentibus unum gregẽ
Ioan. 0. & unum ouile perficeret, ſicut dns alibi dicit. Et alias oues habeo que nõ ſunt ex hoc ouili & illas oportet me adducere / & uocem meam audient: & fiet unũ ouile & unus paſtor, Non enim tunc erant filii dei uel oues: ſed ipſe pro eis patiendo / eoſq; pretioſo ſuo ſanguine redimendo / ex filiis diaboli fecit filios dei: & ex nocentibus lupis innocentes oues conſtituit. Quid demum ex huiuſmodi praua ſuggeſtione Cayphe & maligna adhortatione ſit conſecutum: aperit euangeliſta dicens. Ab illo ergo die cogitauerunt ut interficerent eum, Non q, & antea iam id non cogitaſſent cum ſuperius in eius necem conſpiraſſe / & eum comprehendere ſepius uoluiſſe legantur. Sed quia tũc firmiter & fixo animo ſe ſcelere perficiende mortis eius contrinxerunt: & q̃ citiſſime poſſent iniqua ſua conſilia perp' rare decreuerunt. Cap. IIII.

» IEſus ergo iam non palã ambulabat apud Iudeos: ſed abiit in regio» nem iuxta deſertum in ciuitatẽ que dicitur Effrem. & ibi morabat̃ » cum diſcipulis ſuis, Proximũ autẽ erat paſcha Iudeorũ: & aſcende » unt multi in Hieroſolymã de regiõe ante paſcha / ut ſanctificarẽt » ſeipſos. ¶ Non utiq; ille qui eſt dns uirtutu / formidare poterat aut trepidare: palam inter Iudeos conuerſari. nec eum ſue diuinitatis poteſtas deſeruerat: qua ſi uellet / poterat quidem & nichil mali ab illis pati, Sed recedendo ac ſeuitiam inimicorũ declinãdo nobis exemplũ dare dignatus eſt / ut ſi tẽpus perſecutionis igruerit nõ dubitemus refugii latebras querere: & furore ſceleratorũ
Math. 10. hominũ latendo declinare. Id plane & diſcipulos admonuerat dicens. Si uos perſecuti fuerint in una ciuitate: fugite in aliam. Sane q, dominus relictis Iudeis abiit in regionẽ iuxta deſertũ: ſignificat q, illos qui quondã plebs dei & populus acquiſitionis fuerant / propter ſuam perfidiam & incredulitatẽ eſſet relicturus: & ad gentes que quondã deſerte fuerant a deo: per apoſtolicã predicationẽ tranſiturus, Nam & ciuitatis huius uocabulũ / in qua cum diſcipulis dominus commoratus eſt. huic rei cõgruit aptiſſime. Effrẽ namq; fructificatio interpretatur: inimicum ſanctam eccleſiam preſignans ex gentibus. que quondam ſterilis & infecũda / poſtq̃ uerbũ fidei Chriſti ſuſcepit ſpiritualibus bonorũ operũ fructibus abũ
Eſaie. 54 dare ſtuduit, Hinc de illa dixit Eſaias. Letare ſterilis que non paris / erumpe & clama que nõ parturis: quia multi filii deſerte magis q̃ eius que habet uirũ. Synagoga quidẽ uirũ habuit Chriſtũ ſed eum repudiauit atq; reiecit cum ignominia. Hinc prius fecunda: poſtea omnino ſterilis effecta eſt. Eccleſia uero gentiũ prius deſerta & infecunda / ſed poſtea Chriſto inſerta: multiplici ſuorum filiorum fetu exuberauit ac longe fecundior q̃ ſynagoga effecta eſt. Et que aliquando terra peruſta & ſqualida nihil uires gignere nouerat: modo arboribus fructiferis ornata / diuerſorũ fructuũ gratiã ſimul & auſum late per totum orbem propinat.

Nec iam deſertum: ſed meliori nomine hortus deliciarū & paradiſus dei debet appellari. Redemptor itaq; noſter quia ſciebat inſtare tempus ſue paſſionis: uoluit ſe a Iudeis aliquantiſper ſubtrahere, expectans ut ueniente paſcha (quod in proximo futurū erat) ſe illorū manibus / ſicut ante ſecula predefinierat: comprehendendum traderet & crucifigendū. Aſcenderunt autē multi ante paſcha ut purgarentur & ſanctificarentur ad illud celebrandū. qm̄ quicunq; peccauerant inuiti uel ſpōtanei: paſcha nō celebrabrāt / niſi prius expiarētur (ut moris erāt) lo 2, Par, 30
tionibus / & ieiuniis ac raſura, quinetiā quaſdā deputatas oblationes offerrēt: ſecundū legis conſtitutionē. Et de regione quidē in qua dn̄s erat aſcenderunt Hieroſolymam multi: quoniā mandatum erat in lege Iudeis / ut die feſto quo paſcha erat omnes undiq; conuenirent: & illius diei celebratione ſanctificarentur / q̄uis extra Hieruſalē habitarent, Siquidē in exodo precepiſſe legitur dominus populo Iſrael, Ter in anno apparebit omne maſculinum tuum coram dn̄o deo tuo: in Exo. 23,
tribus uidelicet precipuis feſtis: paſcha / pentecoſte / & feſto tabernaculorū, que in eodē loco: paulo ante ſic explicat. Tribus uicibus per ſingulos annos michi feſta celebrabitis, Solēnitatem quoq; azimorum cuſtodies, & ſolēnitatem menſis primitiuor̄ operis tui: quecunq; ſeminaueris in agro, ſolēnitatem quoq; in exitu anni quando congregaueris omnes fruges tuas de agro. At uero q, ad celebrandum rite feſtum paſche debebāt illud celebraturi ante ſanctificari / ut hic innuit littera euangelica: conſtat ex eo quod ſcribitur in ſecundo Paralipomenon ſub 2, Parali.
Ezechia rege Iuda eſſe factū, Quoniam enim ſacerdotes ſanctificati nō fuerāt 30
tempore oportuno / nec populus ipſe congregatus in hieruſalē / nec legitime fuit ſanctificat⁹: ut faceret phaſe domino in menſe primo / ſecundū primariam legis conſtitutionē: conſilio regis & principū eius decretū fuit / ut celebraretur paſcha in menſe ſecundo / differreturq; in alterū mēſem, Interea & ſacerdotes ipſi ſanctificarentur ad explendū illius feſti miniſteriū: & populus ipſe debito ſanctificationis ritu prepararetur ad ipſius celebrationem, Rurſum ut eodem in loco narrat ſcriptura / magna pars populi de Ephraim & manaſſe / & Iſachar & zabu 2, Parali,
lon / que ſanctificata non fuerat: comedit phaſe / non iuxta preſcriptum & determinatum a lege ritum, & orauit pro eis Ezechias dicens. Dominus bonus propitiabitur cunctis qui in toto corde requirūt dominū deum patrum ſuorum: & nō imputabit eis / q, minus ſanctificati ſunt, Quem exaudiuit dominus: & placatus eſt populo. Ex his manifeſte liquet / aliquam ſanctificationis rationem ac formā debuiſſe etiam in populo precedere celebrationem paſche / ſecundum Moſaice legis ſanctionem: ut hic innuit littera. Cap. V.

» Verebant ergo Ieſum: & colloquebātur adinuicē in templo aſtantes
» Quid putatis quia non uenit ad diē feſtum iſtū? Dederant autem
» pontifices & Phariſei mandatū: ut ſiquis cognouerit ubi ſit / indicet
» ut apprehendāt eū. ¶ Abominabilis & deo ingrata eſt iſta ſanctifi
catio Iudeor̄ / ſcribaru / & Phariſeor̄: cū iniqua uolūtate / cū cruēta mente / cū ſanguinolētis manibus. Querebant ſiquidē eū non ut diſcerēt: ſed ut cōprehenderent, In paſcha ei inſidias tendebant: & ſolēnitatis diem in cedē conuertebāt, O impietatē. cū magis uirtuti eſt incūbendū / magis a ſceleribus abſtinē dum: tūc innocentē capere conātur, Sed proh dolor / q̄plurimi inter Chriſtianos

hanc Iudeorū amentiā & improbitatē imitantur, qui diebus feſtis aut ludis illibe
Cōtra in- ralibus/crapule/choreis aut aliis mundi uanitatibus dediti: cum deo obſequium
dulgētes. diligentius exhibere/cum tēpla dei frequētare/orationibus inſiſtere/atq; eccle
uoluptati ſiaſtico intereſſe officio deberent: tūc maxime deū ſuis diſſolutiſſimis moribus
bus dieb? irritant, Id ne eſt o Chriſtiani celebrare diem feſtum: indulgere uentri/& incon
feſtis, ceſſis uoluptatib? habenas laxare? Si prohibetur die feſto opus: quod manu ex-
Exodi.20 erceatur ad uite neceſſitatē/ut integrius diuinis rebus uacare poſſitis: nōne po-
tiori iure prohib ta ſunt ea/que non niſi cum peccato committi poſſunt & graui
offenſione dei? Diebus ad exercenda opera ſeruilia conceſſis unuſquiſq; ſuo in-
tentus eſt operi: & abſtinet a crapula/ludis & uanitatibus, Diebus autem feſtis
paſſim curritur ad cauponā/ad ludos/ſpectacula & choreas: in irriſionē diuini
nominis & dei preuaricationē. cum tamen eo grauius ſit peccatū: quo ſanctiori
Math.13. tempore cōmittatur. Reſipiſcant igitur/& id zizania qđ inimicus homo ſuper-
ſeminauit in agro domini: prorſus extirpare & a ſe euellere laborēt. Poſtremum
Phariſei relinquētes mandatum dei/quod prohibet innocenti calūniam inferri
aut iniuriam: tradūt mandatū iſtud humanū/ut quiſquis ſciuerit ubi latitet do-
minus: indicet ut comprehendatur, In quo quidē mādato: & maxime iniuſti ap-
parent & ridiculi. Nempe toties tentauerant inijcere in eum preſentē manus: &
diuina uirtute cohibiti fruſtra id conati ſunt. Tam frequenti igitur experimēto
& periculo rerum edocti: cognoſcere debuerunt/ipſum inuitum nequaq̄ ab eis
comprehendi poſſe, Cur igitur nunc mandatum dāt in abſentem: ut ſignificet
eis locus in quo degit & comprehendatur? Verum mens agitata, furore patrā-
di ſceleris: nunq̄ quieſcit/donec illud opere expleuerit. licet quippiam ſepius ten
tauerit fruſtra: idem tamen iterū atq; iterum aggredi annititur/ut preceps ruat
in facinus quod apud ſe perficere conſtituit, Cap. VI,

» IEſus ergo ante ſex dies paſche uenit Bethaniā: ubi Lazarus fuerat
» mortuus/quē ſuſcitauit Ieſus. Fecerūt autem ei cenam ibi: & Mar-
» tha miniſtrabat. Lazarus uero unus erat ex diſcumbentibus cum
» eo. Maria ergo accepit librā unguēti/nardi pistici precioſi: & unxit
» pedes Ieſu/& exterſit pedes eius capillis ſuis: & domus impleta eſt
» ex odore unguenti. ¶ Appropinquāte tempore in quo dominus pati diſpoſuit:
appropinquauit ipſe loco in quo etiam dē paſſionis diſpenſatione perficere uoluit.
Venit enim prius in Bethaniā: deinde Hieroſolymā, In Hieroſolymā quidem ut
Math.20 ibi pateretur: quēadmodum diſcipulis ſepius illum ſue paſſionis locum predixe-
rat. In Bethaniā uero: ut reſuſcitatio Lazari memorie omnū arctius imprimere
Exodi.12 tur, Porro decima die menſis primi: agnum Iudei capiūt immolandum in feſto
paſche, ex eo enim tēpore: celebritatis paſchalis prelibant ſolēnia. Quapropter
in die precedente/que eſt nona menſis primi & precedit ſextū die ante paſcha:
epulantur ſplendide/& exordium feſti hanc diem conſtituunt, quo fit: ut Ieſus
quoq; pergens Bethaniā conuiuaretur. Per hoc autē quod dixit Marthā mini-
ſtraſſe: inſinuat q; in illius domo erat conuiuiū, Sed attendēda eſt mulieris fide-
litas/& magna ad domino inſeruiendū promptitudo, non enim famulabus im-
ponit otioſa miniſterū: ſed ipſamet ſuſcepit. Inſuper innuere uolens euāgeliſta
uere reſurrectionis Lazari ſignum: dicit q; ipſe unus erat ex diſcumbentibus,

Viuebat Lazarus/loquebatur/epulabatur/ueritas oſtẽdebatur/infidelitas Iudeorum confundebatur,neq; credi phantaſma eius reſuſcitatio potuit:qui uere uiuentis officia manducando bibendo & loquendo deinceps exhibuit, Demum Maria non exercuit cõmunem famulatũ: ſed ad ſolum dominũ conſtituit honorem/ad quem non ut ad hominem accedit ſed ut ad deum. Ipſius pedes unxit unguento ꝑcioſo/exterſit capillis: & domũ ſuauiſſimo unguẽti odore cõpleuit. Q; autẽ piſticũ euangeliſta uocat unguentum: locum aliquẽ credere debemus unde ſumptũ erat hoc unguentũ preciоſum, Vel piſticum dictum eſt:id eſt ſyncerum & fidele/nec extraneis ſpeciebus adulteratũ. Cum enim piſtis apud grecos fidem deſignet:recte piſticum uocatur quod ſyncerum eſt/& rebus alterius generis minime permixtum aut confuſum, Q; autẽ Matheus & Marcus in hac cena in Bethania caput domini unguento illo perfuſum dicunt/Ioannes autem hoc loco pedes:nõ ſolum caput/ſed & pedes domini accipiamus perfudiſſe mulierẽ,quorũ hoc Ioannes/illud uero ceteri euangeliſte cõmemorant:nullus tamẽ eorũ a ueritate diſcedit. ¶ Nonnulli tamen authores antiqui & eruditione predari putarunt/ſcriptoq; reliquerunt:alteram eſſe mulierem de qua Ioannes hic meminit/& alterã de qua Matheus & Marcus perhibent: q; ſuper caput domini effuderit unguentũ, Verũ non uidentur illi ſatis attẽdiſſe eaſdẽ hic & ibi ipſius unctionis circunſtantias: ex quibus haud magno negocio deprehenditur eadẽ eſſe mulier ungens/& eadem itidem unctio. Nam que hic a Ioanne deſcribitur facta unctio:in Bethania eſt exhibita domino/& pauco ante paſſionẽ eius tempore.ſimiliter & illa quea Matheo & Marco memoratur unctio: eodem loco & tempore legitur Chriſto impenſa. Rurſum ſicut apud Ioannem Iudas dicitur obmurmuraſſe propter effuſionẽ illam unguenti:ita apud Matheũ & Marcum diſcipuli ſcribuntur egro animo unctionẽ ipſam tuliſſe/& cõſimilibus fere uerbis ipſam reprehendiſſe. Demum ſicut hic apud Ioannẽ dominus commẽdauit ipſius mulieris ungentis opus/& obortam murmurationẽ cõpeſcuit:haud diſſimiliter apud Matheũ & Marcum cõmendatur a domino officioſa ipſius mulieris unctio/& diſcipulorum murmur iiſdem fere uerbis reprimitur, Neq; illud obſtat rei propoſite/q; apud Ioannem mulier ungens nuncupatur Maria ſoror Lazari: apud Matheũ uero & Marcum cõmuni mulieris nomine ipſa ſignatur. Nã poteſt eadẽ prorſus mulier apud diuerſos euangeliſtas diuerſo quidẽ modo exprimi:apud hũc ſcilicet nomine proprio/apud alios autẽ communi dumtaxat appellatione, Siquidẽ Marie ſorori Marthe mulieris appellationẽ conuenire negauerit nemo:eamq; generali illo ſexum exprimente uocabulo contineri, Neq; itidem defuerunt ſcriptores:qui hanc unctionem pedũ domini a Ioanne hic recitatam/putant eandem eſſe cũ illa quam Lucas cap.ſeptimo deſcribit,Sed & hi non ſatis penſiculate attenderũt diuerſas huius & illius unctionis circunſtantias atq; conditiones: ex quibus colligitur latum ambarũ diſcrimen atq; diſcerniculum, Siquidem que apud Lucam deſcribitur unctio: facta fuiſſe memoratur in medio predicationis dominice tempore/& fere biennio ante domini paſſionem. Que uero hic apud Ioannem: paucis ante diebus facta eſt q; Chriſtus pateretur. Rurſum apud Lucã facta unctio:in Galilea (ut ex euangelio haud difficile colligitur) eſt exhibita Chriſto/& in domo Simonis phariſei. Que uero a Ioãne nar-

Math,26 Marci,14

Math,26 Marci,14

Ioan.12,

Math,26 Marci,14

Luce,7.

ratur in ꝑſenti loco/in Bethania caſtello Iudee fuit peracta / & in domo Simonis leproſi/quēadmodū teſtantur Matheus & Marcus. Ad hec, Apud lucā unctrix pedum domini primū lachrimis eos irrigauit / deinde exterſit & demū inunxit, Apud Ioannē uero in preſenti loco nulla fit lachrymarū mentio: neq; irrigationis pedum Chriſti que fletibus peracta fuerit / aut exterſionis poſt lachrymas ſacris domini pedibus ſuperfuſas. ſed ſola refertur unctio pedum: & eorum poſt unctionem facta capillis exterſio, Demū in unctione quam narrat Lucas/ ſolus phariſeus apud ſe murmurauit: cui Chriſtus propoſito de duobus debitoribus paradigmate reſpondit / & obſequium mulieris ſibi impenſum cōmendauit, In ea uero unctione pedū dñi quam hic Ioannes deſcribit: Iudas preſertim indignatus fuiſſe dicitur / & effuſionē illam unguenti tanq̄ ſuperfluam & ad luxū factā redarguiſſe, Cui dominus reſpondens / non defuturos pauperes iis qui beneficii in eos eſſe uellēt dixit: & facti illius memoriā perpetuo celebrandā in ipſius mulie
Luce. 7. ris (que unctionē illam fecerat) gloriam prenūciauit Poſtremū, Et que apud lucā inunxit pedes dñi: multa ſcribūtur dimiſſa fuiſſe peccata / quoniā dilexit multū. & fides eius eam feciſſe ſaluā predicatur: iuſſaq; eſt abire in pace. Apud Ioannē uero in preſente loco / nulla de peccatis ipſius mulieris que unctionem impendit dño habetur mentio / neq; de ſalute per fidē eius parta / neq; de abitione in pace, ſed neq; apud Matheū & Marcū / eandem deſcribentes unctionē: quā hic Ioānes Eſt igit lōge diuerſa unctio q̄ apud lucā legitur: & que hic apud Ioannē. Ca. VII

» Dixit ergo unus ex diſcipulis eius: Iudas ſcariothis / qui erat eum tra-
» diturus, Quare hoc unguentū non uenditur trecentis denariis: &
» datū eſt egenis? Dixit autem hoc / nō quia de egenis pertinebat ad
» eum / ſed quia fur erat / & loculos habens ea que mittebantur porta
» bat. Dixit ergo Ieſus, Sinite illam: ut in diem ſepulture mee ſeruet
» illud. Pauperes enim ſemper habebitis uobiſcum: me autē non ſemper habebitis
» ¶ Ad apoſtoli uerba reuocandus eſt animus noſter: qui dicit, Alius ſumus odor
2. Cori. 2. uite ad uitā / aliis odor mortis ad mortē. & audiemus de unguēto iſto quomodo erat aliis odor bonus in uitā: ut Marie / aliis odor malus in mortem: utpote Iude. qui officiū domino preſtitū ſub pietatis obtentu reprehendit: & teterrimū auaMath. 26 ritie ſue crimen pretexit officio in pauperes exhibēdo. Ceterū quod alii euangeliſte dicunt diſcipulos murmuraſſe de unguenti precioſi effuſione / Ioānes autē ſolū Iudam cōmemorat: putandū eſt diſcipulorū nomine Iudam ſignificatum / plurali numero pro ſingulari uſurpato: quod i ſcriptura ſepenumero uſu uenit. Poſſunt etiā intelligi alii diſcipuli aut ſenſiſſe hoc aut dixiſſe / aut ipſis illud Iuda dicente ſiue ſuggerēte perſuaſum eſſe: atq; oīm uoluntatem Matheū & Marcū uerbis etiā expreſſiſſe. ſed Iudas propterea dixit: quia fur erat / & cupiditatis ſue ſtimulis exagitatus, ceteri uero propter pauperū curam ſimplici animo / & nihil mali ſuis uerbis obuelante. Ioannes autē de ſolo illo id cōmemorare uoluit: cuius ex hac occaſione furandi conſuetudinē credidit intimandā, Cum enim ei creditum eſſet miniſterium ea ſeruandi que pro Chriſti & apoſtolorū ſuſtentatione erant erogata: ipſe ceca ductus cupiditate / illorū aliquid furtim ſubſtrahebat / & ſibi reponebat: in proprīū accōmodans uſum ea que in cōmunem fuerant cōtributa, Non itaq; tunc primū periit Iudas: quādo accepit a Iudeis pecuniam ut

dominū traderet, Iam antea fur erat: dominū perditus ſequebat non corde ſed
corpore. Et hac unguēti effuſione occaſionē precipuam uidetur ſumpſiſſe / do=
minum Iudeis tradēdi: ut pecuniā quam exiſtimabat ſe perpidiſſe recuperaret,
Nempe ſi illa pecunia fuiſſet ei cōmiſſa ut pauperibus erogaretur: aliquam illius
partē (ut ex more habuit) ſibi ſubduxiſſet atq; ſepoſuiſſet, Atqui qa in unguēti
cōparationem tota fuit expoſita: ſe totum illud perdidiſſe arbitratus eſt / quod
propter unguentū comparatū ſibi uendicare non potuit. hinc anhelus & eſtuās
uerſabat animo: quonā pacto damnū illud acceptum poſſet recuperare / & quā Luce. 22,
ſe perdidiſſe exiſtimabat pecuniā quouis medio recipere. Talia animo uoluenti:
mali conſilii ſeminator & malitie omnis ſuggeſtor miſit in cor ut traderet domi=
num / & amiſſam hoc pacto pecuniā reciperet. Obſecutus eſt ille praua ſuadēti:
& tandē ſeipſum cum pecunia perdidit, Hinc noſipſi edocti: nunq; bonis aliorū
operibus obloqui aut detrahere debemus / ſiue ſiniſtra quadā interpretatiōe in=
dignari, quin potius admirari ea & laudare: atq; imitari pro uiribus anniti, Non
enim oſtendit ſeſe ille uirtutis amatorē: qui uirtutis opus in altero reprehendit.
Audiamus potius ſapientē dicentē, Noli prohibere benefacere eum qui poteſt:
ſi uales & ipſe benefac, Ceterū dominus noſter ut omniū corda cognoſces & ad Prouer. 3,
quod uiciū quiſq; propenſior eſſet non ignorans: mira cōdeſcenſione uſus eſt /
cum lude pecuniarū cupido loculorū cōmendauit curā / quo egritudinē eius hoc
remedio curaret. Ideo enim ei furi exiſtēti loculos commiſit pauperū: ut omnem
ei abſcinderet furandi occaſionē. Nō enim habuit Iudas dicere / quoniā propter
pecuniarū deſiderū hoc fecit: etenim ſufficientē habebat ex loculo concupiſcen
tie mitigationē. Quidam uero adminiſtrationē pecunie ſuſcepiſſe Iudam arbi=
trantur: tanq; minimū omniū. Nam pecunie diſpenſatio: doctrine cōmunicatiōe
inferior eſt, quemadmodū dicunt apoſtoli in actibus. Non eſt equum nos dere= Actuū. 6
linquere uerbū dei: & miniſtrare menſis. At uero Chriſtus multa condeſcenſiōe
ad Iudā utens: non increpauit eum nūmos ſurripientē / ſed communē omnibus
intulit redargutionē. ut cum ſermo plurali ratione ad totam dirigatur multitu=
dinem: minus erubeſcat ille cuius cauſa ſit reprehenſio / & minus indignetur q,
non ſit ſingulari nota redargutionis perſtrictus. Cū uero dīs noſter dicit / ſinite
illā ut in diē ſepulture mee ſeruet illud: ſignificat ſe haud multo poſt moriturū /
& ad ſepeliendū aromatibus eſſe ungendū, Ideo Marie: cui ad unctionē mortui
corporis multū deſiderāti peruenire nō liceret / donatū ſit uiuēti adhuc impēde= Ioan. 20,
re obſequiū: quod poſt mortē celeri reſurrectione preuenta nequiret Deniq; cū
de ſe dixit / me autē non ſemper habebitis: loquebatur dīs de preſentia corporis
ſui, Nam ſecūdū mateſtatē ſuam ſecundū prouidentiam / ſecundū ineffabilem
& inuiſibilem diuinitatis gratiā: impletur quod ab eo dictū eſt. Ecce ego uobiſcū Math. 28
ſum omnibus diebus uſq; ad conſumationem ſeculi. Cap. VIII,

» COgnouit ergo turba multa ex Iudeis / quia illic eſt: & uenerunt non
» propter Ieſum tantū / ſed ut Lazarū uiderēt quē ſuſcitauit a mor=
» tuis, Cogitauerūt autem principes ſacerdotū ut & Lazarū interfi=
» cerent: quia multi propter illum abibant ex Iudeis & credebant in
Ieſum, ¶ Dictū eſt in pſalmo, Valles abundabunt frumēto, id eſt Pſalmus,
ſimplices & humiles: fructū fidei & bonorū operum ubertim proferent, A mon= 64

tibus autem et collibus defluentē uidemus imbrem: neq; in illis fruges aut sege-
tes crescere cōspiciuntur, quia animo tumidi & sui opinione inflati: neq; diuine
gratie pluuiam percipiunt/neq; fecunditatē afferunt bone operationis, Id sane
presenti loco nobis declaratur,quoniā Iudeorū turba que suis maioribus subdi-
ta erat: bene de domino sensit, principes uero agitātur insania, Excitata nouita
te miraculi turba uenit Bethaniā:et ut iesum tanti signi authorē uideat/& Laza
rum etiā resuscitatū cernat,ut cum oculus etiā testis fuerit eorū que auditu per-
perunt: firmiores in eis radices fides agat/ & indubitatior fiat, Principes autem
suis sceleribus in Christum non cōtenti: & iam Lazarū interimere cogitabant;
Sed quid Lazarū possunt accusare: ut de eius cogitēt interitu? Nunquid bene-
ficium accipere:crimini dandū est? Considera queso:quantū Iudebāt cedi & oc
cisioni.Porro multa signa fecerat Iesus:sed nullū ita eos efferauit/non paralitic?
non cecus curati, Hoc enī natura admirabilius erat:et post multa factū,& mirā-
dum erat:mortuū quatriduanū/ ambulantē et loquentē uidere. Idcirco q̄pluri-
mi etiā omisso festo:Bethaniā ad ipsum uisendū concurrebāt. hoc eos angebat;
q, Lazari occasione multi Iudeorū discedebāt ab eorū secta & traditionibus/et
credebāt in Christū, Inuidebant enī glorie Christi/ & non mediocri dolore tor-
quebantur:q, populus in eum credebat. Itaq; succidere uolētes et sustollere ma-
teriam illam credendi in Christū:cogitarūt interficere & lazarū,ut eo interem-
pto:non amplius ipsius occasione populus ad Christū conuerteretur. O inuidiā
omni fera crudeliorē: & exitiū omnibus intentantē, quē author uite reduxit ad
uitā:ipsi liuore stimulati perdere uolūt.charitas enī uiuificat:& bñficia largit.at
liuor edax/perniciē infert & mortē:suiq; tabe ueneni oīa commaculat & enecat
Nonne illa nefariū Cain concitauit in cedē innocentis fratris Abel? cuius cruore
Gene. 4, imbuta terra:a domino maledicta perhibetur.Sed quid eum in tam crudele im-
pulit parricidiū:ut innoxiū & iustum fratrē tam diro fato sustolleret? Sola inui-
dia excrucians ipsius animū:q, munera fratris / suis oblationibus erant domino
acceptiora. Eadem quoq; fera pessima exasperauit fratres Ioseph in ipsius inte-
ritum:grauiter ob id indignatos q, a patre plus ceteris amaretur / & q, somno-
rum enarratiōe presagire uideretur suū super eos principatū. Venite(inquiūt)
Gene, 37 occidamus eum: & uideamus quid prosint ei somnia, O leone seuo & byrcana
tygre crudelior inuidia, Non eos mouit reuerentia patris/non germanitas san-
guinis/non deniq; forma & gratia optimi adolescentis: quin in eius conspirarēt
mortem/& consiliū de inferenda illi nece captarent. Adde q, eadem truculenta
2,Re,20. belua perpulit Ioab principē militie Dauid in subdolam / fraudulētamq; cedem
Amase:quem prefecerat etiam rex ipse sue militie.q, inuideret illū sibi designa-
tum collegam in eodē magistratu / timeretq; ne tandē sibi preferretur Amasa/
Ioan,11, & solus militie regie preficeretur. Demū eadem inferius paludib? egressa furia
animauit Iudeorū pontifices scribas & pharisēos in mortē Christi: qui secundū
oracula prophetarū ad ipsos saluandos uenerat / & plurimis iisdemq; maximis
eos bñficiis cumulauerat. Quorū oīm īmemores & ingratissimi: in crucē egerūt
Math. 27 saluatorē mūdi, Neq; id subticuit euāgelista dicens de pilato, Sciebat enī: q, per
inuidiā tradidissent eum.Sed quid multis moror? eade immanis fera totū perdi
Gene,3, dit genus hūanū: cū inuidia stimulatus demō primos parētes callida suggestiōe

ſubuertit/atq; ad diuini mãdati preuaricationẽ inductos imortales gloria ſo'lida uit, Inuidia (inquit ſcriptura) diaboli mors intrauit in orbe terrarũ. Cap. IX.

» IN craſtinum autem turba multa que cõuenerat ad diem feſtũ / cũ
» audiſſent qa uenit Ieſus Hieroſolymã. acceperunt ramos palmarũ
» & proceſſerũt obuiã ei & clamabãt. Oſanna / benedictus qui uenit
» in nomine dñi / rex Iſrael. ¶ Preceptum legis erat: ut decima luna Exodi. 12.
primi mẽſis agn⁹ ſiue hedus in domo occluderetur uſq; ad lunã de cimã quartã eiuſdem mẽſis / quando ad ueſperum immolabatur. Vnde & uerus agnus ex omni grege ſine macula electus pro populi ſanctificatiõe immolãdus: ante quinq; dies id eſt decima luna Hieroſolymam aſcendit. Et appropinquante hora paſſionis / appropiquare uoluit & loco paſſionis: ut etiã per hoc clareſceret quia non inuitus ſed ſpõte pro humani generis ſalute mortem pateretur. Ante quinq; dies paſche (ut ex hoc loco conſtat) Hieroſolymã uenire uoluit: ut etiam per hoc oſtenderet ſe eſſe agnũ immaculatũ qui peccata tolleret mũdi / & agni illius typici qui in lege immolabatur exemplar & ueritatẽ. Quantus aũt fructus apparuerit doctrine eius atq; ſignorũ & quantus grex ouiũ ex iis que perierant domus Iſrael uocẽ paſtoris audierat: intẽdendũ eſt ex eo quod dicitur / q, in craſtinũ predicte cene turba multa dño Hieroſolymã uenienti perq̃ honorifice proceſſit obuiã cũ ramis palmarũ, Rami palmarũ laudes ſunt ſignificãtes uictoriã: qua erat dns mortẽ moriendo ſuperaturus / & tropheo crucis de diabolo mortis principe triũphaturus, Solet enim uictores: palma uictrice coronari. Et in apoca Apo. 7.
lypſi / beati illi & ſancti ciues ſupne Hieruſalem / qui hoc in mũdo legitime certauerunt cõtra multiformes hoſtes: palmas manib⁹ tenere deſcribũtur, Inſuper ſpũ ſancto agitata turbe mẽs: laudes Chriſto debitas cõcinebat dices. Oſanna / bene dictus qui uenit in nomine dñi / rex Iſrael. Oſanna uox eſt obſecrãtis / magis affectũ animi indicãs q̃ rem aliquã ſignificãs: ſicut in ligua latina cõſimiles dictiones: quas interiectiones uocãt. Aut ut alii ſentiũt uocabulũ eſt compoſitũ ex corrupto & integro. Oſi enĩ: ſalua ſignificat. Anna: obſecrãtis eſt interiectio. Oſi ergo corruptũ eſt: quia abiecit poſtremã in cõpoſitione litterã. Anna uero: integrũ, & ſignificat oſanna tantundẽ: atq; ſalua obſecro, Proteſtatur item turba eum uenire in nomine dñi, id eſt dei patris a quo in hunc mundũ miſſus eſt, quẽadmodum alio loco dicit. Ego ueni in nomie patris mei: & nõ recepiſtis me. Et id quidẽ Ioan. 5.
maxime animos turbe erigit / q, non uenit deo cõtrarius aut repugnãs: ſed ſecũdum beneplacitũ uoluntatis eius & promiſſionẽ a deo factã hominibus per prophetas, Demũ regem Iſrael eundem appellant / non quidẽ ad exigendum tributum uel ferro exercitum armandũ humano more: ſed quia mentes hominũ ſuis legibus & optimis inſtitutis regat / & in regnum celorum perducat, quemadmodum ipſe de ſe dicit in pſalmo. Ego autem conſtitutus ſum rex ab eo ſuper ſion pſ. 2.
montem ſanctum eius. predicans preceptũ eius, Cap. X.

» ET inuenit Ieſus aſellũ / & ſedit ſuper eum: ſicut ſcriptum eſt, Noli timere zacha. 9.
» filia ſion: ecce rex tuus uenit ſedens ſuper pullũ aſine. Hec nõ cognouerũt diſcipuli eius primũ. ſed quando glorificatus eſt Ieſus: tũc recordati
» ſunt quia hec erãt ſcripta de eo / & hec fecerunt ei, ¶ In aſino uenire / & a turbis
» rex appellari & laudari uoluit dñs: ut etiã per hoc eruditus quiſq; cognoſceret

ipſum eſſe Chriſtū/quem ſic uenturū prophetia olim premiſſa ſignauerat, Sed & magne ſue manſuetudinis atq; humilitatis/hac aduentus ſui in Hieroſolymā ſpecie nobis demōſtrat exemplū. Non enim ſedet in curru aureo precioſa purpura fulgens:neq; aſcendit ſuper equū feruidum/amatorē diſcordie & litis,qui iactantia glorie pectus habet repletum/qui de longinquo odoratur bellū:& gaudet ad uocem tube.& cum uiderit ſanguineā pugnam / dicit in corde ſuo: bene factū, ſed ſedet ſuper aſellū: tranquillitatis & pacis amicū / oneris patientiſſimū & laboris. Deſignat autē pullus aſine populum gentium:nullo prius onere legis preſſum/ſed ſine freno & habenis quocunq; ferebat animus ſeſe agentē, Super hūc dominus ſedit: quoniam gentilem populum ſibi ſubiectum per apoſtolorū
Marci,11, predicationem reddidit/ſuis mandatiſq; obtemperantem. ℂ Et recte alii euan
Luce,19, geliſte de hoc pullo aſine dicunt: q. ſuper eum nemo adhuc hominum ſederat. quoniā gentiles legem domini non acceperant/nec prophetarū oracula:quibus ad ſubmittendum colla ſua iugo dominico inducerentur. Meminit autē & Ma-
Math. 21, theus aſinam ſimul cum aſello eſſe adductam domino: per quam intelligendus eſt Iudeorū populus/non indomitus ut gentilis:ſed iugo legis iam pridem aſſuetus / & oneri legalium cerimoniarum mancipatus, Super hanc quoq; dominus hieroſolymam ueniens ſediſſe ſcribitur: quoniā & ex iudeis complures collegit ſua predicatione/& miraculorum oſtenſione,qui in ipſum crediderunt/ & frenum diſcipline eius/habenaſq; mandatorum ſuſceperunt:ut Chriſtum tanq̄ inſidentem cordibus ſuis / pie & ſedulo guſtauerint. At non curauit Ioannes hoc loco ipſius aſine mentionem facere: neq; narrationem texere quomodo duorū diſcipulorum miniſterio aſina cum ſuo pullo fuerit Chriſto adducta. quoniam cum omnium poſtremus ſuum ſcripſerit euangeliū: cognouit utiq; illa ab aliis euangeliſtis diffuſius eſſe narrata. nec opus eſſe q. iterum a ſe conſcriberentur. Adhibetur autem huic facto dictum propheticum atq; teſtimonium: ut liquido conſtet/quoniā maligni principes Iudeorū eum non intelligebant/ in quo impleZacha,9 bantur que legebāt, Nempe in populo Iudeorū erat filia ſion, ipſa eſt Hieruſalē que eſt ſion:cui dicitur. Noli timere / illū agnoſce qui a te expectatus eſt:qui nūc a te laudatur. ecce iam uenit inſidens pullo aſine: ut ex habitu uenientis cognoſcas eum eſſe qui conſumatio legis & prophetarū eſt/atq; mundi redēptio. Hec autē myſteria de Chriſto predicta eſſe & tunc expleta / non cognouerunt tunc diſcipuli dñi:quia nondum aperuerat eis ſenſum ut intelligerent ſcripturas,hic pleraq; ignorabāt:quoniā ipſe nondū eis reuelauerat. ſed accepta ſpiritus ſācti plenitudine qui docuit eos omnem ueritatē/cum ſcilicet Chriſtus per reditū ad gloriā patris eſſet glorificatus:in mentē eis uenit/hec de ipſo per prophetas eſſe prenunciata/& opere fuiſſe in ipſo completa,Conferebant enim tunc teſtimonia prophetarū iis que a Chriſto uiderant fieri:& admirabilē ueritatis cōſenſum atq; reſponſum dictorū propheticorū ad opera Chriſti cōpererunt,Quemadmodū cum prius dixiſſet dñs. Soluite templū hoc: & in triduo excitabo illud,nō
Ioan,2 intellexerunt tunc diſcipuli / illud uerbum ad mortē Chriſti & reſurrectionem pertinere. Sed cum ſurrexiſſet a mortuis:recordati ſunt uerborum eius/& intellexerunt ex rei exhibitione/ illorum ſenſum,

» TEſtimonium ergo perhibebat turba que erat cū eo/quādo Lazarū
» uocauit de monumento: & ſuſcitauit eum a mortuis, Propterea &
» obuiā uenit ei turba: quia audierūt eum feciſſe hoc ſignū. Phariſei
» ergo dixerūt ad ſemetipſos, Videtis qa nichil proficimus, Ecce mū
» dus totus poſt eū abiit. ¶ Tā honorifice occurſionis atq; obuiatio-
nis cauſam explicat hoc loco euāgeliſta: reddēs rationē quare obuiā ſeſe dño tur
ba obtulerit cū laudū p̄coniis & celebritate/cū Hieroſolymā aduentaret. Turba
(inquit) que preſens fuerat reſuſcitationi Lazari: aliis qui tū abſentes erāt diuul
gauerat hoc admirabile ſignū, Vnde tanti miraculi fama cōmota turba que ac-
ceperāt ab aliis illius ſigni ueritatē: cū officio honoris/uenerationē/& reuerentia
illi occurrit/illius laudes predicat, Phariſei uero tantum populi plauſum in dñm
egre ferūt: diſrumpūtur inuidia/feruēt odio/& inter ſe cōqueruntur ſuos cona
tus ſperatū non habere ſucceſſum, laboramus inquiūt ut nomē huius abradaſ
e terra: quoniā contrarius eſt operibus noſtris. ſed totus noſter labor irritus eſt:
& fruſtra a nobis toties tentatus. Ecce uniuerſa populi multitudo certatim illum
ſequitur: illum tota turba ſuſpicit/admiratur/& colit, & quanto enixius labora
mus ad extinguendā illius gloriā: tāto maiore ſplēdore clareſcit, Sed maturādū
eſt quod propoſuimus negociū/& anteq̄ id malū latius ſerpat totāq; occupet ur
bem: illi tepeſtiue occurrēdū. Ita his uerbis & ſui detegūt animi morbū atq; mo-
leſtiā de celebritate noīs Chriſti: atq; ſe mutuo hortantur ad perpetrandū quod
iam cōſilio firmauerāt. Mundus autē hic pro mūdi creatura ſumiť: & nō pro ui-
cioſis, non enim illi poſt dñm abeunt, & cum frequētius nūc hoc nunc illo modo
apud hunc euangeliſtā ſumatur: attendēda eſt ſentētia potiſſimū/ut ab ea elu-
ceſcat uocabuli ratio: ne ex ipſo detur anſa falſitati aut errori, Cap. XII.

» ERant aūt quidā gentiles ex his qui aſcenderāt ut adorarent in die feſto,
» Hi ergo acceſſerunt ad Philippū: qui erat a Bethſaida Galilee/& rogaue
» runt eum dicentes, Dñe uolumus ieſum uidere. Venit Philippus: & dicit
» Andree, Andreas rurſum & Philippus dixerūt Ieſu, ¶ Prius officioſo turbe in
dñm ſtudio & obſequioſo occurſu: dānata eſt principū & Phariſeorū impietas/
qui indigne ferebant dñm tanto affici honore, nunc gentiliū (qui legis & prophe
tarū erāt ignari) deuotione & diligentia: condēnatur Phariſeorū malitia qui ſcri
pturā ſanctā edocti/uenientē in propria dñm nō receperūt: toties auditam eius
doctrinā reiecerūt/toties uiſa eius opera paruifecerūt. Gētiles eū uidere cupiūt:
Iudei occidere, Et hi plane gentiles preſignāt futurā gentiū plenitudinē in ouile,
Chriſti intraturā: ac iugo fidei colla ſua ſubmiſſurā, Hi tanq̄ primitie cōuerſio-
nis gentiū & prelibameta quedā: oſtendūt gentilē populū Chriſti fidem cupide
amplexurū/ac deſiderio uidēdi ipſum uehementius inarſurū. Q; ſiquis percō-
tetur: quomodo gentiles a ritu Iudeorū alieni uenerunt Hieroſolymā/ut adora
rent in die feſto? Illi reſpondendū eſt: tēplum dñi in Hieroſolymis ſitum/adeo
fuiſſe circūquaq; nominatū & fama celebratum: ut diebus feſtis nō ſolum uicini
ſed etiam multe ex longinquis regionibus gentes illuc aduenirent. ſicut de enu-
cho candacis regine ethiopum: actus apoſtolorū declarat. hac ergo cōſuetudine Actuū. 8.
hi gentiles uenerant adorare: quorum meminit euangeliſta, Aut hi relicto gen-
tilitio ritu iam propoſuerāt Iudaiſmū ſuſcipere: & propemodū diſpoſiti erāt ut

proſeliti fierent. Itaq; fama audita de Chriſto: flagrant deſiderio ipſum uidẽdi,
Math.10, & Philippũ adeunt: cuius directione & opera uoti cõpotes efficiãtur. Audierat autẽ Philippus a dño. in uiã gẽtium ne abieritis / & in ciuitates Samaritanorũ ne intraueritis: ſed ite ad oues que perierunt domus Iſrael, idcirco ne dũm fortaſſe hoc facto offenderet: non adduxit gentiles ſtatim ad Chriſtũ / ſed rem prius cũ condiſcipulo cõmunicat / & una cum eo: magiſtro eandẽ refert. ſubmittens illius arbitrio negocium: & cum debita reuerentia illi deferens, hoc enim pacto quaſi explorat uoluntatem domini: & rem totam illi committit. Cap. XIII.

» IEſus autem reſpondit dicens. Venit hora: ut clarificetur filius hominis.
» Amen amen dico uobis / niſi granum frumẽti cadẽs in terrã mortuum
» fuerit: ipſum ſolum manet, Si autẽ mortuũ fuerit: multũ fructũ affert.

QUia per reſurrectionẽ & aſcenſionẽ ſuã dominus noſter glorificãdus erat /
pſ.56, & gloria eius per totũ mundi ambitũ extendenda. quẽadmodũ predixerat propheta, exaltare ſuper celos deus: & ſuper omnẽ terram gloria tua. Reſurrectio autẽ & aſcenſio eius iam in ianuis erant, idcirco reſpondit dominus noſter horã uenisſe ut clarificet / per apoſtolorũ ſcilicet predicationẽ & gentiũ conuerſionẽ, Vnde cum in littera Chriſtus dicit. Venit horã: tẽpus iam imminere ſignificat & ſue paſſionis / & apoſtolice in omnes gentes predicationis, Dixerat quidem ipſe
Luce.10, prius diſcipulis ſuis, In uiam gentium ne abieritis, & ut omnem tolleret a Iudeis querele & accuſationis occaſionẽ: ſuos a gentilibus cohibuit. Sed cũ Iudei in pertinacia perſtarent / gẽtiles uero ſtudioſe Chriſtũ accederent: tepus iam paſſionis aduẽtare & uocationis gentiũ ad fidẽ eſt conteſtatus. Nõ eni Chriſti prouidẽtia erat dignũ / q. Iudeis contumacibus atq; proteruis ſemp inhereret: predicationẽ diſcipulorũ illis ſolis cõmunicando. gentes autẽ reiiceret: prõpto animo ac alacri uerba fidei ſuſcipientes. Itaq; cũ poſt paſſionẽ eſſet diſcipulos ad gentes miſſurus: iam dicit tempus ad perferendam in cruce mortem aduentare / cum gẽtiles illi tanta deuotione Chriſtũ exquirerent, tam officioſo illo ſtudio ſignificantes: propediẽ in omnes gentes effundendã predicationis ſalutifere gratiã. idq; & cõgruũ eſſe: & diuina miſeratiõe dignũ. Nõ tamẽ Chriſtus prior Iudeos dimiſit ut trãſiret ad gẽtes: quinimo diutius apud eos docẽdo & miracula faciẽdo cõuerſatus eſt / ut eſſet in teſtimoniũ eis / palãq; cõteſtaretur: q. ad ipſoꝝ procurandã ſalutẽ primũ uenerat, Eniuero anteq̃ in Chriſtũ / impetu facerent Iudei / anteq̃ eũ
Math.28, crucifigerẽt: nõ dixit diſcipulis, Euntes docete oẽs gentes. ſed hoc eis dedit man
Luce,10, datũ. In uiã gentiũ ne abieritis, & ipſis itidẽ dixit pro muliere Chananea roganMath,15, tibus, Nõ ſum miſſus: niſi ad oues que perierũt domus Iſrael, Et rurſum, Nõ eſt bonũ ſumere panem filiorũ: & dare canibus ad manducandũ, Cũ autem odio a ſuis Chriſtus haberetur / & tanto quidẽ / ut ab ipſis interficeretur: ſuperfluũ erat perſequẽtibus inherere / ac diutius imorari, Etenı recuſarũt Ieſũ Iudei dicentes,
Ioan,19. Nõ habemus rege niſi Ceſarẽ. tũc ſane eos dimiſit: cũ prius dimiſſus eſſet ab eis, Ideo dicit. Quotiẽs uolui cõgregare filios tuos / ſicut gallina cõgregat pullos ſuos
Math.13: ſub alas ſuas: & noluiſti. Ecce relinquet uobis domus ueſtra deſerta. Conſimile
Actu,13. quiddã Paulus & barnabas Iudeis cõtradicentibus predicationi fidei Chriſtiane dixiſſe legũtur in actis apoſtolicis, Vobis (inquiũt) oportebat primum loqui uerbum dei. ſed quoniam repellitis illud / & indignos uos iudicatis eterne uite: ecce

conuertimur ad gentes. Sic enim nobis precepit dns. Posui te in lucem gentium: Esaie, 46
ut sis in salutem usq; ad extremũ terre, Sed oportuit ut altitudinẽ glorificatio=
nis future precederet humilitas passionis. Ita eni beatus Paulus dicit: q, Christus Philip. 2
humiliauit seipsum factus obediẽs usq; ad mortẽ mortem autẽ crucis. propter
quod & deus exaltauit illũ. & dedit illi nomen quod est super omne nomen pro=
pterea passionẽ suã propediem futurã significãs: de grano frumẽti similitudinẽ
proposuit. quod nisi corruptũ & emortuũ fuerit: fructum nullum affert. si uero
mortificatũ fuerit in terra: largã profert segete & messem copiosam. Ipse plane
dñs noster est frumentũ: quo uiuere debet fidelis anima. Dicit enim alio in loco,
Et qui manducat me: ipse uiuet propter me. Ex frumento quidem panis confici= Ioan, 6,
tur: & ipse est panis uiuus qui de celo descẽdit / ut siquis ex eo mãducauerit non
moriatur. Huius frumenti fructu saginandã dixit propheta hierusalẽ & sion: id
est animã fidelem / cum ait. Qui posuit fines tuos pace: & adipe frumenti satiat ps, 14.
te. Ide ipse dñs noster granũ est: de quo spiritualis seges debet surgere & solide
fidei afferre fructũ. Cumq; sint multa grana seminũ: nulli se comparat nisi fru=
mẽto. Vnde mos cepit ecclesie: de hoc solo grano confici corpus Christi, Ipse eni
dñs noster ex semine patriarcharũ in agro huius mundi seminatus est / id est in=
carnatus: ut moriendo cu multiplicatiõe resurgeret, Solus mortuus est: cũ mul=
tis surrexit. Qz si mortuus pro uita omniũ non fuisset Christus: non increuisset
tãta fidei seges in gentibus / neq; in mudo surrexisset fructus redeptionis hũane
in omni populo. Quia uero id granũ in terrã cecidit per passionẽ & crucẽ / atq;
mortificatu est per mortẽ & sepulturã: plurimũ attulit fructum scilicet salutem
totius humani generis / & mũdi reductione ad fidem, Qz enim a solis ortu usq;
ad occasum laudetur nomen domini / & in omni loco ei offeratur oblatio mũda: ps. 112.
ex huius grani mortificatione processit, Cap. XIIII. Mala, 1.

» QVi amat animã suam perdet eam. Et qui odit animã sua in hoc mũ=
» do: in uitã eternã custodit eam, Siquis michi ministrat: me sequatur
» Et ubi ego sum: illic & minister me⁹ erit. Siquis michi ministrauerit:
» honorificabit eum pater me⁹. ¶ Passionẽ suam dns & fructũ inde
exoriturũ per granũ frumenti significauit, Sed quia non solus ipse
erat passurus: quinimmo imitatione eius / q̃plurimi pro cõfessione nominis Chri
sti mortẽ erant subituri: & tanq̃ serui dnm secuturi, omnes enim qui pie uolunt
uiuere: persecutionẽ pro Christo patiũtur / & oportet nos per magnas tribulatio 2. Timo. 3
nes intrare in regnũ celorũ, idcirco docet hãc presentẽ & momentaneã pro deo Actu. 14.
uitã cõtemnere: ut eterne uite capiatur hereditas / dices, Qui amat animã suam
(subaudi in hoc mũdo) perdet eam. Amat aute animã suã in hoc mũdo: qui desi
deria eius diuine legi repugnantia facit. Et is sane perdet eam: quia post hãc uitã
eterne eri morti addictus Vt qui de cõfessione fidei interrogatus ne uitã corpo
ris am tt..t Christũ negauerit: is anime sue graue patietur in altero seculo detri=
mentũ. At uero odit animã suã in hoc mudo: qui nõ cedit neq; obsequitur ei no=
xia cõcupisceti & d uinis p̃ceptis cõtraria, Queadmodũ eni eorũ que odio habẽ
tur nec uoce audi e sustinem⁹: nec uisum uidere delectabit. ita & animã cũ con
traria saluti suggerit q̃ deo non placet. cũ uehemẽtia auertere oportet Et cumu=
latissimus inde premioru sequitur fructus: utpote q, in uitã eternã custodiatur,

Cũ ergo cause articul⁹ uenerit ut hec cõditio proponat̃ / aut faciendũ esse cõtra dei preceptũ / aut ab hac uita migrandũ cõmināte mortẽ persecutore: ibi oderis in hoc mũdo animã tuã / itrepide mortẽ subeũdo / ut in uitã eternã custodias eã, Ceterũ qa multi se Christi ministros ore tantũ profiteri possẽt / opere uero lõge ab eius ministerio discedere: opus sui ministri dñs aperit dicens, Qui michi ministrat: me sequat̃, imitatione scilicet bonoꝝ operũ a meis uestigiis nõ aberrans: & mortis etiã toleratiõe a me nõ deuiãs. ut quẽadmodũ me pro ouibus meis uiderit animã meã ponere: ita & ipse nõ dubitet pro salute fratrũ suorũ acerbã mortem subire. Quod quidẽ cũ factu arduũ sit & difficile: magnitudinẽ premii & mercedis inde futurã declarat / q̃ hoc loco duplex proponit̃. Primũ: q, ubi Christus est / scilicet in celis a qbus per susceptionẽ carnis nunq̃ discesserat: illic & minister ei⁹ sit. Itaq; his uerbis promittit ministris suis eternã cũ eo in celis habitationẽ / man

Ioan.17. sionẽq; perpetuã: quẽadmodũ alio loco dicit. Pater quos dedisti mihi: uolo ut ubi sum ego / & illi sint mecũ, Secundũ, q, ministrũ Christi honorificabit pater celestis: participẽ eũ reddẽs bonorũ superne hereditatis. Magna reuera est ministri Christi dignitas: q, sit honorandus a deo patre. quãdoquidẽ magnũ ducũt homines: si a principe aut rege terreno honorificent̃ honore fluxo & ꝓtinus euanido Sed & maior lõge dei patris est benignitas & hũanitas: q, eum uelit honorificare licet lõge infra suam maiestatẽ positũ / qui Christũ filiũ suũ honorauerit, Ita alio

Luce.12, loco de seruo uigilãte & fideli loquẽs dñs: dicit. beati sũt serui illi: quos cũ uenerit dñs / inuenerit uigilãtes, Amẽ dico uobis q, preciget se & faciet illos discũbere: & transiens ministrabit illis. Itaq; si optabile est: semper cũ Christo esse in celesti regno / si desiderabile honorificari a patre: enitendũ summopere ut Christo ministremus / ut eum affectu mẽtis sequamur / quo tãtis potiamur bonis. Cap. XV.

» HVnc anima mea turbata est. Et quid dicã? Pater saluifica me ex hac
» hora. Sed propterea ueni in horã hanc, Pater clarifica nomen tuũ,
» Venit ergo uox de celo dicens. Et clarificaui: & iterum clarificabo,

¶ Quia dñs ad passionẽ discipulos exhortat⁹ fuerat: ne dicãt emuli q, ipse extra dolores existẽs hũanos / facile de morte philosophat̃ & nos admonet propter hoc q, ipse est sine periculo: hic ostẽdit q, & ipse in agonia sit / tamen propter utilitatẽ mortẽ nõ renuit, Itaq; animã suã turbatã prote-

Ioan,11, statur horrore imminẽtis passionis. nõ tamẽ ab aliquo alio turbatus est: sed sicut de ipso supradictũ est / turbauit seipsum. Dimisit enĩ naturã humanã in se pati quod erat ei propriũ: utpote exhorrescere mortẽ & illã refugere, Nẽpe Christ⁹ appropinquãs acerbe morti: quod humanũ est in se ostẽdit / & naturã nõ uolentem mori sed presenti adherente uite, eo declarãs indicio: quoniã non extra humanas passiones erat, Sicut enĩ esurire nõ crimẽ est: ita neq; presentẽ uitã appetere. Christus aũt corpus a peccato mundũ habebat: nõ a naturalib⁹ passionibus erutũ, hoc igitur q, turbatur: dispẽsationis est nõ deitatis. In agonia quoq; cõstitutus & turbatiõe ob infirmitatẽ carnis: quid dicat se non habere cõtestatur / cũ uideat fragilitatẽ hũane cõditionis petere ereptionẽ ab hora passionis, Cui cõdescendẽs petit a patre: ut saluificetur & liberetur ab hac hora mortis subeunde. quẽadmodũ in horto pauloanteq̃ caperetur orauit patrẽ dicẽs, Pater si possibile

Math.26 est transeat a me calix iste, Sed quẽadmodũ humana conditio tunc in eo diuina

uirtute deide cõfortata ſubiecit ſeipſam prorſus diuine ordinationi dicẽs, Verũ tamen nõ ſicut ego uolo ſed ſicut tu uis/& non mea uolũtas ſed tua fiat, ita nũc imbecillitatẽ humanã ſubleuans celeſti robore ſuſtungit. Sed propterea uenit in hanc horam: ut ſcilicet mortẽ patiar/ſecundũ tue uolũtatis beneplacitũ. nempe ideo ad hãc deductus ſum horã: ut tibi obediã. Deide effagitat paterni nominis clarificationẽ: per paſſionẽ & reſurrectionẽ filii futuram dicens, Pater clarifica nomen tuũ, id eſt gloriã tuam toti mundo manifeſta, quod ſane per meam mortem & reſuſcitationẽ facile efficies: ex qua cognoſcet mũdus q, me miſiſti q, paterni nominis dignitas tibi recte competat & attribuatur. Porro pater celeſtis nil niſi ſaluare petẽs/& homines ad fide adducere: ne credatur Chriſtus illi eſſe cõtrarius & alienꝰ uoce celo delapſa teſtimoniũ illi perhibet: & orationi facte reſpõdet, Illa quidẽ uox: patris dicta eſt/ quia perſonam patris referebat. & a deo patre perhibente teſtimoniũ filio ſuo/ modo nobis incognito & ineffabili eſt efformata, quemadmodũ prius in baptiſmo & tranſfiguratione domini, Clarificauit autem pater nomen ſuum in filio: cum filius de uirgine natus eſt/ cum miracula multa fecit cũ deſcendente ſpiritu ſancto in ſpecie columbe: demonſtratus eſt Clarificabit uero iterũ pater nomen ſuum in filio: cum Chriſtus reſurget a mortuis/ cum exaltabitur ſuper celos deus, Nẽpe hec omnia glorie plena in filio: patris quoq; gloriam (qui talem genuit filium) pandunt. ¶ Clarificaſſe autem ſe nomen ſuum/& iterum illud clarificaturũ: pater uoce celo delapſa hic denũciat, non quide per noue claritatis adeptione/& quia ipſum patris nomen/claritudinem aduentitiã recipiat. Eſt enim claritas paterni nominis & excellentia eius ac gloria, immẽſa in ſe atq; infinita/ neq; accrementũ neq; imminutionẽ in ſe admittere ualens. Sed huiuſmodi glorificatio intelligẽda eſt: quantum ad claritatis ac eminetie ipſius nominis ſui oſtenſionẽ/declarationẽ/ ac manifeſtatione ad alios Futurũ enim illud ſignificat ea uox paterna: q, nomẽ eius apud homines preclarum atq; excellẽs eſſe predicetur ac declaretur/ q, etiã noticia & cognitio nominis eius ad oẽs Iudeos & gẽtes dilatet & amplietur, Siquidẽ ante aduentũ Chriſti in carnẽ notus tantũ erat in Iudea deus & in Iſrael magnũ nome eius/ Apud gẽtes uero dei nomẽ habebatur fere ludibrio: & in plura diſſectũ/idolis attribuebatur, Poſtq; uero dei filius nomẽ patris manifeſtauit hominibus: ab ortu ſolis uſq; ad occaſum factũ eſt ipſum patris nomen magnũ in gẽtibus/ ſueq; claritatis radios diffudit in omnes mundi plagas/ & in extremos terre limites propagauit, Nõne in omnẽ terrã exiit ſonus apoſtolorũ: & in fines orbis terre/uerba eorũ? Et quid aliud predicabant q, Iheſum Chriſtu dei filiũ in mundum ueniſſe ad redimendũ genus humanu: & morte crucis hanc redeptione cõſummaſſe? Deide ipſum a mortuis reſurrexiſſe aſcendiſſe ad celos/& ſedere ad dexterã dei pris? In qbus omnibus referandis myſteriis/ nomen patris innotuit gentibus quibus ante fuit incognitũ: & hoc pacto a deo patre cooperante apoſtolus in huiuſmodi predicatione/clarificatu eſt nomen ſuũ. Rurſum cum in nomine Iheſu omne genu terreſtrium flecti debere dicatur: & omnis lingua confiteri quia dominus Iheſus in gloria eſt dei patris. cũ omnis terra deũ adorare debeat & illi pſallere: eiuſq; nomini pſalmu dicere: qui hoc fiat/niſi nomen dei patris toti mundo innotuerit & omniqua q, clarificatum fuerit?

Math. 3, Math. 17. Pſalmus. 75 Malach. 1 Pſalmus. 18 Philip. 2, pſ. 65,

» TVrba ergo que ſtabat & audierat: dicebat tonitruum eſſe factum.
» Alii autē dicebant: angelus ei locut⁹ eſt. Reſpōdit Ieſus: & dixit. Nō
» propter me hec uox uenit: ſed propter uos, Nunc iudiciū eſt mūdi:
» nunc princeps huius mundi eiicietur foras, ¶ Aperta quidē & per-
fecte ſignificatiua erat uox pr̄is reſpondens filio: ſed cito ab eis euo
lauit tanq̄ minus attentis, Et hi quidē ſonitū tātum retinuerunt: qui auribus illo-
rum illiſus feriit auditum / ſed nichil ſignificationis animo illorū ingeſſit, Et hi di
Gene,22 cebant tonitruū factū eſſe: qđ ſonum abſq; ſignatiōe cuiuſpiam rei nobis affert
Alii uero q, articulata erat uox & ſignificatiua: nouerant auditu, quid aūt ſigni-
ficauit: haud ſatis cōpertum habebant. Et hi dicebant: angelus ei locutus eſt, ar
bitrati angelū de celo hec uerba depromſiſſe: quemadmodū antiquis patrib⁹ in
lege plerūq; leguntur angeli fuiſſe locuti. Sed uerius dixiſſent: pater de celis ei lo
cutus eſt / ſi altitudinē myſterii intellexiſſent. Dominus autē oſtendit illa uoce ſe
non indiguiſſe: ut indicaretur ei quippiam quod antea neſcierat, Nempe ſciebat
1, Cori.1, Chriſtus qui dei uirtus eſt & ſapiētia / ſe iam eſſe clarificatū a patre & adhuc cla-
rificandū: anteq̄ uox illa ederetur, Sed propter aſtantes / uocem illam factā eſſe
conteſtatur & circunſtantē turbā: ut per eam illis indicetur & oſtēdatur q, uere
dei filius eſt / patri per oīa conſentiens / prius ab eo clarificatus & demū amplius
clarificandus, Deinde oſtendit modum glorie qua a patre adhuc clarificabitur:
quoniā nunc in foribus inquit eſt iudiciū mūdi, Non quidē iudicium dānationis
malorū / aut retributionis premiorū penarumq; eternarum: ſed iudiciū diſcre-
tionis fideliū & credentiū ab incredulis atq; obſtinatis per infidelitatē / & iudiciū
expulſionis diaboli ab iis qui per ipſum redēpti ſunt. Habuit quidē prius demon
per tyrannidē principatū in totū genus humanū: & dominatū crudeliter exer-
cuit in omnes. Atqui uirtute mortis Chriſti & ſanguinis: confracta eſt illius pote
ſtas & ſublata potentia. & quos iniuſte detinuit captiuos: iuſte perdidit. Iectus
eſt ipſe Chriſti uirtute proſtratus extra mūdi regnū: quod ſubdola fraude / tāto
tēpore quātum poſt Ade preuaricationē effluxerat / ipſe princeps tenebrarū &
mortis habens imperiū occupauerat. Id quoq; dominus apud Lucam his uerbis
Luce.11. ſignificauit, Cum fortis armatus cuſtodit atrium ſuum: in pace ſunt omnia que
poſſidet. Fortior autē illo ſuperueniēs: omnia arma in quibus confidebat aufert /
& ſpolia illius diſtribuit, Abſit autē ut diabolū principem mundi ita dictum exi-
ſtimemus: ut eum celo & terre dominari poſſe credam⁹, nō enim eſt ipſe author
mundi aut gubernator: quemadmodū nonnulli falſo exiſtimant. Sed mundus
hic pro prauis hominibus / qui ſecularia ſectantur deſideria / & ſuis indulgent cu
piditatibus: ſumitur. Horū princeps ſathanas eſt: quia eis pro ſuo arbitratu prin
cipatur / precipiteſq; ad nutū in grauia ſcelera impellit atq; detrudit, Ille autem
per Chriſti mortē: foras eiiciēdus erat. Preuidebat enim dominus poſt paſſionē
& glorificationē ſuam / per uniuerſum orbē multos populos credituros: in quo-
rum cordibus diabolus intus erat, cui quando ex fide renunciant: eiicitur foras.
Sed nūquid de cordibus ueterū iuſtorum non eſt eiectus foras? quomodo ergo
dictū eſt / nūc eiicietur foras: niſi quia quod tunc in hominibus pauciſſimis factū
eſt / nunc in multis / magniſq; populis iam mox futurū eſſe / predictū eſt. Quid
ergo / ait quiſpiā / qa diabolus eiicitur foras: iam fideliū neminē tentat. Immo ten

tare nõ ceſſat. ſed aliud eſt intrinſecus regnare: aliud foriſecus oppugnare. Hoſtis enī menibus urbis excluſus non ceſſat arietibus & machinis quatere muros: quo ſibi aditū perfringat / ingreſſumq; paret. Porro huius eiectionis diaboli a fidelibus per Chriſti mortē facte typū gerit: q, alienigene populi Amorrei / Pherei / & Hiebuſei atq; ceteri id genus / a terra populo Iſraelitico repromiſſa p Ioſue filium Nun expulſi ſunt & eliminati: quam longo ante tempore occupauerant, Non enim opere ſolū: ſed & nomine Ieſus filius Naue dnm & ſaluatore noſtrum referebat / id in uno populo faciens: quod Chriſtus in toto mundo, Ioſue. 12,

¶ Qz uiuifice crucis myſterium: per multas ueteris teſtamēti figuras fuit ante ſignificatum, Cap, XVII.

» EGo ſi exaltatus fuero a terra: omnia traham ad meipſum, Hoc
» autē dicebat: ſignificans qua morte eſſet moriturus. ¶ Quomodo princeps mūdi huius foras ſit eiciendus: nūc manifeſtat / deſignās id morte ſua quam in cruce patietur complendū. Si exaltatus fuero inquit a terra: id eſt cū exaltatus fuero. non enim dubitat futurum eſſe: quod uenit implere. Exaltationē autem ſuam: dixit in cruce paſſionē / qua a terra in aerē ſubleuatus eſt: ut aereas debellaret poteſtates. Verū cum nō omniū ſit fides: quomodo omnia ſe tracturū eſſe dicit ad ſeipſum? Atqui nō hoc ad uniuerſitatem hominū retulit: ſed ad ipſius hominis integritatē / ſcilicet animam & corpus ſecundū quod intelligimus & uiuimus. non enim animas noſtras ſolum / ſed & corpora reduxit ad immortalitatē: per paſſionis ſue uirtutē & reſurrectionis gloriam, Aut ſi per omnia / ipſi homines intelligendi ſunt: omnia predeſtinata ad ſalutē poſſumus dicere. Aut certe omnia hominū genera: ſecundū innumerabiles differentias / quibus inter ſe preter ſola peccata homines diſtant, Aut denīq; omnes homines / quantum ad ſe attinet trahit, nam uult omnes homines ſaluos fieri: & ad agnitionē ueritatis uenire, Et ipſe propiciatio eſt non ſolū pro peccatis noſtris: ſed & totius mundi, Qz autē non omnes trahantur: eorū efficitur culpa qui renituntur trahenti / neq; eius tractū ſequūtur: Faſcibus enim peccatorū pregrauati ſe deprimūt / pondereq; malorū preſſi: domino ad ſalute uocanti contranitūtur ponētes obicem & obſtaculū ne ſalui fiāt. Et nō ab re trahā dicit: quaſi a tyranno detentos / & p ſeipſos nequeūtes accedere / atq; ſeuas illius manus effugere. Cū autē ſuperius dixerat: nemo poteſt uenire ad me / niſi pater meus qui miſit me traxerit eum, & hic omnia ſe tracturū dicit ad ſeipſum: eandē deſignat & conſentaneā patris atq; ſuam operationē / ſcilicet tractionē hominū ad fidem, Quo fit: ut eadē quoq; cognoſcatur utriuſq; ſubſtātia, Quorū enim eadem eſt actio: & naturā eandem eſſe neceſſe eſt. Quemadmodū autē ſubiungit euangeliſta: dominus per exaltationē ſui a terra ſignificauit qua morte eſſet moriturus / ut poteq, in crucē erigendus atq; a terra ſuſtollendus: ſicut & prius dixit ad Nicodemū. Sicut Moyſes exaltauit ſerpentē in deſerto: ita oportet exaltari filiū hominis, At uero cum per huiuſmodi exaltationē in cruce electus ſit princeps mundi foras: conſtat omnibus / per crucis uexillū deuictas eſſe a Chriſto demoniacas cohortes. ut ſicut per lignū uicerat ſerpēs antiquus primū Adā / unde in omnes tranſiuit mors: ita quoq; per lignum idem uinceretur a ſecundo Adam / unde nobis profluxit uita omnis & gratia. hic factū eſt / ut in laqueo ſuo 1. Timo. 2 1. Ioan. 2 Ioan. 6. Ioan. 3 Geneſis. 3

comprehẽſus ſit peccator.& ſuis(ut aiũt)telis cõſoſſus. ¶Sane crux ipſa funda 1
1.R g,17 eſt: qua Dauid Goliath horrendũ armis & formidabilem u ſu proſtrauit humi.
Ezechi.9 ¶Ipſa eſt ſignũ Thau ſignatum in frontibus uirorũ gemẽt ium. quo muniti/ab 2
Apo,7, interitu erepti ſunt:ceteris omnibus interfici iuſſis. ¶Ipſa inquam ſignum/quo 3
3.Reg.17 angelus domini ſignauit ſeruos dei in fronti bus corum ne inferretur illis exitium
aut pernicies. ¶Duo' gna coligens mulier bareptana' prophetam domo ſuſci= 4
pit/atq; ſine olei farineq, ſue diminutione aliquandiu uidtitauit. Cruce inſigni=
4,Reg,6 ta mens.celeſti alimonia & ſpiritus ſancti gratia affatim paſcitur, ¶Ferrũ fudo 5
aque demerſum Heliſeus immiſſo ligno;ad ſupremã aque parte natans eduxit.
Gene,2, Nos ad ima barathri depreſſos: crux ſancta ſubuexit ad aſtra, ¶Hec enim eſt 6
lignũ uite: quod in medio paradiſi plãtatum eſſe ſcriptura cõmemorat,quia ab
Gene,7, ipſa/uiuifica nobis & uitalis medicina proceſſit. ¶Hec eſt arca Noe per quã ſal= 7
Gene,28 uamur a diluuio inundantis aque uiciorum: & incolumes ſeruamur. ¶Hec eſt 8
Gene.22. ſcala Iacob a terra in celum porrecta/cui dñs innixus eſt:per quam nobis celeſtia
regna conſcẽdere datur. ¶Hec deſignata fuit per ligna que humeris ſuis tulit 9
Iſaac cũ immolãdus erat in holocauſtu.nam Chriſti humeris crux baiulata;totũ
Exodi,12 mundi in ſe tulit preciũ. ¶Hec poſtibus & ſuperliminaribus domorum Iſrael= 10
tarũ figurata deſcribitur:que ſanguine agni delibuta/exterminatorẽ primoge=
Exodi,14 nitorũ Egypti ne ingrederetur populerũt, ¶Hec eſt uirga Moſaica/que mare 11
rubrũ percutiens diuiſit aquas:& traducto dei populo regem Egyptiũ cum toto
equitatu ſubmerſit, Hec eadem bis ſilicẽ percutiens aquam largo fluxu eduxit,
Exodi,17 ¶Ipſa itide lignũ eſt quod fluuio Marath immiſſum: amaritudinẽ aque in dul= 12
cedine cõuertit. ¶Ipſius figurã atq; formã manibus extentis referens Moyſes; 13
Nũe.20, ſuperbũ Amalech pugnã cientem atq; in populum dei ductante exercitũ / ora=
Exodi,17 tione ad deũ facta uicit. ¶Deniq; ipſa lignũ illud eſt quo in deſerto ſuſpẽſus ſer 14
Nũe,21. pens eneus: oibus ipſum cõſpicientibus ſanitatẽ a morſu ſerpentũ reddidit,Nã
quiſquis oculos animi in Chriſtum cruci affixum conuerterit: ab omni uulnere
peccati illico curabitur, Per ipſam deniq; crucẽ reddita eſt ſalus humano gene=
ri:facta eſt redemptio noſtra & recõciliatio. Per ipſam allata eſt noſtro medici=
na dolori:data eſt fortitudo & robur homini, ut hac lorica obtectus & galea/in=
trepidus ineat certamen cum hoſte: quem dominus noſter crucis ſalutifere be=
neficio foras eiecit/profligauit omnino/& penitus attriuit. Cap.XVIII,

» Reſpõdit ei turba, Nos audiuimus ex lege qa Chriſtus manet in eter
» num, Et quomõ tu dicis: oportet exaltari filiũ hominis? Et quis eſt
» iſte filius hominis? ¶Cum intellexiſſent iudei / q, dñs de ſua morte
futura loquens dixiſſet ſe exaltandũ a terra: proponũt ei queſtio=
nem quomodo ſe diceret moriturũ: cum ſcriptura dicat Chriſtũ/
in eternum manere debere,Nomine quidẽ legis:nonnunq; uetus teſtamentũ to=
tum a iudeis accipitur: ut ante dictũ eſt / & non ſolum quinq; libri Moſi.Ita in
Eſaie.9, prophetis mentio fit de eternitate Chriſti.ut apud Eſaiam, Et uocabitur nomen
eius admirabilis cõſiliarius pater futuri ſeculi/deus/fortis/princeps pacis/mul=
Danie,7 tiplicabitur eius imperiũ:& pacis eius non erit finis,Et apud Danielem Poteſtas
eius pote tas eterna que non auferetur/& regnũ eius non corrumpetur. Demũ
Michee,5 apud Micheam. Et tu Bethleem Fffrata paruula es in milibus Iuda. Ex te mihi

egredietur qui ſit dominator in Iſrael:& egreſſus eius ab initio a diebus eternitatis. Talis aute permanẽtia perpetua:uidetur contrariari morti atq; paſſioni. Sed non attendit turba diuinã in Chriſto naturam minime obnoxiam eſſe morti: & ſecundũ eam Chriſtum ineternũ manere. Non etiam animaduertit eunde proſtrata morte tertia die reſurrecturũ:q̃uis id eis nonnunq̃ predixerat / & deinde etiam ſecundũ humanã formã ineternum permãſurum:ut paſſio ſue immortalitati nõ fuerit impedimentũ allatura / cõpleaturq; quod dictum eſt a propheta, Tu es ſacerdos ineternũ ſecundũ ordinem Melchiſedech. Proinde hic interro- Pſalmus,
gant Iudei Chriſtũ quomõ tu dicis:oportet exaltari filium hominis? Memoriter 109
quidem tenuerunt turbe:q, dñs aſſidue dicebat ſe eſſe filium hominis, Nempe hoc loco non dixit, Si exaltatus fuerit filius hominis. ſed ſuperius dixerat, Venit hora ut clarificetur filius hominis, Hoc ergo animo fixũ tenẽtes: dicunt. Si Chriſtus manet ineternũ: quomodo exaltabitur a terra? id eſt quomõ crucis paſſiõe morietur? Et ratiocinatione quadam contradictionem colligẽte cõcludere uidẽtur:aut eum non eſſe Chriſtũ / aut non eſſe moriturũ. Si enim inquiunt exaltandus es in crucem:non ergo Chriſtus es / qui ſecũdum legẽ mãſurus eſt ineternũ. Q; ſi Chriſtus es / & ideo ſemper mãſurus: nõ igitur a terra exaltãdus es & moriturus. Quis igitur eſt iſte filius hominis: quem dicis a terra exaltari debere? Si enĩ tuipſe es: quõ tu Chriſtus a nobis diceris? Si alius:ede apertius quiſnã ſit ille, ¶ Verũ uidentur Iudei maligno animo hec uerba Chriſto propoſuiſſe:uolentes hac ſua reſponſione captionem predictis ipſius uerbis ſtruere / illis cõtradicere / atq; hoc pacto ſilentiũ illi imponere / & ipſum non eſſe Chriſtũ oſtẽdere, idcirco Chriſtũ in eternũ manere confitentur, ſed prauo (ut nonnullorũ eſt ſententia) affectu & contranitendi atq; calũniandi ſtudio, Non enim dicunt, Nos audiuimus q, Chriſtus nihil patitur neq; crucifigitur:ſed q, manet in eternum, Atqui neq; hoc legis diuine & ſcripture dictũ de perpetua Chriſti permanentia:cõtrarium erat uerbo Chriſti de morte in cruce toleranda / ut putabat turba. Immortalitati enim Chriſti:paſſio eius non fuit impedimento / quinimmo ſepenumero in ſcripturis ſimul paſſio & reſurrectio ponitur. ut in eo pſalmi loco Ego dormiui & ſoporatus ſum & exurrexi. Et rurſum, Tu cognouiſti ſeſſionẽ meam & re- pſ. 3.
ſurrectionẽ meam, Et Iacob patriarcha:ut rũq; horum coniunxit, nã cũ dixiſſet pſ. 138.
de Chriſto in ſpiritu. Procidens dormiuit ut leo. protinus addidit, & ut catulus
leonis excitauit eum. priore uerbo paſſionem domini: poſteriore uero reſurre- Geneſis,
ctionẽ eiuſde inſinuans, Fuit certe Chriſti mors / tanq̃ trãſlatio quedã & commi- 49
gratio ad melioris uite ſortẽ per reſurrectionẽ aſſumende:nõ omnimoda ipſius extinctio aut deſinentia, quẽadmodũ lumẽ ſolis in occaſum decũbentis aut corpore lunari obducti / nõ extinguit:ſed breui & ad tẽpus ſecedens / ſine aliqua ſui diminutione rurſum apparet conſpicuũ, Ita plane & ſol ipſe iuſtitie immẽſo iubare refulgens / admodũ tẽpus huius uite paſſus deliquiũ: paulo poſt per reſurrectionis gloriam inſigniori ſplendore rurſum emicuit. Cap. XIX.

Dixit ergo eis Ieſus. Adhuc modicũ lumen in uobis eſt. Ambulate dũ lucẽ habetis:ut tenebre uos non comprehendant, Et qui ambulat in tenebris: neſcit quo uadat, Dum lucem habetis / credite in lucem:ut filii lucis ſitis, Hec locutus eſt eis Ieſus: & abiit & abſcõdit ſe ab eis, ¶ Cõmendat ab his uerbis

Chriſtus turbas de aliquanta ſcripturarū cognitione: quā ſe oſtendebāt habere quantum ad Chriſti eternitatē, imperfectam tamen eam eſſe oſtendit: quia non pertigit neq; peruenit ad intelligendū mortē Chriſti & paſſionem in forma humana ſimul ſtare cum deitatis eternitate: cum tamē utrumq; ſcriptura aſſerat de Chriſto. Siquidē Chriſti eternitatē: ſupradictis aſtruit teſtimoniis ſcriptura,
pſ.21, Paſſionē uero: apertiſſime apud prophetā in pſalmis, Foderunt manus meas &
pſ.68. pedes meos: & dinumerauerūt omnia oſſa mea. Partiti ſunt ueſtimēta mea ſibi: & in ueſtem meam miſerūt ſortem, Et dederūt in eſcam meam fel: & in ſiti mea
Eſaie.53. potauerunt me aceto. Et apud Eſaiam, Tanq̄ ouis ad occiſionē ducetur: & ſicut agnus coram tondēte ſe obmuteſcet / & non aperiet os ſuum, Ipſe autē traditus eſt propter iniquitates noſtras: attritus eſt propter ſcelera noſtra & liuore eius ſanati ſumus. Deus enim poſuit in eo iniquitatem omniu noſtrum. Demū apud Danielem. Et poſt hebdomadas ſexaginta duas occidetur Chriſtus. Itaq; admo
Danie.9, net ipſos ad cōſumatam de Chriſto querendā cognitionem, dices. Adhuc modicum lumē in uobis eſt: per hoc q, intelligitis quia Chriſtus manet ineternū, ergo ambulate / accedite / totum inteligite / & moriturum Chriſtū & uicturū ineter-
Ioan.8. num: dum lucem habetis / id eſt me qui ſum lux mūdi: & lux uera que illuminat
Ioan.1. omnem hominē uenientē in hunc mundū: ut non uos tenebre erroris & ignorātie comprehedant. quod plane fieret / ſi eo modo crederetis Chriſti eternitatem ut negaretis in eo mortis humilitatē. Qui enim ambulat in tenebris & caligine erroru aſtruens eternitatem Chriſti ſine eiuſdē morte / aut mortē eius ſecundū hominē ſine eiuſdem eternitate, neſcit quo uadat, putans enim ad ueritatē tendere, in errorum anfractus precipitiaq; delabitur. Itaq; dum lucem habetis: credite in lucē / ut filii lucis ſitis. Id eſt dum aliquid ueri habetis: credite in ueritatē / ut renaſcamini ueritati / & efficiamini filii mei: cognatione & propagatione ſpiri
Ioan.1, tuali, de qua ſuperius dictū eſt. Dedit eis poteſtate filios dei fieri iis qui credunt in nomine eius: qui non ex ſanguinibus neq; ex uoluntate carnis / neq; ex uoluntate uiri / ſed ex deo nati ſūt. Cum autē dominus cognoſceret ipſos his uerbis nō ad credendū induci / ſed ad perſequendū exacerbari: abiit & abſcōdit ſe ab eis. nō quidē ab eis qui credere & diligere ceperūt: ſed ab eis qui uidebāt & inuidebāt Cū aūt ſe abſcondit: noſtre infirmitati cōſuluit / nō ſue poteſtati derogauit. Sed cū nec lapides iacecent / nec blaſphemarēt: cuius gratia occultatus eſt? Nouerat dns furorē in eis feuientē: & non expectauit ut in opus exirent / ſed occultauit ſe emitigans inuidiam eorum. Nouerat inquam dns feruentem ira animū ludeorum / & occiſionem meditantem / & ideo occultatus eſt, Cap. XX.

» CVm autē tanta ſigna feciſſet corā eis: nō credebāt in eum / ut ſermo
» Eſaie impleretur quē dixit, Dne quis credidit auditui noſtro: & bra
» chium dni cui reuelatū eſt? ¶ Merito reprehenditur populus Iſrae
Eſaie.53, liticus duce Moyſe in deſerto quadragīta annos cōmoratus: q, tantis magnalib? & ſignis dei in Egypto in mari rubro / & deſerto oſtēſis non crediderit: ſed rebellis contra dominū & obmurmurans ſemper fuerit, Proinde propheta in pſalmo cōmonet illius populi filios / ne dure ſint ceruicis &
pſ.94, obdurati cordis in deum: dicēs, Hodie ſi uocem eius audieritis: nolite obdurare corda ueſtra / ſicut in exacerbatione ſecundū diē tentationis in deſerto: ubi ten-

tauerunt me patres ueſtri/probauerunt & uiderũt opera mea. Huius autẽ incredulitatis & duritiei imitatores tanq̃ hereditario quodã morbo labefactati uidentur Iudei: corã q̃bus dñs tanta oſtendit ſigna/ſue diuinitatis approbatiua/tanta opera que loquerentur eum a patre miſſum/tãta denicq; miracula que exclamarent eum eſſe Chriſtũ: non tamen credebant in eum. Neq; in hac ſolum credenditarditate/ſed & permultis aliis eſt cõperire/populũ Iudeorum ſic ad dominũ noſtrũ male affectum eſſe: ſicut fuerat populus Iſraeliticus ad Moyſem. Nempe Moyſes authore deo magnalia fecit in Egypto/mirabilia in mari rubro/& admiranda ſigna in deſerto: que tamen populus paruipendit/neq; illis ad deum rite colendũ (ut debuit) inductus fuit. haud aliter Chriſtus multa corã Iudeis fecit miracula: demonia eiecit/cecos illuminauit/mortuos reſuſcitauit. Sed ſcribe & phariſei talia ſigna pro uiribus calumniabantur: & demonice poteſtati (que ſua erat maliuolentia) aſcribebant, Rurſum Moyſes legem dei in mõte Sina acceptã populo promulgauit: & quomodo foret obſeruãda/latius explicuit, Iudicia dei decreto/& cerimonias ſacrificiorũ ſtudioſius edocuit, Verum populus auditam & exhibitam legem ſepenumero preuaricatus: cõtra legiſlatore obmurmurationibus/ſeditionibus & aſſiduis querimonijs inſurrexit rebellis & dure ceruicis, Sed nonne Chriſtus legifer noſter ſedens in mõte legem euangelicã ſacro ac diuino ore deprõpſit/illam aſſidua in tẽplo & ſynagogis doctrine ſue profuſiõe abũde explanauit? Ceterũ non ceſſarũt ſcribe & phariſei ſacram eius doctrinã ſubſannare/irridere palã/carpere in propatulo: ut falſam/ut inſani hominis aut arrogantis de ſe teſtimoniũ perhibentis. Inſuper Moyſes tam pio erat affectu charitatis in populũ; q, iniurijs ab eo non ſemel affectus interpellauit deum obnixe & ſuppliciter pro obtinenda uenia peccati in adoratione uituli conflatilis comiſſi, Sepius item iram dei uolentis penitus delere populum ob rebellionẽ & crebram murmurationẽ mitigauit & affuſus diuine maieſtatis pedibus rogauit pro ſalute populi; & cõpletione promiſſionis facte de introductiõe eius in terram illi deſtinatam. Ediuerſo pupulus pro huiuſmodi manſuetudine eum nunc uerbis cõtumelioſis inſectatus eſt atq; exacerbauit: nũc uero lapidibus obruere tentauit/ſemper ex improbitate ſua malũ pro bono retribuẽs. ut ſacra teſtatur Exodi & libri Numeri hiſtoria, Haud diſſimiliter ſua eximia benignitate Chriſtꝰ ſe mediatorem conſtituit inter deũ & homines, pro crucifigentibus ſe ut ipſis ignoſceretur: patrẽ orauit. Non ceſſauit item cum uerbis tum opere quoſuis a uia peccatorum reuocare: & in rectã ſalutis eterne ſemitam traducere, Verũ etiam ab emulis & maliuolo in ipſum animo affectis Iudeis/ſcribis & Phariſeis: improperia cõuicia/& cõtumelias in cõpenſationẽ accepit. homo uorax ab eis & potator uini/peccatorũ & publicanorũ amicus appellatus eſt. Neq; uerbo ſolum ſed & opere leſionẽ illi & iniuriã intentare crebrius moliti ſunt: cum & e ſummo culmine mõtis eum precipitare/& lapides in ipſum ut blaſphemum iacere frequetius conati ſint, Ex quibus omnibus liquido conſtat/ſi populi Iſraeliticiad Moyſem cõditionem & affectum penſiculatius attendas illum haud abſimilẽ eſſe a moribus atq; affectiõe populi Iudaici ad Chriſtũ, ut que in Moyſem facta ſunt ab eo populo/quẽ eduxit de Egypto & traduxit per deſertũ/ſint tanq̃ typus quidã & figura eorum/que poſtmodũ in Chriſtum facta ſunt a populo Iudeoꝝ: quem uiſitauit

Exodi.7. Exo.14. Exo.17. Math,11. Math.12. Exo.20. Exo.23. Leui.2. Exo.34. Nũe,14. Math,5. Luce.21. Luce.16. Ioan,8. Ioan.10. Exo,32. Exodi.33 Nume.1. Nũe,14. Nũe,16. Nũe,14. Luce.23. Luce.15. Math,11. Luce,4. Ioan.8. &,10.

Luce.1, oriens ex alto.Neq; id quidē abſurdum, nam omniū confeſſione: Moyſes typū expreſſit & imaginē domini noſtri in liberatiōe populi ex Egypto/ ducatu illius in deſerto/& legiſlatiōe.Ita plane & hebraicus ille popul⁹ rebellis & incredulus/ cui moderando Moyſes prefectus eſt:imago quedam erat atq; repreſentatio po puli Iudaici,uerbis Chriſti que preſens hauſit/& operibus eius coram cōſpectis/ increduli ſemper & contranitentis.Vt de ipſo merito conqueratur dominus per Eſaie.65. Eſaiam prophetā dicentem in perſona Chriſti.Expandi manus meas tota die ad Roma.10 populū incredulum: qui graditur in uia non bona poſt cogitationes ſuas,popu= lus qui ad iracundiā prouocat me / ante faciem meā ſemper.Itaq; tantam incre= dulitatem & animi duritiam hoc loco cum admiratione quadā uidetur inſinua= re euangeliſta:obſtupens magnitudinem & grauitatē infidelitatis eorum/quea Chriſto tot tantiſq; ſignis factis/de corde eorū dimota neutiq; fuerit. Hancautē tantam eorum incredulitatē a propheta prenunciatā commemorat euāgeliſta. qui ſpiritu ſancto reuelante preuidens eorū qui crediturі erant paucitatē/dixit, Eſaie,53. Domine quis credidit auditui noſtro:& brachiū domini cui reuelatū eſt? Partі= culam quis/propheta nō pro omnimoda negatione:ſed pro raritate poſuit:quia quod ſācti prophete a deo audierūt &populo denūciauerūt: pauciſſimi credide rūt.Et plane apud ſcripturā:frequēs eſt huius dictionis in ea ratione &acceptiōe uſus,ut in pſalmo,Delicta quis intelligit,& in eccleſiaſtico.Beatus diues qui inuē pſ.18, tus eſt ſine macula/& qui poſt aurum nō abiit:nec ſperauit in pecunia & theſau Ecci,31, ris.quis eſt hic? & laudabimus eum,Satis autem conſtat:brachiū domini/ipſum dei filiū nuncupatū:qui uirtus eſt ipſius patris, Quomodo & in cāticо ſacroſan Luce.1. cte uirginis dicitur,Fecit potentiā in brachio ſuo, & crebro apud prophetas hoc pacto ſumitur, Nō quidem:q, deus pater figura detineatur carnis humane,ſed Ioan.1, quia omnia per ipſum filium facta ſunt:ideo brachiū domini dictū eſt,quando= quidem homines potiſſimā operandi uim/brachiis exercent, Si enim homo tāta poteſtate preualet:ut ſine ullo motu corporis ſui / quod diceret fieret:brachium eius/uerbū ipſius eſſet.Non autem patet occaſio erroris iis qui dicunt:quia ſolus pater/ ſi brachiū eius eſt filius / non enim due ſed una perſona eſt homo & bra= chium eius,nō intelligētes:quō uerba de rebus aliis ad res alias propter aliquā ſi= militudinē tranſferantur.Quidam autē inter ſe muſitant:que culpa fuit Iudeo rum q, nō crediderint/ſi neceſſe erat ut ſermo Eſaie impleretur? Quibus reſpō demus:deum preſciū futuroꝝ:/ per prophetā predixiſſe infidelitate Iudeorum: nō feciſſe,Non enim propterea quemq; deus ad peccandū cogit:quia futura ho= minū peccata iam nouit.ipſorū enī preſciuit peccata:nō ſua.Fecerūt ergo pecca tum Iudei:quod facturos eſſe predixit/quē nichil latet, Nō igitur uocabulū ut/ in littera cauſale eſt:ſed euentus indicatiuū, Nō enim quia dixit Eſaias:non cre= diderunt.ſed quia non erant crediturі:propterea Eſaias dixit. Cap.XXI,

Eſa.6,» DRopterea non poterant credere:quia iterum dixit Eſaias, Exceca= » uit oculos eorū/& indurauit cor eorum: ut non uideāt oculis & nō » intelligāt corde/& cōuertantur & ſanē eos.Hec dixit Eſaias quādo » uidit gloriā eius:& locutus eſt de eo, ¶ Quod hic dicit euangeliſta: non immerito ſcrupulum & ambiguitatem inicere cuiq; poſſet. Si enim credere non poterant Iudei:quod peccatū eſt hominis/non facientis quod

nō poteſt facere? Et quod eſt grauius: ad deū cauſa refertur. quandoquidē ipſe excecauit oculos eorū: & indurauit eorum cor. Non enim hoc in preſenti loco de diabolo dicitur: ſed de deo, Sed quare non poterāt credere? adhibēda eſt reſpon ſio / quia nolebant. Sicut enim q, deus negare ſeipſum non poteſt / laus eſt uolun tatis diuine: ita q, illi non poterant credere / culpa eſt uolūtatis humane, Hoc aūt loquendi genus & in cōmuni uſu obſeruatur: ut cū quis dicat non poſſum ama re illū / aut obliuiſci illate iniurie / aut uentā dare offenſionis in me facte, In qbus oībus non omnino deſignatur impoſſibilitas: ſed difficilis ad id animi inflexio / propter uehementē ad oppoſitū propenſionem atq; procliuitatem. Quemad modū qui odio alterum inſectatur / difficile admodū inflectere animū poteſt ad illius amorem / propter odii uehementiā: hinc dicit ſe illum amare nō poſſe. Con ſimili modo dicit Hieremias. Si mutare poteſt ethiops pellē ſuam / aut pardus ua Hiere, 13. rietates ſuas: & uos poteritis benefacere cum didiceritis malum, Ita excecatio & obduratio animi eorū / reddidit eos ad credendū difficilime diſpoſitos: hinc dī cti ſunt hic non poſſe credere, ¶ Verum is ſermo nobis tantumdem ſignificare debet: atq; ſi diceret ipſos noluiſſe credere. ut nomen poteſtatis ibi ponatur pro uolūtate, quod in crebro eſt ſcripture uſu. quēadmodum cum ait dīs in euange lio, Qui poteſt capere capiat, id ſignificans eo ſermone / q, qui uult amplecti id uite inſtitutū quo fiat eunuchus caſtrās ſe propter regnū dei amplectatur ipſū, Math. 19. non enim precepto conſtringit quempiam deus ad capeſſendū illud uiuēdi ge nus: ſed ſolum conſulit / & ſalutari admonet cōſilio ipſum eſſe arduū & ſublime Idcirco in cuiuſq; relinquit arbitrio: ut ſi uelit illud aggredi / aggrediatur. Alio etiam in loco dicit Chriſtus in euangelio. Nō poteſt mūdus uos odio habere: me Ioan. 7. autem odio habet. Quo uerbo ſignificat mundum / hominesq; mūdanos nolle illos odio proſequi: qui ſecularia ſectantur deſideria / & honores mūdi aucupari ſtudent / gloriamq; populārē captare, Ita de aliquo iam diutius aſſueto uicius di cere ſolemus: q, non poteſt ad bonū conuerti / & conſuetudine diuturna contra ctam malitiam relinquere. non id innuere uolētes q, impoſſibile ſit illi bene ope rari: ſed quia non uult / ideo non poteſt. & ibidē ſumentes poteſtatē pro uolūta te. quemadmodū & hoc in loco cū dicit euangeliſta de Iudeis. propterea nō po Ioan. 12. terant credere: id ita accipere debemus atq; ſi diceret propterea nolebant crede re. Impoſſibile ſiquidē erat Eſaiam prophetam qui predixerat futuram Iudeoꝝ incredulitatē / mentiri: non tamen propterea impoſſibile erat ut ipſi crederent, Licebat enim / etiam illis credentibus: uerū eſſe prophetā. non enim predixiſſet propheta eorū incredulitatē: ſi fuiſſent crediturī, Sed percōtabere forſan: quid ergo non ita dixit hic euāgeliſta / q, quoniā non erāt crediturī Iudei: propheta id prenunciauerit. ſed potius conuerſam innuere uidetur ſententiam / q, quoniam predixerat propheta non crediturōs Iudeos: ipſi non erant crediturī. In prōptu eſt reſponſio, quoniā proprietates quaſdā / loquendiq; certas formas habet ſcri ptura: cuius legibus preſcriptiſq; regulis eſt concedendū. Et recipienda quidem eſt ſcripture locutio: ſed recta eiuſdem intelligentia eſt exquirenda. Ceterū ex cecat deus & obdurat / non efficiendo illa in cordibus hominum: ſed deſerendo & nō adiuuando. Quia enim priores eum deſerimus: ipſe culpis noſtris id exi gētibus etiam nos deſerit: ſecundū illud Oſee, Et oblita es legis dei tui. obliuiſcar Oſee. 4.

filiorũ tuorũ &ego Ex eo uero q, nos deſerit / gratie ſue ſplendorẽ ſubtrahendo & affectus feruorẽ: relinquitur in nobis excecatio & obduratio cuius noſipſi ſoli authores ſumus p̃cipui. Perinde ãtq; ſiquis ſp̃te ſe auertat a ſole & dẽſas incurrat tenebras: hec deficientia luminis in oculis eius / nõ ſol s abſentie ſed ſolũ eius culpe eſt aſcribẽda. Que uero deo permittẽte fiunt: ſẽpenumero a ſcriptura exprimuntur perinde atq; ea efficeret. ut in Exodo. Ego indurabo cor Pharaonis. & Paulus ad Romanos. Propterea tradidit eos deus in paſſ ões ignominie & pleriſq; aliis in locis idem obſeruatum occurret. Itaq; excecauit eos deus & obdurauit: quia oculos intimos animi malicia excecari paſſus eſt / & cor eorũ ex peccãdi conſuetudine obdurari. hinc autẽ effectũ eſt: ut oculis interioribus non uiderit / neq; corde intellexerit myſteria dei. & proinde neq; cõuerſi ſunt ad dñm: neq; a morbo ſui peccati curati. Porro ut ꝓphete teſtimoniũ modo adductũ ſit approbatius & indubitatius: conſequenter euangeliſta ſubiungit / quando huiuſmodi uerba a propheta dicta ſunt. eoq; tẽpore in prolata cõmemorat. quãdo uidit gloriam eius ſcilicet filii dei / & locut⁹ eſt de eo, utpote cũ teſtatur ſe uidiſſe dñm ſedentẽ ſuper ſoliũ: & plenã omnẽ domũ fuiſſe maieſtate dei / & cherubin ſtantia,

Exodi. 7. Roma. 1. Eſaie. 6.

Vidit aũt Eſaias deũ / nõ ſicuti eſt: ſed modo quodã ſignificatiuo: ſicut prophete uiſio fuerat efformãda. Nemo ergo uos fallat eorũ qui dicunt inuiſibilẽ patrẽ / & uiſibilẽ filiũ: qui putant hũc eſſe creaturã. In forma enĩ dei / in qua eſt equalis patri: etiã filius inuiſibilis eſt. Vt aũt ab hoibus uideret: formã ſerui accepit. Oſtedit ſe etiã anteq̃ ſuſciperet carnẽ / oculis hoĩm: ſicut uoluit in ſubiecta creatura / non

Ioan. 1.

ſicuti eſt. Nã quẽadmodũ ſuperius dictũ eſt: deũ nemo uidit unq̃.

Cap. XXII.

» Verumtamẽ & ex principibus multi crediderũt in eum: ſed propter
» Phariſeos non cõfitebantur / ut de ſynagoga nõ eicerẽtur. Dilexe-
» runt enĩ gloriã hominũ magis q̃ gloriã dei. ¶ Dixerãt prius Phari-

Ioan. 7.

ſei, Nũquid ex principibus aliquis credidit in eũ? uolẽtes inſinuare: nullum principũ Chriſto per fidẽ adheſiſſe. Id nũc euangeliſta falſum eſſe cõprobat: & multos ex principibus in Chriſtũ credidiſſe ſcribit, Verum infirma & inualida fuit eorum fides: nam corde tantum ſeruabatur / & non ore

Ro. 10.

propalabatur, neq; opere complebatur. cũ tamen dicat deiloquus Paulus. corde creditur ad iuſticiã: ore autem confeſſio fit ad ſalutẽ. potiſſimum ubi cofeſſionis oportunitas & neceſſitas occurrit. Iſti autem principes timentes offendere Phariſeos ſi palam Chriſtum confiterentur / & cum ignominia de ſynagoga eici: hominibus magis q̃ deo placere ſtuduerunt. & hãc ob rem in uia domini minus

pſ. 51.

recte inceſſerunt: cũ dicat pſalmus. dñs diſſipat oſſa eorum qui hominibus placent. Et Paulus. Si adhuc hominibus placerem: Chriſti ſeruus non eſſem. Et de

Gala. 1. Luce. 9.

talibus loquitur dominus in euãgelio. Qui erubuerit me coram hominibus: eru beſcam & ego eum corã patre meo. Cauſam deniq; ſubnectit euãgeliſta / quare palam Chriſtũ non ſint auſi confiteri: quia dilexerunt (inquit) magis gloriã hominum q̃ gloriã dei, Gloria quidẽ dei eſt: publice cõfiteri Chriſtum, hominũ uero gloria eſt in mũdanis gloriari. Gloriã ergo hominũ diligebant: quia de cõſortio ſynagoge potius q̃ Chriſti uideri uolebant, potius offendere Phariſeos: q̃ deũ / ne notam apud homines incurrerent / timebant. cum contra de ueris Chriſti di

Luce. 6.

ſcipulis dictu ſit. beati eſtis cum uos oderint homines / & cum ſeparauerint uos

& exprobrauerint: & eiecerint nomen ueſtrum tanq̃ malum propter filium hominis, Gaudete in illa die & exultate. ecce enim merces ueſtra multa eſt in celo. Rurſum de apoſtolis dictũ legimus. Ibãt apoſtoli gaudẽtes a conſpectu concilii: quouiã digni habiti ſũt pro nomine Ieſu contumeliã pati. Atqui conſpiraverant Iudei/q, ſiquis Ieſum confiteretur eſſe Chriſtum: extra ſynagogam fieret, Itaq; ne illa perſtringerẽtur ignominia: ſupprimunt Chriſti confeſſionem & tacent, minus reuera conſtantes q̃ fuerit cecus ille illũminatus a dño: qui intrepide Chriſti nomen confeſſus eſt in propatulo/& coram frequenti corona uirorũ. Eiectuſq; de ſynagoga a Chriſto benigniter ſuſceptus eſt. Actuũ,5. Ioan,9, Ioan,9

Cap.XXIII.

» IEſus autẽ clamauit: & dixit. Qui credit in me: nõ credit in me/ſed in eũ
» qui miſit me, Et qui uidet me: uidet eũ qui miſit me. Ego lux in mũdum
» uenι: ut omnis qui credit in me/in tenebris nõ maneat, ¶ Quia amor humane glorie principes credẽtes/confiteri Chriſtũ prohibebat. neq; id mirum: nam ille etiam multos ne crederẽt detinebat. quẽadmodũ ſuperius dixerat dñs. Quomodo poteſtis credere: qui gloriã abinuicẽ accipitis/& gloriã que a ſolo deo eſt non queritis? idcirco cõtra hoc clamat dñs fructum fidei ex maieſtate eius in quẽ creditur extollens, Clamor autẽ ille/nõ tam uocis elationẽ: q̃ myſteriorũ dicendorũ magnitudinẽ/& affectum animi ad ſalutem humanam deſignat. Cum enim magis inſonet auribus dei ardor affectus q̃ uocis magnitudo: ſepius in ſcriptura/affectus uehementia nomine clamoris denotatur. ut in pſalmo, De profundis clamaui ad te dñe: dñe exaudi uocẽ meam, Et alio loco, Dñe exaudi orationem meã: & clamor meus ad te ueniat, Porro quia Chriſtus homo apparebat hoibus cum lateret deus/ne putarẽt eum hoc eſſe tantũ quod uidebãt: talem ac tantũ ſe uolẽs credi qualis & quantus eſt pater/qui credit in me (inquit) non credit in me: id eſt in hoc quod corporeis oculis uidet corã. ſed in eum qui me miſit: id eſt in patrẽ/qui eiuſdẽ mecum eſt ſubſtãtie/& cuius ſum unigenitus ſecundũ naturam filius. Nõ itaq; paruũ exiſtimetur aut exiguũ: in me credere/etiã propter humanã contemnendã gloriã, nam idipſum eſt itidẽ in deũ patrem credere: & illi per uerã fidẽ adherere. Si itaq; null⁹ quacũq; ex cauſa recuſare debet in deũ credere: neq; itidẽ credere in meipſum refutare debet/quãdoquidẽ in unũ ſine altero fides haberi neq̃aq̃ poſſit. Vt autẽ amplius oſtẽdat omnimodã identitatẽ & equalitatẽ ſui ad patrẽ: ſubiungit, Qui uidet me uidet & eum qui miſit me. quaſi dicat. uſq; adeo nihil diſtat inter ipſum & me: ut qui me uidet/protin⁹ uideat & eũ qui miſit me/propter ſimilitudinẽ in natura naturalibuſq; proprietatibus utriuſq;. Ita dictur⁹ eſt poſtea ad Philippũ. Qui uidet me: uidet & patrẽ meum, Non autẽ hic uiſio dicitur: obiecti & corã exiſtentis corporis conſpectio. non eni corpus: ſed ſpiritus eſt deus. ſed conſideratio uerique eſt per intellectũ/& fides in deum: hic uiſio dicitur, Deniq; ad fidem inuitat ex copioſo fructu & utilitate enaſcente in iis qui rectã fuerint amplexi fidem: ſignificatq; aliud quidã & maius de ſe credendũ/q̃ de ceteris hominibus/dicẽs. Ego lux in mundũ ueni, Lucem autem ſe hic uocauit/ſicut & ſuperioribus locis: quia ab errore eripit/& intellectuales tenebras ſoluit. Et reuera ipſe lux eſt primaria/omnes illuminans: & ab alio illuminationẽ non participãs. Ceteri autẽ diuine lucis participes/interdum quide lux dicuntur: ſed illuminantur ab eo primum/deinde ſuſcepta illu-

Ioan,5, Pſ,129, Pſ,101, Ioan,14, Ioan,1,

minationis ſuperne dona in alios diſtribuũt, Venit autẽ lux iſta uera in mundũ: ut oĩs qui credit in eam / in tenebris non maneat. ſed ſi prius in caligine errorũ & tenebris uiciorũ oberrabat: eripiatur ex horrẽda illa nocte / & tranſferatur in lumen. Si igitur natura homines horreſcũt tenebras corporales / & illis offuſi / trepidatione agitãtur & horrore: magniq; beneficii loco ducũt illis eximi tenebris / & infuſa luce illuſtrari, quis nõ merito amplius exhorruerit ſpirituales tenebras: erroris & uitiorum horrore plenas? quis nõ laborauerit illis depulſis & illata animo luce: ad uerã dei cognitionẽ perduci? ad lucem illam eternam in qua tenebre nõ
1. Ioan. 1, ſunt ulle (ut dicit Ioannes) fidei merito tranſferri, Cap. XXIIII.

» ET ſiquis audierit uerba mea & non cuſtodierit: ego non iudico eum
» Non enim ueni ut iudicẽ mundũ: ſed ut ſaluificem mundum. Qui
» ſpernit me & non accipit uerba mea: habet qui iudicet eum, Sermo
» quẽ locutus ſum: ille iudicabit eum in nouiſſimo die, ¶ Solet bonus legiſlator & premia proponere iis qui obſeruabũt legem / & penas decernere preuaricatoribus / ut his abſterreantur a maleficio / illis uero incitenti ad bonum. Haud ſecus legiſlator noſter Chriſtus: pauloante fructũ quem conſequentur credentes in eum / expreſſit, Hoc uero loco damnationẽ & penam quam incurrent increduli: cõminatoriis uerbis explanat / dicens, Si quis audierit uerba mea / auribus ſcilicet corporis dumtaxat inſonantia / & non cuſtodierit ea executione operis: ego non iudico eum / hoc ſcilicet primo meo aduentu / qui nõ eſt ad iudicandum ſed ſaluandum mundum, quemadmodũ ſuperius dixit ad
Ioan. 3 Nicodemũ, Non miſit deus filium ſuum ut iudicet mundũ: ſed ut ſaluetur mundus per ipſum, Et alio loco, Nõ uenit filius hominis animas perdere: ſed ſaluare,
Luce, 9, Nẽpe nunc tempus eſt miſericordie: non iudicii, Ne autem quiſpiam exiſtimet / propterea increduli terribile dei iudicũ ẽuaſuros: ſubiũgit, Qui ſpernit me & non accipit uerba mea: habet qui iudicet eum, In rebus humanis qui non accipit mandata regis ſed abiicit: ea contemptione & regem quoq; ſpernit, Filius itidẽ qui non accipit uerba patris ſed parũpendens irridet: is & patrem aſpernatur, Nimirũ igitur qui nõ accipit uerba Chriſti ſed reiicit: reuera Chriſtum ſpernit / & horrendo reſeruatur iudicio, Nempe ſermo quem locutus eſt Chriſtus: iudicabit eum in nouiſſimo die, Quibus quidem uerbis ſatis manifeſtauit: ſeipſum
Ioan. 5, in nouiſſimo die incredulos & ſui contemptores iudicaturum, ſicut prius dictũ
Actuũ. 10 eſt. q. pater omne iudicium dedit filio / & conſtitutus eſt a deo iudex uiuorũ & mortuorum, dedit enim pater ei poteſtatem iudicium facere: quia filius hominis eſt, Seipſum quippe Chriſtus locutus eſt / ſeipſum mundo annunciauit: ut uerbum quod ſe & alia explicat / ut lux que ſeipſam inprimis & alia manifeſtat, Teſtatus eſt enim ſe filium dei patris eſſe: ſe a deo proceſſiſſe / & in mundum ueniſſe. Qz
Ioan, 8, ſi quis ſermonem Chriſti intelligere uelit / uerba que Chriſtus ad populum predicans protulit: neq; hic ſenſus a propoſito erit alienus. Quemadmodum enim lex ciuilis dicitur iudicare latronem: quia oſtendit eum iudicio & capitali ſupplicio dignum. ita quoq; opera Chriſti & precepta ſuis ipſius uerbis explicata iudicabunt infideles: quia aperte prodent eos eterna cõdenatione dignos eſſe, Cum enim preceperit Chriſtus nemini inferendã calumniam / non eſſe iraſcendũ fratri / non temere iudicandum proximum / non deniq; alteri faciendum quod nõ

uellemus nobis fieri: qui aliquid iſtorũ admiſerit / oſtendetur ex his domini uerbis reus gehẽne ignis. Quod ſi horrendũ eſt incidere in manꝰ dei uiuẽtis ſi durũ Hebre.10
tali iudicio ſubiacere: cũ tẽpeſtiua adeſt hora / accipiamus libenter uerba Chriſti & opere cõpleamus, non ſpernamꝰ eũ q uenturus eſt nos iudicare: ſed prõpti & alacres ãplectamur eius mãdata / eaq; ſeruantes ipſum colamus & honoremus,

¶ Commentariorum Cyrillo In Ioannem adiectorum libri octaui finis.

¶ Commentariorum Cyrilli in Ioannem liber nonus. Cap. I.

» OVia ego ex meipſo non ſum locutus: ſed qui miſit me pater / ipſe
» mihi mandatũ dedit qd dicã & qd loquar. & ſcio quia mandatũ
» eius uita eterna eſt. Que ergo ego loquor: ſicut dixit mihi pater /
» ſic loquor. ¶ Reducit in memoriã Hebreos eorũ que a Moſe de ipſo ſcripta ſunt: cõmodiſſimeq; carpit impietatem eorum / ſubaperiens quia legem etiam ipſam quam diuinitus Moſi datã credebant ſummopere contẽnebant. Quid porro de Chriſto Moſes ſcripſit: neminem eſſe arbitror qui neſciat, perſtringam tamen: ut totus hic locus facilius intel Deute.18
ligatur. Prophetam inquit ſuſcitabit uobis deus ex medio fratrũ ueſtrorũ ſicut me / id eſt qui legem faciet / qui mediator inter deum & homines erit: & ponam uerba mea in ore eius / & loquetur ad eos que precepero illi. Quicũq; autem uerba eius que loquetur in nomine meo audire noluerit: ego ultor exiſtã, Duo ergo ſimul facit. nam & deo patri repugnare illos oſtendit / qui non audiãt uerba eius: & ſeipſum illum eſſe prophetam declarat / qui uoce dei patris / priſcis tẽporibus uenturus nunciabatur. Et quodam modo q̃is qui tardi ſint / niſi doctrinam eius audiant: ineuitabili cruciatui ſubiectos fore ſubaperit. Quomodo enim qui dei precepta negligunt / qui mandata eius uiuifica repellunt: ſummis non uexabuntur ſupplicijs? Aut quomodo uite participes erũt: qui mãdata uite ſpernũt? iure igitur propheta de ipſis dicebat, Terra terra audi audi uerbũ domini, Ecce ego Hiere.11
mittam mala in populum hunc: quia legi mee non attenderunt / & uerbum meũ reppulerũt. Duobus ſane criminibus Iudeos aſtringi maxime cõperimus, Nam neq; legem quam denfendere ſimulabant / qua uenturus eſſe Chriſtus predicabatur / audierunt: nec ſaluatoris uerbis qui ſe illum eſſe prophetam qui expectabatur aperte dicebat / attendere uoluerunt, Nemo autẽ putet: quia nihil a ſe ſed que pater precepit loquitur / idcirco aut ſecundũ ſubſtãtie aut ſecũdũ dignitatis alicuius rationẽ / minorem patre uideri. ſed illud reuoluat animo / & nobis rogãtibus reſpõdeat: utrũ prophete nomẽ & rem ipſam deo ſecundũ naturã cõuenire putet? nõ dubito quin abſurdũ oĩbus uideatur / prophetã appellari deũ: qui per prophetas loquitur: qui uiſiones multiplicauit ut ſcribitur, uerũ qm̃ ſer- Oſee.12
uitutis nomẽ & habitũ ſimilitudĩe noſtra uere aſſumpſit / & hoc modo uocatus propheta eſt: cõgruẽter etiã que prophete cõueniũt a ſcriptura ſibi attribuũtur, ita & audiſſe a patre & mandata cepiſſe quid dicat / & quid loquatur: uere ſcribitur. Ad hec nimũ rudiore legis ſenſus preoccupati Iudei / a deo ipſam datã credentes: ſaluatoris uerba ad ſpiritalẽ cultũ omnia traducentis nullo modo ſuſceptiſſent, Nõ eni ſciebant natura illũ eſſe deũ: nec in mentẽ ſibi ueniebat / unigenitũ patris uerbũ carnẽ noſtrã propter nos aſſumpſiſſe. Nã ſi id credidiſſẽt: nullo modo doctrinã eius repudiaſſent, ſed quia hominẽ miſeri nudũ eſſe credebant:

idcirco nō patiebātur legē ut ipſi putabāt ab eo diſſolui. unde impudēter clama-
Ioan,10. re ſolebāt:nō petimus te lapidibus de bono opere/ ſed de blaſphemia. quia cū ſis homo/deū teipſum facis. optima ergo diſpenſatiōe dñs noſter Ieſus Chriſtus ab hac eos falſa opiniōe remouens/&ad ſuſcipiēda uerba ſua impellēs;a nudo homine ad deū patrē orationē traducit/omni ratione ac uia corda mollīēs Iudeorū/ac uariis modis mētes eorū pertractās, Hec q̄uis ſufficere ad repellēdas hereticorum falſas arbitror rationes/qui minorem patre filiū putant/quia nihil a ſe ſed que audiuit mādata loquatur: addā tamen nonnihil quo illorū contumelia penitus denudetur. Age igitur nullam facientes de myſterio incarnationis rationē/re cte de ipſo filio dei poſſe illud dici oſtēdamus: quia ego a meipſo non loquor ſed qui me miſit pater;ipſe mihi mandatū dedit quid dicā/&quid loquar, Nam cū ipſe ſit uiuū atq; ſubſiſtens dei patris uerbum: neceſſario que ſunt a patre interpretatur,uoluntatēq; patris in lucē protrahēs;quaſi mandatū inde accepiſſe ait, Quod exemplo a nobis ſumpto planius fiet, Hic eni ſermo quem proferimus/qui uerbis compoſitus uoce ad exteriora prolabitur: mentis noſtre cogitationes quaſi quedā eius mādata in lucē effert. nec id longo tēpore facit,ſimul eni mens cōcepit &que concepit uoci tradidit. uox autē ad exteriora profuſa;que in profunditate mētis ſunt interpretat̄/nihil de mādatis ſibi cōmutans, Quid igitur mirū o uos aut quid impoſſibile uidetis/diceret aliquis: ſi cum uerbū patris filius ſit/nō ſicuti noſtrū(omnia eni excedit deus)patris conſiliū interpretatur? Nōne
Eſaie,9, idcirco prophetica etiā authoritate magni cōſilii angelus appellatur? Nulla igit̄ uel ſecundū ſubſtantiam uel ſecundū dignitatē imminutio eſſe filio intelligit̄; quia a patre mandatū accipere ſcribitur/preſertim cum nos quoq; ipſi mandata ceteris demus/imperemuſq; ut faciant. Neq; hac de cauſa illos a naturali ſimilitudine noſtra depellimus/ſed idem ſunt ſecundū naturā/nobiſq; conſubſtantiales, tam anteq̄ eis mandauerimus/quā poſtea q̄ imperia noſtra ſubierint,Sed dicet fortaſſis quiſpiā;cōſubſtantiales quidē eſſe/dignitate autē minores,qualenis miniſtrāt imperiis. Sed ſi non eſſet de unigenito ſcriptū/o tu quicunq; es qui iſta dicis: quia cum in forma dei eſſet/non rapinā arbitratus eſt ſe eſſe equalem
Ad phi,2 deo/ſed ſeipſū exinaniuit formam ſerui accipiens/&habitu inuentus ut homo humiliauit ſeipſū: nōnihil fortaſſis hec tua ratio afferre uideretur, uerū quoniā ſubiectionis atq; humiliationis modus apertiſſime patet: cur ita inſurgis in eum qui ptopter nos humiliatus eſt? undiq; igitur in rectitudinē dogmatis uerba hec reducētes;per diſpenſationem a Chriſto dicta fuiſſe aſſerimus, Cap.II,

» ANte diem autē feſtū paſche ſciens Ieſus quia uenit eius hora ut trā-
» ſeat ex hoc mūdo ad patrē: cū dilexiſſet ſuos q ſunt in hoc mūdo/
» in finē dilexit eos. ¶Subobſcurū eſt qđ dicitur,nec ſimplicem ſenſum continet. cuius enim rei gratia ſignāter modo dicere uidetur ante diem feſtum paſche ſciens quia uenit hora ut tranſeat ex hoc mundo ad patrem? qđ autē eſt/cū dilexiſſet ſuos:qui erant in mundo;in finem dilexit eos? illud igitur ut breuiſſime primo perſtrigamus: dicere mihi uidetur/ante ſalutarē paſſionē cum ſciret Ieſus proxime iam tēpus eſſe ut ad celos trāſiret/perfectā erga ſuos qui erāt in hoc mūdo dilectionē oſtendit. uerum ut latius totā rem amplectamur;nō grauabor repetere que alias dicta ſunt. Intellectuales

rationalesq; substātie / uirtutes / dominationes cetereq; huiusmodi / proprie saluatoris sunt / creationis ratione: sed rationales etiam terrestresq; substantie / sue proprie sunt / ea rarione qua omniū dominus est / etiā si nonnulli eum non adorant. dilexit igitur suos / in hoc mundo, non enim angelos / nec naturam angelorum apprehendit: sed cum in dei patris forma esset / non rapinam arbitratus est se esse equalem deo. immo uero propter nos qui in hoc mundo sumus: exinaniuit seipsum / & charitate sua erga nos formam nostram accepit / cum sit omnium dominus. dilexit igitur suos qui sunt in hoc mūdo: & dilexit in finem, quia non ignorās quot quātaq; passurus esset: libenter propter nos cuncta suscepit. cum igitur inquit temeritate Iudeorū & crucis patibulū effugere potuisset: adeo dilexit suos / ut non recusauerit pro uita omniū mori, Q; autē perfectissima hec dilectio sit: ipsum saluatorē testē michi citabo. Hoc est ait mandatū meū ut diligatis inuicem sicut dilexi uos, Maiorē charitatē nemo habet: q̄ ut animam suā ponat quis pro amicis suis, Preterea non ignoramus: nō paruo fuisse studio euangelistis omnibus / sepius ostendere passionis tempus a dño fuisse precognitum. ne quis hereticorū insurgat dicens: infirmitate sua traditum / & Iudeorum laqueis irretitum / crucis patibulum non sponte sustinuisse, Cap, III,

Ad heb. 2
Ad phi. 2
Ioan. 15.

ET cena facta cū diabol⁹ iam misisset in cor Iude Simonis Scariothis ut traderet eum: sciens quia omnia dedit ei pater in manus / & quia a deo exiuit & ad deū uadit / surgit a cena / & ponit uestimēta sua, & cū accepisset lintheum precinxit se: deinde misit aquā in peluim. & cepit lauare pedes discipulorū: & extergere litheo quo erat precinctus. ¶ Radicitus a mētibus nostris: ut oīm ꝑturbationū turpissimā saluator arrogantiā euellit. non eni ignorat: nulla magis egritudine animū hoīs deprimi, cui etiā ipse deus resistit. oportebat autē moderato atq; humili animo predicatores ueritatis (discipulos dico suos) inueniri: ne tanto facilius ad hūc detestabilem morbum adiumento Christi non roborati laberentur / q̄to plures maioresq; ad huiusmodi scelus causas erant habituri. Solet enī illustribus uiris: crudelis arrogātie bestia insilire. Quid autē apostolis illustrius: aut qui se deo coniunctiores dicere potuissent? hic certe morbus in eos qui nihil preclarū habent in uita: nunq̄ ingreditur, Quomodo enim eum tentabit: qui nihil habet quo sibi arroget? quem uero ceteri admirātur: is solet ceteris se facile anteponere. Nā quasi morib⁹ atq; uirtute precipuus: prestare aliis putat, que cum ita se habeant / oportebat profecto ut humilitatis exemplum seipsum Christus illis preberet: quo imitatione dñi ad uoluntatem dei mentes suas conformarēt. nec funditus aliter depellere hunc morbum docendo / persuadendōq; quis posset: nisi re ac uerbis ostenderet adeo humiliter de se quosq; opinari oportere / ut serui locum libenter ex animo sibi attribuant. Ministerium ergo serui suscepit: & pedes discipulorum lintheo precinctus lauit. Considera queso q̄ seruile hoc ministerium / q̄ infimum: si quis mūdi huius honorē respiciat. Exemplū igitur Christus: non discipulis solū sed omnibus / eximie hūilitatis proponitur, Propter ea paul⁹ ad imitationē eius oēs hortatur dicēs: hoc sentite in uobis fratres: qđ & in Christo Iesu. & rursus. putate honore alios uobis prestare. charitatis, certe concordieq; fundamentū in humili animo iaci solet. uerum ut eius rei magnitudinē quantū uerbis humanis fieri possit

Iaco. 4.
Ad phi. 2
Ad ro. 2.

amplificet/ne paruū qd factum eſſe a Chriſto quiſq̄ putet:mirabili quodā modo diuinus euāgeliſta gloriam & poteſtatem eius breuiter ante oculos poſuit/ cum dicat:ſciens quia omnia dedit ei pater in manus. Quamuis inquit non ignoraue rit omniū ſe rerum habere poteſtatem/& q, a deo exiuerit/id eſt a ſuſtantia dei patris emanauerit/& ad deum uadat/ id eſt q, & rurſus in celum aſcendens patri conglorificabitur: ſic tamen ſeipſum humiliauit/ut lintheo precinctus/diſcipulorum lauerit pedes, hoc exemplum habentes chariſſimi/& huius Chriſti charitatis imagīē intuētes:moderate oro de nobis ſentiamus/ maiora ſemper preſtantioraq; bona in fratribus eſſe exiſtimātes, Hoc enim ipſum eſt;ad qd exemplo ſui Chriſtus nos inducere uoluit. Cap,IIII,

» VEnit ergo ad Simonē Petrū:& dixit ei Petrus, dñe tu mihi lauas pe-
» des? Reſpondit Ieſus: & dixit ei, Quod ego facio tu neſcis modo;
» ſcies autē poſtea, dicit ei Petrus, nō lauabis mihi pedes ineternum.

Vbiq; Petri animus feruentior eſſe uidetur: & nunc more ſuo/ ſalutare tante humilitatis exemplum/ ex reuerentia magiſtri recuſat. cōſiderabat enī quis ipſe natura eſſet/& quis peluim abiectiſſimi uſus/ ſerui miniſterio loturus pedes/ offerebat. Mirabilis quippe/horroriſq; plena res erat. Quis enim nō perhorruiſſet: cū dñm omniū qui cum patre in celis glorificatur/ huiuſmodi miniſteriū diſcipulis exhibere uideret? Iure igitur tante rei pondus fidelis diſcipulus pertimuit:& ſolite ſibi uſus reuerentie fructu recuſauit/preſertim cum rei cauſam ignorans putaret ad quandā ſolummodo corporis quietem (ut fieri ſolet) a domino illud ceptum fuiſſe. Lotio enim pedum:laborem ſtatus aut itineris mitigat, propterea feruenter prohibet dicens. Tu mihi lauas pedes? oportebat inquit/ oportebat nos q natura ſerui ſumus/ nō te qui dominus omnium es/officium id ſuſcipere. ſed Chriſtus quidem rei utilitatem paulo poſt expoſiturum ſe pollicetur. nos autem non parum hinc etiam proficere poſſumus: uidētes temporū cuncta oportunitati cōmodiſſime diſtribui, In aliud enim ſermonem tranſtulit tempus: quia opus inſtabat. cumq; occaſio dicendi datur: ab agendo deſiſtit. uerum Petrus detrimentum quod ex recuſatione illa ſequebatur/non lauabis michi pedes ineternum:paucis didicit. Cap.V,

» REſpōdit ei Ieſus. Si nō lauero te:nō habebis partē mecum. Perſpicuū
eſt qđ dicit. Nam niſi hāc mirabilē būilitatis inquit diſciplinā ſuſcipias: nichil tibi mecū cōmune erit, uerū qñ ſepenūero Chriſtus ea que de una dicit/generali? copioſiuſq; intelligit: illud quoq; puto iſtis uerbis ſignificari Niſi quis inquit peccati ſordes per gratiā meam lauerit atq; abſterſerit:regni celorū non erit particeps. non enī intrabūt impuri in beatas illas māſiones: ſed qui
Apo.21, propter charitatem Chriſti conſcientiā ſuam mundarunt. ſanctificatiq; ſancto ſpiritu per baptiſmum:una cum Chriſto uiuent ineternum. Cap.VI.

» DIxit ei Simon petrus, dñe non tantum pedes meos: ſed & manus & caput.
Quī modo lotionē acriter reppulerat: nūc manus etiā & caput libeter offert, Nā ſi tāta mihi erūna inqt nō loto ipendet:nō ſolū pedes ſed totū afferā corp? / ut horribile detrimētū effugiā. reuerētia igit ac tāte rei formidine: nō q inobediēs eſſet/primo negarat, Nā qui dignitate ſaluatoris & mortalitatē ſuā cōſiderās recuſabat:poſtea q̄ huiuſmodi detrimetū imminere ꝓſpexit/ſtatim

obſequitur, Tu autē nōnichil fructus hinc tibi collige/exemploq; tibi Petrū pro=
pone:qui etſi dixerit non laueris michi pedes ineternū/cedit tamē cōfeſtim ma=
iori/nec pertinaciter contendit/ſed cito ſe penituiſſe oſtendit.Caueamus igitur
quantū fieri poteſt:ne temerario caſu uerba efferamus,ſed ſi quid(homines eni
ſumus)exciderit:etiam ſi probe dictū uideretur/cum tamen aliud melius appa=
reat/non contēdamus/ſed q̄primum qđ melius eſt amplectamur, preſtat enim
uerbis ſolūmodo peccare;q̄ magnarū etiā rerun detrimentū habere. Sed procul
omnino a noſtra lingua iuramentū ſit,mutatur enim facile uoluntas.&ideo qui
ſe iuramento aſtrinxerit:is ſe detrimento ſubiecit.Vtiliſſima enim quedā res eſt:
aut nunq̄ aut raro lingua errare.uerum quia nimiū ardua eſt atq; difficilis(nemo
eni linguā domare poteſt/ ut dicitur) ſaltē iuramēto nequaq̄ aſtrictū proferam⁹
ſermonē,ut ſi cōditio tēporū mutare propoſitū cogat:nō adeo magna improbi=
tate opprimamur/& facili⁹ propter fragilitatē nature uenia diuinitus cōſeq̄mur
Quis eni delicta intelligit:ut ſcribitur? Aut quō terreſtris homo: ligua que nō fa ꝑſ,18,
cile teneri poteſt cum ſemper in uerba prorumpat/non peccabit. Cap.VII.

» Icit ei Ieſus.qui lotus eſt:non indiget niſi ut pedes lauet/ ſed eſt mū
» dus totus.& uos mundi eſtis: ſed non omnes, Sciebat enim quiſnā
» eſſet qui traderet eum, propterea dixit: non eſtis mundi omnes.
» ¶A rebus corporeis q̄ apti ſſime ad ſpiritales ſermone traducens:
proditorē occulte arguit/ad penitentiā &meliores eū reuocans co=
gitationes,Nam etſi aperte adhuc mala eius cōſilia non denudet: acriter tamen
cū non eſſe oes mūdos aſſeueret/ acerbeq; pūgit.Sed ceteris quidē diſcipulis;uel
qm̄ Chriſto inherebāt/uel qm̄ labore ſequēdi nō fatigabātur / uel qm̄ in fide fir=
mi manebāt/uel qm̄ nō parua charitate Chriſto afficiebātur / mundicies inerat.
Proditori uero tā auaritie crimē/tam affectionis erga Chriſtū infirmitas: inab=
ſtergibiles peccatorū ingeſſit ſordes Cū igitur Chriſtus dicit/uos mūdi eſtis ſed
non omnes;q̄uis occultius id dici uideatur/ conſcientie tamē ſtimulus uerborum
uim ad eum apertiſſime reuocabat qui prodendi conſiliū ceperat,Tu autē uide
q̄ clementiſſime ita res/primo cauſa uerborū ex lotione cōmode capta / profer=
tur:ut nec ceteri turbentur,qui forſan repentina re commoti: aduerſus prodito
rem inſurrexiſſent,& proditoris conſcientia magnitudine criminis uehemen=
ter exagitetur.Sed huius clementie magnitudinem: quis non admirabitur? uide
bat animum eius.cognouerat uenenoſa eum agitare conſilia, honorauit tamen
ut alios:& eius quoq; pedes lauit / charitatem uſq; in finem conſeruans.& anteq̄
crimina in exitum erumpant: illum non derelinquens. hec mirabilis perfecta q;
clementia:diuine nature propria eſt,Non enim quia nouit occulta ut deus pro=
pterea illico punit: ſed clementer ferens multis reuocat modis,Cum autem non
modo non proficere homines uideat immo uero cōtra ſue improbitati herere:
tunc iam permittit praui conſilii eorum non diuine uoluntatis opus id eſſe oſtē
dens.Ideo per Ezechielē dicit.uiuo ego dicit dñs:quia nolo mortē peccatoris/ſed Ezechi.18
ut cōuertatur & uiuat,Clemeter igitur dns noſter Ieſus Chriſt⁹/q̄uis in cor Iude
diabolus iam immiſerit ut eum traderet: una tamen cum aliis diſcipulis eum re=
tinet & pedes eius lauat,ita cum nulla cauſa incitatus eſſet:ſue ſolumodo prau
itatis/tam nefande proditionis conſilium fuiſſe oſtendit, Cap,VIII.

» Postq̄ ergo lauit pedes eorū / & accepit uestimēta sua: cū recubuisset
» iterū / dixit eis, Scitis quid fecerim uobis, uos uocatis me magister &
» dñe: & bene dicitis, sum etenim. Si ergo laui pedes uestros dominus
» & magister: & uos debetis alter alterius lauare pedes, exemplū enī
» dedi uobis: ut quemadmodum ego feci uobis / ita & uos faciatis,
» ¶ Apertissime nūc ad imitationē hūilitatis: exemplo se nobis proposuisse osten
dit / inexcusabilesq; propter suā prestantiā reddidit arrogātes. Inde nāq; humili
tatis Christi magnitudinē facile perspicies: si considerabis qđ natura terrenū est
atq; abiectū / non posse hūiliari, quo enim descēdet: qđ iacet? Sed quisquis in alto
positus est: eum (si spōte humiliatus infima petit) iure admirari debemus. quia
ultro abiecta atq; tenuia que naturaliter non habebat suscepit, Non igitur ab re
dñs noster Iesus Christus cum discipulis suis / & per eos uniuerso terrarum orbi
hūilitatis exemplū traderet: nō simpliciter dixit / ut ego feci uobis / sic & uos face
re debetis, Sed dignitatē & gloriā suam prius exposuit, ut hac re glorie cupidos
deprimeret, uos enī inquit uocatis me dñs & magister / & bene dicitis, sum eteni.
ita breui hac ratione & fideliū edificationi prouidit / & linguas eorum repressit.
Nam quādo ad discipulos cū adiectione articuli dixit: uos me uocatis dñs & ma
gister / ne quis putet non natura id ipsum habere / sed honoris loco sic a discipu
lis appellari: necessario addidit / & bene dicitis. sum etenim, Non enim nudo ho
mine gratia honoris / dñs appellatur: sicuti nos natura quidem serui / gratia uero
etiā ultra naturā nostrā honorati; sed natura dñs est / qui omnia ut deus creauit,
ps.118, ad quē canens psalmista dicit. Quoniā omnia seruiunt tibi. Sed natura etiā ma
Eccle.1. gister est. Ois enī sapiētia est a dño: & omnis intellectus per eū, ipse ut sapiētia /
sapere facit intelligētias. ipse omni rationali creature tam celesti q̄ terrestri: natu
re sue idoneā intelligēdi uim inserit. Et quemadmodū cū ipse sit uita / omnia uite
susceptibilia uiuificat: sic cū ipse sit sapientia patris / sapientiā cūctis susceptibili-
1.Cori.1. bus immittit. Natura igitur dñs & magister: filius est, Quando igitur tantus in
gloria ego inquit ad tantā deuenire humilitatē nō sum dedignat? / ut etiā pedes
lauerim uestros: quomodo uos recusabitis alter alterius pedes lauare? Hinc disci
mus non debere nos honori proximorū insilire: sed preponēdos semper putare
Ad phi.2. proximos. Optima sane disciplina, animo enim nihil arrogāti: qđ exequabitur?
Presertim cū uideamus nihil magis fratres atq; amicos disseparare: q̄ misere glo
rie nimia cupiditas. Semper enim maius eligimus: semper fulgētioribus inhiare /
caducus & instabilis huius uite honor lubricam mentē nostrā implelit. Quare si
uolumus ab hoc detestabili morbo / & inani cupiditate liberari (nihil enim aliud
hec cupiditas q̄ deceptio est) Christū saluatorē nostrum toto animo complecta-
mur: qui discipulorū pedes lauit / ut & nos alter alterius pedes lauemus. Sic enim
omnis arrogātie uia concludetur: omnis glorie species procul abibit. Nam si na-
tura dñs / sicuti seruus inter discipulos fuit: quomodo nos natura serui atrocē fu
giemus penam / si tanto moniti exemplo non proficiemus? Cap. IX.

» Amen amē dico uobis non est seruus maior dño suo / nec apostolus maior
» est eo qui misit eū, Si hec scitis: beati eritis / si feceritis ea. ¶ Legibus quasi
firmis exēpli uirtutē confirmat: detrimēti plenā precepti preuaricationē
ostendēs, Qđ enī iureiurādo firmat: non absq; culpa contēnitur. Inexcusabile

nãq; inquit certe crimẽ seruorũ est: si maiora q̃ dñi sui sapiũt. Arrogare nãq; / est maiora q̃ ferre possis desiderare. Apostoli similiter uituperãdi sũt: q prestãtiora sibi poscũt / q̃ habeat q eos misit / p̃serti cũ sufficere illis mittẽtis dignitas debeat, ita mihi nõ aliud dicere uidet̃: q̃ nõ paruã ho.b⁹ penã iminere / si cũ natura serui sint / ea tamẽ facere alter in alterũ nolint / q̃ ipse cũ natura deus & dñs sit in discipulos fecit. Turpe enim est furorisq; oĩno plenũ: cũ sitis serui ait / erubescere propter arrogantiã id in cõsimiles seruos facere / qđ in uos dñs uester fecit. Si hec igit̃ scitis inquit / id est si hec itelligere penitus potestis: beati estis si facitis ipsa. Nõ enĩ magnũ est / uirtutem cognoscere: sed studiose agere / id certe maximũ est, Ego aũt estimo melius modo quodã esse / nescire: q̃ cũ scias per ignauiã negligere / & qđ bonũ esse credideris ex desidia preterire, qui uoluntatẽ ignorauit ait dñi sui Luce.12, & non fecit: uapulabit paucis / qui autem sciuit & contempsit: uapulabit multis, Qui enim ignorauit omnino etsi culpa teneatur / quia discere forte neglexerit: uenie tamen petitio / idonea ignorantie esse uideatur. Scientẽ autem ipsa cõditio cõdemnat, Contempsit enim: nec fecit qđ probe cognouerat. Que igitur bona esse cognoscimus: peragere non negligamus, Nam cum probe disciplinam uiuẽdi secundũ Christum non ignoremus: magnã in tempore oportuno retributionem habebimus / recte uiuentes, Magnus enim / qui facit & docet: in regno celorum (ut saluator ait) uocabitur, Quid enim qđ ad pietatẽ pertineat ei deest: qui & uerbo & opere probus est? aut quomõ talis uir a deo nõ honorabitur? Quãdo operib⁹ cognitio & opera cognitioni coniũgũtur: tunc nõ parua utilitas cõsequetur. Nã si quis unũ esse deũ natura nouerit / & tã corde q̃ lingua id cõfitetur: q̃uis id recte faciat / morietur tamen / nisi operũ fulgor cognitioni adueniat. Quomõ igitur nõ insani penit⁹ est: si qđ bonũ sit noueris / & uiuere bene contepseris? hac de causa fore beatos discipulos dicit / id est credentes in eum / si non modo intellexerint que docuit / uerum etiam sincere integreq; peregerint. Math,5.

Cap.X,

» Non de omnibus uobis dico (ego scio quos elegerim) sed ut adimplea
» tur scriptura. qui manducat meũ panẽ leuabit contra me calcaneũ
» suũ, ¶ Nõ parua hic locus obscuritate cõtegitur. Nã cũ beatos fore illos dixisset / qui cũ uirtutis cognitionẽ habeãt: cura / studio / opera nõ aliter q̃ nouerãt facere nituntur: statim subiecit nõ de omnibus se dicere proditorẽ (ut multis & mihi uidetur) significans, Nunq̃ enim inter beatos: tanta impietate detentus enumerabitur. & hic quidem unus sensus est. alter autẽ ad hunc recte (ut puto) adiici potest. Nam quoniã dicturus secundũ scripturam erat / qui manducat pane meũ magnificauit super me supplantatione: id est calcaneũ aduersus me suum eleuauit / cum omnes discipuli panẽ suũ manducarent una cũ eo uiuentes: ideo ne de oĩbus id dicere uideretur / mitigauit prius dicens / non de omnibus uobis dico. Ego enim scio quos elegerim. sed ut adimpleat̃ scriptura dicẽs, q maducat pane meũ: leuabit cõtra me calcaneũ suum. horũ sensuum alterutrũ que uelit unusquisq; cõprobet, Oia enĩ ad edificatione legentiũ dicimus, ¶ Sed queret aliquis primu, si oĩa scire Christus creditur / cur Iudã qui futurus proditor erat elegerit? Cur enim cũ aliis eum connumerauit: quem non ignorabat questus cupiditate captũ / in diaboli laqueũ esse casurũ? Deinde si calcaneum suum aduersus Christũ leuauit / ut adimpleretur scriptura: nõ fuit sane

p̃s,40.

Questio bipartita.

Reſpon-
ſio ad pri
mã partẽ

ipſius rei cauſa/ſed uis illa que adimplere ſcripturã omnino cogebat. ¶ Ad hec nos breuiter propter cõmunem utilitatẽ reſpõdentes/primũ illud dicim⁹: nunq̃ huiuſmodi nobis rationes defuturas/nec finẽ unq̃ nos eſſe facturos increpandi/ carpẽdiq; deum/ qui propter immẽſam ſuã miſericordiã a nihilo ad eſſe omnia uocauit/ ſi ſic imperite affecti erimus:ut in omnibus que a deo facta ſunt ſimilia uelimus excogitare. qd enim prohibebit incuſare deum/ ac dicere:cur in regẽ/
1,Reg,9. Saulẽ elegiſti/ quẽ ſciebas gratiam tuam eſſe ſpreturũ? immo uero cur primũ a terra hominẽ formaſti: quẽ non ignorabas mandata nõ ſeruaturũ. Aſcedet hec oratio etiam in ſuperiora. Cur enim angelorũ naturã creaſti:cum ut deus preuideris futurã nõnullorũ rebellionẽ? Exiſtis ceteriſq; huiuſmodi illud porro ſequetur:ut precognitionis cauſa/aut nihil oĩno creare debuerit aut inſenſatam ſolũmodo natura producere/unde nec natura eſſe deus cognoſceretur. Illud igitur maximopere cõſiderandũ eſt:quia rationali creature liberam poteſtatẽ creator largitus eſt/& ſue uoluntatis habenas cuiq; cõmiſit/ut in eo ſit: quicquid probauerit eligere. Qui ergo ad meliora flexi ſut:ibi gloriã atq; retributionẽ electioni ſue conſentaneã inuenient. Qui uero improbis cogitationibus ſeipſos deprauarunt/cupiditatum fluctibus ad ſcelera deducti: non iniuria ut ingrati atq; improbi eternis uexabuntur ſupplicijs. In hoc ſtatu(libertatis dico) fuit angelorum natura conſtituta, Quare qui principiũ ſuum ſeruarunt: in gratia confirmati ſtabilẽ atq; firmã bonoꝝ poſſidet ſedem, Qui autẽ pricipio relicto ſuo ad peiora delapſi ſunt:catenis tenebrarũ ſeipſos aſtrinxerunt/& perpetue damnationi ſeruiantur. Sic & primus homo in paradiſo/ & ſpiritalibus deliciis ac gloria poſitus ſeruaſſet prima profecto nature bona: niſi crimine inobedietie/ mãdata ſibi
1,Reg.9, diuinitus/neglexiſſet. ſic & Saulem unxit in regẽ:fuit eni primo non improbus, cũq; poſtea ſolitã ſibi probitatẽ nõ ſeruaret: nõ iniuria uexabat. Sic ludã quoq; ipſum elegit/& cũ duodeci collocauit, aptus enĩ in initio erat: qui ad ſequẽdum Chriſtũ eligeret, uerũ qm̃ poſtea ſenſim turpi queſtu uictus diabolo adheſit/& ad prodendũ uſq; delapſus eſt:merito repulſus fuit, Nihil ergo in eum poſſum⁹ dicere/q probũ elegit, q ſi uoluiſſet nõ ceciditſſet/q poterat totã mentẽ atq; aniReſpõſio mã ſuũ in charitate Chriſti collocare. ¶ Nemo aute putet ut breuiter etiã alterũ
ad ſecun- peragam⁹:idcirco q̃ a prophetis dicta ſũt in exitũ uenire/ ut adimpleat ſcriptudã parte. ra. Nã ſi ſic eſſet:laudari poti⁹ q̃ uituperari tanq̃ ſcripturarũ miniſtri/nequã homines poſſent, Quippe nec deliquiſſe oĩno uideretur: ſi coacti feciſſent. Nã ſi adimplere ſcripturã neceſſe eſſet; illi per quos adimpleret/nullo crimine profecto tenerẽtur, Preterea in ſcripture authorẽ culpa redũdare uideret; ſi quidẽ ut adimpleretur ſcriptura/ ui quadã mala cõmiſerint. Sed quis a deo rationis ac mẽtis inops erit:ut ſcripturã ſãcti ſpũs/ peccãdi cauſã attuliſſe homini unq̃ credere poſſit? Nõ ergo ut adipleatur ſcriptura/ nec iſta de cauſa facta ſunt a quibuſdã que ſcriptura p̃dixit, ſed cõtra qm̃ ita nõnulli ſpõte facturi erãt: idcirco preſciẽs ſpiritus ſanctus futura p̃dixit, Cũ igitur facta ſũt que predixit: pign⁹ fidei predictione habẽtes/eum iam cognoſcimus de quo iſta predicta fuerunt, Cap.XI.

Modo dico uobis priuſq̃ fiat, ut cũ factum fuerit:credatis quia ego ſum. ¶ Neceſſario inquit que mox futura ſunt/uobis enarraui, Non eni parUam hinc utilitatẽ comparare poteritis, Dico igitur amodo inquit uobis:

ut cū factū fuerit/exitū rerū uidētes/illū me esse credatis/qui nihil falsi nihil uanum atq; inane proferre soleā/& quē scriptura uēturū prenūciauit. Simul ergo & proditorē occultius arguēs reuocat:& proditionis exitū/signū ait fore/q, ipse sit Christus. Nā qui diligēter que de proditore scripta sūt examinat/rebusq; accōmodatis facile intelliget de eo ipso non de alio scriptum esse. Cap, XII.

» QVen amē dico uobis:qui accipit si quē misero/me accipit. qui autē me ac-
» cipit:accipit eum qui me misit, ¶ Cū uel a proditoris ipsi⁹ insania se esse Christū ostenderit:occultius adhuc & illi utiliter si quicq̄ mētis habuisset sic carpit/ut honorē atq; bēiuolentiā omnē sibi exhibitā in dei patris personā referri asserat, nec tamen id precipue: sed contrariū potius intendit, nec dixit qui non honorat filium nec patrē honōrat/ut alibi: sed moderatius a contrario uno loan.5. alterū auditoribus intelligendū reliquit/minis opus esse/cepte proditionis scelere iam iam futuro. Quēadmodū ergo inquit si quis acceperit quē misero:meipsum nō aliū accipiet. sic si quis me acceperit qui a patre missus sum: ipsum patrē accipiet. hoc modestius dictū si ad contrariū uerteris: in ipsum patre proditoris contumeliā ascendere uidebis. Minandi ergo modus in his uerbis continetur, & ueluti si quis hominē a deo missum suscipiat cū predicationi eius assentiat: deū qui predicat' honorat. eodē arbitror pacto qui dīm suscipit/id est qui in filiū credit:patrē quoq; profecto suscipit. Concurrit enim oīno patris significatio quādo filius nominatur. Nā qui filiū esse fatetur:is etiam si nolit/patrē esse cōfitebitur. horribile igit' fuit proditoris crimen:qui propter impietatē in filiū/in ipsum etiā patrē impius inuenitur. Nam si firma fide filium dei Christum esse cognouisset chariorē profecto beniuolentiā eius omni turpi questu habuisset, Nec proditionis crimie inclinatus/eo lapsus esset:ut nunq̄ nasci melius sibi fuerit, Cap, XIII. Math. 26

» QVm hec dixisset Iesus/turbatus est spiritu:& protestat⁹ est & dixit
» Amē amē dico uobis: qa unus ex uobis me tradet, ¶ Cui oīm perspicuū nō est/nec orationē nostrā nec mentē: proprie diuie nature bona sufficiēter posse uel proferre/uel cogitare? Quō enī que supnos sūt:cōcipere aut dicere poterimus? Oportet igitur hūanorū ruditē uerborū q̄si per figurā adiutos:pro capacitate nra in sublimiora conscendere. Quāuis igitur nature diuie clemētia omnē mentē excedat; odio tamē mali maxime cōmota/grauissime carpit delinquētes. Quādo igit' scriptura motū (ut ita dicā) dei aduersus peccātes exprimere uult:a rebus humanis per similitudinē uerbis usa irā & furorē appellat. Nā quis certū sit nihil harū turbationū posse in deo intelligi: moueri tamen atq; irasci deū dicimus / & ipsi huius rei exquisitam cognitionē relinquimus, ita cum hec ineffabilia penitus sint:nostro more (ut diximus) a scriptura conscribuntur. Turbatum igitur spiritu Iesum fuisse scripsit euangelista, nec aliud turbationē nūcupauit:q̄ odiū mali expressius/a spiritu factū qđ certe nō erat possibile aliter dicere. Quāuis uerisimile quoq; mihi uideat' nō potuisse carnē Christi motū quo iam expressius atq; manifesti⁹ ad discipulos proditionis odiū offerebat'/ita sufferre/ut aliquātisper nō exhorruerit: ac ideo turbatiōis quandā figurā/&ire signū ostēderit. quēadmodū etiā quādo Lazarū suscitauit:fecisse scribit'. fremēs enī spū ac turbatus inquit:ad monumentū ibat Nam quemadmodū ibi minas aduersus mortē/fremitum appellauit: sic in hoc loan.11.

motum(ut ita dicã)aduerſus impietatem proditoris/turbationis nomine deno-
t uit.Iure autẽ moleſte ferebat ſcelera illius: qui una cum aliis diſcipulis magnis
affectus honoribus/paruo argenti pondere amorẽ Chriſti reppulit,ut dũ panẽ
eius manducaret/ calcaneũ aduerſus ipſum eleuauit:non gloriam illius/non ſo-
cietatis leges/non pietatem ut deo illi debitam/non quicq̃ aliud mirabiliũ recor-
datus/ſed deteſtabilem ſolummodo paruamq; ludeoꝝ reſpiciens pecuniolam/
qua ſuam animã uendidit/qua innocentẽ atq; iuſtiſſimum ſanguinem manibus
tradidit impiorũ,quare non iniuria turbatur dñs/ & ſic acriter carpit:ut ab uno
duodecim diſcipulorũ tantum ſcelus patratum iri affirmet,ita omnes manifeſte
monet,ut ſue quiſq; anime caueat,ne dum negligat:laqueo diaboli ex deſidia ca
piatur.Vtilis certe admodum arguendi / carpendiq; uis eſt:quam floccipendẽs
proditor que cogitauerat peragere ſtudebat, expreſſiſſime igitur Chriſtus atq;
ſignificatiſſime/un⁹ inquit ex uobis me tradet. ita & proditoris audacie atq; in-
gratitudinis & diaboli malignitatis magnitudinem oſtendit: que tãtum potuit/
ut etiam diſcipulorum unum auerterit, Cap.XIIII.

» Aspiciebant ergo adinuicem diſcipuli:heſitãtes de quo diceret. ¶Et
formido & ſtupor ſimul diſcipulos aggreditur: alterq; alterũ aſpi-
ciunt/duplici de cauſa cõturbati ,Nã & de ſua ſinguli anima formi
dabãt: & gratia exiſtimationis cõſortii nõ parũ mouebãtur.Nullo
enim modo de uerbis dñi dubitantes/ſed omnino credentes ita fu-
turu ut dixit/& ſimul graue intolerabileq; putantes eo impietatis diſcipulorum
aliquẽ peruenturũ/ſuam ſinguli conſcientiã examinãt: quo iſta perditio caſura
ſit timetes,& magna admiratione affecti: unde aut quomodo tantum diabolus
poſſit/ut eorum etiam aliquem a pietate Chriſti rapuerit, Cap.XV,

» Erat ergo recumbens unus ex diſcipulis eius in ſinu Iheſu quem di-
» ligebat Iheſus,innuit ergo huic Simon Petrus & dicit ei/ quis eſt de
» quo dicit? itaq; cũ recubuiſſet ille ſupra pect⁹ Ieſu:dicit ei, dñe quis
» eſt? reſpõdit Iheſus.ille eſt/cui ego intinctũ panẽ porrexero. ¶Ad
miranꝫ etiã in his oportet: & pietatẽ in Chriſtũ & religionẽ diſcipu-
lorũ.Nã cũ neq; conſcii ſibi eſſent/ nec coniecturis dare ſe uellent:per Petrum q
oibus preerat/interrogare maluerũt. nec tamen petrus id per ſeipm̃ peragit:
ſed per Ioannẽ qui hoc nobis euangeliũ conſcripſit,quiq; nomẽ ſuum celauit:ne
inanis cuiuſdã glorie cauſa diligi ſe a Chriſto dicere uideretur, nutu ad interro-
gandum impellitur,ille uero ad pectus inclinatus domini:petit occulte.cui ſalua-
Pſalmus. tor nullum aliud ſignũ dedit:q̃ qđ propheta predixerat, Qui manducat panem
40 meũ: magnificauit ſuper me ſupplantationẽ.Tinctũ enim panẽ dedit:ut ex hoc
oſtenderet illum eſſe/qui aduerſus ſe calcaneũ ſuum leuauerit. Sic formidinem
diſcipulorũ quã de ſeipſo quiſq; habebat/expulit:& alterius prophetie in mentẽ
Pſal.54. illos reduxit/que dicit,Tu autẽ homo unanimis/dux meus/ & notus meus / qui
ſimul mecum dulces capiebas cibos: in domo dei ambulauimus cum conſenſu,
eiuſdem enim animi intimus familiaris / eiuſdemq; menſe particeps cum Chri-
ſto proditor fuerat/& cum aliis diſcipulis miraculorũ miniſter ad gloriam Chri-
ſti omnia peragens:ſed turpi poſtea queſtu ſuperatus / honorantis eum Chriſti
gratiã perdidit.Animaduertendũ aute eſſe puto diligẽter: quõ euãgeliſta q̃ bre

uiter ad bene uiuendū maxime hortatur / ſi uolumus diuinarū rerū cognitionē adipiſci, exēplo enim ſeipſum nobis proponit: qui ſic diligebatur a Chriſto / ut in ſinu eius fere ſederet, Illi enim deo ſummopere propinquant: qui mundo corde ſunt, quibus precipuū a ſaluatore munus attribuitur, Beati enim ſunt inquit ho Mathe. 5.
mines mundo corde: qm̄ ipſi deū uidebūt. Nempe iſta beatificatio uera extitit in Ioāne. uidit enim gloriā Chriſti ut ipſe teſtatur gloriam quaſi unigeniti a patre / nec corporeis oculis inuiſibilē uidit naturam. Nullus enim patrē uidit: niſi qui a Ioan. 6.
deo eſt / id eſt filius dei, qui uero procul ſe a turpitudine remouent / & inanibus huius uite curis mente non agitātur: illis ſupra q̄ animus per ſe hominis ferre po teſt gloriam ſuam Chriſtus reuelare ſolet / in qua etiam pater uidetur. propterea Ioan. 14.
dicebat: qui uidet me / uidet & patrem meum, Cap. XVI.

» ET cum intinxiſſet panē: dedit Iude Simonis ſcariothis, & poſt buc=
» cellā: introiuit in illum ſathanas. ¶ Perſpicuū diſcipulis ſuis ſignū dedit ſaluator, tinxit enim panem & dedit eum: leuaturū calcaneū aduerſus ſe oſtendens qui panē illū manducaret. & tunc impietatis totius princeps / & malorū omniū excogitator in animū Iude peni= tus inſiluit. Nemo autē putet panē illū / diabolice fuiſſe ingreſſus cauſam, Nemo ita inſaniat: ut benedictionē / tanti mali cauſam arbitretur, ſed maxime attēdat: uniuerſamq; rem animo diligentius uoluat, Nam quoniam etſi nihil omnino illi defuit / qui una cum ceteris amoris charitatiſq; Chriſti particeps fuit: & tamen in malis perſeuerabat conſilius / nulla penitentia tactus / nulla Chriſti admonitione cōmotus / nullo ſaltem rubore cum ſcire omnia Chriſtum uideret affectus / imo uero magis magiſq; in horas cupiditate patrandi ſceleris ardens, idcirco deſola= tam deſtitutamq; ab omni auxilio animā eius diabolus uidens & mentem nulla cuſtodia munitā aſpiciens: ingreſſus in eam eſt. Tritū ſane id diabolo eſſe inue= nies, ſolet corda prorū prauis tētare cogitationibus / & uoluptatū ardore ad de= linquendū detrudere: ſed illuc maxime impellit quo per ſeipſos inclinari perſpi cit, ita infirmitate noſtrā ad arma nequitie ſue cōuertit: & ingenii noſtri morbo aduerſus nos utitur. uoluptate carnis alius laborat: per hāc aggredit, alius aua= ritia ſuperatur: hūc habendi cupiditate magis incendit, ita noſtris affectibus q̄ſi armis uſus: nos expugnat. & ſicut optimus dux exercit⁹: turres & uineas ibi per= agit / unde capi obſeſſa urbs facili⁹ poteſt. eodem ſathanas modo per imbecillio rem animi partē nos euertit: preſertim ſi uiderit nichil apud nos admonitiones / exhortationeſq; / uirtutis poſſe, ac maxime ſi myſticā benedictionē ſperni a no= bis conſpexerit. Hec enim maximopere / ſi cum pietate ſuſcipitur: uires ſuas cō= fringit. proditor autē ſepius redargutus: non erubuit charitatē Chriſti / contem pſit honorē / & gratiā eius abiecit / benedictionē aſpernatus eſt / in uno fixus be= rebat / illud ſolūmodo uoluebat / quomodo pecuniolam ſibi pareret, nō ergo ut conſiliatorem: ſed ut cogitationum ſuarum dominū in corde diabolū retinet, Quare fugiamus oro / fugiamus cupiditates animi unde ſecutura detrimēta ui= demus, Sed ſi dominantis (ut quidam dicit) ſpiritus in te aſcenderit: non ceſſeris Eccēs. 19.
ei. Nam etſi poteſtatis noſtre non ſit: facere / ne tales ſpiritus id eſt cogitationes in mente noſtram aſcendant: poſſumus tamen quod aſcenderit eiicere / nec cō= mittere ut magnas propter negligentiam noſtram agat radices, Aliter non du=

bitem? quin ꝓuicacia diaboli pauliſper poſſit ſuperare. ita huiuſmodi quid patie
Pſalmus, mur: quale pſalmiſta canit, anteq̃ hũiliatus eſſem: ego deliqui, prius enim q̃ pec-
118 cati cõſummatione: delinquimus / peccatũ uoluntate amplectentes / & ianuas aie diabolo patefacientes, cuius rei proditor nobis exemplum eſt. Cap. XVII.

» Dixit ei Iheſus, qđ facis: fac citius, hoc autẽ nemo ſciuit diſcumbentiũ
» ad quid dixerit ei, ¶ Abſonũ atq; incongruũ ſuperioribus forſan hoc multis uidebitur. cur enim quiſpiam dicet: cũ multis proditorẽ carpſerit modis / reuocareq; ab improbo ipſum propoſito ſtuduerit / hortari modo ut citius peragat uidetur? aut cur eũ incitat: qui a ſeipſo inflãmatus eſt / cuius incendiũ cõſiliis potius extinguendũ erat? Sed nichil incongrue / nihil abſurde dicitur: ſi quis diligentius atq; profundius hec conſideret, Dictũ enim modo eſt / ab euangeliſta ingreſſum fuiſſe in cor Iude diabolũ: cui nunc Chriſtus / quia totũ homine poſſederat dicit / quod facis: fac citius id eſt tuũ opus quod ſemper facere tibi cordi eſt, facias citius o diabole. prophetas occidiſti. iudeorũ animos ingreſſus: lapidibus eos petiiſti / qui ſalutarem Iudeis doctrinam miniſtrabãt, nemini qui a deo miſſus eſſet peperciſti. magna in omnes atrocitate uſus fuiſti, ueni poſt illos ego / ut errantes reducam / a tenebris in lucẽ reuocẽ / ut quiſnã ſit natura deus / omnibus aperiam. nec ignoro nequaq̃ te quieſcere poſſe. quare quod ſolitus es facere: nunc quoq; facito, Hũc ſaluatoris uerba ſenſum parturire ipſe opinor, Sed age rurſus: cur accelerari iubeat / cõſidere mus, Magna certe Iudeorum fuit impietas: qui uerbis Chriſtum plagiſq; cedentes / ſputis etiã dedecorare non erubuerũt, Qui mortẽ crucis pertulerunt: acetũ & bilem in potũ dederũt / haſta latus dilaniauerũt. Quid igitur feſtinas quiſpiã diceret? aut cur diabolo hec attribuis / que Iudei aut alii gratia Iudeorũ fecerũt? Sed Iudei quidem miniſtri: diabolus autẽ priceps horum omniũ fuit. feſtinabat uero Chriſtus: quia & acerbiſſima hec futura ſciebat / exitum tamen horum non ignorabat, caſuras namq; per crucẽ diaboli uires / deſtrui mortẽ / interire interitum / liberari a priſca maledictione genus hominũ / iniquitatis os (ut prophetica
Pſalmus, uoce dicitur) obſtrui / nec accuſaturũ quos ſibi ſubiecit / interire omnino idolo-
106 cultũ / ianuas paradiſi patefieri / ſuperioribus inferiora conũgi / aperiri celos / ordines angelorum aſcendere atq; deſcendere ſuper filium hominis: omnia hec poſt paſſionẽ futura uidebat. Cũ igitur tam multa uentura per crucem bona nõ ignoraret: quomodo nõ debuit qui ſalutẽ noſtram ſemper optauit / qui propter nos homo abſq; peccato factus eſt / ſalutis noſtre iam adeſſe tẽpus perſpicies: nõ maturare? aut quomodo nõ oportuit eum malignitatẽ diaboli cõtemnere: & ad optatã hanc ſolemnitatẽ citius peruenire ſtudere? Ignorãti ergo hec omnia diabolo / nec intelligenti patibulũ crucis ſuarum uirium fore detrimentũ / dicebat: quod facis fac citius, Ita minantis magis q̃ hortantis hec oratio eſt, Nã quemadmodum ſi uir fortis / aduerſus quẽ fremens quiſpiam feratur / ipſe uero uiribus ſuis fretus caſurũ illum non dubitet: magna uoce minitans dicat, quod facis fac citius: ut mee dextere uires experiaris, non properantis mori uerba eſſe dicere-mus: ſed preſcientis potius / quia cadet aduerſarius. Sic dñs noſter Ieſus Chriſt? uelocius currere diabolũ ad ea que preparauit iubet: ut citius uictus atq; uictus / a tyrãnide ſua orbẽ dimittat / quẽ ſic oppreſſit: ut neglecto creatore / ad colẽdas

crēaturas deuexerit, Huius ſermonis uires non iniuria ignorarūt diſcipuli: cum Chriſtus eis non reuelauerit. principem enim huius ſeculi: quiſnam uere natura eſſet / latere uolebat, ac ideo etiam in aliis cum de cruce / morte / reſurrectione q; ſua diceret: precipiebat diſcipulis / ne cui hec aperirent. qđ faciebat: ut crucifixus Math. 16.
mortem affigat / & ſalutem hominibus morte afferat ſua, Cap. XVIII

» VIdam autem putabant: quia loculos habebat Iudas / qđ dixiſſet ei
» Iheſus, eme ea que opus ſunt nobis ad diem feſtū: aut egenis aliquid
» daret. ¶ Quoniā nō intellexerūt uerba eius: ad res ſolitas deferun-
tur. & que facere conſueuerat: hec modo iubere ut fiant / arbitrati
ſunt. die namq; feſto iamiā inſtante: crediderūt nonnihil imperari
quod ad ſolemnitatē pertineret / uel ut indigentibus aliquid prepararet. bonus
enim eſt atq; miſericors dns, Perutile aūt nobis exemplum proponitur. oportet
enim qui feſtū diem pie acturi ſunt: non de ipſis tantūmodo curare / nec quō ipſi
ſolū hilare celebraturi ſint: uerū etiam egentiū propter charitatē rationē habere Exodi. 16
Sic enim ſpiritaliter Chriſto dies feſtus peragetur. Hac de cauſa olim Iudeis dum
māna colligerēt / preceptū fuit: non ſibi tantū uerū etiam cōturbernalibus ſi qui
exire nō poſſent ad colligēdi munus preſtare. ut non ſuperflueret / qui multum:
nec qui minus / deficeret. Hac eni alterius de altero cura & ſtudio: mirabilis que-
dam in omnibus equalitas redditur. Magnā igitur iniuriam ſolemnitatibus infe-
runt: qui parum de indigentibus curant, nec feſtū diem recte peragūt: qui con-
iunctim tam de ſe q̄ de aliis non procurant. Cap. XIX.

» CVm ergo accepiſſet ille buccellam: exiuit con' inuo. erat autem nox
¶ Cur ſim ille abi t ad diaboli opus: ut furore detētus de domo exi-
uit / nihil pecunia melius putās / quodq; malus eſt nihil a benedictione
alienum. morbo enim auaritie uictus / & patre malignitatis in corde
iam habens' nec quo noctu quidē ruit conſiderat. Tenebroſa enim
nox quedā impie cupiditatis / in profundū inferni eū pellebat, ideo quaſi ceruus
(ut in prouerbiis dicitur) ad ſagittam properabat. uel quaſi canis ad uicula / ne- Prouer. 7
ſciens ſe ad periculū anime ſue currere, nec fruſtra dictū mihi uidetur: continuo
illum exiuiſſe. magnas enim diabolus ad imperandū eis quos omnino iam cepit
poſſidet uires: cogere uidetur ad opus etiam nolētes. timet ut credo diabolus ne
morando locus penitentie detur: & quaſi a temulentia mentem ſuā rectius cogi
tans homo eripiat, hac de cauſa feſtinat ac impellit. Nam etiam Iudam cum poſt
panem omnino ſeparauerit: tum moram tum benedictionis uirtutē timens / ne
ſcintillam in animo eius accenderit / ac inde illuminauerit & ad meliora retraxe-
rit / magna precipitem agit celeritate, Quod autem hec conſuetudo diaboli ſit:
uel a figuris cognoſcemus, ſubiecit Iudeos ſibi Egyptiorum tyrannus: quos luto Exodi. 1.
atq; lateribus amariſſime uexabat / quibus nec tepus quidem orandi deū prebe-
bat, prefectis quoq; iuſſit: ut grauiora illis opera Iudeis afferrēt ne ſermonibus
uanis dare operā poſſent, appellabat autē uanos ſermones eos / qui de libertate
haberētur: & ad meliora inflāmarent / quibuſq; ſeruiendi conditionē deplorarēt /
& a deo poſcerēt meliora. quibus oibus nōnihil illis affuturū putabat. Egyptio-
tirānus Pharao: diabolus eſſe intelligit. qui reſpirare idcirco nō ſinit irretitos: ut
ſemel uicti / iugo eius ſemper deprimantur, Cap. XX.

)) CVm ergo exiſſet dixit Ihesus. nūc clarificatus eſt filius hominis: &
)) deus clarificatus eſt in eo. ſi deus clarificatus eſt in eo: & deus clari-
)) ficabit eum in ſeipſo,& continuo glorificabit eū. ¶ Proditor quidē
diabolo militaturus exiuit: Chriſtus aūt orationem inceptat. reipſa
nos docens: non auribus omniū illa tradi oportere q̄ re coniunctiſſi-
Math,7. mis ſolūmodo congruūt. Non enim ſancta canibus danda ſunt: nec pedibus ſuū
turpiter conculcāde ſunt margarite. Poſt receſſum igit̄ proditoris in congrueti
iam tēpore / diſcipulis myſteriū reuelat dicens. Nunc clarificatus eſt filius homi-
nis, paſſionē quippe ſuam his uerbis ſignificat in ianuis iam adeſſe. clarificatum
uero fuiſſe ait filiū hominis: non alium a ſe dicens / aut diuiſum ut nonnulli male
intelligunt, unus enim Chriſtus filius / & ante carnem & poſt carnē eſt. ¶ Quo
Math.14 autē modo clarificatur / querendū eſt: an prius dicet quiſpiam quando mirabilia
faciebat / non clarificabatur? Atqui quando maris fluctus / & uim uentorū ſup-
Ioan.12. preſſit / adoratus ab iis qui in nauigio fuerunt ut uere filius dei fuit. quando ſuo
imperio Lazarus in uitam redit: tanta celebritas miraculi fuit / ut cum poſtea in
Ioan.6. Hieruſalē aſcenderet / & effuſus ad eum uulgus fuerit & infantes clamarent / be-
nedictus qui uenit in nomine domini, quādo quinq; panibus duobuſq; piſcibus
preter mulieres & pueros / quinq; milia uirorū ſaturauit: tanta gloria claruit / ut
multitudo ad regium uoluerit faſtigium / ipſum eleuare. multa pretereo ſponte
quomodo igitur nūc clarificari ſe dicit? ¶ Sed clarificatus quidem magnitudine
miraculorū fuit / adeo ut deus a multis iam putaretur, Conſummatio uero glo-
rie in paſſione ſita eſt: quam pro uita mundi ſuſtinuit, per quam reſurrectionis
modus innotuit, Cuius rei ratione ſi quis altius conſiderauerit: non pro ſeipſo /
ſed pro uniuerſo humano genere mortuū fuiſſe inueniet. Mortuus enim eſt ut
homo: & uitam ſuam pro uita omniū repenſauit. ſurrexit autem ex mortuis: &
Ad ro.6, totam naturā noſtrā in ſeipſo ſuſcitauit. ſemel enim mortuus / non amplius mo-
ritur: mors enim ultra illi non dominabitur. quod enim mortuus eſt propter pec
catum: ſemel mortuus eſt, quod autē uiuit: deo uiuit. que res etiam in nobis pro-
pter Chriſtū ueritatē habebit. reſurgemus enim non morituri, q̄uis permultum
interſit inter eos qui reſurgent in gloria / & eos qui reſurgēt in ignominia, factus
Ad phili, 2 ergo deo patri obediens uſq; ad mortē / mortem autem crucis: exaltatus rurſus
eſt / nomen ſuper omne nomen accipiens. Nā qui homo nudus ab omnibus uere
putabatur / ſic exaltatus eſt: ut deus uerus & dei ueri filius eſſe demōſtretur, nec
in nouā quandā dignitatem aſcendit / qui natura deus erat (nihil enim nouū: in
filio dei poteſt inueniri) ſed habebat oīa naturaliter ut deus / etiam anteq̄ formā
ſerui acciperet. Factus igitur homo: quoniā ad dignitatē priſtinā cū humanitate
redit / glorificationē accepiſſe intelligitur, Chriſto autem clarificato: deus etiam
pater in filio clarificat? eſt, nō quia glorie clarificationiſq; adiectio illi acceſſiſſet
(nō enim indiget his rebus natura ineffabilis) ſed quia clarum hominib? factum
eſt / cuius filii pater ſit: idcirco clarificatus eſt, gloria enim certe eſt talem habere
filium: qualis ipſe eſt. propterea dicit / ſi deus clarificatus eſt in eo: & deus clarifi-
cabit eum in ſeipſo / & cōtinuo clarificabit eum. ſimul enim clarificatus eſt pater
per filium / & filius a patre, equaliter enim utriſq; clarificatio facta eſt. Sed illud
ad utilitatem legētium etiam addamus, ſi glorificauerimus deū: glorificabimur

omnino ab eo, uiuo enim ego dicit dominus: quia glorificabo glorificantes me. Glorificatur autem in nobis & per nos deus: cum sordibus peccati abiectis / nullum strem uirtutibus uitam uiuimus. Hoc enim pacto ad gloriam dei homines uiuere dicuntur. 1. Regū. 2

Cap. XXI.

» Filioli adhuc modicū uobiscum sum. ¶ Filiolos & quasi nuper natos infantes / quis multis splenderent uirtutibus / & singuli prudentia munirētur / discipulos appellauit: ostēdens infante esse apud deū / & parui momenti homine / etiam si perfectissimus esset. quid enim prudentia hominis ad opificem omniū collata est sapientiam? ideo psalmista canebat ad deum. ut iumentū factus sum apud te, Nec dicere quispiā poterit / nisi magna uecordia teneatur: ideo insensatum se quasi pecudē psalmistam appellasse / quia deo inhesit, magna enim hinc impietas oritur. Nam si qui prudenti homini adheserit / sapientior fit, quomodo amentē ac insensatum deo inherentē appellabimus? quid igitur est quod dicit? Si humana sapientia diuine sapientie conferatur: nihil mentis habere uidebitur, nihil enim omnino creatura esse uidetur: si creatori conferatur. filioli ergo etiā sunt qui perfecti sunt, Paruo autē tempore una cum discipulis fore se Christus ait: non quia penitus ab eis recessurus erat (nobiscū enim est semper usq; in consummationē seculi) sed quia non erat sicut prius cum eis conuicturus, prope enim iam tempus erat: ut etiam in celos ad patrē abiret, Credere autē oportet fideles quis a nobis corpore absit: uirtute tamē sua omnia & nos gubernari / adesseq; semper ipsum omnibus / qui eum diligunt. propterea dicebat, Amen amen dico uobis: ubicūq; sunt duo uel tres congregati in nomine meo / ibi sum in medio eorum. Nam quemadmodum quando ut homo in terra conuersabatur / tunc etiam celos implebat / & angelorum consortia non relinquebat: eodem nunc modo cum sit in celis cum carne / terram tamen replet / & cum eis est qui eum diligunt. Obseruandum autem est / quia quis secūdum carnem solūmodo abiturus erat (adest enim semper uirtute deitatis: ut diximus) modico tamē tempore cum discipulis se futurum dicebat / aperte seipsum nominans, ne quis in duos filios diuidere Christum audeat: sed ut unum omnino esse credat dei patris & uirginis filium, non quia una natura sit: sed quia post incarnationem pia hec diuisio non est. unus enim in utraq; natura Christus est. Psalmus, 72 Psalmus, 72 Math. 28. Math. 18.

Capr XXII.

» Queretis me, & sicut dixi Iudeis / quo ego uado uos non potestis uenire: & uobis dico modo. ¶ Nō absq; mestitia propter decessum eius » discipulos fore ait, desideraturi enim erant corporalem presentiā eius: quā Paulus etiam huic uite preponebat / cupiens resolui & esse cum Christo. Hunc futurum discipulorum merorem dominus nō ignorans: queretis me inquit, sed alia etiam queredi causa & quidem necessario coactura erat, Cito enim tam Iudeorū q̄ gentium furiis / saluatoris nomen predicantes exagitandi erant, tunc igitur queretis me maxime: quando tentationū fluctibus exagitabimini. non autem ad timorem sed ad fortitudinem his uerbis hortatur, Magna enim ad patientiam fundamenta / preparatio iacit: ac ideo utiliter in psalmis canitur. paratus sum & nō sum turbatus, quicquid enim ex inspe rato erūpit: uchementiori semper turbatione animū afficit. ¶ Quod autē futurū Ad phil. 1. Psalmus, 118

esse non ignoratur / qm̄ cogitatiōe quasi presens fuit: minores aduersus prudē-
tem homine habet uires. Nam quemadmodū atrox crudelisq; bestia / si repente
quosdam insilierit: non modo terruit / uerū etiam plerumq; imparatos laniauit,
sinautē anteq̄ accesserit uisa sit: uel minus uel nihil mali paratis hominibus arma
tisq; fecit / aut etiam ipsa cedit. eodem modo in tentationibus quam nunq̄ spera
uimus, ea nos magis exagitat. utiliter igitur dn̄s noster & nūc occultius / & paulo
post latius: futura discipulis aperit pericula. Addit autē nō absq; causa / nō posse
modo secum abire, non enim oportunitas adhuc aderat: nondū ministerio eorū
Ioānes, 8. consummato. Obseruandū autem / quia Iudeis quidem dixit: queretis me & non
inuenietis. Ad discipulos autem hoc uerbo usus non est. Iudeis enim apte accom
modatur: qui nimia incredulitate / impietateq; maxima ipsum inuēturi nec erāt
nec sunt, a discipulis autem qui toto animo Christū diligebant / & diligunt: om-
nino alienum, quibus cum etsi non corpore: uirtute tame deitatis una semper &
fuit & futurus est,

Cap, XXIII,

» MAndatum nouū do uobis: ut diligatis inuicem sicut dilexi uos, ut &
» uos diligatis inuicem. ¶ Recte ac uere diuin⁹ Paulus scribit. si quis
2. Ad cori in Christo noua creatura / preterierunt uetera / ecce facta sunt om-
5 nia noua. renouat enim nos atq; reformat ad nouam nec assuetam
Christus uitam Mosaica enim lex neminem perfecit. Mādata uero
Mathe, 5. saluatoris: perfectionē hominibus afferunt, ideoq; ipse dicebat Amen amē dico
uobis. nisi abundauerit iusticia uestra plusq̄ scribarū & phariseorū / non intrabi
tis in regnum celorū. Non ergo moribus Iudeorū innitimur. sed nisi iusticiam le
gis superabimus nunq̄ mea quidē sentētia celos consequemur. nec Mosaicā legē
inutilem fuisse putamus: sed non consummate inde bonū nobis allatum conten-
Math, 13, dimus. Preparatio enim quedā fuit ad euangeliū: figuris atq; umbris ad ueram
nos pietatē instruens. propterea saluator dicebat quia omnis scriba doctus in re
gno celorū / similis est homini patrifamilias qui profert de thesauro suo noua &
uetera Magne namq; spiritales diuitie in Moseos uerbis latent: quas magno stu-
dio consequi oportet. Sed euangelice doctrine pulchritudo penitus adhibenda:
ut dupliciter & ueteris & noue legis cognitiōe gloriari possimus. dn̄s ergo noster
Ihesus Christus mandata sua ueteribus meliora ostendit / & quod omnibus qui
sub lege uixerunt / saluatoris hec doctrina ignota erat / anteq̄ in celos ascēdisset
(non enim fundamentū / & basim omniū bonorū charitatis legem proponit que
secundū legem erat: sed eius que supra legē) dicit enim. Mandatū nouum do uo
Deutero, bis / ut inuicē diligatis, ¶ Sed nonne in lege scriptū est / inquies: diliges dn̄m deū
6 tuum ex toto corde tuo / & infertur / & proximū tuum sicut teipsum? Ecce enim
cū dilectionē dei anteposuerit / statim dilectionem proximi ei coniūxit: ut osten
Mathei, deret non aliter / recte nos posse deum amare / nisi dilectio proximi cōsequatur,
23 fratres enim omnes sumus. & idcirco euangelista Ioannes qui hec optime & fecit
1. Ioānes. & docuit / deum inquit diligit / qui fratrē diligit suum. Quomodo igitur nouum
4 istud mandatū est / quod a uetere lege constitutum est? ¶ Sed uide queso quod
sequitur. Non enim solūmodo dixit. mandatū nouū do uobis ut diligatis inuicē:
sed nouitatē rei ostendens adiecit / sicut dilexi uos: ita & uos diligatis inuicem. ut
ergo nouitatem precepti facile intelligamus: rimemur diligenter / quomodo nos

Chriſtus amauit. Cum igitur in forma dei eſſet / nō rapinā arbitratus eſt ſe eſſe
equalē deo: ſed ſeipſum exinaniuit formā ſerui accipiēs / in ſimilitudinem homi- Ad phi. 2.
num factus / & habitu inuētus ut homo. hūiliauit ſeipſum / factus obediens uſq;
ad mortē: mortē autē crucis. Ita cum eſſet diues: factus eſt pauper ut ipſe Paulus
rurſum teſtatur. uides nouum atq; inauditū dilectionis modum. Lex enim fra- 2. ad cori.
trem diligendū eſſe ait: ſicut ſeipſum. Chriſtus aūt magis nos q̄ ſeipſum amauit 8
Nam aliter cū in forma & equalitate ſuſtantie dei patris eſſet: nequaq̄ ad noſtrā Math. 22.
humilitatē deſcendiſſet / nequaq̄ tam acerbū pro nobis crucis patibulum ſuſtu-
liſſet / noluiſſet cedi / derideri / conſpui a Iudeis, Quid plura? Innumerabilia enī
pene ſunt: que uno uerbo ſecundū Paulū concludamus, Non fuiſſet factus pau
per / niſi nos magis q̄ ſeipſū amaſſet, Nouus atq; inauditus huius dilectionis mo-
dus: quo nos affici iubet nihil omnino dilectioni fratrū anteponētes / non gloriā /
non diuitias / non corporis huius mortem / ſi opus fuerit pro ſalute fratris mori.
quod a beatis ſaluatoris diſcipulis factitatum eſſe uidemus, quod omnes qui ue-
ſtigia eorum ſequuntur / libenter faciunt: uitam ſuam pro ſalute aliorū contem-
nentes / omnem laborem / omne periculum ſubeuntes / ac demum morientes: ut
a perditione / hominum animas liberent. Propterea Paulus modo quotidie mori 1. ad cori.
ſe ait / modo: quis infirmatur / & ego non infirmor? quis ſcādalizatur / & ego nō 15
uror? Hanc dilectionem quaſi perfectiſſime pietatis erga deum radicem / hanc 2. ad cori.
inq̄ que legalem illam multo excedit: adhibere dominus iubet. Non enim aliter q̄ 11
hoc modo pulchritudinem dilectionis ergo nos ſue / imitari poſſumus: per quam
futura & ſola bona coſequemur,

Cap. XXIIII.

» IN hoc cognoſcēt omnes: quia diſcipuli mei eſtis ſi dilectionē habue-
» ritis adinuicē, ¶ Signū inquit imo ueſtigiū erit omnibus meos uos
eſſe diſcipulos: ſi quantum natura humana capere poteſt / mādata
mea ſeruetis / ac alter alterū diligatis. ¶ Sed ābiget forſan quiſpiā,
quamobrē dilectio & charitas ſola ex omnibus uirtutibus: diſcipu-
lum eſſe Chriſti deſignat. preſertim cum in Chriſto omnis uirtutis numerus nō
labore ac exercitatione: ut in hominibus: ſed naturaliter ut in deo perfectiſſime
inſit, in diuina enim natura uere ac proprie omnia bona inſunt. ¶ Recte quidē
hec dicta ſunt. uerū ſi diligenter conſiderabimus: cuncta inueniemus ad chari-
tatē tendere / & ſic eam ex omni conſtare uirtute non dubitabimus, Ideo primū
mandatū eſt: ex tota mente atq; animo deū diligere, alterū uero ei proximum / Math. 22.
quo lex adimpletur: dilectio proximi, ad quod beatus ille Paulus omnia legis mā Ad roma
data reducit. Cū enim dicitur. non mechaberis / non occides / non peierabis / ce- 13
teraq; huiuſmodi: in omnibus certe dilectio proximi repetitur. finis igitur legis:
charitas eſt. Quod autē etiam ceteras omnes uirtutes ipſa complectitur / ac om
nia in ſe bona continet: ipſe rurſum Paulus teſtatur / clamans, charitas non agit 1. ad cori.
perperam / non inflatur / non eſt ambitioſa / non querit que ſua ſunt. ſed lōgum 13
eſſet uniuerſas charitatis laudes perſtringere. Preterea oportere contenderim:
nō alia corona / non alio torque / atq; ſignaculo diſcipulos Chriſti cognoſci opor-
tere q̄ a uinculo charitatis, Quamobrem? quia quemadmodū qui fabrilē aliquā
artem didicit / ut ferrarius uerbi gratia aut argentarius faber: operibus ſuis ab
argentario aut ferrario didiciſſe ſe artem clamitat. Eodem arbitror pacto / qui

charitate inter se cōtinentur: re ipsa clamare charitatis ipsius id est Christi (qui supremā habet charitatem) se discipulos esse. Sic enim mundū amauit / ut etiam animam suam pro nobis posuerit: & iudaicorum atrocitatem morum subierit, Qua quidē charitate nemo ut ipse ait maiorem habet ut aliquis animā suam po
1.Ioānes. nat pro amicis suis, Nam quoniā deus charitas est: non disciplina / nō studio / nō
4 sudore / aut exercitatione perfectionē hanc cōsecutus est. Nullus enī mentis cōpos susceptiuā esse bonorū diuinā naturam audebit dicere, Nulla enim bonitatis forma aduentitia seu forinseca / ut aliud in alio: in deitatis substātia est. Non enī ut in hoīne / aliud est sciētia / aliud est homo susceptiuus scientie: sed ipsum bonum est quicquid esse creditur. ipsum dico bonū: ineffabilem naturā esse asserimus / fontē quasi aliquē in quo uirtutis species omnis insit / & unde scaturiat, Verissime igitur charitatis / ipse fructus est: & ideo etiam ipse charitas est / sicut etiam pater ex quo est, propterea per charitatem maxime in animo nostro signatur, Itaq; impressa in nobis charitas qua inuicē diligim⁹: sincerum atq; inte-
Ad ephe. grum sue cōiunctionis uestigium est, Ad hec si Christus pax nostra est / ut Pau
2 lus ait (in ipso enim inferiora superioribus cōiuncta sunt: & per ipsum deo patri reconsiliati sumus / qui oli longe ab eo propter impietatē diuidebamur: in duos precipue populos diuisi / gentes & Israhel) si in unum hominē nouū in ipso edificati sum⁹: media muri soluta maceria / & inimicitiarū ui per euangelicā doctrinā destructa / umbris iam transactis & lege tacente: quō cognosci poterat pacis fuisse ipsos discipulos / si pacē inter se non habuissent? Quid enim aliud est dilectionem nō habere: q̄ origo belli / pacis euersio / & duplicitas animi? Nam ueluti uīculo charitatis bona pacis cōseruantur: eodē modo per dilectionis (ut ita dicā) rupturā mala belli oriuntur, unde cōtentiones / emulationes / cōtumelie / detractio / ira / inuidia / & omne uitiū nascitur. Cum igitur omnis uirtutis numerus in dilectione cōtineatur / ac perficiatur: nemo inediam atq; ieiuniū / nemo quia humi se prosternat / nemo ceteris uirtutū exercitationibus / magnum quid se consequi putet / nisi recte fratres diligat. non enim ad calcē / sed alio fertur: sicut im-
I.ad cori. peritus auriga / & sicut gubernator qui nunq̄ nauigauit clauū retinēs / ad saxa
13 & scopulos nauem dirigit. Idcirco Paulus si experimentū inquit Christi loquētis in me queritis, nec in sequēdo simpliciter: sed in recte ac ex intentione sequēdo / experimentū istud ponebat, hic certe sciuit charitatē quasi auream quandā coronam cunctis impositā esse uirtutibus. Audi q̄ optime de ipsa philosophetur, & si distribuero in cibos pauperū omnes facultates meas / & si tradidero corpus
i.ad cori. meum ita ut ardeā / charitatem autē non habuero: nihil mihi prodest, Si linguis
13 hominū loquar & angelorū / charitatem autē non habuero: factus sum uelut es sonans / aut cymbalum tinniens, Facies ergo atq; imago Christi nobis insculpta qua sui esse cognoscimur: charitatis gloria est, Cap.XXV.



Dicit ei Simon Petrus, dñe quo uadis? ¶ Non intellexit Petrus: quid uerba illa significabant / quo ego uado uenire uos nō potestis. propterea ex cupiditate sequendi Christi: rogat quo uellet ire, Miranda est discipulorum modestia. Non enī ceteri / quia intellexerunt idcirco tacent: sed quia maiori hoc cōmittebant. laude quoq; non parua mihi Petrus dignus uidetur: qui tarditatis pudorē interrogātibus sepius

incumbentem nichil exiſtimans/ſcire cupit.ſciendiq; utilitatem:omni tarditatis preponit dedecori. Ita exemplo poſteriorib⁹ factus eſt: ne docentis orationem ſi obſcurior eſt/pretermittamus.neue committamus: ut ſilentio noſtro & intelligere & approbare uideamur.Neminem ergo interrogare pudeat: cum multo maior interrogandi atq; diſcendi utilitas ſit / q̄ falſa ſciendi opinio / exiſtimatioq; inanis.

Cap.XXVI.

RESpondit Iheſus.quo ego uado:non potes me ſequi modo.ſequeris autem poſtea, ¶ Cum ſciret non paruo ſe merore diſcipulos affecturū ſi manifeſte celos petere dixiſſet / & corporali ſua perſentia ipſos denudare:occultius totam rem ut lateret ſignificauit,Solent quippe omnes qui ſapientes ſunt / umbris tegere:que merori auditoribus ſunt.Nam etſi primitias ſeipſum patri daturus in celum aſcendebat / qđ uniuerſo generi hominum eſt utiliſſimum (uiam enim nobis fecit / quam prius natura conſequi non poterat) non tamen ferre diſcipuli facile poterant diſceſſū eius / licet uirtute ſpiritus cum eis ſemper futurus erat, Petrum igitur atq; alios ſimul in eiſdem eſſe patitur:nec ſtatim totam rem ſibi aperit / quouſq; alia ipſos ratione qua reſpirare poſſint muniuerit,quod ſimiliter etiam in ſequentibus facit.conducit uobis inquit ut ego abeam,niſi enim abiero:non ueniet ad uos paraclitus.preuenit tamen diſcipulum / non ignorans ut deus oblationem quam faciet/quod etiam ad mortem ſequetur:& ait.quo ego uado nō potes modo tu ſequi:ſequeris autem poſtea. duplicem hic locus ſenſum parturit, quorū primus/ & quaſi tritus atq; facilior eſt:quod modo non poſſit Chriſtum ad celos euntem ſequi/ſecuturum autem poſtea /cum ſuperne ciuitatis factus ciuis/ cum aliis ſanctis una cum Chriſto regnabit. Alter occultior ac enigmaticus:quod nondū uirtutem ex alto induti / nec ſpiritum corroborātem ipſos & naturam eorum quodam modo reformantem habentes / non poterant mortis pericula contemnere/ & terrorem eius penitus ſuperare,ſoli enim Chriſto inerat:ut poſſet utres mortis confringere.quod alios ante ipſum feciſſe:nō eſt credibile. Quid enim aliud eſt mortem non timere: q̄ mortem quia nichil mali nobis afferat contemnere? Propterea & ego arbitror etiam ipſi beati prophete mortem perhorreſcebant: quia nondū per reſurrectionem Chriſti erat deiecta.;quod recte intellexit Paulus;qui uerbum dei ſemen Abrae apprehēdiſſe ait / ut morte carnis ſue mortem euacuaret / liberaretq; omnes qui timore mortis ſeruituti ſubiiciebantur.prima enim mortis diſſolutio: ſaluatoris Chriſti paſſio fuit. reſurrectio ſane Chriſti:cō temnende mortis origo facta eſt, Cum igitur uita ſecundum naturam mortem adhuc non depreſſiſſet / nec formidinem quam noſtris animis ingerebat infregiſſet: imbecilliores non iniuria ad hec pericula diſcipuli erant, Ideo ſubocculte dominus noſter patibulo crucis ſecuturum poſtea Petrum ſignificat: q̄ animum eius inuictum atq; feruentem etiam ſuboſtendat / dicens. quo ego uado non potes modo me ſequi: ſequeris autem poſtea, Hic ſenſus uerbis Chriſti ad unguem adheret. cur enim ſi ſecuturum eum poſtea in regnum celorum / idq; abſq; ſignificatione mortis intellexiſſet:illi ſolummodo id attribuit / quod omnibus communiter ſanctis cōcederetur? Sed mortem Petri enigmatice ſignificauit, quod alibi apertius dicit.quādo eras iunior cingebas teipſum/& ambulabas quo

Ioan,14.

Ad heb,2

Ioan,21.

&,1,

uolebas:quando autem ſenueris/extendes manus tuas/& alii te cingent/& eris ubi nolueris. Et adiecit euangeliſta. hoc autem dixit ſignificans:qua morte clarificabit deū, Nam etſi iocundū eſt ſanctis uiris pro Chriſto pati:non tamen optā da pericula ſunt/ſed toleranda/quando ui aliena inferuntur. Ideo iubet orare:
Math.6, ne incidamus in tentationem. Cap,XXVII.

» DIcit ei Petrus. quare nō poſſum te ſequi modo? animam meam pro
» te ponam, ¶ Quid prohibere poteſt ait ne te ſequar:cum etiam ad mortem ita paratus pro te ſim/ut gloria id michi uideatur? omniū enim finis/mors eſt. quam ſi ſubire pro te paratus ſum: quid me ne ſequar prohibebit? Magni feruoris plena eſt hec pollicitatio Petri, imo uero re quoq; ipſa feruor tunc ſuus apparebit, Sed cum ſaluator noſter redi tum ſuū in celos ſignificaret/& nō ſecuturū modo ipſum affirmaret:ſed poſtea tempore oportuno apoſtolatu abſoluto/per patibulū crucis ad ſupernam ciuitatem iturū:ipſe aliud quaſi faciens iter/nec uerba ſaluatoris intelligens/ad ſubeū da ſe pericula paratum pollicetur. putans fortaſſis ad alia ludeorum loca/uel ad alienigenas Chriſtum eſſe profecturum:qui ludeorum crudelitatem atq; furorē ſuperaturi uiderentur, propterea ſecuturū ſe omnino pollicetur: neq; paratum eſſe ſolummodo mori/uerum etiam ſi opus eſſet mori/tamen non remanſurū, Huic ſimile illud. Nam cum ſaluator ad ſedandam ludeorū iram in Galilea uerſaretur ac multis ibi fulgeret miraculis/Lazaro mortuo ad diſcipulos dixit, La-
Ioan,11. zarus amicus noſter dormit/& uado ut ſuſcitem eum. ad quod diſcipuli ex amore reſpondent: modo te Iudei lapidare uolebant/& iterum uadis illuc? Chriſto autem eundum eſſe omnino dicente/Thomas ad cōdiſcipulos uerſo ſermone/eamus inquit & nos: ut moriamur cum ipſo. talem arbitror in uerbis etiam Petri ſenſum latere. Putat enim ut iam diximus: alto abiturum eſſe Iheſum/ubi non minora immineant pericula, propterea charitate feruens inuictum ſe fore pollicetur, & nihil prohibere poſſe oſtendit:ne qui tam prompto ad mortem animo ſit ſequatur. Cap,XXVIII,

» REſpondit Iheſus. animā tuam pro me pones? amen amen dico tibi:
» non cantabit Gallus/donec me ter neges. ¶ Maiora q̄ ferre poſſet Petrus pollicetur:& mirabili ardore animi mouetur, Chriſtus autē qui futuros tempeſtatis fluctus uidebat/qui ludeorū atrocitatem non ignorabat:hec te inquit ſcio ita dicere Petre quia futuras te ferre poſſe tentationes opinaris. Ignoras enim q̄ magno incumbent impetu:quo tu uictus/ter me una nocte negabis. Mirari autem clementiā eius oportet, Nam cū Petro predixerit adeo non correſponſurā ſui animi magnitudinem ſtudio ſuo/ut periculorū ſolummodo facie ſuperatus abneget. nec minatus tamen eſt/nec reprehendit, uenia certe dignum ſciebat. infirma enim adhuc natura erat: nec mortis poterat ſuſtinere terrorem. Nondū enim reſurrectionis myſterio mors fracta/ſola formidine humanum genus deiiciebat. Natura enim noſtra propter peccatū morti ſubiecta/ut uictrici cedere ſolet:imo uero tunc quidem cedebat, poſtea uero q̄ ſaluator noſter uincula eius diſrupit:q̄q̄ ſit amariſſima/ſuauis tamen diligētibus Chriſtum uidetur/cū poſt eam eterna uita ſequatur/poteſtatē interitus omnino diſſoluens. Nemo autē putet propter uerba Chriſti defeciſſe

Petrum atq; negaſſe. Nullam enim uim inde Petrus paſſus eſt, ſed qui futura ut preſentia uidet: quod futurum erat diſcipulo predixit, uerum quoniam que pri Ad ro. 5,
ſcis acciderunt / ad doctrinā noſtram ſcribuntur: hoc loco moneri nos arbitror / non oportere quicq̄ deo a nobis promitti ut certum / quaſi nos domini rerū eſſe=mus. partim quia qđ poſſe a nobis fieri credimus: uires noſtras nonnunq̄ excedit Partim quia nō ſine arrogantie crimine: hoc nos aut illud facturos dicimus. illud enim in omnibus que agere uolumus: dicēdum eſt / quod diſcipulus Chriſti nos Iacobus,
docuit / ſi dominus uoluerit, uoluntas enī apparatuſq; animi nobis ad bene agen 4
dum: ſemper ineſſe debet, uiam autem poteſtatēq; agendi quam non habemus / temerarium eſt nobis attribuere. ſic & deo rerum omnium gubernationē ut de=cet accommodabimus: & tutius faciemus non uouentes / q̄ ea uouētes que redde re poteſtatis noſtre non eſt,

Cap. XXIX.

» NOn turbetur cor ueſtrum, ¶ Cum una nocte ter negaturum eſſe Ioan 4
Petrum dixit / tunc breuiſſime magnitudinem periculoꝝ ante ocu los poſuit, Vnde alii quoq; diſcipuli cōmoti cogitabant / qualis quan taq; tēptatio illa futura eſſet: qua primus eorum adeo quatietur / ut in breuiſſimo tempore ter in negationem lapſurus eſſet. quomodo ergo minores nos euademus? aut quis feret: Petro ſuccumbente? fruſtra igitur tot ſequendo labores pertulimus: in detrimentum exeūt ſudores noſtri quos ui=tam nobis allaturos ſperauimus, Hec enim cetera q; huiuſmodi ſecū illos aut co=gitaſſe aut cogitaturos / niſi cito Chriſtus reuocaſſet crediderim: quia ſolus ani=mi uulnera etiam preuenire auxilio & remedio ſuo ſolet, Medetur igitur dicens Non turbetur cor ueſtrum, Animaduerte autem quomodo nimium occulte ti=miditatis huius ueniam eis pollicetur, aperte namq; / fugientibus atq; negantib? ueniam daturum / dicere / tutum nō erat: ne offenſionis crimine quaſi paruo ne=glecto / nullius culpe negationem & fugam ab eo / eſſe putarent. Cum autem nō oportere turbari dixerit: inter ſpem & metum eos collocauit. ut ſi quid humanū patiantur: ſpe uenie reſpirare poſſint / & formidine ab offendendo remouean=tur. Nondum enim inerat illis ne cadere poſſent: quod poſtea ſuperiore uirtute roborati / id eſt ſpiritus gratia muniti habuerunt, imperat igitur ne turbentur: tū ut doceat oportere certaturos / omni abiecto terrore / labores & pericula pro uera libenter gloria ſubire (magnum enim fortitudinis fundamētum eſt mens / & animus nō turbatus) tum ut ſi humana infirmitate labi acciderent: ueniam ſibi paratam occultius oſtenderet. Animus enim nondum ſuperna firmatus gratia: timidus & inſtabilis nimium eſt. ideo & Paulus benedicens quibuſdam ait, pax Chriſti que omnem mentem excedit: corda ueſtra cuſtodiat, id quippe eſt / non Ad phi.
turbetur cor ueſtrum. Cap. XXX 4

» CRedite in deum: & in me credite. ¶ Fortes modo milites inſtruit. armaq; dat quibus omnia queāt aduerſa ſuperare. per fidem nāq; non aliter ſaluamur: ſecundū illud pſalmiſte / dñs illuminatio mea Pſalmus,
& ſalus mea; quē timebo? dñs protector uite mee: a quo trepidabo? 26
deo eni nos protegēte: quis affligere poterit? qs eo uirtū peruenier: ut electos ſibi ſubiiciat / & prauitatis turpitudine maculet? quis ſuperabit diui=nus armus undiq; catafractos? Arma uero latuſq; clipeus / qui telis hoſtium frāgi

non poteſt:fides eſt.Sed illud apprime conſiderandū.iuſſit enim & in deum credere.Nō quia ipſe aliud a deo uero ſit.ſed quia ſi quis dictione ſolūmodo dei/fidei rationē determinat:iudaice opinionis eſt, ideo nomen quoq; filii quod predicationis eſt euāgelice:optime adiecit.Nec in filiū ſimpliciter/ſed in me inquit credite,Recta enim fides in deū patrē eſt/& in filium non ſimpliciter ſed incarnatum/& in ſpiritū ſanctū.Sancta enim conſubſtantialiſq; trinitas:nominū differentiis id eſt perſonarū proprietatibus diſtinguitur.Pater enim: pater eſt & nō filius,filius quoq; : filius eſt & non pater,& ſpiritus ſanctus ſpiritus ſanctus eſt/patris atq; filii proprius,eadem enim ſubſtantia deitatis eſt,quare non tres: ſed unum deum predicamus, Oportet igitur in deum nos credere: ſed diſtincte latiuſq; fidem exponētes/ ut unicuiq; perſone eandem glorificationē referamus. nulla enim fidei differētia eſt.Non enim maior eſſe debet in patrem/ q̄ in filium aut in ſpiritum ſanctū:ſed una & eadem ratio eius & modus eſt/in tribus equali menſura perſonis conſiſtens,ut etiam hoc pacto unitatem nature in trinitate fateamur,hec firmiter in animis nr̄is ſplendere fides debet: que in patrē & in filiū eſt/& in filiū dico etiā poſtea q̄ factus homo/& in ſpiritū ſanctū. nec aliquis non inſanus templum de uirgine ſumptum a dei uerbo ſeparabit.unus enim eſt do-
1,ad corī, minus Ihesus Chriſtus: ut Paulus ait,qui autem in duos filios Chriſtum diuidit:
8 is fidem penitus negat.Quare diuinus Paulus hanc rem optime nobis cōtexens non nudum ad fidem unigenitum tradidit / ſed hominem factum/ mortuum/
Ad ro. 10 & a mortuis excitatum.Quid enim ait? prope te uerbū eſt in ore tuo/ & in corde tuo:hoc eſt uerbum fidei quod predicamus, quod ſi confitearis in ore tuo dominum noſtrū Ihesum chriſtum / & in corde tuo crediderīs qđ deus illum excitauit a mortuis:ſaluus eris,Corde enim creditur ad iuſticiā:ore autem confeſſio fit ad ſalutem.Si autem credimus in filiū qui ſurrexit:quomodo ſurrexit ſi mortuus non eſt? patet igitur quia mortuus ſecundum carnem eſt:& reſurrexit rurſus.Caro enim illa:naturalis uite caro & fuit & eſt/totam proprietatem illius qui habitauit in illa poſſidens/id eſt totam uiuificādi actionem,Nec iniungere quiſpiam nobis poterit:qđ in carnem (ut impii) credamus. qui enim diuidit humanitatem Chriſti a uerbo quod habitat in ea/& duos filios audet predicare:is ſe ſciat in creaturam & in carnem credere,Nos autē a ſcripturis doctī:credimus in crucifixum/mortuum/& exſuſcitatum a mortuis/ non ut in aliū a deo uerbo(neq; id ſubſtantie identitate dico.corpus enim corpus eſt/non uerbū:ſed corpus uerbi)ſed ut in unum uere filium dei,

Cap.XXXI.

» IN domo patris mei manſiones multe ſunt. ſi quo minus / dixiſſem
» uobis.qa uado parare uobis locū, & ſi abiero & preparauero uobis
» locum:iterum uenio/& accipiam uos ad meipſum.& ubi ſum ego/
» ibi & uos ſitis, ¶ Cū neceſſario ne turbentur hortatus ſit/& in deū atq; in ſeipſum credere iuſſerit:aperte modo conſolatur/in māſionibus patris in primogenitorum eccleſia cum eo eternaliter uicturos affirmans, Multas autē manſiones ait in domo patris eſſe: capacitatem celi oſtendens.que tanta eſt: ut nulla egeat ad ſuſcipiendos electos preparatione. Hec multitudo manſionum: differentiā quoq; glorie ſignificat, omnes enim uite ſue congruentem honorem ſuſcipient,ſi ergo multe inquit non eſſent manſiones: hac abirem

de cauſa ut locum uobis prepararem.nunc uero cum multe ſint preparate iam:
non hac de cauſa/ſed ut uiam uobis faciam / & inuium iter preparem: abiturus
ſum. inacceſſibile namq; celum erat hominibus prius: nec ullus unq̃ hominum
ante Chriſtum cum ſancto angelorũ conſortio fuit, hunc aſcẽſum poſtea nobis
Chriſtus preparauit:& iter fecit in celum carni noſtre.in primitias enim mortuo
rum ſeipſum innouando/deoq; patri offerendo: primus homo uiſus in celo eſt,
Vnde celorum uirtutes incarnationis myſterium ignorãtes: magno affecte ſtu=
pore cum aſcendere dominum repente uidiſſent/exclamabant/quis eſt iſte qui Eſaie.63,
uenit de Edom/id eſt de terra? quas non dimiſit indoctas ſpũs ſanctus:ſed iuſſit
ut ei quaſi regi ac domino celeſtes portas patefacerent/dicẽs per prophetã.attol Pſalmus,
lite portas principes ueſtras/&eleuamini porte eternales/& introibit rex glorie. 23
uiam ergo recentẽ ac uiuam(ut Paulus ait) dominus noſter Iheſus Chriſtus no= Ad he,9,
bis innouabit: nõ in ſancta ingreſſus manufacta/ſed in ipſum celum ut deo pro
nobis appareat.non enĩ ut ipſe appareret deo patri aſcẽdit in celos:qui & fuit/&
erit/imo uere eſt ſemper cũ illo(ipſe enĩ eſt ſapientia qua ſemper pater gaudet)
ſed aſcẽdit nũc ut deo patri inaudito quodã pacto quaſi homo appareat.uerbũ
humanitate olim nudũ/ & nunc cũ humanitate propter nos & pro nobis deo pa
tri apparens:ut cũ ſit filius dei uere homo etiam inuentus/audiet: ſede a dextris Pſalmus,
meis/& filiationis gloriam toti humano generi per ſeipſum adoptiõe largiatur. 109
unus enim eſt noſtrum:ac ideo patri ut homo apparuit/atq; apparet/ut nos qui
propter preuaricationẽ a facie dei repulſi ſumus/ ad faciem dei rurſus reducat,
Sedet igitur apud patrem ut filiꝰ:ut & nos per ipſum filii dei reddamur.propte=
rea Paulus in quo Chriſtus loquebatur / omnia que ipſe proprie ut homo fecit/
generi humano communia eſſe docet dicens:correſuſcitauit nos/&cõſedere fe=
cit in celeſtibus in Chriſto, propria enim ut filio ſecundũ naturã Chriſto eſt con Ad ephe,
ſeſſus & glorie dignitas:que illi uere ac ſoli conuenit.uerum quoniã cum ſit deus 2
ex deo/homo etiam factus eſt: huius dignitatis gratiam ad nos etiam modo quo
dam tranſmittit. Nam ſi patris confeſſum non habebimus: quomodo ſeruitus Math.19.
noſtra ad equalem cum dño aſcendet unq̃ honorem? ſeſſuram tamẽ in ſedibus
diſcipulis pollicitus eſt.Cũ enim(ait)in ſede maieſtatis ſue filius hominis ſedebit:
ſedebitis & uos in duodecim ſedibus iudicantes duodecim tribus Iſrael.Nõ ergo
abibo inquit mãſiones paraturus que multe ſunt: ſed uiam innouaturus/quam
propter peccatũ amiſiſtis, ut per eam ad angelorũ conſortia conſcendere poſſi=
tis,quod cũ fecero/& ſuperiora inferioribus coniunxero/ac planũ iter in ſuper=
nam ciuitatẽ uobis conſtruxero:iterum ueniã regenerationis tempore / & acci=
piam uos mecũ.ut ubi ego ſum:& uos ſitis.id recte intelligẽs Paulus:ſcripſit.hoc
uobis dicimus in uerbo dñi: quia nos qui uiuimus/qui reſidui ſumus in aduentũ 1,ad theſ.
domini/non preuenιemus dormientes,quia ipſe dñs in iuſſu / in uoce archãgeli 4
& in tuba dei deſcẽdet de celo:& mortui in Chriſto reſurgẽt primũ. deinde nos
qui uiuimus/qui reſidui ſumus: ſimul cum eis rapiemur in nubibus obuiam dño
in aera/& ſic ſemper cum domino erimus. Cap.XXXII.

» ET quo ego uado ſcitis:& uiã ſcitis. ¶ Preibo inqt ego:uiã uobis ꝑparatus
rus in celum.quo ſi uenire uolueritis/ſi cõuerſationem ſanctorum pluri
mi facitis:& quo uado ſcitis/& uiam non ignoratis. Non enim per alium

q per me hanc gratiã habere poteſtis,Nõ enim alius preter me celos aperiet: nec
Hiere. 6. alius acceſſibile iter hoc faciet. Hãc uiam hortatur propheta Hieremias querere cum dicat.ſtate ſuper uias/ & interrogate de ſemitis eternis que ſit uia bona: & ambulate in ea / & inuenietis purificationem animabus ueſtris,uie namq; ac ſemite domini ſecũdum prophetam/ſũt ſalutares prophetarum libri: quos ſi quis diligenter & pio animo uertit/Chriſtum qui eſt perfecta uia inueniet/& per quẽ conſummata in animis noſtris purificatio naſcitur. iuſtificamur enim per fidẽ:
Eſaie. 35. & participes diuine nature participatione ſancti ſpiritus efficimur,Eſaias quoq; de hac uia id eſt de Chriſto ſcripſit dicens.Et erit ibi uia pura:& uia ſancta uocabitur.ibi certe hoc/unigeniti carnem ſignificat,uia enim pura & ſancta per quã ad ſupernam ciuitatem proficiſci poſſum⁹: Chriſtus eſt.pſalmiſta quoq; ad deũ
Pſalmus, patrem clamat dicens, Legem pone michi domine in uia tua. cupit enim in lege
26 Chriſti doceri:non ignorans per euãgelicam doctrinam celorum portas aperiri Nõ eſt neceſſe uniuerſa modo colligere:quibus uia ſancta/Iheſus a ſcriptura eſt appellatus.Scitis ergo uiã inquit:qua illuc peruenire poteritis, non enim per aliũ q̃ per me/hoc cõſequi licet.quare ſi quis ab amore Chriſti exciderit/ aut quia ineffabilem naturã eius inter creaturas connumeret/aut quodã alio modo a rectis eccleſie dogmatibus deuiãs: ipſe ſciat uiã ſeſe ſalutis perdidiſſe.propterea Pau-
Ad ga. 5. lus quoq; omnes qui diſciplinam Chriſti aſpernantur/quiq; legis umbris retinẽtur:excidiſſe ait a gratia Chriſti/quoniã per legem iuſtificari ſe credunt,& quẽadmodum qui tritam uiam relinquunt/detrimẽta propter errorẽ patiuntur:ſic qui Chriſti & euangelii doctrinam contemnunt / ciuitatem dei non aſpiciẽt.uia enim que illo ducit:Chriſtus ſolummodo eſt, Cap.XXXIII.

» Dicit ei Thomas,Neſcimus quo uadis: & quomõ poſſumus uiã ſcire?
» dicit ei Iheſus. Ego ſum uia/ueritas & uita. Nemo uenit ad patrem:
» niſi per me. ¶Nondum aperte ſed per enigmata ad patrem ſe abiturum Chriſtus dixerat, Et Thomas ratione quadam cogere quaſi uidetur:ut quo uadat plane denotet.Neſcimus inquit quo uadis:& quomodo poterimus uiam ſcire? Chriſtus uero nihil ad tantam curioſitatẽ diſcipulis reſpondet,Nõ enim totam rem exponit/ſed ea oportuno tempori relicta: qđ modo neceſſariũ eſt/illud explanat,Ego enim inquit ſum uia/ego ſum ueri-
Queſtio tas/ego ſum uita,Hec uere dici de dño:nullus unq̃ dubitabit, ¶Sed illud michi querendum uidetur:cuius rei gratia/cum lux/ſapientia/uirtus / aluſq; multis a ſcriptura nominetur nominibus/his modo tribus quaſi electis ſolummodo ſe ap-
Solutio, pellauit? ¶Profunda res eſt ut arbitror.dicimus tamen:quod gratia dei noſtro commiſerit ingeniolo,Tribus igitur rebus ſuperiores conſequemur manſiones. per actionem uirtutis uariam/per fidem rectam/per ſpem uite: quorum omniũ nemo largitor eſt/nemo fons / nemo cauſa / preter dominum noſtrum Iheſum Chriſtum. Ipſe enim nobis mãdata ſuper legem dedit ipſe uiam monſtrauit quã probe actionem uirtutis / & contemptum mundi propter Chriſtum intelligere poſſumus. ipſe igitur uia eſt.Sed ipſe quoq; ueritas eſt / id eſt uera ſ.dei rectitudo atq; determinatio/ & rectiſſima regula amuſſiſq; optima.credentes enim in filium;uere ex ipſa ſubſtantia dei patris natum confitemur.&in creaturas nullo

pacto eum deuoluimus. & patrem / uere patrē esse credimus. Nam qui credit in uere filiū: is in uere patrem etiam credit / is etiam in spiritum filii credit. ipse igit̄ ueritas est, Sed uita etiam ipse est, nullus enim uitam / quam speramus absq; interitu in sanctificatione atq; beatitudine futuram / nobis preter ipsum restituet. ipse certe nos mortuos maledictione propter peccatū / suscitabit: & in celos adducet, omnia ergo eximia / omnia optima / per ipsum & affuerunt nobis & aderūt. Sed inspice queso q̄ accōmodatissime ad propositū ista pertinent, Cū enim ambigeret Thomas ac diceret / quomodo possumus uiam scire? breuiter omniū bonorū se largitorem atq; dominū ostendens / non posse ignorare illos uiam demonstrat / qui sibi coniuncti sunt. Verū quoniam additur neminē ire ad patrem nisi per Christū: age de hoc quoq; aliquid dicam⁹ / si prius explanabimus quomō ad patrem proficiscimur, duobus igitur modis id fit, aut enim secūdū humane nature mensurā sanctificati sancto deo coniungimur (estote nāq; inquit sancti: quoniā ego sāctus sū) aut ad cognitionē patris in fide ut in speculo & enigmate gradimur. sanctus autem nemo erit unq̄ nec recta uiuendi disciplina sanctificabitur: nisi ope atq; patrocinio Christi, sed nec ipsi patri unq̄ cōiungi quisq̄ poterit: non mediante Christo. mediator enim est dei ac hominum. per seipsum & in seipso naturam deo coniungēs humanā. inquantū enim a substantia dei patris ut splendor effulsit: unū est cum patre / & totus ipse in patre est / & pater totus in ipso. Inquantū uero factus est homo absq; peccato: hominibus coniungitur. medius ergo quidā terminus est: perfecte in seipso utramq; naturā continēs. Nemo igitur accedet ad patrem / id est nemo diuine nature aliter particeps erit: nisi per Christum. Nam nisi factus homo ille mediasset: in tantam beatitudinem nemo unq̄ hominū perueniret, sed speculatione etiam que in fide est & cognitione que est secundum pietatem: nemo rursus ibit ad patrem nisi per Christū, quod q̄uis paulo ante planum factum sit: iterum tamen exponere non grauabimur, Qui enim filiū ut uere filium suscipit: is ad cognitionem patris cōscendit, nunq̄ enim filius esse intelligitur: non intellecto patre, Nā ut ad cognitionē filii / cognitio patris facit: sic ad cognitionem patris / filii concurrit cognitio, uere igitur nemo uadit ad patrē nisi per Christū. Naturalis enim substantialisq; imago dei patris: filius est. nec ut quibusdam uisum est / secundū substantiam alienus: externis atq; aduentitiis dignitatibus decoratur. Cap. XXXIIII,

Leuitici, 20

„ SI cognouissetis me: & patrē meū utiq; cognouissetis. ¶ Separatum hoc a superioribus quisq̄ ita putabit: ut Christū id secū dicere arbitretur, quod non modo separatū non est (nihil enim frustra / nichil superuacaneū Christus unq̄ diceret / q̄uis nō intelligētibus nōnunq̄ sic uideatur) uerum etiā adeo coniunctū / ut propter audientiū utilitatem idem repetatur. Nam quoniam Thomas rogabat / quomodo poterimus uiam scire / cum nesciamus quo uadas: necessario dixit, ego sum uia / & ueritas / & uita: & nemo uenit ad patrem nisi per me, ut si quis uiam scire uelit qua peruenitur ad uitam: Christum cognoscere studeat. Verum quoniam multi iudaicam potius q̄ euangelicam doctrinam sequentes / sufficere putāt unius dei confessionem atq; cognitionem / & trinitatis fidem hac de causa negligunt: prauam horū opinionem modo apertius excludit. per filium enim accededum ad patrem est,

&.4,

filii namq; ſpeculatione atq; cognitione : patrem cognoſcimus, non enim poſſu
mus ambigere / quin ſi quis ſubſiſtere filiũ credat / & ex ſubſtãtia dei patris uere
naſci eum fateatur : is in patrem quoq; uere credit. & hec quidem ſimplicior / &
abſq; temeraria cura: cognitio eſt, Si quis autem ſubtilius querat / & probationẽ
rerum deſiderat: uera hec omnia eſſe inueniet. Sed nullus nature deitatis capax
intellectus eſt: ac ideo furioſus eſt qui audet temeraria ſcrutatione rimari / quid-
nam deus ſecundum naturam eſt, umbris tamen & enigmatibus ut in ſpeculo:
catalogũ dignitatum filii perſpicere poſſumus, que namq; ab ipſo facta ſunt &
ante incarnationem & poſt incarnationis dignationem / diligenter cognoſcẽtes
Ioan.10, proportionaliter ad patris cognitionẽ aſcendimus, Nam qui mirabili poteſtate
ac gloria & ante incarnationẽ eſt / & poſt mirabilia fecit: is ego inquit & pater unũ
Ioan.14. ſumus. qui me uidet / uidet & patrem. ab imagine igitur ad exemplar / & a figu-
ra ad primitiuũ nobis procedendũ eſt, non enim externis dignitatibus confor-
mari ad patrem filiũ credimus / nec imaginem dei patris appellamus: quia natu-
ra quidem ab illo alienus ſit / gloriam uero uirtutẽ & ſapientiã eius habeat (hec
enim impiorũ nuge ſunt / ad euerſione conſubſtantialitatis filii, quod poſſe fa-
cere / per inſaniam crediderunt diabolica ſuggeſtione cogitare) ſed character &
imago & ſplẽdor patris filius eſt / ut ex ſubſtantia eius uere atq; ineffabiliter na-
tus / & ideo proprietatem ſubſtantie patris / & naturaliũ perfectionũ pulchritu-
dinem naturaliter habet, non eni ita uecordes erimus / nec eo inſanie incidemus
ut non natura deo ſimilem arbitremur / ut non ex ſubſtantia dei nato / gloriam
dei attribuamus / ut quod factũ ex nihilo eſt / id uirtutis ac ſapientie dei (que infi
nita eſt) capax eſſe poſſe concedamus / ut ſe ſic habere creaturã unq̃ putemus /
ſicut dei patris ineffabilis natura ſe habeat. Quid eni eſſet: quo creatura a crea-
tore differret? aut quid a creatoris identitate creaturã ſeparet? Nam ſi oĩno glo
riam / uirtutem / ſapientiam dei patris equaliter filius habet: quid maius eſt in pa
tre? aut cur ipſe maior nobis eſt: ſi creatura eſt? Ego quide non uideo: & illos er-
rare non dubito. Non ergo aduentitius ad equalitatem patris dignitatibus filius
conformatur: nec quaſi colorum uarietate in tabula falſo depingitur, ſed chara-
cter & imago uere genitoris eſt: propriis & naturalibus bonis / naturam manife-
ſtans, Hac de cauſa dixit: neminem poſſe cognoſcere patrem / niſi prius ipſum
id eſt filium cognouerit. Cap. XXXV.

» TAmodo cognoſcetis eum & uidiſtis eum. Mirari oportet incre
dibilem huius ſermonis diſpenſationẽ, Nam cum dixerit / ſi cogno
uiſſetis me: patrẽ quoq; meũ cognouiſſetis / ne uideatur ignorãtie
tante rei diſcipulos crimine accuſare: illico intulit / amodo cognoſce-
tis eum / & uidiſtis eum. Nam quoniã omniũ futuri erant eccleſia-
rum paſtores / ab ipſo ſaluatore ad omnes gentes inſtituẽdas miſſi: hac de cauſa
(ut ego arbitror) cum uniuerſaliter / ſi quis cognouit filium: patrem quoq; a eo
cognoſci dixerit / diſcipulis poſtea fidei cognitionem atteſtatur. Nihil enim non
uerum Chriſtus dixiſſet. nec ſi quis diligenter euangelium rimatur (niſi mente
captus ſit) dubitabit filium dei fuiſſe dominũ / diſcipulos credidiſſe, Quomodo
Ioan.1, enim Nathanael cum audiuerat: anteq̃ philippus te uocaſſet / ſub ficu te uidi cõ-
feſſionem illico fidei attuliſſet dicẽs / Rabi tu es filius dei / tu es rex iſrael: niſi hoc

in diſcipulorū animos incidiſſet? preterea poſt ſedatos fluctus clamabant dicen Math, 14
tes:uere filius dei tu es. An forte ignoraſſe illos uim huius uerbi quiſq; opponet?
ſed quō qui hec opponet:ignorare non uidebitur / cum apud Ceſaream Philippi
a Chriſto diſcipuli rogarētur / quē dicunt homines eſſe filium hominis / aliorum
falſis opinionibus dictis / de ſua interrogati per principē conſortii ſui non dubi=
taſſe illos exclamare / tu es Chriſtus filius dei uiui, quando igitur dicitur a Chri= Math. 16.
ſto:ſi cognouiſſetis me / patrem quoq; meum cognouiſſetis / nō omnino ipſis di=
ſcipulis / ſed per eos generaliter omnibus dictū eſſe illud putemus. qui enim dili=
genter cuncta obſeruat; inueniet eos non penitus ignoraſſe deum & dei filium
Chriſtū fuiſſe. Verū cum uiā ſeipſum appellarit enigmatice: hoc dictū non intel
lexerunt. Preterea uerſo ad ipſos ſermone:docuit non poſſe illū cognoſcere pa=
trem qui filium ignoret. deinde cognitionem fidei eis atteſtatur dicens: amodo
cognoſcetis eum & uidiſtis eum, Amodo autē non ab illa hora ſignificat in qua
hec uerba faciebat / ſed a priſcis temporibus:aduētus Chriſti tempus diſtinguit:
in quo patris cognitio in uniuerſo terrarū orbe per filium rutilauit, Ideo in pſal= pſ, 138.
mis quaſi ad deū patrem dicitur. mirabilis facta eſt ſciētia tua ex me. Nam cum
ſplendentem miraculis filiū / & poteſtate ſuprema quecūq; uelit peragentem ui=
deamus:cognitionē patris / ſumma cū admiratione retinemus, amodo. ergo co=
gnoſcetis eum. cognouim⁹ enim in filio (ut ſepe iam dictū eſt) quis pater ſit, nec
cognouimus ſolum / ſed etiam uidimus. Cognitio enim. mētis ſpeculationem ſi=
gnificat / quam mens humana de natura diuina / & que ſuper omnia & per om=
nia in omnibus eſt / habere poteſt. uiſus autem:miraculorū certitudinē denotat.
Non enim tātummodo nuda mentis agnitione / uitam eſſe patrē cognouimus /
mortuos uiuificantē in filio & corruptos ad eſſe iterum reducentē:ſed uidimus
ipſum in filio uitā naturaliter eſſe & omnia illi eſſe ſubiecta / quādo mari & uen=
tis cū ſuprema poteſtate increpans dicebat, tace / obmuteſce. quoniā ergo dictu= Marcus.
rus erat / non cognouiſſe ſolū modo illos patre ſed etiam uidiſſe:neceſſario illud 4
amodo / antepoſuit. quamobrem? quia lex per Moſem ad Iudeos clamabat: dns Deute. 6.
deus tuus dns unus eſt / nomenq; filii non exprimebat. ſufficiebat enim tunc ſi a
multorū cultu deorū ad unū deū homines euocarentur, dns uero noſter Iheſus
Chriſtus multis ſignis in ſeipſo patrem nobis manifeſtauit:& unius dei naturam
in tribus eſſe perſonis demonſtrauit. Recte igitur amodo / dicitur: propter im=
perfectionē cognitionis eorū qui diſciplinā legis obſeruabant. Cū autem dicat ſe
pro patre uiſum eſſe: nō negat in propria uere perſona deum patrē (ex quo eſt)
ſubſiſtere. nec ſe patrē eſſe affirmat / quantū ad perſone dico ſignificationē. Nā
quoniā conſubſtantialis patri eſt: idcirco in ſeipſo patrē uideri aſſerit. ut ſi quis
noſtrū cū patris ſui naturā ante oculos ponere uelit:ſeipſū oſtendat / ut in ſe pa=
ter ſuus cernatur / quātus deus omniū uim exemplorū excedat, Cap. XXXVI.

» Dicit ei Philippus, dñe oſtēde nobis patrē: & ſufficit nobis. ¶ Studio
ſus quidē Philippus fuit; ſed non adeo acutus ut cōmode atq; apte
q̄ ſit uiſio dei poſſet intelligere. propterea putabat oculis huius cor
poris diuinam poſſe uidere naturam, ſed manifeſte a deo dicitur: Exodi. 33.
nemo uidebit faciem meā & uiuet. Nam etſi uiſus a multis ſanctis a
ſcriptura dicatur:nullus tamen recte intelligens / ſuſpicabitur ipſam dei naturā

uiſam fuiſſe.propterea & aliter alij uidit. Aliter enī Eſaias/aliter Ezechiel/aliter alii uiderunt.unde oportebat intellexiſſe Philippū/ impoſſibile omnino homini oculis corporis ſubſtantiam dei aſpicere: nec ualde prudēter cum imago & character patris uerus adeſſet/ primitiuū quaſi non adeſſet deſiderare. Sufficiētiſſi
Math,12. me namq; qui Chriſtū uidet/patrē uidet.probe enim a fructu arbor cognoſcit: ut ſaluator ait. Cum ergo uiſio atq; cognitio filii perfecte ſufficiat ad naturā patris cognoſcendā: ſuperuacaneus forſan Philippi ſermo uidetur. non tamen laudeſua priuādus eſt, admiratione namq; cōmotū dixiſſe arbitror: domine oſtende nobis patrē & ſufficit nobis. Ac ſi diceret: omnes nos gaudii plenos profitebimur/ nec deeſſe ad beatitudinē quicq̄ nobis arbitrabimur/ ſi (quod maxime optamus) deum patrē uidebimus. laudandus ergo eſt: qui uiſionē patris ceteris omnibus rebus antepoſuit. hec quidē ſimpliciora/ expreſſioraq; ſunt. curioſius autē atq; occultius illud addemus. Non ignoramus ſcribas ac phariſeos/ ceteroſq; iudeorum principes innumeris Chriſti ſignis cōmotos ſic inuidia exarſiſſe: ut cum prohibere ne miraculoſe ageret non poſſent/ ad detrahendum illi uerſos/ multa
Luce,11. ad diminuendā illius gloriam predicaſſe, modo in principe demoniorū ſigna fieri ab illo clamātes: modo turbas reprehendētes quoniam illum audirēt. dicebant
Ioan.10, enim: demoniū habet ac furit cur eum auditis? glorie igitur Chriſti ſummopere inuidentes: perſuadebāt turbis preuaricationem legis Chriſtū odiſſe/ & Moſi to
Exodi.20 to animo inherere, Moſem enim dicebāt obuiam deo populū ab Egypto ad Sina montē eduxiſſe/ ac oſtendiſſe eis deum in cacumine mōtis/ & feciſſe ut auribus ſuis uerba dei audirent. ita certiores omnes factos eſſe/ uerbis dei legē eſſe dicta tam. hunc autē preſtigiatorem nihil tale unq̄ feciſſe. Hec illos ita dicere ac facere
Ioan.9, inde maxime patet: quod ad cecum a natiuitate cui uirtute ineffabili ſaluator uiſum largitus eſt/ cum amaritudine dicebāt. Tu illius diſcipulus es: nos autem Moſis ſumus diſcipuli. Nos ſcimus quia Moſi locutus eſt deus: hunc uero neſcimus unde ſit, hanc rationē non facile/ immo nullo modo cōfutari poſſe omnes credebant: qui iudeis fauebāt, hec ubiq; clamātes: multos decipiebāt/ & turbatione cūcta replebāt. Cogitauit ergo ſecum Philippus omnem iudeorū poſſe cōtradictionem diſſolui: ſi Chriſtus quoq; credentibus in eum/ patrē oſtenderet. Quapropter obſecrat dicens. domine oſtende nobis patrē & ſufficit nobis, Multis inquit modis o domine ad fidem tuā nos attraxiſti/ innumeriſq; ſignis iudeorū impudentia repelli poteſt: ſed nihil omnino deerit/ ſi etiā ipſe deum patrē nobis oſtendes, hoc enim maxime faciet: ut iudeorū ora conſuere poſſimus. non arbitror lōge a mēte Philippi occultiore hoc ſenſu nos aberrare. Ipſe certe ad hec excogitāda nos inuitauit/ cum dicat ſufficere ſibi deum patrē uidere: quaſi hoc ſolum credentibus deeſſe uideretur, ipſe quoq; ſaluator in ſequentibus hoc fere ſubape-
Ioan,14. rit dicens, uerba que ego dico uobis: non a me loquor/ ſed pater in me manens/ ipſe facit opera. quod loco ſuo latius exponemus. Cap,XXXVII.

» Dicit ei Iheſus. tanto tēpore uobiſcū ſum/ & non cognouiſtis me? Philippe qui uidet me: uidet & patrē. ¶ Inexcuſabilem imperitiā diſcipuli oſtendit, difficilia enim ſublimiaq; theoremata/ & ſi breui tempore nequeant exquiſitius intelligi: in longis tamen tēporibus a ſtudioſis percipiūtur, que uero facilia cognitu ſūt: ea ſine labore/ ſta-

tim cum audiamus conſequimur. Quid igitur o philippe impedimento tibi fuit ad exquiſitam mei cognitionē: qui cum tāto tepore mecū ſis ut perfecte iam me cognoſcere deberes / ambigis adhuc? Imo uero ignorare omnino uideris: quis natura ſum / & unde ſum, quomodo non cognouiſti: quia qui me uidet / uidet & patrem? & iudeos quidem putas diuinā olim naturam in monte aſpexiſſe / ab eaq; quid faciundū ſit / quid nō faciūdū audiuiſſe. Tu uero nondū credis per me & in me patrē uidiſſe, neſcis quia qui uidet me uidet & patrē? Non eſt opus longa uti oratione ad demonſtrandū non intelligi uiſionem hic eam qua oculis cernimus (nemo enim nō furioſus / naturā dei oculis ſubiiciet: quā uix in ſpeculo uidem⁹ / & in enigmate) illud tamen aduerſus inimicos ueritatis: qui lingua nos impudenti / imo unigeniti ſubſtantiā lacerant / dicendum uidetur, Naſci ex dei patris ſubſtantia per generationē filius (ut illi putant) nō emanauit / ſed ſolis exterioribus non naturalibus dignitatibus fulget / quibus patrē in ſe ut imago figurat: primū non erit naturaliter filius / nec genitē uere. Erit ergo creatura ut nos / aut aliqd tale. quo conceſſo atq; credito: illud confiteri neceſſe erit / patrē uere ac naturaliter patrem non eſſe. ſed uoluntate quadā ut noſtri apparētia patrem nūcupari. hinc porro neceſſario ſequetur nō eſſe trinitatē unum deū / ſed tres potius deos: cum alius in alio ſubſtantialiter nō inſit / ſed unuſquiſq; ut nomine ita nature ratiōe omnino diſſeparetur, Cogimur hec nephanda ut rerū rudius dicere: ſed tamen proſequemur, Si ergo natura ſeparent? / & alienus naturaliter a patre filius eſt: quō qui natura deus nō eſt / patre qui natura deus eſt / in ſeipſo nobis oſtendit? Quomodo in re creata increatā conſpiciemus? quomō in eo qui aliquando non fuit eum qui ſemper eſt ſpeculabimur? Nec mihi aliquis dicat quoniā uirtutem patris / ſapientiā bonitatem / producendi omnia uim habeat: idcirco imaginem eius eſſe, ſed prius oſtendat nō natura deū: incōmutabiliter ac perfectiſſime ut nihil omnino deſit / natura dei poſſe imaginē eſſe / que in ſeipſa primitiuū abſolutiſſime oſtendat, quod quoniā oſtēdere nunq̄ poterit: rogabimus ſecūdo ut illud demonſtret / qua ratiōe ſi natura deus nō eſt (ut ipſi dicūt) ueri dei opera poteſt facere. hoc enim eſt patris imaginē eſſe, Nam ſi nō habet uirtutem a ſe filius ad peragenda omnia ſufficientē / mutuo autē a patre ac forinſecus accipit & ſapiētiā & uires / ut ea poſſit facere que ſolus pater natura facere poteſt: mentit? ſcriptura / que imaginē & caracterem patris appellat. Sin uero non mētitur: in ipſam patris gloriā eorum iniuria conſcendit. quonā modo? dicam repetens breuiter, Aut enim ſi a ſe idem naturaliter non habeat ad faciēda omnia uirtutē / ſed ab alio extrinſecus accipiat: falſo imago patris appellatur, nō enim aliunde ſed a ſe naturaliter habet omnia / primitiuum. Aut ſi uerax ſcriptura eſt & ipſe ſaluator / qui patrē in ſeipſo conſpici aſſerit / ita ut nihil prorſus deſit / nihil ſuperfluat nihil diminutū mancunq; ſit / ſed ſumma ſit incōmutabilitas: neceſſe erit concedere ipſum quoq; primitiuū id eſt patrem non a ſe ſed ab alio hanc uirtutē mutuari, quippe qui ſe talem in imagine nature ſue nobis oſtenderit. Nōne igitur uidetis / ad illos quiſpiā dixerit: longe a recta uia in perditionis baratrum uos decidiſſe? Sed poteſt inquiunt filius quamuis creatura ſit / diuine nature opera facere: quoniam ita deus pater inſtituit. Ergo uero neſcio ſi quid magis impie dici poteſt: nihil enim maius erit in deo / q̄ in creatura, Nō ergo precipuū quid filio attri

Ad he.1.

buere credant:quia ſuper alias creaturas creatũ exiſtiment,Non enim utrũ eximie nature creatura ſit/ſed utrũ factus ſit queritur, Cumq; factus eſſe ab eis dicatur:gloria eius ſtatim deprimitur:fruſtra igitur quaſi remedium afferunt/qđ optima creaturarũ ſit:cum creata omnis natura / in infinitũ a non creata diſſeparetur & diſtet, Sed ipſi quoq; nature patris ſumma infertur iniuria: ſi eadem omnino filius que ipſe/cum creatura ſit/operetur, Nequaq̃ igitur ferendi ſunt, cum predicent diuine nature opera poſſe a creatura ſecundũ naturã fieri, nulla enim ſanctorũ uoce poteſt id confirmari. quare cum ex animo ſuo falſas effun-
Ezechi,13 dant rationes:non iniuria dicemus, ue iis qui prophetant a corde ſuo. nihil enim preter illa patrem uelle cõcedimus:que gloriam eius conſeruant / & rectitudinẽ dogmatũ ſtabiliunt. Nugis igitur illorum omiſſis:ueram proſequemur rationẽ, ex ſubſtantia dei patris ſecundum naturam / natus eſt filius. ſic enim uere cum character ſimilitudoq; illius ſit/dicere poteſt. qui uidet me:uidet & patrẽ, Quõ igitur o Philippe patrẽ tibi petis oſtẽdi: cum patrem in eo uidere poſſis/qui totã naturam patris ut uer⁹ character eius & imago incõmutabilis uere habet? Caue ne altiora in ſpecie ignis uidiſſe antiquiſſimos in monte putes, meliora enim ſublimioraq; ſunt hec miracula Chriſti:& exquiſitiorem dei patris cognitionẽ efficiunt/q̃ illa cognitio fuit que in cacumine montis a priſcis habita eſt. Quod breuiter oſtendemus:ut clare appareat non neceſſario illam priſcam a Philippo cognitionem fuiſſe queſitam/qua in ſpecie ignis populo uidere deſcendiſſe dicitur deus, Quomodo igitur ad rectam de deo opinionem per ſpeciem ignis quiſpiã peruenietꝰ aut qua ſimilitudine ignis:ad primitiuum id eſt ad patrem aſcendetꝰ Bonus natura deus eſt/creator eſt/ex nihilo cũcta produxit/& que produxit cõtinet atq; uiuificat, Sapientia preterea & uirtus eſt: iuſtus/miſericors / & cetera huiuſmodi quorũ omniũ nihil unq̃ in igne conſpicies, Cur ergo inquies in ſpecie ignis deus apparuitꝰ quia tunc primũ diſciplina legis ad pietatẽ populus inſtituebatur:qui cum eſſet dure ceruicis:opus erat ut q̃maxime terribilis deus eis uideretur/ut cum ſcirent magna preuaricatoribus imminere ſupplicia / quia ignem
Deutero. 4 quaſi urentẽ offenderent:aliquantulũ ſibi ipſi moderarentur. Propterea Moſes quoq; illis dicebat: ignis conſumens deus noſter eſt. nec dei naturam tantus uir igni conferebat:ſed oſtendere uolebat ignis more a deo tranſgreſſores cõſumi, Non ergo quia igne deus cognoſci poſſit/ſed quia utile tũc populo fuerat:in ſpecie ignis deus apparuit. Nũc exquiſitiſſimã patris imaginẽ a perfectionibus eius
bonus potens uita cõſideremus. Bonus ſecundũ naturã deus pater eſt, quid filius:nõne ſumme bonus/qui uenit in mundum ut peccatores ſaluaretꝰ qui ſe humiliauit/ & animam ſuam pro peccatoribus poſuitꝰ Potens pater eſt, filius quoq; ſimiliter:qui elemẽtis imperabat/elata maria deprimens/ & uentorum flatus deponẽs/ qui naturã rerũ penitus uicit, Leproſum enim curauit imperio: & ſumma cecos poteſtate uidere iuſſit, Vita naturaliter pater eſt. filius quoq; ſimiliter uita eſt. mortis enĩ uires euertit:cũ multos e morte ſuſcitauerit, Iure igitur ad Philippũ ait. Qui uidet me / uidet & patrem. Cur igitur inquit o Philippe cũ multo melius in me patrem uidere poſſis q̃ in igne antiquiores uiderunt: alium quendã modũ uidendi patris deſideras? non credis qa ego in patre/& pater in me eſt? Ego inquit o Philippe genitoris naturam ut imago ſubſtantie ſue/ perfectiſſime ad illam forma-

tus in me totã exprimo:non exterioribus neq; aduẽtitiis dignitatibus / ſed naturalibus nature patris perfectionibus ſplẽdens,id enim ſum uere quod pater eſt / idẽtitatis ſubſtantie ratione,Tu autẽ uidere patrẽ petis:quia non penitus adhuc credidiſti qđ ego in patre ſum / & pater rurſus in me.que igitur ego dixi / pater dixit:& que operatus ſum / pater operatus eſt,Hec Chriſtus non ut prophete dicit:qui certa menſura & ordine / non ſua ſed que deus illis inſpirauerat loquebãtur.Patri autẽ miraculorũ poteſtatem attribuit:nõ quia ipſe quaſi foriſeca uſus ſit / ut illi dicebãt:nolite nobis attẽdere tanq̃ propria poteſtate id fecerim⁹:nõ enĩ ſua ſed dei uirtute ut miniſtri miracula ſancti peragebãt,Nõ igitur qa dei poteſtate ut exteriore uteretur / uerũ quia cũ patri conſubſtãtialis ſit / idem cũ eo natura penitus eſt,Et uerba ſua / patris eſſe uerba dicit:quia non aliis q̃ filius uerbis pater ſi loqui uellet uteretur.opera quoq; ſua / patris eſſe ſimiliter dicit:quia non aliter filius q̃ pater operari poteſt. Cap.XXXVIII.

Illi ſcilicet prophete

» VErba que ego loquor uobis : a me ipſo non loquor.Pater autẽ in me
» manens:ipſe facit opera. ¶ Nõ aliter inquit pater / ſi uobiſcũ uerba facere uellet:q̃ ego / locutus eſſet.tanta enim inter nos identitas eſt, ut uoces mee / illius ſint,& que facio:illius opera ſint. ipſe enim propter incõmutabilitatem ſubſtantie in me manens facit opera.Nam cum una in patre & filio & ſpiritu deitas ſit ; omnis ſermo patris & omnia opera patris / per filiũ in ſpiritu ſunt.agũtur tamen quaſi a patre,Non enim eſt extra genitoris ſubſtãtiam filius:ſed nec ſpiritus ſanctus. Sed aliũ quoq; ſenſum incarnationis diſpenſationi accommodatũ dicere poſſumus.Nõ loquor ait a me ipſo: id eſt non aliena / neq; incongrua deo patri loquor.Nam quoniã in humana forma cernebaẽ: ſermones & opera ſua nature deitatis in perſona patris attribuit, ac ſi diceret,Cauete ne humana hec figura & habitus longe uos a conuenienti de me opinione ſeducat,Cauete ne hominis nudi uerba mea putetis:ſed diuina & ipſi patri congruentia ducite. operatur autẽ in me manẽs.ſum enĩ in ipſo & ipſe in me, Nolite igitur credere maius excellẽtiuſq; aliquid priſcis datũ fuiſſe:q̃ deũ in ſpecie ignis uiderunt & uocẽ audiuerũt,uos enĩ multo uerius in me / & per me patrẽ uidiſtis.de⁹ enim natura cũ ſim : ueni manifeſte(ut pſalmiſta canit)homo propter uos factus.uerba igiẽ mea / pris uerba ſũt:& opera mea ſimiliter. Quare uos q̃ hec audiuiſtis & uidiſtis: uerba patris audiuiſtis / & opera patris & uirtutẽ uidiſtis,per me namq; ille ut per uerbum ſuum loquitur:per me ut per uirtutem ſuam miracula peragit,Nullus autem niſi mẽte captus: uerbum & uirtutem patris naturaliter ſubſtantie patris ineſſe poteſt negare Cap.XXXIX.

Pſalmus, 49

» CRedite quia ego in patre & pater in me eſt , ¶ Aperte nunc dicit / imo imperat nõ aliter nos credere oportere quã ipſe uelit / qui ueritas eſt.Conſubſtãtialis enim patri eſt : nulla re penitus interpoſita / nec intermedio ullo intellecto quod ſubſtantiam a ſubſtantia & naturam a natura diſſeparet,unũ enim cum ipſo eſt. Propterea ſubſtantia & natura alterius / in altero conſpicitur: quod noſtro etiam exemplo uidere licet . Nam etſi corporibus diſtemus:non ſumus tamen alii natura patres a filiis / & filii a parentibus. Abrae igitur naturam conſpexit: qui filium eius cõſpexit,Sed in hominibus quidẽ magna uidetur eſſe diſſeparatio,ſeorſum enĩ unuſ-

quiſq; formatus/quãuis una ſubſtantie atq; nature ratio in omnibus cõmuniter ſit: tamen alter in altero nõ ineſt,in deo autẽ non ita eſſe intelligemus,ſed proprie quidem pater:pater eſt/& non filius.&qui ex eo eſt:filius eſt/& non pater/ & ſpiritus ſanctus:ſpiritus proprie eſt,in unam autem deitatis naturam ſic trinitas ſancta colligitur: ut unus ſit deus/ nec aliqua trinitatis perſona diſſeparetur ab alia.ſed ſubſiſtere quidem trium perſonarũ proprie ac uere quamlibet credimus,& filiũ ex patre ineffabiliter natũ eſſe/& in ipſo manere intelligimus, eodẽ modo de ſpiritu ſancto,Eſt enim ex deo uere/non diſſeparatus a ſubſtãtia eius: ſed procedens potius ex eo & in eo ſemper manẽs/ prebetur ſanctis per Chriſtũ Omnia enim per filium in ſpiritu ſancto ſunt. Hãc dogmatum rectitudinẽ atq; ueritatem ſancti patres nobis tradiderunt: ſic & loqui & ſapere a ſanctis litteris docti ſumus, ad quam fidem dominus etiam hortatur dicẽs, credite quia ego in patre & pater in me eſt, Cap.XL.

» ALioquin propter opera ipſa credite. ¶ Palã iſtis uerbis nichil ſe mirum / diuineq; nature conueniens potuiſſe facere oſtendit:niſi natura deus eſſet.& uide quanta cũ authoritate & ueritate,Nam etſi mentiri nõ poſſit: nõ petit tamen ut omnino uerbis ſuis credamus. Quare ſic? Non ignorabat poſſe ſibi furioſos uerba huiuſmodi accommodare/deoſq; ſe uerbis facere: operibus autem diuine nature congruentibus nulla unq̃ creatura utetur. nec enim deus minime capaci creature / faciendi omnia poteſtatem donabit.Non ergo magis a uerbis ſuis/q̃ ab operibus credere cogit/ſe quidem in patre/patrem autem rurſus in ipſo eſſe:id eſt non aliam eſſe naturam ſuam q̃ patris. Et eccleſia quidem Chriſti que rectitudine dogmatum gloriatur:hanc in unigenitũ habet fidem,dei autem inimici nõ parua rabie con-
Deute.32 citati:alius alium in maiorẽ impietatẽ impellũt. Nam cum uinũ Sodome bibant/ & uuam Gomorre uindemiẽt / neca ſpiritus ſancti reuelatiõe ſed acerrimi draconis ſuggeſtione loquantur: & nec probe ſentiunt & ea dicunt quibus audientium animas ad inferos detrudũt,libris quoq; has nugas ſuas tradere auſi: quaſi publice in tabulis malignitatem ſuam pingentes perpetuitati (quantũ in eis ſitũ eſt)commendarũt. Vnde fit ut q̃is multis tam hac de re dictis/ propoſitũ aduti litatem fidelium opus/proſequendũ breuius uideatur/ nugis eorũ neglectis.cogamur tamẽ ne ſimpliciorũ aliquis laqueis eorũ capiatur / ueritatis dogmatibus ut ſcutis uenenoſa illorũ tela repellere. ac friuolas oſtendere calumnias ſuas: quib? filio miſeri imo uero toti deitati conantur detrahere. ¶ Legi enim modo librũ
Arrianorum confutatio. quendam aduerſariorũ:in quo de propoſito euangelii loco ſic poſt nonnulla breuiter ſcribebatur:Filius ergo ſubſtantialiter a patre continente contentus:habet in ſe patrẽ loquentẽ uerba / & ſigna facientem,quod ipſe filius expoſuit dicens. que ego loquor uobis/a meipſo non loquor:pater autem in me manens ipſe facit opera. Quid uelit dicere cũ ſubſtantialiter a patre contineri filium aſſerat:non probe (ut ueritatẽ fatear)aſſequor/tanta in oratione ineſt obſcuritas.& quemadmodũ qui male agit/odit lucẽ / & non uenit ad lucẽ(ut ſaluator ait)ne redarguatur:ſic oratio improba/cũ non audeat in lucẽ exire ne redarguatur: obſcuritate gaudet.Quid igitur ſit ſubſtantialiter a patre filiũ contineri/ quibuſcunq; potero modis exponam: ut obſcure dictum in lucẽ protractũ/reprehendatur,

Si ergo ſignificat / in patris ſubſtãtia ſicut conſubſtantialẽ filiũ eſſe / ita ut pater rurſus in ipſa filii natura perfulgeat: q̃uis continentie nomen alieniſſimum ſit / laudabimus tamen & comprobabimus. Sin uero non id (non enim ex ſubſtantia patris natũ eſſe filium fatetur: qui hec euomuit) ſed ut corpus quoddam finitũ / ſic naturam filii terminatã ab infinito patre contineri arbitratur: quomodo inſanus non eſt qui ita blaſphemat? aut quomodo cum filiũ deum eſſe modo quodã concedant: proprietates corporũ ei accommodant? quod enim menſura aut termino circũſcribitur / cũ dimenſiones ſuſcipere neceſſario intelligatur: id prima & ultima & locũ & quãtitatem & figurã habeat neceſſe eſt / que omnia coporum propria ſunt. quomodo igitur corporeus eſſe credetur: qui ſuper omnia eſt? aut quomodo aliis creaturis ſimilis non erit: ſi ipſe quoq; ſimiliter finitus eſt? quod ſi ita eſt: cur falſo nos terrebat dicẽs / uos de iis que deorſum ſunt eſtis / ego deſuper ſum? & rurſus. uos ex hoc mundo eſtis: ego non ſum ex hoc mundo, Nam cum deſuper eſſe aſſerat: non celũ ſignificat / nec locum aliquem (ſic enim etiam angeli deſuper ſunt) ſed a ſuprema ſe ſubſtantia emanare demonſtrat. Quomõ igitur id uere dicebat: ſi quemadmodũ que ex nihilo producta ſunt corpora / ſic terminis continetur magis q̃ cetera contineat? aut quomodo ipſum nuſq̃ abeſſe pſalmiſta dicit: incorpoream incircumſcriptibilẽq; naturam ut deo attribuẽs: quo iboa ſpiritu tuo / & quo a facie tua fugiam? Si aſcẽdero in celũ / tu illic es: ſi deſcẽdero ad infernũ / ades. Si ſumpſero penas meas diluculo / & habitauero in extremis maris: eteni illuc manus tua deducet me / & tenebit me dextera tua. Hec per pſalmiſtã ſpiritus cecinit, ſed iſti / ſpiritus quoq; uoces contemnẽtes: terminis & circunſcriptionibus unigenitũ dei filiũ ſubiiciunt, quod fieri: qui poterit / ſi celos ſimul & ultima terre facile replet? ſed non uenit eis in mentem: quia ſi filii facies id eſt ſpiritus (facies eni filii: ſpiritus ſanctus eſt) uniuerſa replet: quomodo ipſe / continentie terminis cõprehendetur? Ita inquit: ſed nõ a corpore neq; a loco ſed a deo patre filiũ contineri dicimus. Non poteſtis impietatẽ effugere: ſi ut corpus rem incorpoream circunſcribatis / & finẽ attribuatis infinito. Nam cũ a patre cõtineri dicatis: quid aliud q̃ quod finitus ſit / ſignificatis? ſicut creature omnes que ab ipſo producte: contineri etiam ab ipſo dicuntur. Preterea ſi quid quod aliquo modo continetur / ea ratione qua continetur minus continente eſt: quomõ non erubeſcitis / minorem patre filiũ ſicuti poteſtate / uirtuteq; illius incluſum / & preſentibus & poſteris occultius continentie uerbo tradentes? Ad hec cũ ſe imaginẽ patris perfectã aſſerat (qui enim uidet me inquit / is & patrem uidet: & ego in patre & pater in me eſt) ſi ſubſtantialiter a patre cõtinetur: ipſe quoq; pater erit finitus. Talem enim eſſe patrẽ uult / qualis ipſe eſt: & aperte dicit patrem in ſe eſſe ipſe igitur aduerſarius querat aliũ / qui ſit maior patre qui eſt in filio, mihi enim nefas uidetur talia cogitare. nõ eſt autem filius ex parte patris imago / ſed totus totius imago eſt: neq; aliquid penitus intercidit quod ſummam ſimilitudinẽ imo identitatẽ imminuere uideatur, Illud ſummopere miror mirariq; non deſinam: quomodo auſi ſũt dicere ita patrem in filio loqui & ſigna facere / quemadmodũ ipſe Chriſtus in Paulo & loquebatur & operabatur? Hac enim de cauſa dictum eſſe contendunt. Ego in patre ſum & pater in me, quis talia de Chriſto ſentientes: Chriſtianos appellabit? ecce manifeſte nõ deum ſed capacem deo & dei par-

Ioan. 8,

Pſalmus, 138

Ioan, 14,

2. ad corĩ. 13

ticipem/magis creaturā q̄ deum ex deo natū predicāt. Patet igitur undiq; quod illa ſit intētio eorū: ut longe a ſubſtantia dei patris propellant filiū/& deitatis natura omnino priuēt. Quomodo igitur quaſi mortuos impietate largo lachrimarum fluuio non plorabimus dicētes, quis dabit capiti meo aquam & oculis meis
Hiere.9. fontem lachrymarū/& flebo noctu & interdiu hunc populū? ſed zelo fidei concitati ne ſimpliciores ſeducantur: de beato Paulo dicimus/quod & ille & quiſquis ſanctorū diuinitus & loquebatur & faciebat/ Chriſtum in corde ſuo habitātem per ſpiritū habebat. propterea & miracula faciebant: & que deo placebāt loquebantur quos omnes natura homines & aliud ſecundum ſubſtantiam q̄ ſpiritus Chriſti qui habitabat in eis/& dei cultores & gratia eius rutilantes/etiā inuiti cōcedetis/nec negabitis deſtitutos fuiſſe gratia illos anteq̄ uocati fuiſſent. poſſibile quoq; fuiſſe poſtea q̄ gratiā habuerunt: delictis prauiſq; cogitationibus eam illos amittere, Nā qđ deforis allatū eſt: q̄uis re ipſa nequaq̄ auferatur: auferri tamen poſſe nemo ibit inficias. ſi ergo ſecundū impietatē & imperitiā ueſtram ita patrē credemus eſſe in filio ſicut Chriſtus erat in Paulo/loques in eo & miracula peragens: quō non erit aliud q̄ pater qui in eo eſt? pater autē deus eſt. filius ergo non erit deus. Quare inſtrumentū quoddā & ut uas aliquod patris/unigenitus erit: nec a tibia uel lyra diſtabit/cū illud reſonet quod inſpiratione aut pulſatione iubeatur, ad peragēda uero miracula: quaſi ſerra aut bipēnis adhibebitur, Sic alienus omnino a natura patris erit: nec ullo modo natura deus credetur, Quomō igitur creaturis non cōnumerabitur: qui miniſtri locū poſſidet? Quomodo filius dei appellabitur/& conſeſſum patris habebit: imo uero quis hoc dicere dignabitur/qui uerū eſſe illud putabit? Vos aūt q̄uis hec dicatis: proh pudor filium tamē appellatis. inſtrumentū ergo artificii atq; ſapiētie ſue pater genuit: & aliud preter ſeipſum peperit, Hec qui dicunt: ipſius genitoris glorie detrahūt, Non enim erit uere pater: qui talem filiū natura nō cognouit/qualis ipſe eſt. impie igitur & falſo in trinitatem credimus, Nam neq; pater: uere pater erit/nec filius: naturaliter filius/nec filii ſpiritus: deus erit. decepti ergo ſumus/inanis fides noſtra eſt/ſcriptura etiā falſa eſt: que deū patrē appellat, nec ſoli nos fallimur: ſed ſuperna etiam ciuitas non minus ſeducta eſt/que filium creaturarū unam nō deum ſed uas inſtrumentūq; dei cum patre ſimul adorat & glorificat. Qđ ſi pater inhabitare in filio noluerit (o impietatis magnitudinē: ſed conſequentia dicere cogor) nō diſtabit filius ab illis qui a principio ſuo lapſi ceciderunt, Cur autem ſi gratia dei ſicuti nos corroboratur/nec genitorē in ſeipſo naturaliter habet/ſed filiationis nomine ut creatura decoratur: cur inq̄ ipſe quoq; ut nos naturam ſuam non profitetur? Cur ille dominus/& nos ſeruī? qui etſi filii dei uocitemur: propriam tamen naturā non ignoramus. Quare igitur ipſe quoq; ſi natura deus non eſt/ſi inter creaturas collocatur/ut uobis uidetur: ſeruum ſe eſſe nō profitetur? ſed congruentē nature deitatis honorē & gloriam ſibi attribuit dicens. uos me uocatis dominus & magiſter: & bene dicitis, ſum etenim, Hec boni iſti doctores lau-
Ioan.13. dant: & uere dominū appellari concedūt, deinde a naturali ueraq; dominatiōe/quia non eſſe natura ex deo patre contendunt/turpiter (quantum in eis ſitum eſt) euicere non uerentur. Verū quod ſeruitutis abneget nomen/& creaturis cōnumerari nolit: liberā/dominantēq; ſui naturam etiam factus ſeruus reſpiciēs/

inde quoq; intelliges Acceſſiſſe namq; ad Petrum exactores didragmi ſcribun- Math.17.
tur/dixiſſeq;/magiſter ueſter nõ ſoluit didragmũ:ad quod Chriſtus quid Petro
dixerit/operepretium eſt conſiderare, reges inquit terre: a quibus cenſum aut
tributum accipiunt/a filiis ne ſuis an ab alienis? Cum autem Petrus nõ filios re-
gis ſed alios tributis ſubiectos prudenter dixerit;confeſtim deitatis ſibi teſtimo-
nũ Chriſtus perhibẽs/illud adiecit.liberi ergo ſunt filii,Cur igitur ſi conſeruus
& non a patris ſubſtantia natus eſt:ceteris ſeruitutem/ſoli ſibi libertatem attri-
buit? Per abuſionem enim de nobis/que proprie ac uere deo accommodantur;
dicta eſſe inueniemus que illi uere ac naturaliter inſunt. Quare & nomen & res
ſeruitutis/ſecũdum naturam ineſt creature: q̃uis libertatis honore ac gloria per
gratiam dei decoremur, Libenter ergo eos interrogarim: utrum theophorũ id
eſt uirum in quo deus habitet/Paulum appellent an non? Si enim negãt illũ theo
phorum fuiſſe:manifeſte mentiuntur, Sin autem orbis terrarum authoritate ui
ctũ theophorum fateantur;patet quia Chriſtus/deus eſt. ſic enim Paulus appel- Adro.8,
latur;quia Chriſtus in eo per ſpiritum ſuum habitabat. Quod ſi & Paulum theo
phorum appellant & filium alienum a patris ſubſtantia dicunt:ſibiipſis contra-
dicere inueniuntur, Sed erubeſcentes nõnunq̃ deum uerum maligni filium ap-
pellant,non enim natum ex deo uero concedunt.ita deum quidem uerum eſſe:
ſed natura deum non eſſe contendunt. Qđ certe non magis impie q̃ ſtulte dici
contenderim,Sed cum patrem in filio eſſe/ut Chriſtum in Paulo dicitis: filium
certe theophorũ Paulo ſimiliter/dicitis. Quomodo igitur theophorus aut par-
ticeps dei: qui uere deus eſt? nulla enim res ſeipſa participat, Nam ſi uere idem
eſt qđ participat & qđ participatur: cur opus participatione eſt? Si autem ſicut
ipſe in Paulo/ſic pater in ipſo habitat: quomodo non erit theophorus? Et ſi hoc:
quomodo erit deus qui habitante deo indiguit? ¶ Satis de his, quare aliud illius
generoſi uerbis ſuis in medium adducamus:ut pateat quãtum impietatis poſte
rioribus/ſcriptis ſuis commẽdare conetur/& id aſtute nimium ut ueterator oc-
cultare, Namq; preſentes obſcuritate allucinare ſtudet: ut facilius ad poſteros
ueniat, Verba ſua hec ſunt,uerum quemadmodum nos in ipſo eſſe dicimur & Verba ar
tamen ſubſtantia noſtra illi non communicatur: eodem modo filius cum in pa- riani.
tre ſit/ſeparatam tamen ab ingenito habet ſubſtantiã. ¶ O audaciam/o quan-
ta plenam impietate orationem, Nam ſi hominem nudum/Chriſtum eſſe cre- Eorũ cõ-
didit;nichil prohibet dicere ſic ipſum eſſe in deo patre/ueluti & nos.ſin uero deum futatio,
eſſe ſecundum naturam non negat/& adorabilem eſſe fatetur;cur ueretur con
cedere in patre ipſum eſſe/& patrem in ipſo habere ita ut deum decet? Sin autẽ
impudenter cõtendit ita eſſe filium in patre/ſicut ſingulos hominũ qui de nihilo
& de terra per ipſum facti ſunt:cur unicuiq; noſtrũ nõ licet dicere/qui uidet me:
uidet & patrẽ? & ego in patre/& pater i me eſt? Sed amẽtie plena hec ſut.nullus
enim ſanctorum tali uoce uſus inuenitur;ſed omnes unigenito ut natura deo &
domino/ſummam omnium poteſtatem attribuunt. Ideo clamant dicẽtes/quis Pſalmus.
ſimilis erit domino in filiis dei? quomodo ergo ſicuti nos in patre unigenitus eſt: 88
ſi nullus alius ei ſimilis eſt? quod ſi ut nos in deo eſt: mentiuntur ſancti tam ma-
gna de illo clamantes qui non plus habet q̃ filii adoptione habeant, Verum quo-
niam ad probationem uerborum ſuorũ illud Pauli adducit/quia in deo uiuimus Actus.17

& mouemur & ſumus/& ſic in patre filiũ eſſe aſſerit:age a re ipſa / ſenſum ſcripture ut ſua muniat corrũpere ipſum oſtendamus,Cum Athenienſes(qui ſapientes credebãtur)ab errore ad pietatẽ traducere Paulus ſtuderet: ut ad credendũ unum eſſe deum illos induceret/ in eo inquit nos uiuere & moueri & eſſe. Omnia enim uiuificat filius:quia cum uita ſecũdum naturam ſit/omnibus a ſe creatis uirtutem ſuam ineffabiliter immittit, non enim que ex nihilo producta ſunt aliter conſeruari poſſent: ſed ad priſtinam ſtatim conditionem id eſt ad nõ eſſe laberentur / niſi habitudine quadam ab eo qui eſt / imbecillitas ſua uinceretur.

Actus.17 Recte igitur Paulus uitam omnium deum eſſe aſſerit:cum in eo uiuamus & moueamur & ſimus, nec ſignificare illud uoluit quod ipſi maligne interpretantur: ad falſam omnia ſuam opinionem trahentes ac corrumpentes.Noluit inq̃ ſignificare/quia q̃uis ſimus homines:in ſubſtantia tamen patris(ut iſti nugantur)ſiti ſimus,ſed in deo uiuimus & mouemur & ſumus: quia ex eo ſumus & in eo conſeruamur,ideo enim uiuimus prepoſuit/deinde mouemur ſubiunxit / & demũ intulit ſumus:ut hoc tertium in precedentium ſenſu computaret. Puto iam aduerſarius eccleſie mee p iſta ſatiſfeciſſe.qđ ſi adhuc reclamare parati ſint/& illud in deo ut ſibi uidetur exponendũ eſſe contẽdant: ſcripture uſum oſtendemus/

Pſalmus, 59 que ſolet in deo/pro eo quod eſt per deum/plerumq; dicere. Clamat enim pſalmiſta dicens, in deo faciemus uirtutẽ,& rurſus ad ipſum deum uerſo ſermone:

Pſalmus, 43. in te inquit inimicos noſtros cornu uentilabimus. Non enim in ſubſtantia patris uirtutem ſe facturum pollicetur/nec in ipſa inimicos ſuos inuenturũ atq; cornu uentilaturum dicit;ſed in deo pro eo quod eſt per deum/& in te id eſt per te poſuit.Et Paulus adCorithios,Gratias ago deo meo pro uobis in data uobis in Chriſto Ihеſu gratia.&rurſus.ex eo autem uos eſtis in Chriſto Ihеſu:qui natus eſt ſapientia nobis a patre / iuſticia / ſanctificatio & redemptio. Num enim gratiam in ipſa ſubſtantia Chriſti datam fuiſſe aſſerit? ſed furor eſt hoc modo iſta intelligere, Cur igitur & ſcripture conſuetudinem contemnis / & beati Pauli conſiliũ negligis:& in ſubſtantia patris nos eſſe/illũ intellexiſſe calumniaris/ quia in deo

1.ad cori, 1

Cauillus. nos uiuere & moueri & eſſe aſſerit? ¶ Sed iſultat rurſus aduerſarius, Et quoniã recte inquit dixiſti/ in deo ſolere ſcripturam dicere pro eo quod eſt per deũ:cur inquit falſo nos criminaris / qui per patrem factũ filium eſſe dicimus? Ecce nãq;

Confutatio, ipſe filius in patre ſum inquit/ id eſt per patrem. ¶ Ego autem admiror quomodo tam libenter in deo pro eo quod eſt per deum audiuerũt / atq; hinc ilico magnum (ut ipſi putant) gradum fecerunt: quo ad demonſtrandum creaturam patris eſſe filium(quoniam in deo eſt:& hoc/ per deum ſignificare plerumq; diximus)peruenire poſſint,aſtuti/acutiq; nimium eſſe uidentur propter audaciã Nam re ipſa nihil penitus effecerunt,quid enim prohibet ſi hoc modo in propoſito hic accipiatur: ad ipſum quoq; patrem uim argumẽti conuertere? cũq; aperte dicatur quia pater in me eſt / per me intelligere:ut ipſe quoq; pater / creatura filii uideatur? Eodem enim pacto patrem in ſeipſo: & ipſum in patre filius eſſe affirmat.Si ergo in patre/per patrem intelligitur: neceſſario & in filio/ per filiũ intelligitur.Sed auertat deus a nobis hanc tantam inſaniam, nec enim per patrẽ filius: nec pater ex quo uniuerſa ſunt/ per filium factus eſt Sed diuine ſcripture conſuetudinẽ in ſingulis/perſone/tempori / rebuſq; accõmodãtes:ſincerũ atq;

incriminabilem in omnibus ſenſum texeimus. Ea ergo que ex nihilo facta per deum ſunt: cum in deo eſſe dicantur / per deum eſſe intelligentes / nequaq̃ errabimus. filio autem dei domino & deo & creatori uniuerſorũ: nullo id modo conuenit. ſed eſt in patre naturaliter: & habet in ſe patrem ſimiliter propter identitatem ſubſtantie. hec ut puto facile qui edificari non uincere querũt: libenter ſuſcipient, Chriſti autem aduerſarius que dixi criminans: non aliter clamabit filiũ eſſe in patre q̃ nos in ipſo ſimus. Sed nos quoq; prima repetẽtes / aduerſus hec friuola penitus atq; inania maiore uoce dicemus. Cur igitur nature noſtre menſura non patitur: ut eiſdem quibus Chriſtus uerbis gloriemur? Chriſtus enim quia in patre eſt / & quia patrem habet in ſeipſo / & imago characterq; incommutabilis propter hec eius eſt / qui me uidet inquit: uidet & patrem / & ego & pater unũ ſumus, Nos autem qui ſimiliter in eo ſumus ut uos dicitis / & eum in nobis habemus ut & ipſe patrem: neſcio cur non elatis ceruicibus / occurrentibus faciẽ oſtentantes / ac audacter caput quaſſantes: quiſq; dicimus / ego in Chriſto & Chriſtus in me / qui uidet me: uidet Chriſtum / ego & Chriſtus unum ſumus. Sed nemo ita unq̃ inſaniit: ut hec dicere auderet, Nam ſi habitudine non natura filius in patre eſt & pater in filio / ſicut nos in Chriſto & Chriſtus in nobis: primum in ordine conditioneq; noſtra Chriſtus collocabitur. deinde quid prohibebit Chriſto pretermiſſo ad ipſum patrem aſcendere: & illius nos ſimiles dicere / adeo ut nihil ab eo nos differre credamus? Nam quod unum cum aliquo eſt: iure ab eo non diſtare uidetur. Videtis ne quo impietatis atq; furoris deuentum eſt? Que igitur cauſa horum inanium eſt uerborum? nulla profecto alia / niſi quia lõge a patris ſubſtantia filium pellere ſtudent, Quod ita eſſe: ipſorum uerbis percipitur. Non enim grauabor repetere blaſphemiam ſuam: ut omnibus facilius pateat uerum. Quemadmodum nos ait in ipſo eſſe dicimur / & tamen ſubſtantia noſtra illi nõ communicatur: eodem modo filius cum in patre ſit / ſeparatam tamen ab ingenito habet ſubſtantiam. Quid ais o attonite atq; ſtupide: tu ſic aperte in filium blaſphemas? Cur igitur falſa uos a nobis calumnia exceptos eſſe dicitis? Ecce enĩ ecce manifeſte nihil maius filio attribuitis quam creaturis: quas creauit ipſe. Ego uero (non enim ferre poſſum: intentionem ſcripture ſequens diligenter) quoniã filium negant / ipſum quoq; patrem negari ab eis aſſero / ac ita ipſos nullo modo deum colere & ideo ſine ſpe uiuere nequaq̃ dicere uereor. Grauem autem teſtẽ hunc ipſum euangeliſtam citabo: qui patrem inquit negat / negat & filium. & qui filium negat: is nec patrem quidem tenet. Qui autem filium confitetur: is & patrem confitetur, recte / recte inq̃ atq; ſane. Nam qui non ſolum nomine ſed re ipſa & dici & eſſe naturaliter patrem nouit: neceſſario alterum cum altero negari & affirmari ſimiliter dicit. Concurrit enim ſemper ad uere naturaq; patrem: ſignificatio & cognitio eius qui ex eo natus eſt, ſimiliter cum uere filio: perſona parturientis cointelligitur. Qui enim nouit quia pater eſt: iis intellexit quia filium peperit. & qui filium animo uoluit: is illud una uoluit / qđ ex aliquo natũ eſt. Ex alterutro igitur: alterutrius in auditorum animo cognitio generatur. Quare qui deum negat uere patrem eſſe: is generationem filii abſtulit, Et qui filium ex patre natum non confitetur: is patrem nullo modo cognoſcit, Cum igitur diſtinctam tu ſubſtantiam naturamq; filii ab ingenito deo eſſe clamas: nec filium

Ioan. 14.

Ioan. 10.

1. Ioan. 2.

quidem dei eum fateris,Si uero filius non eſt:quomõ pater uere pater erit? cuius enim erit pater:ſi non peperit? Diſtingui autem a patre filium etiam ipſi profitemur/non natura neq; ſubſtantia/ut uobis improbe uidetur:ſed quia in propria perſona eſſe intelligitur/& uere ſubſiſtit,filius enim eſt:& non pater.Subſtãtialiter uero diſtingui non modo non dicimus: uerũ & omnes qui dicunt a conſortio fratrũ depellimus. Diſtinguuntur enim perſone non natura/ſed perſonalibus proprietatibus,Petrus enim:Petrus eſt & non Paulus/& Paulus: Paulus eſt & non Petrus.indiſtincti tamen natura ſunt.una enim in utriſq; ſubſtantie ratio eſt.& que naturalia ſunt: eadem in utriſq; ſunt.Quorſum hec? ut oſtendamus/impie illos a natura deitatis filium pellere: qui nihil aliud q̃ coniunctionẽ habitudinis ei attribuunt,Cur enim noſtro exemplo uſi/quemadmodum ſeparatam nos a deo ſubſtãtiam habemus q̃uis in ipſo ſimus: ſic filium quamq̃ in patre ſit/diſtinctam tamen ab eo habere ſubſtantiam dicitis? Nonne in medium protracta uerſutia eius eſt? nõne iure unum de illis illuſoribus iſtum aliquis dixerit;
Iudas.1. qui a ſpiritu futuri predicebantur? audi quid Iudas diſcipulus Chriſti ad nos ſcribit. uos autẽ chariſſimi memores eſtote uerborũ que predicta ſunt ab apoſtolis domini noſtri Iheſu Chriſti: qui dicebant uobis/quoniam in nouiſſimis temporibus uenient illuſores ſecundũ deſideria ſua ambulantes non in pietate.hi ſunt qui ſegregant ſemetipſos:animales/ſpiritum non habentes.Nullus enim ſpiritu
1.ad cori. ſancto loquens: aduerſus unigeniti gloriam quicq̃ dicet,hoc enim nihil aliud eſt
12. dicere:niſi anathema Iheſu.animales uiri ac miſeri/deſolata a ſpiritu ſãcto corda poſſidentes:filium a patre exterminant/ſubſtantialiter patrem a filio differre putantes quemadmodum que ab ipſo producta ſunt/& filium non aliter quã nos in ipſo in patre eſſe contendentes.Quod longe falſum eſſe/ab ipſa ſcriptura demonſtrare conabimur.filius enim tum identitate ſubſtantie/tũ quia imago & character patris eſt:in patre eſſe dicitur,Nos autem in filio ſum?:fide atq;
1.Ioan,1, uirtute ad ipſum reformati,Quod ita eſſe/ſapientiſſimus iſte Ioãnes in epiſtola teſtatur,Communicatio inquit noſtra cum patre & cum filio eius Iheſu Chriſto. Nam ſi non ſimilitudinem uoluntatis ratio hec communicationis reſpicit/ſed propterea in patre ac filio ſumus quia nature ſue ſubſtantiam noſtram miſceamus: quomodo cum patre atq; filio ſubſtantialiter erimus/ſi non erit patri filius conſubſtantialis? Neceſſe enim erit ſecundum eos ridiculoſum illud dicere:quia partem nature noſtre patri/partem filio afferamus/ideo in ipſis eſſe intelligimur.Quod quoniam furoris plenum eſt:uolũtatis ardore/fideq; feruenti/ac omni uirtutis genere ad diuinam pulchritudinem animos noſtros reformari dicimus,& hoc pacto communionis gratiam acquiri a nobis affirmamus, filius autem non per hanc habitudinem/& ſtudio habitam communionem:ſed per naturalem identitatem in patre eſt. Quod autem per uirtutem in deo eſſe dicimur:idem rurſus Ioannes teſtatur dicens.in hoc cognouimus quia in ipſo ſumus.qui dicit ſe in ipſo manere:debet ſicut ille ambulauit/ipſe quoq; ambulare.
1.Ioan. 2, Et iterum,quod ab initio audiſtis: in uobis maneat,ſi enim in uobis manebit:& uos in filio & in patre manebitis.Quid autem ſit quod ab initio audiuimus:ipſe
1.Ioan. 2. declarat dicẽs.& hoc eſt mandatum quod ab initio audiſtis:ut diligatis inuicem, Audis ne nos eſſe in deo:ſi charitatem inter nos habemus/ſi ſaluatoris uirtutem

(ut nobis poſſibile eſt) imitabimur? Saluatoris aũt uirtutẽ modo dico non eã qua celos creauit / nec eam qua mare increpabat / mortuos ſuſcitabat / leproſos mundabat: ſed illã de qua ipſe dicit / diſcite a me quia mitis ſum & humilis corde / & inuenietis requiẽ animabus ueſtris, ita ducẽ uirtutis eũ ſequẽtes: in patre & in ipſo manere dicimur, Filius aũt per ea q̃ ſumma poteſtate ut de? faciebat / diſcipulos inducebat: ut crederẽt ipſũ in patre & patrẽ in ipſo eſſe. ¶ Sed forſan dicet ideo filiũ ſic eſſe in patre ſicuti nos in filio: qa quẽadmodũ uirtutis ſtudio nos in filio eſſe dicimur / ita & ipſe filius uirtutibus ad patrẽ conformatur. ¶ Quare igitur cũ Philippus dixiſſet / dñe oſtẽde nobis patrẽ & ſufficit nobis: non oẽs apoſtolos ad imaginẽ patris accipit? nec dixit / tanto tẽpore alteri cũ alteris ſumus & nõ cognouiſti patrẽ, Sed ceteris oĩbus pretermiſſis quia nullã exquiſitã dei afferebant imaginem: ſibi ſoli ſupremã ſimilitudinẽ / imo identitatẽ attribuit dicens. qui uidet me / uidet & patrem, & ſtatim ſubiecit: credite / quia ego in patre & pater in me eſt, ubi enim ſumma identitas eſt: quomodo alius in alio non erit? Conſidera hoc etiam de hominibus dici poſſe. Recte namq; abrae filius naturam patris in ſe oſtendens / dixiſſet: ego in patre meo / & pater in me eſt. recteq; hoc ab operibus probaſſet dicẽs: propter opera credite / id ita eſſe. Omnia enim que naturaliter pater meus facit: ego quoq; facio, Quare igitur rectam atq; regiam uiã negligentes: ad aſpera inuia proficiſcuntur / & ceteros quantũ in eis ſitum eſt compellunt? Sed nos ſacrarum litterarum authoritate muniti per regiam uiam ambulantes: conſubſtãtialem eſſe deo patri filium credimus / atq; ideo ipſum in patre & patrem in ipſo confitemur, Math, 11. Ioan. 14.

Cap, XLI.

» AMen amen dico uobis: opera que facio & ipſe faciet / & maiora horũ
» faciet / quia ego ad patre uado, & quodcũq; petieritis patrem in no
» mine meo / hoc faciã: ut glorificef pater in filio. ¶ Magna eſt huius ſermonis profunditas: ſed ad utilitatem legẽtium breuiter ſenſum ſuum proponemus. Cum conſubſtantialem ſe patri & exactiſſimũ characterem demõſtrare uoluerit / ut in patre tanq̃ in primitiuo & pater in ipſo tanq̃ in charactere ſuo / non figura quadã corporali ſed naturaliter ac ſubſtantialiter eſſe credatur: ego inquit in patre & pater in me eſt. Deinde ut incommutabilem hanc equalitate: nullo alio modo q̃ natura & nature perfectionibus eſſe intelligeremus: alioquin intulit propter opera ipſa credite. Quippe qui eiſdem operibus quibus pater / ſumma cum poteſtate pollere ipſum cõſiderauerit. is intelliget naturalem characterem atq; imaginẽ patris filium eſſe, Nunq̃ enim qui ex deo natura non eſt: equaliter operabitur deo, nunq̃ creatura: que infinite uirtutis ſunt ſuſcipiet, nunq̃ bona eius nature que ſemper eſt iis que ſunt producta ex nihilo proprie attribui poterũt. Demũ ne anſa daretur iprobis hominibus / q oĩa peruertere cupiũt / ne quis eorũ dicere poſſet nõ a ſua uirtute filiũ miracula feciſſe ſed quoniam habebat patrem in ipſo manentẽ qui opera faciebat: ne inq̃ bis falſis cogitationibus lectores ſeducerentur ſeipſum aperte largiturum cuncta pollicetur / que in nomine ſuo fideles peterent. Quomodo igitur o amentes atq; ceci diceret aliquis nihil a ſeipſo tale poſſe filium contenditis: qui ſe maiora iſtis largiturum credentibus pollicetur? Animaduertendum enim diligẽter eſt: quia non dixit hic patrem aliquid facturum / ſed quidquid petieritis in nomine

meo faciam,Qui ergo aliis a ſeipſo maiora prebet;quomodo faciendi uirtutem mutuabatur? Fruſtra igitur aduerſus filii uirtute nugantur,que cū infinita ſit:a creatura capi non poteſt. datur tamen dono credentibus. Nullus tamen putet: quoniam celos/ſolem & lunam angelorumq; multitudinem produxit / maiora his fidelibus per gratiam conceſſurum.Non enim ad hec/ intentio dicentis extē ditur.ſed que ad utilitatem hominum & ſanctificationis humane menſuram re ſpiciebant:ea ſolum obtulit.Propterea que ego facio dixit,ut ad ea que corā apoſtolis fecit: oratio ſolūmodo tenderetur.unde ſimul etiam oſtēditur non feciſſe ipſum maiora:quia nihil maius occaſio attulit. Sed ordine totū hunc locū cōſide remus,Amē inquit dico uobis:qui credit in me/opera que ego facio & ille faciet, & maiora horū faciet:qa ego ad patrē uado, Quid eſt hoc/dicet aliquis:qa ipſe ad patrē uadit? Idcirco ne credētes in eum maiora facient? Abſona oīno atq; incōcinna iſta uidētur. Sed latet altior ſenſus, Sic enī intellige ipſum dicere.Sciatis uos qui mei miniſtri fuiſtis: quia quouſq; uobiſcū in terris ut homo cōuerſabar/ non aperte oīno uobis deitatis mee poteſtatē oſtendi/ſed & dixi humilius & feci minora per humilitatē humanam quam auſſumpſi.Quibus iam dictis/factiſq; adimpletū eſt fere incarnationis myſterīū.Parū enim abeſt:& moriar & a morte reſurgam/& tūc ſimilia maioraq; uobis largiar,uado enim ad patrē confeſſurus cōregnaturuſq; cum eo ut deus ex deo:ac ideo poteſtatē uirtutemq; nature mee/gratia quā uobis donabo magis declarabo,quodcunq; petieritis in nomine meo:hoc faciam:Exacto iam inquit tēpore humilitatis/in quo humiliter me geſſi propter diſpenſationem:apertius ut deus ea que ſunt dei faciam/non expellens patrem ab hac gloria/ſed ut pater glorificetur,Nam cum deus natura filius ſit/ idq; multis iam demonſtratū ſit;non minus etiā hoc modo demonſtratur / quia orationes ſanctorum ſuſcipit / & largitur eis que petunt. quomodo igitur pater in ipſo non glorificatur? Nempe ſi deus natura filius non eſſet/qui a patre natus eſt:aliquo ipſe pater dedecore afficeretur,Nūc uero iure glorificatur pater: qui ſubſtantie ſue fructum edidit deum uerum omnipotentē/ & ceteris quādo uult inaudita miracula largientē Quod ſi ita eſt/ſicuti certe eſt:quibus ſupplicis digni non ſunt/qui dignitatem filii deprimere non perhorreſcunt? Nam ſi orantes a filio petimus/& que petimus/daturum ſe profitetur: quomodo non erit natura deus/qui ex deo natura natus eſt? Nam ſi creatura eſt/ ut ipſi aſſerūt:quid inter nos & illos intererit/qui ſolē aut lunā aut aliam creaturā ut deū uocabant? Nā etſi erubeſcētes ceteris creaturis ipſum preponāt:nihilo tamen minus/gloriā patris id eſt filiū deprimūt/dū inter creaturas eum collocant,Nō enim queritur utrum excellens creatura / uel contra ſit: ſed an omnino creatura ſit.quo dato: deum ipſum ſecundum naturam eſſe impoſſibile penitus eſt,

Cap.XLII,

» Si quid petieritis in nomie meo:hoc faciam. ¶ Liquido hic deum ſe uerum eſſe oſtendit,ſuſcepturum enim orationes ſuorum ſe dicit/ omniaq; conceſſurum eis que petant:ſpiritales ſcilicet petitiones & a ſuperna maieſtate non alienas, neq; id ut miniſter facturus erat: nō enim aliena ſed ſua ſe daturū pollicetur oīa enim per ipſum ex patre ſūt.idcirco Paulus quoq; ſemper ſanctis coniuncti bona petit dicēs, gratia uobis & pax a deo patre noſtro/& dño Iheſu Chriſto,nec aliquis mētis compos:

1,ad cori. 1

Cap.XIIII,

ſeorſum quicq̃ a patre dari/& ſeorſum a filio putabit, Vna enim/eademq; gratia eſt:que ab utriſq; proficiſcitur, gratiarũ quippe diſtributio ſicuti cetera omnia:ex patre per filiũ eſt, per filiũ autem non ut miniſtrũ ut iam ſepe diximus: ſed ut per coauthorẽ(ut ita dicam) & uere collaboratore.una enim deitatis natura eſt:que in patre & filio & ſpiritu ſancto uere atq; catholice ita creditur eſſe / ut nullã omnino diuiſionẽ/nullã(ut ſic dixerim) dilacerationẽ patiatur.Recte igitur ſentientes dicemus:ex patre & in patre naturaliter eſſe filiũ / ſpiritũ quoq; ſanctum(qui patris & filii proprius eſt)ex ipſo & in ipſo eſſe, Cũq; nemo ueniat ad patrẽ niſi per Chriſtũ ut ipſe ait:ianua & uia reconciliationis hominũ ad patrem filius factus eſt/ & gratiam una cum patre ipſe diſtribuit. ab una enim natura/ & ab uno principio: hec fluunt.quod quidẽ principiũ in perſona patris & filii & ſpiritus ſancti eſſe intelligimus. itaq; quoniam ante Chriſti tempora inconſuetum erat quicq̃ a filio peti/& per eum ad patrẽ accedere: huius etiam rei fundamenta iecit/ & per diſcipulos tam orationis modũ q̃ conſequede gratie ſpem ad nos tranſmiſit.Ipſe nempe queq; petituri orãdo ſumus/ daturum ſe pollicetur: id etiam ad alia multa regie poteſtatis ſue omnipotentiſq; nature argumentum nobis rel nquens. Ioan,14.

Cap,XLIII.

» Si diligitis me:mandata mea ſeruate. ¶ Cum petituris omnia ſe largiturũ pollicitus ſit:ne falſo hec ſibi dicta eſſe uideantur(multi enĩ in eius nomine petunt & non accipiunt)pauciſſimis ſtatim uerbis exp ſuit quibus hec facta pollicitatio eſt.diligentibus ergo ſeipſum & precepta ſua ſeruantibus gratia ſolũmodo ſpiritaliũ bonorũ conceditur.Nam quod nõ omnibus ſimpliciter iſta parata ſint:diſcipulus Chriſti alibi oſtendit dicens.petitis & nõ accipitis:quia male petitis/ut in uoluptatibus ueſtris cõſumatis, Et rurſus de duplicibus animo uiris.Nõ ergo eſtimet homo ille quod accipiet aliquid a domino, uir enim duplex animo: inconſtans eſt in omnibus uiis ſuis, Omnibus enim qui non ad ſtudioſe agendũ/ſed ad replendas cupiditates/ carnaleſq; uoluptates ſuas quicq̃ a deo petunt:aures deus penitus obſtruxit,Nãque ipſe odit quoniam turpia ſunt:ea quomodo ceteris largietur? quomodo dulcedinis fõs:amarum aliquid ſcaturire poterit? Qđ uero ſpiritalium gratiarum cupidis larga manu oia prebeat: Eſaias quoq; oſtendit dicens.adhuc te loquẽte: dicam quid eſt.Pſalmiſta etiam ſimiliter,Oculi domini ſuper iuſtos inquit,& aures eius ad preces eorum. Cũ igitur diligetibus hec bona futura dixerit que per ipſum ex patre profundũtur:confeſtim quomodo hec dilectio habeatur & quis ſit modus eius aperuit.Non enim quicunq; dixerit deum a ſe diligi / uere dicere uidebitur nec in uerbis nudis uirtutis uires conſiſtunt/ nec pietatis fulgentiſſimum decus uerbo confirmatur:ſed bonis operibus / & animo probe affecto cognoſcitur,ita diuinorũ obſeruatio mandatorum charitatem noſtrã erga deum oſtẽdit.& utuam ueramq; uirtutẽ conſtituit/ que nõ ſolum uerbo ſed multo magis opere cõſtat.quod ipſe quoq; dominus demõſtrat/ dicens, Nõ omnis qui dicit mihi domine domine intrabit in regnum celorum: ſed qui facit uoluntatem patris mei. Non enim in uerborum aſſentatiunculis:ſed in affectu agentis fides eſſe probatur,Quare mortuam ipſam eſſe ſine operibus ſcriptura docet. Non enim homines ſolum; uerum etiam impuri demones uirtutem creatoris horre- Iacobi.4. Iacobi,1. Eſaie,65. Pſalmus, 33 Mathei.7 Iacobi.2.

ſcentes/unitatem dei fatentur. Opera uero fidei congruentia facere:eorum ſolummodo eſt / qui deũ diligũt. Perfectiſſimus ergo fidei terminus & dilectionis dei demonſtratio eſt:euangelicorũ preceptorũ obſeruatio/atq; cuſtodia.multa poſſent hac de re dici:ſed longius aberrare nõ placet, Si diligitis me inquit:mandata mea ſeruate, Animaduerte queſo memoriaq; retine diligenter:quia ſepius tum diſcipulis/tum etiam cõmunius ad Iudeos dixiſſe inuenitur/uerba que ego loquor mea non ſunt/ſed eius qui miſit me. Et rurſus. ego a meipſo non loquor: ſed qui miſit me pater/ipſe michi mandatũ dedit quid dicam/& quid loquar. Et rurſus. que ego loquor non ſunt mea:ſed eius qui miſit me. Nũc uero que patris dicebat eſſe:ſua eſſe mandata manifeſte affirmat. nec erit Chriſtianus:qui leuiter aut falſo dicta hec cogitabit. ipſe enim ueritas eſt, quare? quia non ut prophetarũ aliquis/nec miniſtri loco ſermonẽ patris nobis expoſuit/ ſed ut conſubſtantialis &idem natura cum patre/ſicut filius a ſubſtantia patris natus/ſicut uerbũ & ſubſtantia & conſiliũ patris/uerba nobis patris & ſua locutus eſt: mandatũ tamen dicit habuiſſe a patre quid dicat & quid loquatur. Sic enim etiã in nobis eſſe percipimus: cũ intelligamus ſermoni q proferri ſolet a mẽte quaſi mãdata dari/ que foras progrediens explanet, Nõ ignoro minimam eſſe uirtutẽ exempli,ſed tamen quia cum a rebus quas intelligimus ſimilitudinẽ quamuis exiguã ſuperna turalibus accõmodamus/quaſi in enigmate atq; ſpeculo profunda dei myſteria quodam modo intelligimus,pretermittendum non fuit. Cap.XLIIII.

Ioan,7, Ioan,12, Ioan,14,

» EGo rogabo patrẽ/& alium paracletũ dabit uobis: ut maneat uo-
» biſcũ ineternũ/ſpiritũ ueritatis quem mundus non poteſt capere,
» quia non uidet eum:nec ſcit eum. uos autem cognoſcetis eum:quia
» apud uos manebit/& in uobis erit. ¶ Contingit rurſus iis que deo digna ſunt:ad humanitatẽ ſuam pertinentia.ita nec ſolam deitatis gloriã humilitate nature noſtre abiecta retinet:nec rurſus hũanitatis tantũmodo menſuram ſibi attribuit. Sed quoniã ſimul deus atq; homo uere ſincereq; eſt: utraq; mirabiliter conũgit/& ut deus atq; homo ad diſcipulos loquitur, oportebat ſane in diſpenſatione huiuſmodi incarnationis: commode uerbis uti, Illud igitur huius loci ſenſum inueſtigantes dicimus: qđ neceſſario etiam nunc ad edificationẽ fidei dñs noſter de patre mẽtionẽ fecit, Nam quoniã inconſuetũ orandi modũ introduxit/ in nomineq; ſuo(quod priſcis inauditũ fuit) petere iuſſit/ & que petentur ſe daturũ pollicitus eſt:ne perſonã patris hinc pellere/aut poteſtatẽ eius aliquo modo minuere uideaꝰ / collargitorẽ cõdatoremq; paracleti illũ fore affirmat, Rogabo autẽ rurſus ſicut homo dixit: diuine ac ineffabili nature que illi conueniũt in perſona patris attribuens. quã rẽ ab eo ſolere ita fieri ſepius diximus. Aliũ autem paracletũ/ſpiritũ appellat:non quia conſubſtantialis patri & ſibi non ſit/ſed quia in propria perſona eſſe intelligitur. Spiritus enĩ nec pater nec filius eſt:ſed patris atq; filii. Aliũ autẽ paracletũ dicit:quia & ipſe paracletus eſt/nec tamen aliud quicq̃ in ſanctis ſpiritus operatur q̃ ipſe filius: cuius & eſt & appellatur ſpiritus, Quod autem ẽtiam filius/paracletus & eſt & uocatur, Ioannes teſtatur ſcribens, hoc dico uobis ut non peccetis. ſi quis autem peccet/ paracletum habemus ad patrem Iheſum Chriſtum: & ipſe propiciatio eſt pro peccatis noſtris. Alium ergo paracletum uocat: quia in propria ſubſiſtẽtia eſt. ope-

1. Ioannis 2

Cap.XIIII,

ratur tamen non aliter quam ipſe filius / omnipotenſq; eſt ut ipſe, ſpiritus enim eius eſt. ueritatis enim ſpiritū eum nūcupauit: & ueritatē ſeipſum eſſe iam affirmauit, Quomodo ergo ſi alienus a ſubſtantia patris filius eſt / ut iſti dicūt: pater ueritatis id eſt filii ſpiritū non ut alienū ſed ut propriū largitur? Nullus enim ambigit: quin filii ſpiritus ſit. Quomodo rurſus ſi alienus a ſubſtātia patris filius eſt patris ſpiritū ut ſuū prebet (ſcribitur enim quia ſufflauit diſcipulis dicens accipite ſpiritum ſanctū. Nōne igitur dicendū eſt / imo autē omnino credendum: quia una cum patre naturalibus deitatis bonis ſubſtantialiter filius communicet / eodem modo ſpiritū habet quo pater habere intelligitur / non aduenticiū neq; deforis. Stultū enim atq; furioſum eſt ita ſentire, ſed quemadmodū unuſquiſq; noſtrū / propriū in ſeipſo ſpiritu continet: & ab intimis uiſceribus ad exteriora profundit, Propterea corporaliter Chriſtus ſufflauit: oſtendēs hoc ſigno / quia quēadmodū ab ore humano corporaliter humanus ſpiritus procedit / ſic ex diuina ſubſtantia deitati cōgruenter ſpiritus qui ab ea eſt profunditur. Quādo igitur ipſe ſpiritus patris & filii eſt: quomodo pater atq; filius unā poteſtatem diſtincte ſimul atq; cōiunctim nō habebūt? Pater enim: pater eſt & non filius / & filius nō pater ſed filius: & tamen pater in filio & filius in patre eſt, & paracletū id eſt ſpiritum ſanctū non ſeorſum pater & ſeorſum filius prebet: ſed cum filius clare dicatur / pater etiā ex quo uniuerſa ſunt clare intelligitur. Quod uero eiuſdem cum patre atq; filio ſubſtantie ſpiritus eſt / quis nemo recte ſentiens ambigat: ratione tamen etiam comprobatur. Nam ſi ſpiritus ſubſtantialiter deus non eſt: quomodo creatura eo accepto / dei patris particeps efficitur? aut quomodo tēpla dei erimus: creatū ſpiritum ac non potius eum qui ex deo eſt accipiētes? Quomodo diuine nature (ut ſancti uiri teſtātur) participes fiunt qui ſpiritū acceperūt / ſi creaturis ſpiritus cōnumeratur / nec a natura diuina procedit? Non igitur ut alienus inde ad nos uenit: ſed ut patri ac filio conſuſtātialis, Quare qui mūdana ſapiūt / & hec terrena preponūt: capaces eius eſſe non poſſunt, ſancti autē: eius capaces ſūt. Quāobrem? quia illi ſordibus inuoluti & quaſi lippitudine oculorū animi laborantes: nature diuine ſplendorē non aſpiciunt / & gratiā ſpiritus ſuſcipere nequeunt / cupiditatibus carnis omnino deuicti, probi autē uiri cum mundū poſſideāt cor: paracleti receptacula effecti (ut in hac uita hominibus poſſibile eſt) magna inauditaq; conſecuturos ſe premia intelligunt, Sanctificabuntur enim a ſpiritu / & omnium bonorum participes efficientur: ac turpitudine ſeruitutis abiecta dignitate adoptionis filiorum dei decorabuntur. quod Paulus oſtendit dicēs Quando autem eſtis filii: miſit deus ſpiritum filii ſui in corda ueſtra / clamātem abba pater, Ioan, 20. 1, ad cori. 3 Ad gala.

Cap. XLV,

»» ON relinquam uos orphanos: ueniam ad uos, ¶ Neceſſario etiam nunc dominus noſter ſancte trinitatis conſubſtantialitatem oſtendit: quod & in ſuperioribus fecit / tam uerbis q̄ rebus a deo patre natum ſe naturaliter earūdemq; uirtū atq; uoluntatis demonſtrans. hac enim cauſa modo dicebat: quia ego a meipſo nō loquor. modo / ſi non facio patris mei opera: nolite credere michi, ſinautem facio / & ſi michi nō creditis: operibus meis credite, Oportebat autem ad hec rectam etiam nobis de ſpiritu fidē tradere: ut chriſtiani dogmatis integritas haberetur, quomō igitur

id facit: breuiter exponam. Alium a deo patre paracletum ad nos uenturũ mox dixit, uerum ne quoniam alium dixit / de ſubſtantia naturaq; ſpiritus id intelligeretur: ut liquido monſtraret in ſola perſonali ſubſtãtia a patre ac a filio ſpiritum alium eſſe (ſpiritus enim eſt: non pater nec filius) cum uenturum paracletum aſſerat / ſeipſum uenturũ pollicetur, ita oſtendit ſpiritum ſanctum non eſſe aliud q̃ ipſe ſit. Spiritus enim patris eſt: & ipſius etiã filii ſpiritus eſſe intelligitur,
1, ad cori. & mens eius idcirco nuncupatur, quod Paulus quoq; denotauit dicens, nos autẽ
7 mentẽ Chriſti habemus. Recte igitur ſentientes / & diuinã ſequentes ſcripturã:
Ad ro. 8, non aliud a filio ſubſtantia & natura ſpiritũ eſſe predicamus / in propria tamen ſubſiſtere perſona profitemur, propterea etiam Paulus (ut arbitror) ſpiritũ filio
Ad ephe. adiungit plerũq;, Si quis ait ſpiritum Chriſti non habet: non eſt eius. & rurſus ſi
3 Chriſtus in uobis: corpus quidẽ mortuũ propter peccatũ / ſpiritus uero uita propter iuſticiã, audis quomodo manifeſte haberi ab eis Chriſtũ dicit: qui ſpiritũ acceperunt, Sepenumero etiam optat ut Chriſtus in nobis per fidem habitet: cum tamen ſpiritũ ſanctũ ſuſcipiamus, nec putet quiſpiam perſonarũ diſtinctionẽ a nobis confundi: non ita confitemur / nec iſta erat intentiõ Pauli. cognouit enim rectiſſime diuinus ille uir ſancte trinitatis enumerationẽ: ac ideo ſingulas perſonas proprie atq; diſtincte ſubſiſtere docet / & tamen incommutabilẽ identitatẽ
1, ad cori. trinitatis aperte predicat, aliter enim quomodo ſpiritus & eſſet & nominaretur
3 deus? Nescitis ait quia templũ dei eſtis: & ſpiritus dei habitat in uobis? Sin autem templa dei efficimur quia ſpiritus in nobis habitat: quomodo ſpiritus ex deo / id eſt ex ſubſtantia dei non eſt / cũ ipſo habitante in nobis: deus in nobis habitet? ut ergo non alienũ a natura deitatis ſpiritũ oſtenderet: a patre mitti ad ſanctos paracletũ dixit / & ipſe uenturũ ſe pollicetur. ne tanq̃ parentũ orbi diaboli laqueis / & huius mũdi furioſis tẽtationibus capiãtur. Clipeus ergo infractus nris animis a patre ſpiritus Chriſti datur: qui gratiã / preſentiam / & uirtutem patris atq; filii implet in nobis. impoſſibile enim eſt quicq̃ boni a nobis peragi / nec perturbatio-
Pſalmus. nes animi ſuperari / nec acres diaboli laqueos euitari: niſi gratia ſpũs muniti ipſũ
5 hac de cauſa in nobis habeamus, huius rei cauſa gratiſſime ad deũ pſalmiſta clamabat dñe ut ſcuto bone uoluntatis tue coronaſti nos. bone uoluntatis ſcutũ nichil aliud appellans: q̃ protegentem nos ſpiritũ & ineffabili ſua uirtute ad id nos conuertente / atq; in eo conſeruantẽ qđ deo penitus placet. q̃is ergo in celos poſtq̃
Ad he, 9. ex mortuis reſurrexit dñs aſcenderit / ut deo pro nobis iuxta Paulum appareat:
» adeſſe tamen ſemper per ſpiritum ſuum fidelibus pollicetur, Cap, XLVI.

» ADhuc modicũ & mũdus iam me non uidet. uos autem uidetis me: quia & ego uiuo & uos uiuetis. ¶ Cũ in tanuis iam paſſio inſtaret / quam aſſumptio conſecuta eſt: inuiſibilẽ ſe mundo futurũ dicit / id eſt omnibus qui temporalia perpetuis & terrena celeſtibus antepo-
nunt. Superioribus igitur conſequentia texentes / dicimus: paracletum id eſt ſpiritũ ſanctũ / a patre per filium dari, omnia enim ex patre per filiũ ſunt. ¶ Quem quidem ſpiritũ: quantum ad locupletiſſimã dantis munificentiam
Iohel. 2, atq; gratiam pertinet / omnes accepiſſent (effundam enim prophetа quidam ait de ſpiritu meo ſuper omnẽ carnem) quiſq; autem ſibi cauſa eſt: ne diuinitus hoc donũ habeat, Nam qui mentẽ ſuam a prauitate non mundant / qui huius mun-

di ſponte capiũtur illecebris; ii diuina gratia nudi/chriſtũ in ſeipſis nõ uidebũt. Corda enim ſpiritu habẽtes uacua/& propterea orphanorũ protectore priuati: ab omni demonio aut turbatione animi/aut quauis alia cupiditate facile rapiun tur/& ad peccandũ impellũtur, Sanctis autem qui ſe(quantũ fieri poteſt)ad ſuſcipiendũ ſpiritũ preparant:merito Chriſtus dicebat. non dimittam uos orphanos:uenio ad uos. Inuiſibilis ergo poſtq̃ hinc abiit terrena ſapientibus eſt;uiſibilis Ioan,14. autẽ ſanctis diuinũ enim & intellectualem fulgorem / & cognitionẽ cõgruam in animis eorũ ſpiritus inſerit;& oculos cordis mirum in modũ illuminat. Aut igit hoc modo locum iſtum intelligemus;aut maxime quoniã iſtud adiungitur/quia ego uiuo & uos uiuetis/ſic exponemus. cum per reſurrectionẽ ſuam immortalitatem nature noſtre in corpore ſuo primũ reparauerit;aſcẽdit in celos ad patrẽ: & poſt aliqua tempora deſcendet rurſus ad nos cum angelis in mateſtate patris: quando proportionaliter unicuiq; iuxta uiuendi modum merita reddẽs / iis qui a ſiniſtris erunt id eſt qui terrena hec concupierũt dicet: recedite a me maledicti in ignem eternũ/diabolo & angelis eius preparatũ/ iis uero qui a dextris erũt id Math,25. eſt ſanctis & probis uiris / uenite benedicti patris mei poſſidete paratũ uobis regnum a conſtitutione mũdi. Conregnaturi enim cum Chriſto / celeſtibus bonis fruẽtur;cõformeſq; facti reſurrectionis eius & ab interitu omnino liberati/ſemper uicturi cum domino ſunt, Quod autem fideles qui Chriſtũ ſecuti ſunt cum Chriſto erunt/ineffabilem illam pulchritudinẽ perſp icientes: Paulus oſtendit dicens. Quia ipſe dns in iuſſione/in uoce archãgeli & in tuba dei deſcedet de celo: 1.ad theſ. & mortui in Chriſto reſurgẽt primi/deinde nos uiui qui reſidui ſumus/ſimul cũ 4 eis rapiemur in nubibus obuiã domino in aera/& ſic ſemper cum dño erimus. Et rurſus ad eos qui affectus carnis extiguere ſtuduerũt. mortui enim eſtis: & uita ueſtra abſcondita eſt cũ Chriſto in deo. cum autem Chriſtus apparuerit uita ue Ad coloſ. ſtra;tunc & uos apparebitis cũ Chriſto in gloria. Vt ergo breuiter repetamus:im 3 probi quidẽ a uultu dni detecti/inferni loca perpetuo habitabunt. qui uero arta bonem ſpiritus intemeratũ cõſeruarunt:uiuent ſemper cum Chriſto ineffabile decus deitatis eius inſpicientes. Dominus enim erit tibi ait lux eterna:& deus gloria tua. Non uidebitur incongruũ hanc rem dominũ ſignificare uoluiſſe / cum Eſaie,60. dixerit;adhuc modicũ & mundus me iam non uidet. uos autem uidetis me:quia ego uiuo & uos uiuetis, Nec id falſum uidebitur;quia modicum tempus interfuturum uſq; ad reuelationem ſuam dixerit. Nam lõgiſſima etiam apud homines ſecula;nichil uere inuenitur ſi ad deum qui ſemper eſt conferas, Quod oſten- Pſalmus. dit pſalmiſta dicens, mille anni ante oculos tuos domine; ſicut dies heſterna que 89 preterit/& cuſtodia in nocte

Cap. XLVII.

» IN illo die uos cognoſcetis:quia ego in patre meo/& uos in me & ego » in uobis. ¶ Difficilis michi uidet inuetu textus propoſiti ſenſus; ac ideo maiore uigilantia queredus eſt. credo eni quia Chriſtus qui ueritas eſt;ad uerũ nos ſenſum diriget. Nonnulli eorũ etiã qui preeſſe uidentur;a ſubſtantia patris filium impie depellentes / habitudinalem non naturalem coniunctionẽ ſignificari aſſerunt / cum in patre filius eſſe dicatur. itaq; a ſeipſis nõ a ſpiritu ſancto ſcribetes;quoniã (aiunt) pater diligit filiũ & rurſus ab eo diligitur / propterea ſcribitur in eo eſſe. cuius impietatis ſue quaſi

demonſtrationē hoc ex loco ſumere credunt Dicūt enī arundineō ſe baculo defendentes:quod ſi nos in ipſo ſumus/& ipſum habemus in nobis / non ſubſtantie ratione coniuncti/ſed amoris affectione cum amemus & redamemur / ſic filius quoq; cū in patre hoc modo ſit/ratione nature a patre diſſeparatur, ¶ Nos uero quoniā latius iam demōſtrauimus in patre filium naturaliter eſſe/ ac ſubſtantialiter illi coniungi: breuius nunc maligna eorum cauillationē redarguemus. Si ſolummodo quia diligit & diligitur/in patre filius eſt/eadem ratione qua nos in ipſo & ipſe in nobis/nec aliud uinculū latet quo aut patri filius aut nos in filio cōiūgamur: quamobrē dic queſo in illa die ait hoc myſteriū cognoſcetis? his enim uerbis oſtendit nondū nos illū probe cognoſcere, An forte ignoramus:quia pater diligit filium & ab eo rurſus diligitur? quis autem non dicet nos ab eo amari; qui pro nobis acerbiſſimā ptulit paſſionem? Maiorē aute charitatē nemo habet: q̄ ut animā ſuam quis ponat pro amicis ſuis, Cur autē diligi a nobis manifeſte pe tebat dicens:ſi diligitis me/mandata mea ſeruate, Diligit igitur eum qui manda ta ſua (q̄tum in eo ſitum eſt) ſeruat, Si ergo nō ignoramus amari a patre filium/ noſq; ab ipſo filio diligi/diligereq; cum mandata eius ſeruemus: neceſſe eſt aliū quendā modum non dilectionis ratione nos intelligere. alium ergo modum manifeſte induxit dicens. In illo die cognoſcetis:qa ego in patre & uos in me/& ego in uobis, ¶ Sed dicent fortaſſis/ante paſſionis die hec a Chriſto dicta fuiſſe:nos autem poſt paſſionē reſurrectionemq; ipſius quoniā uincula mortis effregit/a patre ipſū amari cognouimus &nos ab eo quoniā pro nobis paſſus eſt. itaq; certiores hac dilectionis habitudine poſt reſurrectione facti ſumus: quia ipſe in patre & nos in eo, ¶ Friuola hec omnino atq; inania ſunt. Cōſiderate namq; o generoſi uos:non fuiſſe opus nobis poſt reſurrectionē diſcere / quod uere uel ante reſurrectionē ſciebamus. Nam ſi minus credebamus diligi a patre filiū/& patrē a filio:reſurrectio erat expectanda ut inde cognitionis conſummationē cōſequemur, Sin uero etiā ante reſurectionē grauiſſimus teſtis pater fuerit/ipſe eſt dicens filius meus dilect?/& ipſa quoq; ueritas dixerit:pater diligit filiū / nec aliter q̄ perfecte diligere ipſū credere debeamus: cur falſis nos rationibus terretis? cur ueritatē aſpernamini: a ſubſtantia patris filiū detrudetes? Cum igitur certiores eſſent diſcipuli/perfecte filium a patre & patrē a filio diligi/nec dubitarent ſe ab ipſo diligi/ipſiq; ſibi eſſent conſcii quod eum diligerent; quomodo in aliud tempus huius rei cognitionē differt dices/ in illo die cognoſcetis quia ego in patre/& uos in me/& ego in uobis? ualeant ergo ualeant: qui hec nugantur, Nos autem ſpiritus ſancti gratiam inuocantes: ea dicamus que recte ſunt expoſitionis, Cū ergo predixerit quia ego uiuo & ipſi uiuetis:ſtatim ſubiecit/in illo die cognoſcetis quia ego in patre meo & ego in uobis. Quis igitur aperte non uidet diem cognitionis illum determinari:in quo reformati ad ipſum ad uitam eternā conſcēdemus/maledictione mortis omnino fugata? Quādo enim (ut ait Paulus) Chriſtus noſtra uita apparebit:tunc & nos apparebimus cum eo in gloria, Reformabit enim humilitatis noſtre corpus/ hoc inq̄ non aliud corpus ad gloriā ſuam reformabit / ad priſtinū ineffabili ſua uirtute reſtituēs. Omnia enim facillime peragit que uult:cum ſit deus uerus, illo igitur die ac illo tēpore:quo etiam uos uiuetis (uiuo enim ego:q̄uis homo factus mortale ſecundū naturā corpus aſſumpſe-

Cauilli redarguatio.

Ioan.15.

Noua cauillatio.

Confutatio.

Math.17.

Ioan,3.

Ad colo 3

rim)illo inq̄ tempore cognoſcetis / quia ego in patre & uos in me & ego in uobis,
Credimus igitur hec a dño dicta fuiſſe non ut dilectionis ratione in patre ipſum
eſſe credamus / ut aduerſarii Chriſti contendunt: ſed quadam profundi uirtute
myſterii / quod & intelligere difficile / & explanare arduū eſt, conabimur tamen
pro uiribus. Nam q̄uis longe humanā mentē a clara expoſitione huius rei abeſſe
credamus: feruore tamen charitatis commoti / nonnihil fortaſſis dicemus, Age
igitur ut facilius poſtea in profunditatē myſterii deſcendamus / cognoſcamuſq;
quomodo filius in patre naturaliter / non dilectionis ratione ac habitudine ut illi
contendūt / & nos in ipſo rurſus eodem modo & ipſe in nobis: cauſam uideamus
propter quam dei filius & deus ipſe / cum eſſet in dei forma / non rapinā arbitra- Ad phi, 2
tus eſt ſe eſſe equalē deo, Vnam igitur ueram & generalē incarnationis cauſam
Paulus nobis expoſuit dicēs: ſecundū bonum placitum eius reſtaurata omnia in Ad ephe,
Chriſto. reſtaurat autē: omnino & res & nomen ſignificat reſtituere rurſus que 1
ad diuerſum atq; diſſimilem exitum tendebāt / ad eam conditionē ac ſtatum ad
quem a principio facta fuerūt, huius reſtaurationis uiam ac modū / carptim de-
clarans: modo dicebat. nam quod impoſſibile erat legi in quo infirmabatur per Ad ro. 8.
carnē: deus filium ſuū mittens in ſimilitudinē carnis peccati / & de peccato dam-
nauit peccatū in carne. ut iuſtificatio legis impleretur in nobis: qui non ſecundū
carnē ambulamus / ſed ſecundū ſpiritū. modo: quia ergo pueri cōmunicauerūt Ad heb. 2
carni & ſanguini / & ipſe ſimiliter participauit eiſdem / ut per mortē deſtrueret
eum qui habebat mortis imperiū diabolū / & liberaret omnes qui timore mortis
per totam uitam obnoxii erant ſeruituti, hos duos modos reſtaurationis / ratio-
nem incarnationis continentes: Paulus nobis expoſuit. ſed ad hos: tertium nobis
euangeliſta propoſuit cum ita de Chriſto ſcribat, in propria uenit & ſui eum nō Ioan. 1.
receperunt. quotquot autem receperūt eum: dedit eis poteſtatē filios dei fieri iis
qui credūt in nomine eius / qui non ex ſanguinibus neq; ex uolūtate carnis neq;
ex uoluntate uiri ſed ex deo nati ſunt. his ergo maxime de cauſis: unigenitus dei
filius homo factus eſt / ut peccatū in carne ſua damnaret / & mortē propria mor-
te deſtrueret / & nos dei filios faceret / a noſtra mortalitate ad hanc dignitatē ſpi-
ritu regeneratos, hoc enim modo probe humanū genus ad priſtinum habitum
reparatur. ſed ſingulis rurſus propoſitis cauſis: non nihil de ipſis dicamus, Que-
ramuſq; primū quomodo illud intelligēdum eſt: qđ dānauerit peccatū in carne.
cum enim deus natura unigenitus ſit / cūq; ex ſubſtātia patris natus naturaliter
incōmutabilis ſit atq; ideo nullo modo mutari labiq; poteſt: deſcēdere uoluit ut
caro ſua facta & ad proprietatē ſuam tranſformata / labi peccareq; non poſſet,
neq; id templo ſuo ſolūmodo facturus: hominē aſſumpſit. que namq; magnitu-
do beneficioꝝ erga nos eſſet: ſi hominem ſolūmodo quem aſſumpſit ſeruaſſet?
Credimus igitur hominem factū eſſe: ut uniuerſo generi noſtro / in ſuo corpore
tanq̄ in primitiis / ſupremū bonū acquireret, Nam quēadmodū non mortis ſolū
ſed omnibus carnis paſſionibus afficimur propter trāſgreſſionē maledictionēq;
primi hominis a deo lapſi: eodem modo Chriſtū omnes ſequemur / ob ſaluātem
in ſeipſo carnis naturā atq; ſanctificantē, ideo Paulus quoq; dicebat. & ſicut por 1. ad cori.
tauimus imagine terreni: portem⁹ & imaginē celeſtis. imago enim terreni homi- 15
nis id eſt Ade: paſſiones & interitus ſunt, celeſtis autem hominis id eſt Chriſti;

impaſſibilitas & incorruptibilitas imago eſt. Peccatū igitur in propria carne unigenitus dei filius deſtruxit: carnemq; fecit non propria uoluntate ſed ut deo placet moueri, ita corpus animale: ſpirituale cōfectū eſt. primus igitur reſtaurationis modus hic eſt. Alter autem qui propoſito theoremati maxime cōuenit: modo in mediū ueniat. Dicemus autē de uita eterna & de mortis interitu: quomō a genere noſtro abunigen to depulſa corruptio eſt, Quoniā igitur carni & ſanguini pueri cōmunicarunt: & ipſe ſimiliter participauit eiſde ut mortē interimeret. nā qui omnia ad immortalitatē creauit: ad priſtinū rurſus figurā rerum tranſfigurabit. Curioſius forſan q̄ oporteret iſta ſcrutamur. Sed qui rectitudinē dogmatum ſequitur deſidie crimen non iniuria euitabit. Factus igitur homo ab ini-
Geneſis.1 tio ad imaginē creatoris eſt: ut ſcribitur. Cumq; multis modis imago dicatur; ille modus precipuus eſt / ad imaginem dei id eſt ad ſimilitudinē incorruptionis & immortalitatis factū eſſe. quod nunq̄ per rationē nature ſue poterat poſſidere. Quomodo enim quod a terra factum eſt: ſua natura perpetuum erit / niſi qui naturaliter immortalis eſt deus / qui eodem modo ſemper ſe habet / hoc donū ei prebuerit? Verum enim illud Pauli eſt, quid enim habes: quod non accepiſti? Ne
1,ad corī. 4 igitur quod ex nihilo creatū eſt / ad nihilum rurſus redeat / ſed perpetuo conſeruetur (id enī creator intendebat) nature diuine particeps efficitur. inſpirauit enī
Gene,2. in faciem eius ſpiraculū uite: id eſt ſpiritū filii. Filius enim uita eſt: in eſſe omnia cōtinens. in eo namq; uite ſuſceptibilia & mouentur & uiuunt: ut Paulus ait, Nec
Actus.17 quiſq̄ putet diuinū ſpiraculū animam homini factū fuiſſe, Nō enim id dicimus, & e q i dicunt libenter rogauerimus: utrū a ſua natura mutatū dei ſpiraculū
N hominis anima facta ſit / an in identitate ſua permanſerit? Nam ſi primū dicēt:
O impietatis crimine condemnabūtur / incōmutabilem naturam mutatam fuiſſe
T aſſerentes. ſin autē permanſerit quod fuit: quomodo ad peccatū lapſum paſſio-
A num receptaculū factum eſt / cū impoſſibile penitus ſit diuine nature delinquere. Non e t igitur factum diuine ſubſtantie ſpiraculū anima hominis. ſed anima to potius homini & proprietati nature / utriſq; (anima dico atq; corpore) cōſummate: quaſi ſigillū nature ſue creator ſpiraculū uite id eſt ſpiritū ſanctū infixit, quo ad primatiuā homo pulchritudinem reformabatur: & ad imaginem creatoris reducebatur / ad oīa uirtutis genera inhabitātis in eo ſpiritꝰ gratia / ſe accommodans, Verum quoniam cum ſue uolūtatis habenas homo teneret (pars enim imaginis libertas etiam eſt, libere namq; poteſtatis deus eſt) decidit immutatus
Gene.3, cuius immutationis & caſus modū ſcriptura liquido docet) reducere ad priſtinū ſtatum naturam humanam deus uoluit. Quomodo autem reduxit: nunc conſequenter inſpiciamus, Non erat poſſibile aliter corruptibilem ſecūdum naturam hominem / mortem effugere. niſi primam adeptus gratiā / rurſus particeps dei fieret. qui omnia per filium in ſpiritu uiuificat. Carni ergo & ſanguini cōmunicauit id e t qui ſecundū naturam uita eſt unigenitus dei patris filius / homo f ctus eſt / mediator dei atq; hominum ut ſcribitur / natura deo coniūctus ex quo
1,ad thi, 2 eſt & hom nibus rurſus ut homo. habet enī in ſe patrem: & ipſe rurſus in patre eſt character & fulgor ſubſtantie eius. Nos autē etiā in ſeipſo habet: quoniā naturam noſtram aſſumpſit & corpus noſtrum corpus uerbi factū eſt, propterea diuine nature facti participes ſumus / & filii ā nominamur: ipſum patre in nobis

per filium habentes, cui grauiſſimus teſtis Paulus eſt: quãdo inquit eſtis filii / miſit deus ſpiritum filii eius in corda ueſtra: clamantem abba pater. non eſt enim alia res ſecundum ſubſtantiã ſpiritus. Hec cum ita ſe habeant: ad uerba ſaluatoris modo accommodentur, in illa inquit die cognoſcetis / quia ego in patre & uos in me / & ego in uobis. Ego enim uiuo: cum uita ſim ſecundum naturam / & templum meum uita repletum uiuit, Quando igitur & uos etiam ipſi qui corruptibles natura eſtis / uiuere uos ad ſimilitudinem meam uidebitis: tunc cognoſcetis aperte / quia cũ ego naturaliter uita ſim / deo patri qui etiam ſubſtantialiter uita eſt per me uos coniunxi: ac immortalitatis eius participes effeci, ita ego naturaliter in patre ſum: quia ex ipſo natus, uos autem in me: & ego in uobis etiam naturaliter / ea ratione qua homo factus ſum. & ſic uos diuine feci nature participes / cum ſpiritum meum habitare in uobis effecerim, Chriſtus enim in nobis per ſpiritum eſt / corruptibilitatem noſtram ad incorruptibilitatem permutãs, idcirco Paulus ait, Qui ſuſcitauit Ieſum Chriſtum a mortuis: is corpora ueſtra mortua uiuificabit per ſpiritum ſuum qui habitat in uobis, Nam ſi ex patre ſpiritus ſanctus procedit: uenit tamen per filium / & proprius eius eſt. omnia enim per filiũ a patre ſunt, Q d autem per ſpiritum in uitam eternam reformati ſumus: pſalmiſta teſtatur clamans ad deum, aperiẽte te manum tuam omnia implebuntur ubertate: auertente autem te faciem turbabũtur. auferes ſpiritum eorun & deficient: & in puluerem ſuum reuertentur. Emitte ſpiritum tuum & creabuntur: & renouabis faciem terre, Vides quomodo ablatio ſpirit⁹ propter peccatum: ad interitum nos reduxit, Quando autem miſit deus ſpiritum ſuum ac nos nature ſue participes effecit: facies terre per ſpiritum renouata eſt. Reformati enim in nouã uitam ſumus: corruptionẽ ad quam propter peccatũ deferebamur longe abiicientes / & uitam eternam gratia dñi noſtri Iheſu Chriſti adepti quo cũ & per quem deo patri ſit gloria cum ſpiritu ſancto in ſecula ſeculorum, Amen.

Ad galatas 4

Ad ro, 8,

Pſalmus. 103

¶ Noni libri commentariorum Cyrilli in Ioannem / finis.

¶ Commentariorum Cyrilli in Ioannem liber decimus. Cap.I.

»  Vi habet mãdata mea / & ſeruat ea:ille eſt qui diligit me.qui autẽ
» diligit me:diligitur a patre meo: & ego diligã eum / & manifeſta-
» bo ei meipſum. ¶ Manifeſtiſſime quidẽ tuc in nobis myſteriũ re
uelabitur:quando ad ſimilitudine eius nos uiuos uidebimus.uiuo
enim ego ait: & uos uiuetis, Tũc enim mens noſtra nõ per ea que
audiuimus & creditimus ſolũ:uerũ etiam per exitũ repromiſſio-
nis quẽ conſummate habebimus / rerũ ipſarũ periculo certior erit. Verũ ne om-
nibus ſimpliciter tale munus cõtingere poſſe credamus: illico diligentiũ mentio
ne facta / oſtendit non aliis hanc gratiã eſſe depoſitã / niſi iis qui mãdata eius ſer-
uant. iſti enim ſunt qui diligunt eum, Nã etſi omnes probi atq; improbi / Chriſti
uirtute reſurgent:non tamen oẽs ad gloriã reuiuiſcent. ſed alii uitã omni morte
crudeliorẽ peragent:alii beate uiuent in Chriſto. Quod aute qui ad penã reſur-
gent nunq̃ beatitudinis dulcedinẽ deguſtaturi ſunt: oſtedit dicens, qui credit in
Ioan.3. filium:habet uitã eternã, qui autem incredulus filio eſt:non uidebit uitã / ſed ira
dei manebit ſuper ipſum. Animaduerte diligenter quia q̃is omnes reſurgent:
improbos tamen nec uiſuros quidẽ uitam aſſerit / uitam illã ſolũmodo appellãs:
que in requie & delicijs & gloria eſt, Delicias autem ſpiritaliter intelligimus co-
gnitionẽ dei perfectã / & exquiſitam myſteriorũ dei reuelationẽ:non in ſpeculo
& enigmate ut modo ſed aperte / perfecte & (ut ita dicã) totaliter, Euacuabitur
1.ad cori. enim quod ex parte eſt:ut Paulus ait. Cum igitur dñs noſter Ihеſus Chriſtus dili
gentibus ſe / & mãdata ſua ſeruantibus / non improbis / futurã perfecte cognitio
nis gratiã oſtendere uellet:cõmodiſſime intulit, qui habet mãdata mea & ſeruat
ea:ille eſt qui diligit me, habet aute mandata: quicunq; fidem ſuſcepit / & tenaci
memoria candidam euangelicorũ preceptorũ cognitionem retinet, Seruat aũt;
13 ſi ſecundũ ea uiuit. Ita perfectus eſt pietatis alũnus:qui fide atq; operatione / ſan
Deutero cte in Chriſto uiuere cognoſcitur, in ore enim duorũ aut trium teſtiũ: omne uer-
19 bum ſtabit / ut ſcribitur, hũc deus pater & filius etiam / non minus amabit. unius
enim ſubſtantie / unius uolũtatis / unius intentionis in omnibus ſunt, iis uero qui
diuinitus diliguntur:fulgentiſſima premia & fulgentiſſimã coronam pollicetur.
manifeſtabo inquit meipſum ei. Mũdis certe uiſio dei ſummũ premiũ eſt:in qui-
Pſalmus, bus Chriſtus per ſpiritũ fulgebit / ſingula illuminans / & ineffabili ſplẽdore men-
84 tem eorum ad cognitionẽ erigens ſuam. ad hec qui peruenient:uere beati erunt
2.ad cori Ex quibus ſe futurũ ut mihi uidetur propheta precinebat dicẽs: audiam quid lo-
13 quetur in me dominus deus. Paulus quoq; dicit. Si experimentum queritis Chri-
1.adc ori. ſti loquentis in me? Loquitur enim in ſanctis per ſpiritũ myſteria reuelãdo, que
2 recte intellexerint: non inuria predicant / modo: quia nobis reuelauit deus per
1.ad cori, ſpiritum modo:nos uero Chriſti mentem habemus. Mente autem Chriſti / ſpi-
7 ritum appellant, Cap.II.

»  Icit ei Iudas non ille Scariothis: dñe quid factũ eſt / quia nobis mani-
» feſtaturus es teipſum / & non mũdo? ¶ Ex charitate quidem diſci-
pulus interrogat:ſed non recte Chriſti uerba intellexit. Dns enim no
ſter Ieſus Chriſtus precipuã ſanctis cognitionẽ pollicitus eſt:in qui-
bus expreſſius myſteriorum cognitio fulget. Nam in iis qui non eo

probitatis peruenerũt / ut dono ſpiritus ſupernaturaliũ rerũ poſſint cognitionẽ cõſequi: ſimplicior atq; rudior cognitio eſt / utputa qa Chriſtus eſt ueri dei filius. cũ igitur tantã interſit inter cognitionẽ ſanctorũ & ruditatem improborũ: nullã inter hec differentiã diſcipulus faciens / ex amore interrogat quãobrem nõ omnibus / ſed ſolũmodo ſanctis manifeſtaturus ſeipſum eſt. Quid autẽ factum eſt inquit? ac ſi diceret: intentio aduentus tui dñe eſt / non ut pars hominũ te cognoſcat & pars ignoret (audiuimus enim: quia uidebit omnis caro ſalutare dei (& tu ipſe magna uoce predixiſti, Letare & gaude filia Sion: quia ecce uenio / & habitabo in medio tui dicit dñs. & reſurgẽt gentes multe ad dñm in die domini: & erũt ſibi in populum. Ex te quoq; audiuimus: quia quãdo exaltatus a terra fuero / oia trahã ad meipſum. Et ad Iudeos dicebas / quia & alias oues habeo que nõ ſunt ex hoc ouili: & illas oportet me congregare / & fiet unũ ouile & unus paſtor. Cũ igit ad omnes cognitio tua tam uoce prophetarũ q̃ tua / tranſitura predicetur: quid factũ eſt / id eſt cur huius promiſſionis mutata eſt intẽtio / nec omnibus ſed ſolis nobis manifeſtaturus teipſum es? hec diſcipuli mens fuit ut arbitror. Sed non eſt ab re breuiter oſtendere: quid eum a uera huius rei comprehenſione abduxerit. Dixit paulo ante dñs: modicum & mũdus me iam uidet / uos autem uideris me. ubi non oes qui degunt in orbe terrarum: ſed improbos ſolũmodo / qui uanitati mundi huius animos ſubiecerunt / mundũ appellauit. quod cum non recte diſcipulus intellexerit / putauit nulli aliorũ hominũ ſpiritalibus oculis / ſed tantum diſcipulis cognitionem Chriſti proponi. ac ideo interrogat dicẽs: domine quid factum eſt / quia nobis manifeſtaturus es teipſum & non mundo? Deductus autẽ ad hunc ſenſum eſt: a conſueta & trita nominis poteſtate, Mundũ enim / omnes homines qui in mũdo ſunt appellare ſolemus: quẽadmodũ q̃ũ ciuitatẽ habitãt / nominamus ciuitatẽ. Laude tamen dignus eſt / iſta dicens: quippe qui ſolis more per totum terrarum orbem Chriſti gloriam ſplẽdere deſiderat. nec ſibi ſufficit: ſi cum paucis ipſe Chriſtum cognoſceret. Sed quoniã pius & charitate fratrum plenus erat: extendi ſaluatoris gloriã / & omnibus fratribus id eſt hominibus cognitionem hanc & gratiam dei communiter optat, Cap. III.

» REſpondit Iheſus & dixit ei, ſi q̃s diligit me: ſermonẽ meũ ſeruabit. & pa
» ter meus diliget eũ: & ad eũ ueniemus / & manſionẽ apud eũ faciemus.

¶ Cum non recte a diſcipulo intellecta uerba ſua Chriſtus uideret: repetit rurſus quod dixit / dilucideq; docet non ſolũ cognitione iſta cõmuni amicis ſe ſuis manifeſtaturũ / ſed excellentiore quodã fulgoris modo. Nam rudiores / ab impio idolorũ cultu ad cognitionẽ dei uocati: ſolũmodo per fidem diſcẽt / quod unus deus qui nos creauit colendus ſit. Qui uero omni uirtute mentẽ ſuam purgarunt: apti iam ad maiora facti / ſpiritus illũinatione recepta / oculis animi habitantem in ipſis deum uidebunt. Non eſt ergo communis ſanctorum cognitio: ſed eximia & certa / longeq; a cõmuniore illa differens. Ita undiq; uerbis Chriſti ad fidem & uirtutẽ iuuamur. primũ enim breuiter definiuit a quibus diligitur: ut oſtenderet (ut ego arbitror) non omnibus concedi uirtutem huius gratie / ſed eis tantummodo qui ſic eum diligunt ut mãdata eius ſeruẽt. Deinde quõ in ipſis fulgebit & quomodo inhabitabit: declarat dicens, pater meus diliget eum. Qui enim opere / filii mãdata ſeruando / patrẽ ex quo filius naturaliter eſt honorabit:

huius operationis fructū dilectionē pīs habet, unde uide queſo: quā eximia ſequitur utilitas. ego enī inqt & pater ueniemus & manſionem apud eū faciemus.

Cū enī in nobis Chriſtus per ſpiritū ſanctū habitauerit: ibi & ipſe pater neceſſario erit, ſpūs enī Chriſti: etiā ſpiritus patris eſt. Quapropter Paulus nunc patris nunc filii ſpiritū propriū appellat. nec ſibi ipſi repugnat / cū utrūq; ueriſſimū ſit.

Ad ro, 8. Qui enī inqt Ieſum Chriſtū e mortuis ſuſcitauit: is mortalia etiā corpora ueſtra per ſpiritū ſuū qui habitat in uobis uiuificabit. & rurſus, miſit deus ſpiritum filii ſui in corda ueſtra: clamantē / abba pater, uides quia ide eſt ſpiritus patris ac filii.

Ad gala, 4. Cū igitur unigenitus in cordibus nr̄is habitet: nō abeſt inde pater / qui eſt in filio & in quo filius naturaliter eſt. ſed fidei quidē uera rectaq; diffinitio hec eſt. liben ter autē interrogauerim eos / qui aduerſus gloriā ſpiritus linguā impie armant: quō ſi ſpiritus creatura eſt / & a ſubſtātia dei (ut illi dicunt) alienus / per ipſum in nobis deus habitet? quomodo dei particeps: qui ſpiritū accipit / efficitur? Nam ſi poſſibile aliquo modo eſt ut per creaturā deo participemus: quid prohibebit nō per ſpiritū / ſed per aliā creaturā nos ſanctificari: Quod quia impoſſibile omnino eſt (dei enim particeps effici nemo poteſt: niſi per ſpiritū) deus omnino & ex deo ſpiritus eſt / nec ullo modo eſt inter creaturas cōnumerabilis. Preterea quod aliquo ut meliore ſecundū ſubſtantiā & excellentiore ſecundū naturam participat: aliud eſt naturaliter q̄ ſit ipſum participatū. ſi ergo ſpirit? creatura eſt: quomodo eo creatura participabit? Creati autē nos / ſpiritu tanq̄ alio ſecundū naturam q̄ nos ſumus: participamus. Quare cum nihil preter deū / increatum ſit: ſpiritus deus eſt / qui increatus eſt. quoniā cum a creatura participetur: increatum ipſum eſſe neceſſe eſt, Procedit uero ineffabiliter ex deo / & habitat in nobis ſicut & deus unde eſt: proprius enī eſt ſubſtātie eius. ſed de his quidē ſatis, Ad eos aūt qui aduerſus filium inſaniunt: illud neceſſario dicendum eſt. Si quis me diligit / ſermonē meū ſeruabit: & pater meus diliget eum / & ad eum ueniemus / & manſionem apud eum faciem?, Quid igitur o generoſi uos dicetis ſi quis hoc modo interroget utrū duos deos in nobis habemus habitantes / patrē ſcilicet atq; filiū / an unum ſolūmodo? Nam ſi aliud natura filius q̄ pater eſt: quomodo non duo dii in ſeruātibus mandata habitabūt? Sin uero patre ac filio in nobis habitante / unius dei templa ſumus: qua ratione due perſone unus erunt deus / ſi ſubſtantie identitas locum non habeat? n ſi coacti neceſſario dicatis uerba Chriſti non eſſe uera: ſed aut patrem aut filium ſolum in nobis per ſpiritū habitare. Sed hec omnino abſurda & impia ſunt. Non eſt ergo alienus a ſubſtantia patris: qui ex eo & in eo eſt unigenitus / ſicut in luce ſplēdor lucis, Quare diuinus etiam ille Paulus non duorum nos deorum / ſed unius templa uocauit dicens: neſcitis quia templum dei eſtis / & ſpiritus dei habitat in uobis? Perſpicis quia nō deorum / ſed dei templū hominē nuncupauit: identitate ſubſtātie / trinitatem perſonarū / unum deum appellans. Cur ergo friuolis rationibus ueritatē euertitis: & impietatis ueſtre uenenum imperitioribus immittere non uereminī? Cap. IIII.

1, ad cori. 3

» Qui non diligit me: ſermones meos nō ſeruat, ¶ Cum breuiter quinā ipſū diligūt definierit / & premia eorū que ſint aperuerit: tranſitum modo ad illos facit qui eum non diligunt, Vnuerſalius enim intelligitur: quod ſic de uno dici uidetur. conſequeter aūt ualde iſta cōnectūtur, Nā ſi ſeruare man-

data dil gere est. nõ seruasse mãdata / odisse necessario est. Signũ enĩ nõ diligẽdi / est madata pari p̃ dere: & precepta quasi iniuriã inferant contẽnere. Quẽadmodũ igitur in se ãtibus mandata cũ patre habitat: eodẽ certe modo a non seruãtibus deuolat, Vere namq; Solomon dixit, quia non ingreditur in malignã animã sapiẽtia. nec habitat in copore peccatis addicto. Natura uero id fieri a nobis quoq; ipsis uidebis. Cũ consentientibus enim & idem uolentibus atq; nolentibus / libentius unusquisq; cohabitat: imo uero simile sibi / omne animal diligit / ut scriptũ est, que cum ita se habeant: quomodo multo magis sic in deo fieri nõ putabimus? Nam cum bonus natura / & fons atq; origo uirtutis sit: uirtutis amatores amplectitur / & impuros atq; sordidos depellit. Si cum nos quoq; ipsi ab omni sorde mũdam habitare domũ studemus: quomodo igitur deus qui sanctissimus est / sordibus deuolutam animam non abiiciet? quomõ peccatis inuolutam non aspernabitur? Quod autem qui mandata nõ seruat impurus atq; sordidus sit: ipsa theorematis uis apertissime docet, peccatũ enim a contemptu mãdatorum originẽ trahit. Nam quemadmodũ lucis priuatio / contrariũ id est tenebras efficit: sic improbitas a non operandi probe uolũtate originem habet. Numq̃ enim in uno eodemq; s b ecto contraria simul conspici possunt. uirtus autem atq; uicium maxime inter se distant, quare cum unum a nobis absit (alterutri enim necessario semper subiecti sumus) alterutrum certe adest. Quare si seruare mandata / uirtus est: patet quia ex nõ seruando improbitas oritur. & sicut in seruante pater & filius habitat / que res origo & fundamentũ supreme glorie ac beatitudinis est sic in non seruante natura diuina nunq̃ habitabit / qđ nihil aliud est q̃ nullo unq̃ bono participare. Quas ob res / si cui gloriosa & optima res participatio dei uidetur / si quis optat patrem per filium in spiritu in abditis sui cordis habitare: is studeat iugiter omnem prauitatis maculam bene agẽdo detergere, Sic enim templũ dei constituetur / requiescetq; in ipso deus: & mãsionem faciet / ut scribitur. nec erit similis illi legis doctori / qui saluatoris gratia nõ expectata. magister inquit sequar te quocunq; uadas, Ad quẽ dominus enigmatice atq; in parabola: uulpes foueas habẽt & uolucres celi nidos / filius autem hominis nõ habet ubi caput reclinet suũ, Vulpeculas enim & uolucres celi: immundos & malignos demones appellauit / & spiritus hos aereos atq; mundanos, qui libidinosoru hom num corda inhabitantes: uoluntatem suam consequuntur ac implent, & miseroru an mas sic exagitant: ut nullum in eis locũ deus inueniat, id enim est: non habet ubi caput suum recl net. Mũdemus igitur ab omni sorde animas nostras: ut deus in nobis habitet / & superiores omni suggestione diabolica faciat / & diuine nature participes ac beatos constituat, Cap, V,

Sapie. 1,

Eccũs. 13.

Math. 8,

3) ET sermonẽ quem audistis non est meus: sed eius qui misit me patris ¶ Firmam ntũ rursus affert in medium quo metem audientiũ inuicto confirmet robore, ut iudeorum imperitia spreta / euangelicã magno animo doctrinã sequant̃, quod aũt uolo dicere: latius apetendu t id tur, Vmbrã quãdam atq; figurã usq; ad emendationis tepora uxta Paulũ leg lis cõtinens disciplina: ad Christũ & ad uerã pietatẽ nos preparabat. nec errabit qu spiã: si ueri & spiritalis cultus p̃meditationẽ, Mosaicã legem appellabit, Idcirco a lege nichil consummatũ dominus aute noster Ihesus

Ad heb. 9

Chriſtus non figurã/ſed ipſam ueritatẽ conſummatãq; nobis uirtutẽ deſcripſit
Diſciplina ergo Chriſti: figurarũ in ueritatẽ eſt tranſformatio, Q̃m igitur ue-
ritas ſplẽdere iã incipiebat/& umbre imminuebãtur nec legali diſciplina uiuere
Chriſtus fideles uolebat:idcirco moleſte hanc rem iudei ferebant,cum putarent
Math,5, ad ſoluendã legem Chriſtũ uenirre:quẽ tamen dicentẽ audiebant/non ueni ſol-
uere legem ſed adimplere. Dico enim uobis quia tota unũ aut unus apex nõ au-
feretur a lege:quouſq; omnia fiant. Adimpletio enim umbre legalis:uera ſpirita
liſq; Chriſti doctrina eſt/ut modo dicebamus. Q̃m igitur furore nõ ratiõe legẽ
defendentes/incredulitate ſua Chriſtũ pellebant: propterea ne quiſpiam putet
cõtra uoluntatẽ dei patris/mandata legeſq; ſtatuere/neceſſario ſubiunxit.quia
ſermonẽ quẽ auditis nõ eſt meus: ſed eius q̃ miſit me patris. Nullus ergo ueſtrũ
eſtimet inquit aliquid a me dici:qđ deo patri nõ placeat.ipſius enĩ patris nec alte-
rius hec euãgelica eſt p̃dicatio:que nõ nuper inuẽta eſt/ſed in tẽpore oportuno
ab inuolucris figurarũ euoluitur. Qui enĩ per me priſcis locutus eſt:is etiam nũc
ad uos hce per me loquit̃. Verbũ enĩ dei patris uiuũ ſum:ineffabilis uolũtatis eius
Eſaie,9, interpretatiuũ,propterea magni cõſilii ãgelus appellor. Et h c quidẽ unus mod⁹
exponẽdi huius loci eſt:quẽ aliter etiã intelligere poſſumus Dei enĩ p̃ris ſermonẽ
hũc eſſe aſſerit:ut ſciãt ſeruãtes mãdata ſua deũ quia ſibi crediderũt honorare.
contra etiã nõ ſeruãtes intelligãt:in ipſum ſe deum peccare. unde dupliciter qui
hec audiũt firmantur. Aut enim honorare deũ uoletes aut offendere timentes:
mandata Chriſti ſeruabũt. Cũ aute dixerit non eſſe ſuũ ſermonẽ:non inquantũ
uerbũ ac deus ſed inquantũ ſerui formã habebat/hoc dictũ eſt,Non enĩ hũanũ
uult hunc ſermonẽ uideri:ſed diuinũ certe ac regiũ.idcirco perſone patris illum
attribuit:ne ſi diuinitati ſue attribuiſſet in duos ſe filios diſtinguere uideret̃/qui
unus & ante & poſt incarnationẽ eſt.unus enim Chriſtus eſt.nõ duo/ut nõnulli
improbe opinãtur.uerbũ enĩ caro factũ eſt: non mutatũ in carnẽ/ſed tẽplo na-
ture nr̃e a uirgine aſſumpto. Ne igitur hũanitus traditã euãgelii doctrinã arbi-
tremur/neue a deo hanc diſciplinã ſeparemus/ſed deo eã attribuamus: optimo
diſpẽſationis modo/quia in ſerui habitu cernebatur diuine nature per perſonã
patris ſermonẽ attribuit/ex quo & in quo ſecundũ naturã eſt ut uerbũ & ſplen-
dor eius & ſubſtantie ſue perfectiſſimus character. Cap,VII,

» HEc locutus ſum uobis:apud uos manẽs, paracletus aũt ſpũs ſanct⁹/
» quẽ mittet pater in nomine meo:ille uos docebit oĩa/& ſuggeret uo
» bis oĩa quecũq; dixero uobis. ¶Habet rurſus hic ſermo expreſſio-
rem hũanitatis ſue ſignificationẽ, Q̃ uãdo enim nobiſcũ Chriſtus
ratione deitatis nõ manet:qui oĩa replet/& a nulla re abeſt/qui ter-
ram celũ & ipſos abyſſi receſſus ineffabili ſua uirtute gubernat & cõtinet̃. Vt ab
homine igitur dictũ eſt:quia hec locutus ſum uobis/apud uos manens,iam enim
hinc ad celos ſecundũ carnẽ abitur⁹ erat, uerũ exquiſitam reuelationẽ myſterii
per ſpiritũ ſanctũ a patre miſſum futuram nobis affirmat. In nomĩe autem ſuo:
id eſt per ſeipſum. ſpiritus enim filii eſt. ideo ait/quia ille uos docebit omnia: in
memoriamq; reducet quecunq; ego uobis dixi. Spiritus enim & mens eius cum
Ad ro,8. 1.ad cor̃. ſit/ut ſcribitur: nõ eſt aliud ſecundũ naturã/q̃uis in propria perſona ſubſiſtat,
propterea oĩa ſcit q̃ filii ſunt,Nullus enim ait ea que ſũt dei nouit: niſi ſpiritus dei.
2

Cap.XIIII,

Omnia igitur que unigeniti ſūt / nouit:nō diſciplina quadā / ne miniſter filii eſſe intelligat / ſed ut ſpūs eius / ſicuti modo dictū eſt. Sine diſciplina igitur oīa ſciens que ſunt eius ex quo & in quo eſt:ſanctis reuelat ſicuti uult. Quēadmodū mens oīa cognoſcit q̄ in animo ſunt:& prolatione ſermonis ad exterius quecunq; uult profundit, nec eſt aliud natura q̄ anima ſit:ſed pars quedā eius ex ipſa & in ipſa. lōge abeſt exemplū:nihil enī ad illā naturā accedere poteſt. Perfecta ergo quātū capere poſſumus cognitio:per ſpiritū in ſanctis immittitur. Vnde Paulus quoq; ait, Propterea & ego audiens fidē ueſtrā que eſt in Chriſto Iheſu / & dilectionem in omnes ſanctos:nō ceſſo gratias agens pro uobis / memoriā ueſtri faciēs in orationibus meis, ut deus domini noſtri Iheſu Chriſti pater glorie det uobis ſpiritū ſapientie & reuelationis in cognitione eius / illūinatos oculos cordis ueſtri, ut ſciatis que ſit ſpes uocationis eius:& q̄ diuitie glorie hereditatis eius in ſanctis. & que ſit ſupereminēs magnitudo uirtutis eius in nos qui credidimus: ſecundū operationē potentie uirtutis eius quā operatus eſt in Chriſto / ſuſcitās illū a mortuis & conſtituens ad dexterā ſuā in celeſtibus / ſupra omnē principatū & poteſtatē & uirtutem & dominationē / & omne nomen qđ nominatur non ſolum in hoc ſeculo ſed etiā in futuro. Harū enim rerū reuelatione que per ſpiritū in nobis ineffabiliter fit:incarnationis profunditatem & abditi uirtutem myſterii ſpeculamur. Quod autem Chriſti preſentiā ſpiritus in ſanctis habitans implet / & omnia docet que ille locutus eſt: Paulus rurſum declarat dicens, huius rei gratia flecto genua mea ad patrem domini noſtri Iheſu Chriſti / ex quo omnis paternitas in celis & in terra nominatur:ut det uobis ſecundum diuitias glorie ſue & uirtutem / corroborari per ſpiritū eius in interiorē hominē / habitare Chriſtū per fidem in cordibus uīris, in charitate radicati & fundati:ut poſſitis cōprehendere cum omnibus ſanctis que ſit lōgitudo & latitudo & ſublimitas & profundū. ſcire etiam ſupereminentē ſcietie charitatē Chriſti: ut impleamini in omnē plenitudinē dei. Cum igitur ſpiritus doctrine ſanctos committat: non alii tradidit eos doctori q̄ ſibi ipſi / cum in ſpiritu ſuo animi oculis eſſe perſpiciatur, Cap. VII.

Ad ephe. 1

Ad ephe. 3

» PAcem meā relinquo uobis / pacem meā do uobis:non quō mundus dat
» ego do uobis. non turbetur cor ueſtrum neq; formidet, ¶ Cum de ſuo receſſu mentionē fecerit (dixit enim: quia hec locutus ſum uobis / apud uos manēs) uidit ut deus / non parua formidine ac dolore animos illorum turbatos fuiſſe, quid enim maiorem poteſt inferre dolorem: q̄ iocundiſſimarum amiciſſimarumq; rerum non ſperata ablatio? Ad trāquillitatem ergo animos eorū reducit dicens: pacem relinquo uobis / pacem meam do uobis. Sepius iam inquit dixi quia non dimittam uos orphanos: nec ope mea priuati terram habitabitis, nam etſi corpore abfuero: preſens tamen ero ut deus / ab omnibus malis uos liberans / ut nullo modo poſſit fortitudinē ueſtrā hoſtiū peruicacia ſupare. ita timor a uobis aberit:& diuina proteget uirtus / q̄ ſupra q̄ mens hominū intelligere poteſt / trāquillo animo ueſtro myſteria reuelabit. Nunc uero pacem non ſimpliciter / neq; q̄libet: ſed meam do uobis. Id autem nihil aliud eſt: q̄ ſpiritum eis dare / & per eum in eis habitare, Pax enim Chriſti: ſpiritus eius eſt, qđ etſi longa oratione ut probetur non egeat: illud tamen liquido patet / ipſum filiū dei pacem eſſe, quō igit ſpūs eius pax non erit? Beatus etiā Paulus ait: pax dei q̄ exuperat omnē

Ad phi. 4

sensum / custodiat corda uestra & intelligentias uras, Nec certe de hac pace quã uulgo intelligere solemus: ista dicuntur. Qualitas enim quedam est in animo habitu firmata / & non subsistens aliqua res: trãquillitas huiusmodi anime quã pacẽ appellamus Quõ igitur talis pax / que per se nihil est (nõ enim ipsa subsistit: sed secundũ habitũ animo accidit) omnẽ mentẽ atq; intellectũ / nõ dico hominum / uerum etiã angelorũ (quos & mentes & intelligẽtias appellamus) excedere ac superare uidebitur? Pax ergo que principatus q̃ dñationes / que thronos q̃ cherubi & seraphim excedit, Christi spiritus est. in quo deo patri uniuersa filius reconsiliauit: qui nihil aliud uult / nihil aliud intelligit / nihil aliud operatur nisi que filius, Nã queadmodũ uita / uirtus sapientia secundũ naturã filius est / ac ideo spiritus eius uita / uirtus & sapientia nuncupat: sic qm̃ ipse uera & propria pax est / merito spũs quoq; eius / pax nominabit. Hac de causa sibi ipsi propriã pacẽ id est spiritũ suũ attribuit / dicens, pacẽ meã do uobis. Sed pacem appellare spiritũ etiam
Esaie, 26. prophetas inueniemus. Dns enim deus noster (inquit Esaias) pacẽ dat nobis: oĩa enim reddidit nobis, qm̃ enim nihil per legẽ perfectũ est (nã eius iusticia non potuit pfecte ad pietatẽ hũanũ genus reducere) idcirco spiritũ sanctũ dari deprecamur / per quẽ reuocati a seruitute ad quam trãsfugimus propter peccatũ / deo patri recõsiliemur: oĩa enim reddidit nobis: id est oĩa tunc habebimus, nihil nobis tunc deerit: quando nobis plenitudinẽ Christi spiritũ prebebit, Qm̃ igitur spũs omne formidinẽ atq; turbationem mẽtis sedare maxime potest: propterea eum se discipulis daturũ pollicetur dicẽs, pacem meam relinquo uobis. uado & uenio ad uos, non turbetur cor uestrum / neq; formidet. Cap. VIII,

» AVdistis quia ego dixi uobis: uado & uenio ad uos. ¶ Nõ ab alio inqt sed a meipso qui mentiri nescio / audistis quia uado & uenio ad uos, Qđ si nunq̃ rediturũ me dixissem: non iniuria ingenti dolore atq; formidine perculsi essetis. Quoniã autem non abiturũ solum / sed rediturum me affirmaui: cur quod merorẽ afferre potest aĩo uoluitis / & quod leticie causa est nõ recordamini? Opponite dolori gaudiũ, non enim solũ ascensurũ me ad patrem nunciaui: sed rediturũ rursus pollicitus sum. hoc modo tanq̃ filiorũ studiosissimus atq; amãtissimus pater / si cum abire quopiam cogatur dolorem & lachrymas conspexerit recessus: emolumẽta mesticie ac dolori apponens / turbatos discipulorũ animos in tranquillitatẽ reducit. Non enim ignorabat q̃uis per spiritum semper in eis habitaturus esset: molestissimã tamen absentiam eius illis futurã, qđ & charitatis & sanctitatis magne non contẽnendũ
Ad phi, 1. est argumentũ. Decet enim sanctos uiros presentiã Christi desiderare. qđ Paul⁹ ostendit dicens: cupere se resolui & esse cum Christo, Cap. IX,

¶ Qđ nullo modo filius minor / sed equalis secundum naturam patri est.

» SI diligeretis me / gauderetis utiq;: quia uado ad patre. qa pater ma-
» ior me est. ¶ Rephedere uidet quia nõ gaudẽt: cũ ad patrẽ uadat, & quo illi dolebãt: id leticie causam magis esse affirmat, & simul docet oportere illos q uere aliquẽ diligũt: nõ solũmodo suũ / uerũ etiã
1, ad cori. amici commodũ querere, propterea & Paulus ait. charitas nõ agit
13 perperã non inflatur / nõ est ambitiosa / non q̃rit que sua sunt. Et rursus. nõ sua
Ad phi, 2 querentes: sed ea que sunt aliorum, dilectionis enim uere opus est: non solũ sibi /

Cap. XIIII,

uerũ etiã dilectis prouidere, quod modo discipulis faciundũ esse Christus asserit. Sed age in nobis tanq̃ in tabula / theorematis ui primum descripta: ad Christi mysterium deinde gradu facto conscendamus. Exempla enim & similitudines huiuscemodi q̃uis minime sint: sepenumero tamen maximas supernaturalesq; res clariores quodã modo faciũt, Iocundũ uerbi gratia fuit discipulis Pauli / ut cũ eo semper uiuerent: sed Paulo melius erat resolui & esse cũ Christo, erat igitur officiũ eorum si doctore suũ amabant: non commodũ suum semper considerare: sed doctoris sui etiam cõducibilia perspicere. hec obũbratio theorematis est: quã uariis Christi mysterii coloribus depingentes / ipsam ueritatẽ conspiciamus. Ad phi. 2
Cum enim in forma dei esset unigenitus / nõ rapinã arbitratus est se esse equalẽ deo: sed suo erga nos amore exinaniuit seipsum / formam serui accipiens, Q d̃ facere uoluit: ut oẽs ad uerã pietatẽ & uirtutem cõduceret, ut miraculorũ suorũ splendore & gloria: potentiã deitatis sue ostenderet, Sic enim lapsis persuadere poterat: a dementia cultorũ idolorũ ad adorandũ unum deũ transilire. nec isto tantũ pacto / sed multis etiã aliis modis: nobis homo fact⁹ opitulatus est. imperiũ enim mortis euertit: uim peccati destruxit / effecitq; ut supra serpentes & scorpiones & supra omnẽ hostis uirtutẽ ambulemus. Erat igitur iocũdissimum nobis aut sanctis discipulis / simul semp esse cũ tantorũ largitore Christo / & p̃sentẽ semp conuiuentẽq; aspicere. Sed non uidebatur illi commodũ esse / qui propter nos hũiliatus est: in hac hũilitate longioribus tp̃ibus uiuere. Oportebat enĩ potius dispẽsatione incarnationis ad exitũ iã adducta: ad gloriã cũ homine quẽ assumpsit / & ad equalitatẽ patris ascẽdere quã nõ rapuit / sed ut propriũ bonũ natura possidebat. Sed cũ ad hũanã (ut ita dicã) ingloriã descẽderit: ad gloriã rursus rediit suã. Nã donec in terris ut homo erat / etsi deus uerus ac dñs oim esset: q tamẽ gloriã eius ignorabãt / nõ meliorẽ ceteris hominibus arbitrabãtur. ita sputis dedecorat⁹ / cesus & crucifixus / & a scelestis iudeis impie derisus est: uah dicẽtibus q destruis templũ dei / salua teipsũ. sed post exitũ hoꝝ oim / hũilitatis tẽpore iam exacto: in celos ad patrẽ ascendens / a superioribus uirtutibus ut deus adorabatur, Nõ enĩ ignorauerũt angeli dñm suũ: sed alius aliũ hortabãtur cũ carne ascẽdentẽ suscipere / & principibus portarũ iubebãt dicentes, attollite portas principes uestras: & eleuamini porte eternales / & introibit rex glorie, dñs fortis & potens: dominus potẽs in prelio. domin⁹ uirtutũ: ipse est rex glorie. Innotuit enim principatibus ac potestatibus uaria admodũ sapiẽtia dei quã fecit in Christo / ut ait Paulus. Cũ enim ad patre redierit: qui maior ideo ipso est / quia in eisdẽ semper mansit / ipse uero spõte serui accepta forma / seipsum exinaniuit: ad suã rursus gloriã ascendit / audiuitq;. sede a dextris meis. donec ponã inimicos tuos scabellum pedum tuorũ, Nam ne quasi nolẽte patre honore rapuisse uideatur: ipse pater introducitur dicẽs / sede a dextris meis, nec propter hoc quia in dextris filius est: putare quispiã poterit minorẽ esse honorem patris. Sed illud unusquisq; non demens cogitabit: oportuisse magis dexterũ & nullius imminutionis suspectum locũ non patri sed filio propter exinanitionẽ attribui: ne qui minor hũanitate est / minor etiã deitate iis uideretur / qui mysterium incarnationis intelligere nequeunt. ideo ergo a dextris sedet eius: quẽ nullus unq̃ tanq̃ minorẽ incusauit / ut equalis ei omnino esse credatur. Sed rursus totum huius loci sensum ab initio

Luce, 10.
Math, 27
Psalmus. 23
Psalmus. 23
Ad eph. 3
Psalmus. 109

repetētes dicamus: iocundiſſimū atq; optatiſſimū eſſe cum Chriſto ſemper conuerſari / qui propter nos ad ſeruilē habitū & humane nature ingloriam deſcendit. Sed non eſt ipſi hoc commodū: ſed illud potius glorioſū ut ad dignitatē / poteſtatem ac gloriam deitatis aperte redeat / & a dextris patris ſedeat, ipſo quoq; patre ita uolente: qui propriū filium ut ſubſtantie ſue fructū diligit. propterea ſi diligeretis me inquit: gauderetis utiq; / quia uado ad patrē, Et certe argumentum amoris diſcipulorū erga Chriſtum fuiſſet: non dolere ipſo abeunte, ſed meminiſſe potius a Iudeorū turba ad deitatis gloriā illū redire: ac ideo cum pſalmiſta gaudere. qui cum ſpiritus gratia hec preuideret: magna uoce ad letitiā gen⁹ humanū hortatur dicens. omnes gentes plaudite manibus. Et cauſam exultationis huius ac plauſus: aſſumptionē in celos ſaluatoris fore oſtendit. aſcendit deus inquit in iubilatione: & dns in uoce tube. iubilationē & tubam altiſonam / ſpiritus uocem nominans: qua ſuperioribus iubebat uirtutibus ut portas tollerent / & dominū gaudentes ſuſciperēt, Et rurſus de hoc ipſo nūcait. letetur terra: quia dns regnauit, nunc, dns regnauit / decorē indutus eſt: indutus eſt dns fortitudinē & precinxit ſe, homo enim ille qui ante crucē nobiſcū conuerſabatur: quādo ad patrem aſcendit / tunc decorem propriū indutus / uirtute ſe priſtina cinxit / una cū patre ſedēs ac regnās. quare gaudendū diſcipulis / amiciſq; ſuis magnopere eſt, Maiorē autem patrem appellat: non inquātum a dextris eius ut deus ſedet / ſed inquantū adhuc nobiſcū erat / id eſt ſecundū nos factus eſt. non aderat tempus: in quo deitatis dignitatē aſſumere debebat. Vnde cū acetū & fel ſitienti daretur in cruce / dixit poſtq̄ guſtauit: conſummatū eſt. tunc enim finē humilitatis tēpus accepit. Crucifixus eni ut homo fuit ſed imperiū mortis nō ut homo / ſed ut deus delecit, Maior igitur pater: quoniā adhuc in ſeruitute filius erat. propterea deū quoq; ſuū patre appellabat / hūanitati ſue id etiam attribuens. Patet enim quod a ſuprema excellentia ad ſeruilē deſcendit naturā / & ab equalitate patris ad noſtrum habitū: quorū nichil a patre factū eſſe credimus, Quare hac ratione maior eſt filio qui ſe humiliauit: donec ad primā gloriā humilitatē ſuam reduxerit,

Pſalmus, 46

Pſalmus, 23

Pſalmus. 96

Pſalmus, 92

Ioan. 19,

Blaſphēmie cuiuſdā hereticī,

¶ Sed par eſſet cum multa de equalitate patris ac filii dicta nobis in ſuperioribus ſint: expoſitionē euangelii iſtis relictis proſequi. Verū quoniā quidam hereticorū etiam apud Iudeos ſacrarū peritia litterarū illuſtris: hunc locū exponens intolerabiles in unigenitū ſcripſit blaſphemias / mei officii putaui falſitatē oratiōis eius arguere, Sed quedā de ſuis prius mihi tranſcribenda eſſe arbitror, Maiorē uero patrē inquit appellat: nō ſolū ingratitudinis crimen effugiens / uerum etiam falſam eorū opinionē arguens qui eadem utriq; ineſſe arbitrātur / & Sabellii ſimul opinionem exterminans, Et poſt pauca, ad hoc arrogantie quidam proceſſerūt inquit: ut nullo modo audire patiantur patrē / filii deitate maiorem eſſe / ſed ſola humanitate naturā patris excedere arbitrētur. qui nequeūt intelligere nō poſſe que diuerſor⁹ generū ſunt inter ſe cōparari, Nemo quippe prudentiorē hominē dicit tumēto / nec uelociorē equum teſtudine: ſed hominem homini & equū equo conferunt omnes. Que cū ita ſint. neceſſe eſt ipſos uel nolentes cōcedere patrē filio deitate maiorē eſſe, Nam qui ad humanitatē unigeniti hoc ferri arbitrātur: q̄tum in eis eſt / dignitate patris diminuūt. he nuge illius ſunt. Et cōſidera queſo: quomodo ſi nihil aliud / ſecū tamen pugnet oratio. laudat filiū quia gratus erga

patrē eſſe uideatur/cum ſe minorē profiteatur:ſed non cōſiderauit quamnā ob rem theologicas modo ſententias Chriſtus tetigit. Non enim parum eſt:cōgruo uniuerſa tempore dicere,Quid igitur oportebat modo/ meſtis hec diſcipulis dicere? Quā enim conſolationē doletibus hec potuiſſent afferre? quare aūt quaſi acerbe increpās ait:ſi diligeretis me gauderetis utiq;/ quia uado ad patrem quia pater maior me eſt? An putas turbationē illos animi potuiſſe abiicere/ quoniam eos relinqueret & maiorem peteret? Quis in hoc ſenſu: conſolationis modus? Et certe quando Philippus rogabat dicens/dñe oſtende nobis patrem & ſufficit no bis:tunc oportune patrē in ſe & ſeipſum rurſus in patre eſſe affirmans/equalitatem ſummā oſtendebat,non cognouiſti adhuc philippe inquit: qđ qui uidit me/ uidit & patrem? non credis quia ego in patre & pater in me eſt? ego & pater unū ſumus,Sed tunc quidem oportune ut diximus:equalē ſe patri eſſe aperuit. Nūc uero qua ratione cum diſcipulorū merorē lenire uellet: hoc remedium accōmodari poteſt/gaudendū ſibi potius eſſe/quia uadit ad patrem? nōne omnibus cōſpicuū erit quoniā ad gloriā patris unde ultro deſcendit redibat/iure amicis ſuis iuſſiſſe ut propter hoc gaudeant? ſed hec modo pretermittantur. Qđ aūtē putant nature deitatis humanitatē nos Chriſti conferentes / cum exinanitū filium propter humanitatē fuiſſe dicamus/uana uti comparatione: uehementer errāt. Minorē enim patre filium inquantū factus eſt homo credimus, & ad equalitatē patris poſtea q̄ in celos aſcendit reuertiſſe fatemur non ut ad nouā aut aduentitiam equalitatē ac gloriā/ſed ad illam in qua ſemper fuit ut de?,unde doctor ille gentium Paulus:poſt reſurrectionem aſſumptionemq;/ conuenientem homini humilitatē non amplius ipſi attribuit.Si enim cognouimus Chriſtū ſecundū carnem inquit:ſed modo nō amplius cognoſcimus,Et de ſeipſo: Paulus inquit apoſtolus Ihesu Chriſti/nō ex hominibus/neq; per hominē ſed per Ihesum Chriſtū Curnā cum nos reformatū iri ad corpus glorie ipſius predicaret/ qui certe homines ſumus:negat ſe ab homine/& a Ihesu Chriſto cōcedit in apoſtolatus dignitatem fuiſſe aſſumptū? Cur/ ne cognoſcere quidē nūc ipſum ait ſecūdū carnem? an putas dñm a ſe negari? nequaq̄,ſed exacto iam tēpore exinanitionis atq; humilitatis unigeniti:non a natura qua ſe hūiliauit/ſed a dignitate ac gloria qua ſecundū naturam deus eſt/ & cognoſcere & predicare Chriſtū oportet,Cū enim cognitū/creditumq; fuerit quia homo factus eſt:illud oportet credētibus itidem iculcare quia deus etiam ſecundum naturam eſt. hac de cauſa oratione utitur: deo magis q̄ homini conueniente, Valde autem miror: quomodo non erubeſcit deitate filio maiorē eſſe patrem dicere/ idcirco quod confiteri nobis neceſſe eſt/ quia ſola que ſūt eiuſdē generis alterum alteri poſſit cōparari. nec ſentit q̄ ualde ſibi repugnet oratio,reſpondeat enim nobis queſo:undenā eorū que unius ſpeciei ſunt cōparationes ſumātur? utrū ab iis que ratiōe nature cōmuniter inſunt/ an ab iis que accedunt & abeunt/ ac eſſe & non eſſe propter alias cauſas poſſūt? Sed qđ dico / exemplo ſuo clarius facīā,homini homo confertur.ſi ergo cōmunē ſubſtantie rationē aſpicias:nullam inuenies differentiā. una enim & eadē in omnibus eſt.Nunq̄ enī homo diſtabit ab homine inquantū animal rationale mortale/ac diſcipline capax eſt.Sed nec equus ab equo:ea ratiōe qua equus eſt, differt aūtē homo ab homine:quia hic grāmaticus/ille grāmaticus non eſt. ſed hec ſub=

Ioan,14,

Ioan,10.

2,ad cori 5

Ad gala, 1

Ad phili, 3

ſtantialia non ſunt.equus etiam equo uelocior/aut corpore maior eſt.ſed hec in
ratione ſubſtantiali non continentur.equaliter igitur omnibus naturalia inſunt
que uero forinſecus accidunt:diuerſitatē ſuſcipiunt.Quoniā ergo ſola que ge-
neris eiuſdem ſūt/inter ſe comparari poſſūt:cōfiteatur primū eiuſdē generis id
eſt eiuſdē nature atq; ſubſtātie(ſic enim genus hic intelligitur:quod exēplis ſuis
patet)patrem & filiū eſſe.deinde doceat quāobrem deitate filii/pater maior eſt.
ſubſtantialiter enim ac naturaliter maior eſſe non poteſt. nō enim perfectius in
uno q̄ in alio ratio nature unq̄ inuenitur; ſed equaliter de oībus indiuiduis predi
catur.que tamen accidentibus que accedunt &abeunt propter alias cauſas inter
ſe cōparantur.nulla enim inter hominē & hominē inquantū homines ſunt diffe
rētia eſt:ſed alius ptus/alius impius / & hic robuſtus/ille imbecillis eſt,Quorum
omniū ſiquis cauſas rimari uoluerit : nunq̄ nature rationē in mediū afferet / ſed
corporis quibuſdā aut anime paſſionibus cauſam attribuet. Cum igitur deitatis
ratio(uel quomodocūq; placet dicere: dummodo ſciamus ab his inferioribus de
ſuperioribus uerba fieri) una & eadem in patre & filio ſit(comparantur enim/ut
etiam ipſe fatetur/ſola que generis eiuſdem/ id eſt ſubſtantie atq; nature ſunt)
doceat oro quid effecit/ut filius patre minor eſſe uideatur:que paſſio/ que negli
gentia/quid aliud eorū que generabilibus accidere ſolēt? ſed quis ita delirus eſt:
ut hec audire patiatur? Quoniā igitur eiuſdem cū patre unigenitus eſt nature/
& hec que diuerſitatē faciunt/accidere illi ſubſtantie non poſſint: certe cum pa-
tri conferatur/equalitatis collatione comparatur, Verū quoniā auſus eſt deitate
filii/patrē aperte maiorem profiteri: age(ratione incarnationis ſilentio tradita)
deitatem filii deitati patris(ut illi dicunt)conferamus,Illud ergo primū ab eo pe-
timus:utrum cum deū dicat unigenitū/natura deum intelligat/an nomine ſolo
1,ad cori. 8 deitatis honorari opinetur/ſicut multi dicuntur in celo/ multi etiam in terris dii
ac domini? Si enim ultimū dicet:cur ergo(exclamabimus)ſi natura deus nō eſt/
creaturā adoramus? nec ſolum nos id facimus:uerū etiam uirtutes celorū/& ſan
cti omnes qui deū uerum eſſe predicarunt/hoc crimine accuſandi ſunt.&preci-
1.Ioānis.5 pue Ioannes euangeliſta:qui de ipſo ait/ſcimus quia filius dei uenit/& dedit no-
bis ſenſum ut uerū deum cognoſcamus/&ſimus in uero filio eius Iheſu Chriſto.
hic eſt uerus deus:& uita eterna,Sin autem uniuerſam ſcripturā ueritus/ deum
ſecundū naturā profitetur:quomodo minor erit q̄ pater/aut quomō alium om-
nino deum naturali habitudine a patre penitus diſſeparatū predicare non uide
bitur? ſi quidē cum in propria ſubſiſtētia eſſe ipſum credat : alienū a patris ſub-
ſtantia putet. Nā ſi nihil prorſus maius aut minus ſeipſo eſt/ſed minus ad aliud
maius minus/& maius ad aliud minus maius eſt : quomodo nō erit neceſſe duos
deos ſecundū naturā/& deos ueros ita confiteri/ ut alter maior alter minor eſſe
credatur? Nulla igitur eſt fides eccleſie:cum non unus deus natura/ſed duo ſint
1.ad cori, 3 Cuius ergo templa ſum⁹: an eius qui ſpiritū ſuū in animos noſtros immittit? ſed
cū a ſacra ſcriptura didicerimus patris & filii ſpiritum eſſe:quid dicemus/ quem
depellemus / aut quem ſuſcipiemus? Nam ſi utroſq; minore ſcilicet at maiorē in
nobis per ſpiritus ſuos habitare dicamus:nō dei ſed deorū templa erimus.Quid
hec audiēs : nō euomet? Sed forte ne duos deos fateri cogatur: ad illud conſuetū
ſibi atq; tritum cōfugiet/dicetq; naturam filii huiuſmodi eſſe/ut nec a creaturis

omnino aliena ſit/nec a dei patris natura omnino excidat. Sic enim qui creaturā eſſe filium contendunt:ad has fictas fabulas confugiunt,Cū igitur ita ſe habere naturam filii dicant ut quaſi media inter creatā & increatā ſit:interrogabimus a quonā ſanctorū ita loqui didicerunt? Nam ſi a ſacris litteris id non acceperunt: confundantur proprias in fidē ſententias afferentes.Sed ab eo quod ipſe propoſuit: hāc falſitatem redarguamus,Nam ſi ſola que ſpeciei eiuſdem ſunt inter ſe comparātur/cōparatur autem filius patri/pater inquit maior me eſt: quomodo eius nature filius eſſe negabitur cuius pater eſt? quod ſi eiuſdē nature eſt: quomodo erit medius? cum nulla natura maior eo ut deo eſſe inueniatur. Si uero ut ipſe unigenitus dicit/patri cōparatur (pater enim inquit maior me eſt)comparātur autem ſolūmodo quecunq; eiuſdem generis id eſt nature ſunt:quomō filius patri conſubſtātialis nō erit? Hec abſurda/inaudita & impia cū ſequi a blaſphemia & ex cogitationibus ueſtris uideatis: date hoc unigenito ut equalē patri eſſe confiteamini,Sic enim unus erit deus:a uobis/& nobis/& ſanctis angelis in trinitate perſonarum adoratus. Cap.X,

» ET nunc dixi uobis priuſq̄ fiat:ut cū factum fuerit/credatis,¶ Stabile/firmumq; deitatis ſue pignus:futurorū predictio eſt,quo diſcipulorū animos inducit: ut aſcenſurū in celos ſicuti natura deum & ex deo natum nō dubitent, Nolite enim inquit in prophetarū conditionem me ponere,Nam illi quoniā nudi homines erant/a morte detenti ſunt:ego uero cum deus ſim ſecundū naturā/detineri a morte nequeo. uiuo enim ſemper:& uita naturaliter ſum.Mittā igitur paracletum &pacē meā dabo uobis,qua illuminati rerum periculo in horum memoriā uerbo; uenietis/ ut cum patre me in celis ſedere firmiter credatis.Quomodo enim hec facere potero que uobis pollicitus ſum: niſi una cum eo regnem? hec ut predixit ſecuta:re ipſa firmiorem credentium fidem effecerunt, Cap.XI.

» IAm non multa loquar uobiſcū, uenit enim princeps mundi huius:
» & in me nō habet quicq̄. ſed ut cognoſcat mundus: quia ego diligo
» patrem/& ſicut mandatū dedit michi pater ſic facio,¶ Quoniam impia Iudeorū caterua cum principe ſuo qui traditurus eum erat/ uentura iamiā fuit/eum ad crucem tandem actura:idcirco breuita te temporis nō multa cum diſcipulis loqui ſe poſſe aſſerit, Nā uenit inquit mūdi princeps & in me non habet quicq̄,moriar tamen libenter pro omnibus:quoniā uoluntatem patris libenter facio. Hic quidem ſenſus perſpicue patet,quem ſubtilius enodantes dicimus primum quidem Adam quoniā precepta dei contem- Eſaie, 53.
pſit iure morti ſubiectū fuiſſe.ſecundū autem Adam id eſt dnm noſtrū Ieſum Chriſtū/quoniā peccatum non fecit nec inuentus eſt in eius ore dolus/ nullā penitus cauſam mortis habuiſſe. ſed ut uoluntatem patris ageret (diligit enim eū & diligitur ab eo) pro redimeda uita omnium ſeipſum morti tradidiſſe. Voluit enim pater proprium filium pro nobis hominem fieri: & pro uita noſtra mortē nō erubeſcere/ut interitus imperiū deſtrueret/& nos ad uitā reduceret.Idcirco ait breue modo reliquū eſſe tempus.uenit enim princeps mūdi huius & non habet in me quicq̄: id eſt nulla mei cauſa moriar/nec quicq̄ de ſuis diabolus poterit in me inuenire,Peccatū enim & peccati origo/diaboli ſūt:Chriſtus uero natura

deus/natura q; immutabilis peccare non poterat.Sed ab hiſtoria etiã ipſa paſſio-
Ioan.19. nis.hoc uerũ eſſe percepimus,Ego enim dicebat Pilatus nullã in eo inuenio cau-
ſam,Sic enim Ioannes ſcriptum reliquit. Matheus uero innocentiã Chriſti adeo
Math,27 miratũ fuiſſe Pilatum oſtendit; ut corã iudeis lauaret manus ac diceret/innocẽs
ego ſum a ſanguine iuſti huius,Et cũ ad pontifices fuit delatus:pontifices inquit
Math,26 & omne concilũ querebant aduerſus Chriſtũ falſa teſtimonia ut eum morti tra
derent/& non inuenerunt,Cumq; multi teſtes falſi acceſſiſſent: tamen non in-
uenerunt.Que omnia etſi ab hominibus querebantur:tamen diabolus hominũ
miniſterio uſus/falſum ſaltem aliquid inuenire in Chriſto conabatur.Nihil ergo
de ſuo diabolus in Chriſto habebat. quem non ideo principem mundi appellat/
quia eius uere dñs ſit:ſed quia tyrannice decepit & rapuit eos/qui ſui non erant.
Subiecit enim ſibi delictis hominem: & ab ouili diuino diſtractum ui detinebat.
quare non iniuria a tyrannide ſua deiectus eſt. regnat enim iam in nobis Chri-
Ioan.12. ſtus.Nunc enim (ait) princeps huius mundi foras eiicietur,& rurſus.ſi exaltatus
fuero a terra,omnes trahã ad meipſum, Cap.XII.

» Vrgite eamus hinc, ¶Trita quidẽ expoſitio illud habet:quoniã iu-
deorum furor ad ſummũ iam peruenit/illo cum diſcipulis Chriſtũ
feſtinare ubi tradit⁹ captuſq; fuit.Sed poſſum⁹ etiã ſpiritale quod-
dam intelligere. Credo eni a peioribus ad meliora recurſũ/qui per
eum omnib⁹ datus eſt:his uerbis ſignificari, Surgite inquit/eamus
hinc'id eſt a morte ad uitã / ab iteritu ad incorruptibilitatẽ quaſi de loco ad locũ
recedamus, Aut etiam alio quodãmodo intelligemus, tranſferebamur enim ab
idolorũ cultu ad unius dei cognitionẽ:a ſeruitute ad dignitatem adoptionis filio
rum dei/a terra in celum/a peccato ad iuſticiam/ab impuritate in ſanctificatio-
nem ſpiritus quaſi de loco ad locum.Nec mirandũ eſt:ſi ſeipſum etiam nobiſcũ
Ioan,9, cõnumerauerit. ſolet enim hoc:honorandi gratia facere. Sic enim alibi etiam ad
diſcipulos dicit:oportet nos operari/donec dies eſt/ opera eius qui miſit nos,ue-
nit nox quando nemo poteſt operari, Audis quia oportere nos operari ait: q̃is
oportere ipſum operari nemo dicet.Sed hic dicẽdi mod⁹ apud homines etiã uſi-
1.ad cori, tatiſſimus eſt.Scribit enim Paulus ad Corinthios. hec autẽ fratres tranſfiguraui
4 in me & Apollo:ut in nobis diſcatis.nec ſupra q̃ ſcriptũ eſt; quiſq̃ inflet. Quod
uero & nulla in culpa ipſe fuit/ & dux & fuit & eſt uie qua nos a peioribus ad me
liora gradimur perſpicuũ eſt.Quando igitur quaſi nobiſcũ ſit:ut a prauitate ad
uirtutem redeamus hortatur/dicẽs.ſurgite eamus hinc.nõ quaſi peccato ſubie-
ctus ſic dicit:ſed ut princeps & dux ad incorruptibilitatem hortatur & uitã/que
in ſanctificatione & dei charitate conſiſtit. Cap,XIII,

¶Quod conſubſtantialis patri filius eſt,

» Go ſum uitis uera:& pater meus agricola eſt. ¶Vt q̃tum oporteat
inherere ſibi & ab eo pendere/& quantũ nobis hoc prodeſt oſten-
deret,uitem ſeipſum exempli ratione/ & palmites affixos in eo cre
dentes appellauit.qui participatione ſpiritus per quẽ ſaluatori con
iungimur:nature ſue cõmunicamus. Conglutinatio enim ſicut pal
mitum ad uitem accedentiũ ad Chriſtũ/ut a nobis eſt/uolũtaria eſt:ut autem a
uite ad nos colligandos eſſe intelligitur/ habitudinalis eſt.Proba enim uolũtate

nos per fidē accedimus.efficimur autem (ut ita dicam) de genere ſuo:dignitatē
adoptionis filiorum dei ab eo conſecuti.Qui enim domino(ut ait Paulus) adhe 1,ad corī.
ret:unus ſpiritus eſt cum eo.Quēadmodum igitur uoce prophetica baſis& fun 6
damentū appellatur(in ipſo enī edificamur uiui lapides/ſpiritaleſq; facti ad ha= Eſaie. 28.
bitaculū dei in ſpiritu/ & ſacerdotiū ſanctum:nec edificari niſi per Chriſtū poſ=
ſumus(ſic uitis appellat)/ut mater & nutrix palmitū. Regenerati enim ex Chri=
ſto& per ipſum in ſpiritu ſumus ad ferdēum fructū uite:nō illius priſce ſed hui?
noue/que eſt per fidē & charitatē erga ipſum,Cōſeruamur aūt in hoc ſtatu ' &
ad hoc(ut ita dixerim)inſerti quodā modo ipſi ſumus : id eſt firmiter retinentes
tradita nobis ab ipſo mandata/ſtudenteſq; huius nobilitatis bonū ſeruare. Qđ
fit:ſi ſpiritū ſanctū per quē in nobis deus habitat/nō offendamus,Ioannes enim
oſtēdit aperte quō in Chriſto ſumus, in hoc inquit cognoſcimus qīn in eo ſumus 1,Ioan. 4
& ipſe in nobis:quoniā de ſpiritu ſuo dedit nobis,Et rurſus.qui dicit ſe in eo ma=
nere:debet ut ille ābulauit ipſe quoq; ambulare.&alibi clarius:qui mandata eius 1.Ioan,2.
ſeruat : in ipſo manet & ipſe in eo. Nam ſi mandatorū ſeruatio charitatem erga
eum efficit/& per charitatē ei coniungimur: quomodo uerum non eſt mandata
ſeruātes in eo manere? Sed quemadmodū radix qualitatē ſuam palmitibus im=
mittit:ſic unigenitus dei filius patris & ſue nature affinitatem (ut ita dicā)ſpiri=
tu dato ſanctis largitur / per fidem & ſanctitatem ei coniunctis / ad pietatem &
ad omne uirtutis genus ipſos nutriens. Agricolam autem patrem appellat : ne a
ſolo filio fieri hoc uideatur / quod totius trinitatis mirabile opus eſt, Non modo
enim ſalus noſtra,uerum etiam omnia que a deo fiunt:una uolūtate ac poteſta=
te ſupreme nature fiunt. Ac ideo gratias agetes deo quoniā noſtri miſertus eſt:
ſaluatorē appellamus nō patri aut filio aut ſpiritui ſancto:ſed deitati ſimpliciter
hoc attribuetes Pater igitur nos ad pietate & fidem per filiū in ſpiritu nutrit: &
agricole opera facit/aſpiciens & foues & omni ad uirtutē redigens cura per filiū
ſimiliter in ſpiritu Sic enim iudicio meo rectius hoc intelligemus.Nam ſi alia pa=
tri alia filio ſe rſum accōmodabimus/quoniā uitis filius nuncupatur/ pater ue=
ro agricola:a ſolo filio contineri & nutriri uidebimur/a patre autē nuda ſolūmo
do uiſitatione coli,uitis enim palmites ſuos nutrit: agricola uero uiſitat ſolūmo=
do uite & colit,Quare nec illud a patre nec hoc a filio: nec utrūq; aſpiritu ſepa=
randū.omnia enim a patre per filiū in ſpiritu ſunt. idcirco enim patre cultorem
uitis appellauit:ne quis unigenito ſoli/ſalutem noſtrā attribuat/ & ad hec ut di=
ſcamus uiſitatione nos diuina indigere,Commodiſſime igitur cum uitem & pal
mites nominauerit'cultoris quoq; fecit mentionem cura/prouidētia / guberna=
tioneq; dei:adduci ad uirtutē contineriq; nos demōſtrans.Si uero credimus filiū
in patre & patrē in filio naturaliter eſſe/& ex ipſis eſſe oīa in ſpiritu/ut ab una
deitate:nec pater ab alendis nobis ſeparabitur 'nec filius a cultura erit alienus.&
iure id quide.ubi enim ſumma nature idetitas eſt:ubi q̄is multis / uariſq; modis
fieri nōnulla uideantur una tamen eſt operatio nullo modo diſtincta.una uero
natura in patre filio & ſpiritu ſancto eſt, Quomō igitur quicquid diuinitus fit:
unius deitatis opus non erit? Quare dns etiā noſter Iheſus Chriſtus cooperari ſe Ioan.10.
cū patre oſtendere uolens:ad impios iudeos dicebat.Multa & bona opera oſtēdi
uobis ex patre meo:cuius eorum gratia me lapidatis? Et rurſus. pater meus uſq; Ioan.5.

modo operatur & ego operor, Nemo enī (ut puto) ſeorſum patrē a filio operari quicq̄ putabit, Nam quoniā ſapientia & uirtus patris eſt / per quem pater omnia facit. ideo dicit nichil a ſe facere / ſed patrem q i in eo manet / ipſum agere opera Vitis igitur locum Chriſtus tenet / nos uero palmitū. qui ab eo pendentes: uirtutē & gratiā ſpiritus in alimon ā noſtrā / & ad fructū trahimus ſpiritalē. ¶ Sed ne- queo propoſitū opus mihi ita ſequi: ut negligam que quidā ex hoc euangelii loco aduerſus ueritate contexit. Recte namq; inquit unigen tus deridendo oſtendit omnes qui ſe patri conſubſtantialē opinantur. Ecce enim / ecce uitē ſeipſum nun cupauit: patrem uero agricolam. Quemadmodū ergo uitis atq; agricola unius nature non ſunt (illa enim lignū / hic homo: que diuerſa genere penitus ſunt) ſic filius cōſubſtantialis patri nō eſt / ſed naturaliter & longe ab eo ſeparatus. ſiquidem alter quaſi agricola: alter quaſi uitis eſt, Nec rationabiliter quidā ad humanitatem Chriſti id conferunt. Non enim caro eius / ſed deitas: uitis ab eo nuncupata eſt, Patet enim quia corpora noſtra non dependent a carne Chriſti ut palmites a uite: nec ſanctorū fructus corporeus eſt ſed potius ſpiritalis, deitas ergo filii / uitis eſt: unde per fidem pendemus. Hec ille aſtute ſimul atq; impie / aliaq; huiuſmodi euomuit. ¶ Nos autem patrū & eccleſie fidem ſequentes (quantum in nobis ſitū fuit) loci huius ſenſum rimati ſumus, nunc ne ſi ſilentio trāſeamus / magnū deliramenta huius hominis detrimentū ſimplicioribus afferāt: age ſpiritus armis freti / primū illud dicamus / longe ab omni ratione remotum eſſe / ad nature ſubſtantieq; ſignificationē illud traducere quod per ſimilitudinē dictum eſt, Ego enim arbitror ſi uolumus recte que dicūtur intelligere: intentionē ſemp nobis eſſe conſiderandam / & ad quod Chriſtus propoſitū uerba faciebat. Conſiderate igitur diligēter oro qui lecturi eſtis, Non intēdebat Chriſtus modo aliū ſe a patre natura oſtendere: neq; hac de cauſa uitem ſe / illū uero agricolā nominauit. Cur enī ſi hoc ſibi propoſitū fuit: nichil aliud attulit? Aut cur ſimilitudine omnino uſus eſt: cum multo breuius atq; clarius ſolis nominibus patris & filii facere illud potuiſſet? Non igitur quod iſti a ſeipſis excogitarunt: ſed iſtud oſtendere uoluit, quemadmodū ramis arborū a radice qualitas nutrimentū q; prebetur: ſic ſpiritalium uirtutē fructuū / ab eo nobis concedi. Omne namq; bonū: nō a nobis / ſed diuinitus datū habemus. deo aūt nihil datur: ipſe enim origo omniū eſt, ideo radix / & quaſi uitis eſt Chriſtus: nos aūt palmites, Si uero pater agricola eſt: nō tamen propterea aliene nature intelligitur, neq; hoc ſignificare uoluit: ſed radicem & originem / ſupremā naturam omnium bonorum oſtendēs / charitatis uiſitationē qua nos ut agricola uiſitat / ei attribuit, Verū quoniā nulla nos ratione humanitati Chriſti poſſe iſta attribuere arbitratur / quoniā fide atq; dilectione non carne illi cōiungimur: age pauca de hoc dicamus / ac peruerſe ab eo ſacrarū litterarū ſenſum exponi oſtedamus. nō tamen negamus recta nos fide / charitateq; ſincera Chriſto ſpiritaliter contūgi. ſed nullam nobis coniunctionis rationē ſecundū carnē cum illo eſſe / id profecto pernegamus / idq; a diuinis ſcripturis omnino alienū dicimus. Quis enim dubitauit Chriſtū etiā ſic uitem eſſe: nos uero palmites qui uitam inde nobis acquirimus? Audi paulum dicentē, quia omnes unū corpus ſumus in Chriſto. quia etſi multi ſumus: unū tamen in eo ſumus. oēs enim uno pane participamus, An fortaſſis putat ignotā nobis myſtice

Cauillus impiorū.

Refutatio,

Iacobi, 1,

1. ad cori, 10

benedictionis uirtutē esse? quē cum in nobis fiat: nonne corporaliter quoq; facit
cōmunicatione carnis Christi / Christū in nobis habitare? cur enim mēbra fide- 1.ad cori.
lium mebra Christi sunt? Nescitis inquit quia mēbra uestra membra sunt Chri- 6
sti? membra igitur Christi meretricis faciam membra? absit. Saluator etiam: qui Ioan,6,
manducat carnem meā ait & bibit sanguinem meum / in me manēt & ego in eo.
Vnde considerandū est:non habitudine solū que per charitatē intelligitur Chri
stum in nobis esse / uerū etiam & participatione naturali. Nam quemadmodū si
quis igne liquefactā ceram alit cere similiter liquefacte ita miscuerit / ut unū quid
ex utrisq; factū uideatur:sic cōmunicatione corporis & sanguinis Christi ipse in
nobis est & nos in ipso. Nō poterat enim aliter corruptibilis hec natura corporis
ad incorruptibilitatē & uitā traduci:nisi naturalis uite corpus ei coniungeretur.
Non credis mihi hec dicenti:Christo (te obsecro) fidē prebe, Amen amen inquit Ioan.6,
dico uobis:nisi māducaueritis carnem filii hominis / & biberitis sanguinem eius:
nō habebitis uitam in uobis. Qui māducat carnem meā & bibit sangninē meū /
habet uitam eternā:& ego suscitabo eum in nouissimo die, Audis aperte clamā-
tem non habituros nos uitam:nisi sanguinem eius biberimus & carnem mandu
cauerimus, in uobis aute ipsis dicit:id est in corpore uestro, Vita autem iure:ipsa
uite caro intelligi potest, hec enim nos in nouissimo die suscitat. & quomodo:di-
cere nō grauabor. caro uite facta unigeniti caro: ad uirtutem uite traducta est,
nō potest igitur morte superari. propterea in nobis facta: interitum a nobis ex-
pellit. Nō enim abest ab ea unigenitus dei filius. unde quia unus est cū carne sua:
ego inquit suscitabo eum. Cur igitur secundū carnē palmites nos dici pernegat?
an nō conuenienter dici potest:uitem / humanitatē eius esse / & nos palmites pro-
pter identitatē nature? eiusdem enim nature uitis & palmites sunt, ita & spirita
liter & corporaliter nos palmites:& Christus uitis est, Aduersarius aute Christi:
deitatis solūmodo ratione uitem dici Christū contēdit. ut quoniā agricola pater
dicitur: substantie diuersitatē aduersus ecclesie dogmata possit ostendere. Sed
miror si alium a natura patris filiū putat:quomō patris & filii nominibus utitur.
Quomodo ent erit uere filius:si a substantia eius natus nō est? Qui negat filiū: 1,Ioan,2,
patrem quoq; negat, & qui confitetur filiū:patrem quoq; confitetur Ioānes ait.
Et certe ita est. Alterutro enim ablato / aut posito:alterū tollitur aut ponitur. nec
erit pater nisi sit filius:nec intelligetur filius nisi pater intelligatur. Qui uero di-
uersum substātia unigenitum a patre opinatur:is filiū esse negat. patrem igitur
etiā esse negat, & ubi ecclesie fides est? ubi trinitatis gloria in nudis nominibus?
nō uides oia deduci: que a scripturis de suprema natura dicta sunt? Sed forsan
huius impietatis magitudinē ueritus:diuersum quidem natura filium dicet / sed
tamen natū ex patre intelligit, Nam si ut aliquā creaturarū per habitudinē que
est dilectione secundū uolūtatem / eo pacto quo uniuersa ex deo esse dicuntur:
quod sit in eade impietate affixus / non sentit, Si autē uere natū ex patre dicit /
nec tamen ei consubstantiale, in ipsum quoq; patrē impius erit, cum quod crea-
turarū natura pati non potest:solus ipse perpessus sit. quodq; peius est:ad crea-
turas ipse pater deducetur, Vitem enim unigenitū non secundū carnem sed so-
lummodo secundū deitatem dicit. Dicat igitur utrū uerum deum filium putet:
an adulterinū & solo nomine. si tantūmodo nomine nec secūdū naturā audiat

Ioan.14. quid ſaluator clamet, ego ſum ueritas. ueritas autē nullo modo inania ſuſcipit
nomina, audiat etiam quid Ioannes iſte alibi clamet, Et ſimus in deo uero / Iheſu
1,Ioan,5. Chriſto. hic eſt uerus deus & uita eterna. Si ergo uerus deus unigenitus eſt / & ab
eo pater diſtat natura / ut homo a ligno: erit pater creatura. nec erit filius ſolum-
modo deus: ſed nos etiam / quoniā palmites cum uite unius nature ſunt / ueri dii
ſecundū naturam erimus, que omnia extreme impietatis ſunt. Preterea quoniā
Ioan.10, filius ego & pater inquit unum ſumus: aut nos ad naturā patris conſcendemus /
aut pater ad noſtram detrudetur. unum enim ſumus cum filio: quoniam & pal-
mites cum uite unius nature ſunt, uide queſo q̄ abſurda & impia: peruerſa hec
expoſitio peperit. Quare ea omnino neglecta / ſpretaq; uitē dici filiū & patrem
agricolam modo quo diximus non dubitemus. Cap. XIIII.

» OMnem palmitē in me non ferentem fructū / tollet eum: & omnē qui
» fert fructū / purgabit eum / ut fructū plus afferat. ¶ Voluntaria eſt
noſtra cum Chriſto coniglutinatio: & charitate ac fide perficitur. &
fides quidem in animo noſtro cōſiſtit / uerā dei cognitionē efficiēs:
charitas uero mandatū eius ſeruare facit. Qui enī me diligit: ait inq;
Ioan.14. mādata mea ſeruabit. Qui ergo per fidem Chriſto ſolummodo coniungūtur /
ſola illi confeſſione inherentes / nec charitatis uimine ſe colligātes: palmites quidē
Iacobi,2, ſunt ſed non fructuoſi. nā fides abſq; operibus / mortua quedā res eſt, Huiuſmo
di autē palmites: agricole falx ſeueriſſime amputat / & igni tradit. hoc enī modo
de infructuoſis arboribus ſolet fieri. Exciduntur enim ne terram fruſtra occu-
Luce,13. pent: ut de ficu per parabolam dicitur. uoluit ergo ut ipſe arbitror hac ſimilitu-
dine: q̄tum ſit detrimentū eius anime oſtendere / que ab eo deciſa eſt, inutilis enī
cū ſit / cumq; nullū edat fructū probitatis: & eterne punitioni tradita / igne cru-
Ezechi.15 ciabitur. Hoc ipſum per prophetā Ezechielem clarius expoſuit dicens, fili homi
nis quid fiet ligno uitis / ex omnibus lignis nemoꝝ que ſunt inter ligna ſiluarum:
nūquid tolletur de ea lignum ut fiat opus / aut fabricabitur de ea paxillus ut de-
pendeat in eo quodcunq; uas? Ecce quod in annos amputatur de ea igni datum
eſt in eſcam. nunquid utile erit ad opus? Ita q̄d ſemel deciſum eſt: ad nullam pe-
nitus rem conferre poteſt / niſi forte ad ignem. Nihil ergo nobis conducet a ſcul-
ptilibus ad Chriſtum trāſlatis: ſi mādata contēnimus. Trademur enim omnino
igni: ſi qualitatē uiuificam atq; humorē uitis / id eſt ſpiritum ſanctum probis ope
Math,25 ribus non retinebimus, Nam quod Chriſtus de illo dicit qui talentū obruit: id in
eis quoq; inſpicitur qui deciſi ſunt. ut enim ab illo talentū auferetur: ſic a palmi-
te humor uitis quo alebatur, aufertur autem ab illis humor id eſt ſpiritꝰ domini:
anteq̄ igni trandantur, Nam ſi honoribus huius ſeculi prediti quando aduerſus
regem aliquid cōmiſerunt / non prius puniuntur q̄ magiſtratu ſe abdicauerint:
quomodo non erit neceſſe / ut anteq̄ igni anima infructuoſa tradatur / penitus a
gratia ſpiritus decidatur? Sed hec quidē infructuoſi palmites iure ſubituri ſunt:
fructuoſi autem cura & cultu agricole maiorem producent fructum. Qui enim
bene uiuere malunt / qui q̄maxime poſſunt uirtuti ſtudentius per ſpiritus gratiā
quaſi per falcem / modo uoluptates / modo alias turbatiōes animi quibus mens a
ſtatu ſuo deicitur / deus incidēs eſt ac amputās, Hec eſt illa nō manu ſed ſpiritu
Adro,2, intellecta circuciſio, Nō enī ut ait Paulus: qui manifeſte Iudeus eſt / & circūciſio

cordis in ſpiritu non in littera. Et rurſus. in quo credentes circuncisi non manu Ad coloſ.
eſtis. Hec ſpiritalis purgatio abſq; dolore non fit, dolere namq; ſanctos cũ a deo 2
caſtigantur: Eſaias quoq; ſi baperit dices. cum abluerit dominus ſordem filiorũ Eſaie, 4,
Sion & ſanguinem Hieruſalem lauerit de medio eius in ſpiritu iudicii & ſpiritu
ardoris. Et ipſe Paulus. ſ in diſciplina perſeueratis tanq̃ filii uobis offert ſe deus. Ad heb.
quis eſt enim filius quem non corripiat pater? Nec multitudo ipſa ſanctorũ hanc 12
caſtigationem renuit: imo potius optat dicens. Caſtiga nos dne / in iudicio tamẽ: Hiere, 30
non in furore. namq; deciſio infructuoſorum palmitum in furore fit: in iudicio
autẽ id eſt in conſideratione atq; menſura fructuoſi palmites depurgãtur. unde
aiunt, in tribulatione parua domine: diſciplina tua nobis. Parua enim purgato- Hiere, 16
ria eſt tribulatio: que per ſuperiorem diſciplinam / beatos homines efficit, quod
bene Dauid ille intellexit. Beatus inquit homo quem tu corripueris domĩe: & de Pſalmus,
lege tua docueris eum. ut mitiges ei a diebus malis. Dies enim certe nephaſti ac 93
praui deciſis palmitibus illi ſunt: in quibus in ignem mittuntur eternum, quãdo
correptis & caſtigatis mitem ſe reddit deus, non enim abſolute tales dãnantur:
quoniam nõ omnino infructuoſi palmites fuerunt, Ad cõfeſſionem igitur fidei
feruens uirtutis accedat operatio nec uerbis ſolũ / ſed multo magis etiã re Chri-
ſto adhereamus, ſi uolumus deciſionis euitare periculum. Hec dicta ſunt, quo-
niam ſpiritaliter Chriſtus hec intellexiſſe uidetur, q̃uis & aliter hec interpretari
pie poſſimus, palmes quidem qui a communicatione Chriſti paterna falſe decidi
tur: ſterilem iudeorũ ſignificat populum / cuius radicibus ſecurim inherere bap- Math, 3.
tiſta dicebat. palmites autem qui purgantur: tam ex iudeis q̃ ex gentilibus fide-
les ſunt. quibus una purgatio ſpiritus eſt: cuius tamen modi differũt, a iudeis enĩ
Moſaice legis ruditas tollitur: a gentilibus aute impuritas morũ / & colende crea
ture uolũtas. hec fiunt ut euangelice doctrine fructũ poſſint ferre mirabile. Hec
Paulus ita eſſe cõfirmat: modo ad iudeos qui rurſus ab euãgelio ad umbras de-
lapſi fuerant ſcribens / abalienati eſtis a Chriſto, quicunq; in lege iuſtificamini: a Ad gala.
gratia excidiſtis. Et rurſus. dico enim uobis: quia circuncidamini / non proderit 5
uobis Chriſtus. Si uero a Chriſto abalienantur qui lege ſtudent iuſtificari: patet
depoſitionem legis / acceſſum eſſe ad Chriſtum. modo ad gentes: ſi cum inimici
eſſemus inquit deo per mortem filii eius reconſiliati ſumus multo magis iam re Ad ro, 5.
conſiliati ſaluabimur in uita eius. & alibi ad eos qui ad priſtinum uomitũ redibãt
Nunc aute inquit cum cognouiſſetis deũ imo uero cogniti ſitis a deo: quomodo Ad ga. 4
rurſus ad infirma mũdi elemẽta reuertimini? Quando ergo qui elemẽtis & crea
ture ſeruiunt a Chriſto reſiliunt: qui facere id non patiuntur / Chriſto certe con-
iunguntur. Purgatio igitur gentiũ eſt erroris idolorũ abiectio multa bona ho-
minibus aſſerens. uiciis eni ſpretis: pulchritudo uirtutis accipitur nam cũ ſordes
detergũtur nitor ſtatim apparet, Cũ autem hec circunciſio qua purgamur: per
ſpiritu ſuo & ſpiritus largitor filius eſſe uere credatur a cuius plenitudine oes ac Ioan. 1.
cepimus qui ad nos dixit accipite ſpiritũ ſanctũ: ex patre per filiũ in ſpiritu hec
purgatio & circuciſio ſpiritalis in nobis fit, Et ſic aduerſariorũ argumeta / friuo Ioan. 20.
la omnino inueniunt qui dicere auſi ſunt nõ eſſe conſubſtãtialẽ patri filiũ quia nec
agricola & uitis unius nature ſunt. Non enim pater ſolum / uerum etiam filius: in
ſpiritali circunciſione agricola eſſe conſpicitur.

Cap. XV.

» IAm uos mūdi eſtis proter ſermonē quē locutus ſum uobis. ¶ Certiores argumētis purgatiue artis ſue diſcipulos facit. iam enim mūdos eſſe aſſerit propter ſermonem eius:id eſt propter euangelicam doctrinam quam acceperunt,Quis igitur non amens non uidebit facile/manum patris colentis agrū Chriſtum dominū noſtrū eſſe? Nam q̄is patri uitis culturā attribuit: ſed tamen omnia ex patre per filiū ſunt/ ut per uirtutem eius. ipſe enim eſt uiuum & efficax eius uerbū/& penetrabilior omni gladio ancipiti/& pertingens uſq; ad diuiſionem anime ac ſpiritus/cōpagum quoq; & medullarū/& diſcretiuā cogitationum & intentionu cordis.Nam cum uſq; ad profunda cordis penetret noſtri: uanis quidem cogitationibus atq; ſtudiis noſtris acutā ſpiritus falcem immittit/quam purgatione eſſe intelligim⁹, cogitationes autē noſtras que ad uirtutē tendunt;& multiplicat/& ad ferendum uſq; fructū corroborat. lacet ergo aduerſarii ratio, qui diuerſitatē propter uitis & agricole uocabula in deitatis natura excogitauit. Nam cum mundos eſſe diſcipulos dixerit;nullā mentionē patris fecit ſed ſuo ipſe ſermone purgatos eſſe affirmat. Quemadmodu ergo per filium & in filio pater uiuificat: eodem certe pacto nobis per filiū prouides agricola eſt. His Chriſti hoſtes pſuaſos eſſe uelim; ut omni contentione abiecta/catholice nobiſcum ueritati adhereant, Sed nolūt ullo modo id facere;clamant enim non poſſe uitem & agricolam eiuſdem ſenature confiteri. quam audaciam ſi nos quoq; imitabimur: quid prohibebit eos interrogare/utrum paternus iſte cultus palmitibus ſolūmodo an toti potius conferat uitiſ non dubito quin toti prodeſſe uiti culturam reſpondeant,Quoniam igitur uitem ſeipſum Chriſtus appellauit/uitis autem niſi colatur/ non minus q̄ palmites perit: cur non putamus nō minus q̄ nos ope ipſum diuina indigere? Ita ſi quis intentionē dicentis non conſiderat;longe aberret neceſſe eſt. Sed ualeant omnes huiuſmodi nuge.& uerba Chriſti rurſus conſiderentur. Vos inquit mūdi eſtis propter ſermone quem locutus ſum uobis Spiritalis inquit purgationis atq; culture modus: propter ſermone meum imprimis uobis apparet. a mundi enim feditate iam ſeparati: ad ferendum fructum parati eſtis. Eiecit ab animo ueſtro uanas iudeorum obſeruationes doctrina mea, ruditatem littere iam contemnitis. non cibo & potu/non aſperſione brutorū ſanguinis/ ſed fide atq; uirtute(in quibus ſpiritalis cultus conſpicitur ſanctificationem queritis,Qui ergo purgari uoluerint;uos ſequantur,Sic enim excuſſa ex animo ſuo prima immūdicia; fide ac charitate ut palmites mihi inherebunt. unde gratia ſpiritus ad pietatē nutrietur. ſpiritus enim deus eſt;& adorātes eum/ in ſpiritu & ueritate adorare oportet. Ita & eorum qui crediturī ſunt;diſcipulorum exemplo purgationē ante oculos ponit.& ipſos ad maiora hortatur;cum non fruſtra inheſiſſe ſibi/& ſermonē ſuum audiuiſſe oſtēdat. ſermonem dico euangelicum. quo uniuerſum orbē ad imitationem ſui traducturi erant. ita enim omnes hortabantur uiuere & ita credere;ut ipſi & uiuebant & credebant,unde Paulus quoq; ad imitationem ſui ſepius fideles inuitat,

Ad heb. 4

Ad heb.9

Ioan.4.

1,ad cori. 4

Cap,XVI,

» MAnete in me.& ego in uobis,ſicut palmes non poteſt facere fructū a ſemetipſo niſi manſerit in uite;ſic nec uos/niſi in me manſeritis. ¶ Manifeſtius iā ex hoc loco diſcimus: ſincera fide palmites inſertos uiti fideles

fieri.Sed nõ eſt minoris cure iugiter per charitatem id eſt mandati ſeruationem
Chriſto inherere/illud pſalmiſte clamãtes: inheſit anima mea poſt te,Nõ igitur
ſufficit ad perfectionẽ id eſt ad ſanctificationẽ que per Chriſtũ in ſpiritu eſt / in Pſalmus,
numero palmitũ recipi:ſed oportet ardenti charitate / atq; cõtinuo immaculate 62.
Chriſtum ſequi.qua in re maxime ſpiritalis coniunctionis uirtus ſeruatur.Q̃m
igitur dictũ eſt mũdos illos fuiſſe/propter ſermonẽ Chriſti: ne qs putet nequaq̃
ſe poſſe/ſi ſemel purgatus fuerit/ad peiora delabi/ in eo permanere imperauit,
qđ nihil aliud eſt ut mihi uidetur/q̃ illud Pauli:Q̃ui putat ſe ſtare/uideat ne ca= 1,ad cori,
dat.Mille namq; pericula/niſi uigilanter ſtudeamus: etiam ſtantibus imminent 10
Quare oportet omni cura/opera/ſtudio:ad maiora ſemper niti.q̃ magnũ enim
detrimẽtum patiatur qui per negligentiam a Chriſto decidit: ſubiecit dicens,nõ
poſſe illos fructum ferre:niſi in ſe manẽtes/ ſicut palmites a uite/ſic inde humo=
rem trahant/quo mirabiles alant botriones,Vt enim palmes deciſus a uite nunq̃
fructum feret:ſic nos a Chriſto deciſi nunq̃ ſecundum uirtutem germinabimus.
Chriſtus enim eſt qui nos per gratiã ſpiritus quaſi per aquam irrigat &nutrit:ut
poſſimus facile pietatis edere fructus, Si quis ſitit: ueniat inquit ad me & bibat. Ioan.7,
quod ipſe nobis euangeliſta/optime interpretatur:dicens id a Chriſto dictũ eſſe
de ſpiritu/quẽ accepturi fideles erant.ideo Dauid quoq; ad deũ patrẽ clamabat Pſalmus,
Quoniã apud te eſt fons uite,& deliciarum torrens ſpiritalium ipſe filius eſt:qui 35
gratia ſpiritus per charitatem & fidem animas noſtras irrigat. Cap.XVII.

» EGo ſum uitis:uos palmites.q manet in me/& ego in eo:hic fert fru=
» ctum multum,quia ſine me nichil poteſtis facere, Si quis in me non
» manſerit:mittetur foras ſicut palmes/& areſcet/ & colligent eum/
& in ignẽ mittent/& ardet. ¶ Hinc ea de cauſa uitem ſe appellaſſe
manifeſte oſtendit:ut quaſi oculis hoc exemplo cerneremus/manẽ
tes in eo ut palmites ex uite humore tracto/ ſpiritalẽ poſſe fructũ afferre,Reſi=
lientes uero ab eo: uel quia in fide uel quia in ſeruatione mandati deficiant/ non
modo nichil fructus producturos/ſed eternum etiam ignẽ paſſuros,Q̃ui enim
a pietate uel charitate Chriſti decidit:ſuppliciis ſeipſũ tradidit,ſicut deciſus pal=
mes ad nihil aliud q̃ ad ignem utilis eſt, Optimo nobis ipſi apoſtoli exemplo ſũt/
qui quoniam manſerunt in Chriſto nec ulla ui ab eo ſeparari potuerunt:eternas
laudes conſecuti/fructum ſue uirtutis conuerſionem orbis attulerunt.unde im=
marceſſibiles apud deum habituros coronas nõ dubitamus, Ad auaritie ſeruus
Iudas:a uite ſpirituali deciſus/gratia ſpiritꝰ amiſſa/foras electus / igni ut inutile
ſarmentum traditus eſt. Dupliciter igitur ad manẽdum ſecum Chriſtus nos in=
ducit: partim cupiditate glorie quam fructuoſi palmites conſequentur / partim
formidine ignis cui tradẽtur qui ab eo ſe ſeparãt,Agricolam autem patrem no=
minat:diuine id nature attribuens / ut diximus. Nam ipſe manus eſt patris:per Eſaie,66
quẽ omnia facta ſunt,Manus mea inquit hec omnia fecit,& per filium facta eſſe
omnia ſcripture teſtantur.quare manus patris filius dicitur,Hanc inciſionẽ que Ad ro.11.
hic intelligitur Paulus quoq; intellexit dicens:uide ergo bonitatem/& ſeueritatẽ
dei in eos quidem qui ceciderunt ſeueritatem:in te autem bonitatem/ſi perman
ſeris in bonitate/alioquin & tu exciderıs, Cap,XVIII.

» Si manſeritis in me/&uerba mea in uobis manſerint: quodcũq; uo=
» luerit is petetis/&fiet uobis. ¶ Radicem ſuperne beniuolentie ac fir=
mamentum eſſe ait:ſi quaſi ſpiritale depoſitum/euãgelice diſcipli=
ne dogmata & mandata ſeruarint. Seruantibus autem ſine mora/
petita bona pollicetur affutura,ſi manſeritis inquit in me/& uerba
mea in uobis manſerint:quodcũq; uolueritis petetis/& fiet uobis.Fieri enim po=
teſt ut in Chriſto maneas:& uerba eius in te non habeas. Duplex enim uia eſt ut
modo diximus:per fidem & per charitatẽ/propter quam mandata ſeruantur.
Que cum ita ſint;qui uerbis nudis Chriſtũ cõfitentur/ſed mandatorũ obſerua
tione id eſt charitate ad perfectione nõ conformãtur: q̃uis Chriſto fide inhereãt
inq; eo hac ratione maneant/uerba tamen eius non habent.non obliti quidẽ illi
predicationis euangelice:ſed illecebris uoluptatũ capti/ſpiritus gratiam abiiciũt
Math. 7, De quibus ipſe ſaluator ait,non omnis qui dicit mihi domine domine/introibit
in regnum celorũ:ſed qui facit uoluntatẽ patris mei/qui in celis eſt, Quod autẽ
fides ad ſalutem non ſufficiat;Chriſti etiam diſcipulus oſtendit ſcribens. tu cre=
Iacobi, 2. dis quia unus deus eſt:dem onia etiam credunt & horreſcunt, Si ergo fides ſola
ſufficeret;multitudo demonũ perire non poſſet.Quare oportet ad fidem ope=
ra charitatis accedere,Nã qui ſic facit:is & in Chriſto per fidẽ manet/& in corde
Pſalmus, ſuo uerba eius cõſeruat/ut in pſalmis dicitur. In corde meo abſcõdi eloquia tua
118 ut nõ peccem tibi,Nã ueluti qui ignem in ereo uaſe recõdidit/caliditate ignis nõ
caret,ſic qui uerba diuina in animo retinet/& ea ſeruare conatur:uirtutis ſem=
Pſalmus. per ardet amore,Scriptum eſt enim,ignitum eſt eloquium tuum uehementer:
118 & ſeruus tuus dilexit illud.Qui ergo ſincera fide in Chriſto manet/&mandata
eius ſeruat:ei quidquid petit/confeſtim concedetur. num ergo inquies ſi quicq̃
mali petierit/impetrabit? minime/mini me inq̃.non eſt tamen par ut qui manet
in Chriſto/& mãdata eius ſeruat;is quicq̃ petat quod deo nõ placeat. Propterea
iis qui doctrinam ſuam in animo retinent atq; ſeruant: iſtud pollicetur,Quare
ſi accipere uolumus cum petamus:recte uiuamus/& quicquid petierimus: abſq;
mora nobis Chriſtus preſtabit. Cap.XIX

» IN hoc clarificatus eſt pater meus: ut fructum plurimum afferatis/
» & efficiamini mei diſcipuli. ¶ Clarificatũ patrem ſuum eſſe dicit:
quoniam ineffabilis eius bonitas atq; miſericordia nota omnibus/
Ioan.3. coronam quaſi glorie illi attulit.Sic enim deus dilexit mundum:ut
filiũ eius unigenitũ dederit,in quem qui crediderit:non pereat/ſed
Ioan,7, habeat uitam eternam. Vita igitur omniũ patris opus eſt: quod per Chriſtũ eſt
factum,Propterea dicebat ad patrẽ,Ego te clarificaui. opus conſummaui quod
dediſti mihi ut faciam.ipſe namq; ſalute nobis ex patre attulit: nõ ut miniſter/
Pſalmus, ſed ut ſapientia & uirtus patris,abſq; qua: nihil omnino fieri poteſt, Omnia enĩ
67 per ipſum ſunt.unde noſtre quoq; ſalutis diſpenſationem/ut uirtuti & ſapiẽtie
patris filio tradi ſummopere Dauid orans dicit ad patrem. manda deus uirtuti
Pſalmus. tue: confirma deus hoc qđ operatus es in nobis. Et rurſus, deus iudiciũ tuũ regi
71 da,Solius enim eius opus eſt:qui cum patre regnat/ut uniuerſam hominis natu=
ram reformare ad priſtinum poſſit. Clarificatus igitur pater eſt/proprio filio
pro redemptiõe hominum dato: que uoluit hominem fieri,nõ ut quicq̃ boni ſibi

acquirat qui ſemper perfectiſſimus eſt / ſed ut homines plurimũ ferãt fructum & Chriſti efficiantur diſcipuli. Nam niſi filius dei homo factus eſſet: nunq̃ nos ut palmites illi quaſi uiti herentes / participatione ſpiritus fructũ ederemus, quem / plurimum: comparatione legalis fructus appellat, Nihil enim lex perfecit / ut ait Paulus, idcirco ad diſcipulos / imo uero ad oẽs fideles dicebat. Amen amen dico uobis niſi abundauerit iuſticia ueſtra pluſq̃ ſcribarum & phariſeorũ: non intra= bitis in regnum celorum, Et rurſus, ſcriba doctus in regno celorũ ſimilis eſt ho= mini patrifamilias: qui profert de theſauro ſuo noua & uetera. Qui enim euan= licam colit doctrinam: dupliciter ſpiritualibus pollet diuitiis / noua & uetera pro= ponens / & umbram legis ad euangelicam uitam tranſformans. Nam que figu= ris lex ſignificabat: hec Chriſtus aperte in ueritate docuit, propterea dicebat nõ ueni ſoluere legem / ſed adimplere, Et rurſus iota unum aut unus apex non trã= ſibit a lege: donec omnia fiant, plurimus ergo fructus in ſpiritu & ueritate euan= gelii uirtus eſt: qua effectum eſt ut amici Chriſti fiant diſcipuli, Nã & priſcis per prophetas loquebatur: & erunt dicens omnes docibiles dei, Nõ enim alius quaſi mediator ut Moſes inter deum & iudeos: ſed ipſe Chriſtus nos docuit. quare dei docibiles ſumus, Quippe non eſſemus diſcipuli eius nec fructum & hunc pluri= mum ederemus: niſi pater per miſericordiam ſuam eſſet clarificatus. qui uoluit filium ſuum propter nos hominem fieri: tradiditq̃ eum pro nobis / id eſt placuit ei ut Chriſtus pro nobis moreretur,

Ad heb, 7
Math, 5,
Math, 13.
Math. 5.
Ioan, 6,
Ad. 10, 8.

Cap. XX.

» Sicut dilexit me pater / & ego dilexi uos: manete in dilectione mea, ſi
» precepta mea ſeruaueritis: manebitis in dilectiõe mea / ſicut & ego
» precepta patris mei ſeruaui / & maneo in eius dilectione, ¶ Atten= tiore animo hec profunda inſpicere oportet, breuiter enim totius fere incarnationis ratio aperitur. Diligi enim ſe a patre aſſerit: nec minus uos a ſeipſo / ſed eodem modo diligi affirmat, Et ſubiecit oportere nos in dilectione ſua manere, cauſamq̃ attulit quare ipſe iure a patre diligat: quia mã= data eius ſeruauit, ut nos quoq̃ ſi uolumus in dilectione ſua manere: mandata ſua diligẽter ſeruemus. Summatim igitur iſte ſenſus eſt. ſed ne ſimpliciores tur= bare poſſit: latius nobis exponendus eſt. Dominus igitur noſter Ihеſus Chriſtus exemplo ſe nobis propoſuit, Non enim fuit paupertatem noſtram aſpernatus: ut nobiſcum conuerſatus inaudite uite ſe nobis ducem preberet. ubi ergo aut que patris mandata ſeruauit / & quomodo diligi ſe ab illo dicit: querendum uide tur. Adſit igitur paulus & dicat de ipſo, Qui cum in forma dei eſſet: non rapi= nam arbitratus eſt ſe eſſe equalem deo. ſed ſeipſum exinaniuit / formam ſerui accipiens / in ſimilitudine hominum factus / & habitu inuentus ut homo, humi= liauit ſeipſum: factus obediens uſq̃ ad mortẽ. Propterea deus ipſum exaltauit: & donauit ei nomen ſupra omne nomen. Auditi quia cum uerus deus filius ſit: humiliauit ſeipſum factus obediens uſq̃ ad mortem. Nam cum ſaluare huma= num genus deus pater uoluerit / neq̃ id creatura poſſet aliqua efficere: ipſe qui uoluntatem patris oportune nouit / filius huiuſmodi diſpenſationem ſuſcepit. ſicq̃ obſecutus genitori eſt ut mortem etiam turpiſſimam ſubierit, propterea inquit deus eum exaltauit. habes in obedientia iſta uoluntaria / paterni conſum= mationem conſilii: quod mandati loco trad ſibi filius dicit, Nam etſi ut uer=

Ad phi, 2
Ad phi, 2

bum patris profunda dei ſcrutetur / imo uero ipſe ſit ſapientia & uerbum patris: omnia tamen que patri uidentur / peragit / & mandata ut homo appellat,
1.ad cori, Exaltatus autem a deo dicitur / q̄uis conſubſtantialis ei ſit / & dominus gloriea
2 ſcripturis nuncupetur: quia in ſerui forma factus / id eſt homo ſecundum nos.
redit rurſus cū carne: ut una cū patre etiam homo factus conglorificetur. a quo
diligi non incipit tunc primum / quando uoluntariam ſubiectionem aut ſuſcepit aut perfecit, Sed quemadmodū q̄uis exaltatus ſemper eſt / & glorie plenus ſecundū naturam / exaltari tamen & glorificari dicitur factus homo / qui naturaliter glorie inops eſt: ſic q̄uis ſemper diligatur ut filius / diligi tamē etiam cū carne
ſcribitur. qui propterea homo factus eſt: ut genus hominū quod propter preuaricationis crimē deus oderat / ad dilectionem ipſius reduceret, Idcirco origo / ianua / & uia omnium bonorū generi noſtro fuit, Nonne igitur iure ſeipſum diligi dicit: quia mādata patris ſeruauit? Num tibi durus myſterii ſermo uiſus eſt / & huius diſpenſationis profunditas? Sed equa ſunt omnia intelligentibus / & re-
1,ad thi, cta iis qui habēt cognitionē / ut ſcribitur. Manete inquit in dilectione mea: id eſt
4 omni ſtudio cura / opera / ſic a me diligi conari debetis / ut ego a patre diligor. Sic aūt diligemini: quādo mea mādata ſeruabitis / ueluti & ego patris mādata ſeruaui, Nō erit inutilis uobis hic labor. exaltauit me pater / & dedit michi nomē ſuper
Ad phi. 2 omne nomē, Ego uero uos q eſtis homies: deos & filios dei / regni mei participes / cōformes corporis glorie mee per gratiā ſpūs efficiā. Sed hec quidē futura ſunt, Quantū uero ad preſentē ptinet uitā: nōne magnū honorē meo nomie cōſecuti eſtis / cū demonibus increparetis / cū omnē morbū & omnē debilitatē curaretis /
Ioan. 14, cū uobis pollicitus ſim dicens / qui credit in me opera que ego facio ipſe quoq; faciet / & maiora horū faciet? Hec diſcipulis paucioribus uerbis dicta intelligimus, ubiq; aut̄ dogmata ueritatis ſequētes: ad utilitatē legentiū cūcta perſcribimus
Pſalmus. diligenterq; cauemus ne cuiq̄ ſcandalū faciamus. Scribitur enim in pſalmis, pax
118 multa diligentibus legem tuam: & non eſt illis ſcandalum. Cap. XXI.

» » HEc locutus ſum uobis: ut gaudiū meum in uobis ſit / & gaudium uestrum impleatur. ¶ Vitis & palmitum que abſcinduntur & in ignē mittuntur exemplo: non paruam diſcipulis immiſit formidinem, Solent enim qui mala fore audiunt / preſertim ſi authoritate dicentis cōmoti nō aliter futurū credūt: non mediocriter conturbari. Et quēadmodū qui procelloſum nauigaturus eſt pelagus / q̄uis tēpeſtate nulla exagitetur: horreſcit tamē cogitans, nō aliter arbitror diſcipulos Chriſti tūc fuiſſe affectos. Quas ob res qui oia nouit: a merore ad leticiā reuocat. Non enim inquit o diſcipuli ut metu exagitemini hec mihi dicta ſunt: ſed ut gaudiū meū habeatis Cōſideratius igit̄ uideamus quid eſt qđ his uerbis Chriſtus ſignificauit. Duplex igitur eſſe michi ſenſus uidetur, aut enim nihil curioſius hic locus affert: ſed hoc plane dicit / ut gaudiū in me habeatis & ſic ipſi quoq; gaudeatis / ſuperne beatitudinis atq; glorie magnitudinē intelligētes. Alius eſt in quo altius quiddam latet: quod enodare non recuſabimus. Quid igit̄ illud eſt / aut quid ſignificat: ut gaudium meum in uobis ſit? Homo factus unigenitus dei filius abſq; peccato: omnia ſuſtinuit que iudeorū excogitare peruicacia potuit, nec unq̄ ſputis decoratus / uerbis deriſus / uerberibus ceſus / & tandē patibulo affixus / ullo merore affectus

fuit:sed decēti semper ipse gaudio plenus (quoniā uoluntatē patris cōsummari uidebat:& homines hinc salutē habituros non ignorabat) illa opprobria delicias sibi esse putabat. Exultauit enim spiritu:instante iam cruciatu / & dixit.cōfiteor tibi pater domine celi & terre: quia occultasti hec a sapientibus & prudentibus / & reuelasti ea paruulis, uides quia gaudet spiritu:cū dementes olim homines ad sapientiam reuocentur / & gratias hac de re patri agit. Eodem modo cum labore confectus super Iacob puteum sederet: Samaritanorū salute letatus uel necessaria corporis alimenta contempsit. Nam cum rogaretur a discipulis ut manducaret: meus cibus est inquit / ut patris mei uoluntatem faciam & opus eius perficiā Quis ergo dubitabit delicias illi fuisse salutem hominum? hanc enim uoluntatē patris appellat. hec inquit uobis locutus sum: ut gaudiū meum in uobis sit / id est ut illis solūmodo letari rebus uelitis quibus ego gaudeo, Sic enim fortes ad certamina eritis:& spe saluandorū hominū pericula libenter subibitis / non parū gaudentes quoniam uoluntas patris (qui uult omnes ad cognitionē ueritatis uenire) pro uirili parte uestra perficiatur, Hanc ergo elegi leticiā. hanc etiam si uos habebitis sincero ac integro afficiemini gaudio. Veram etiam solidamq; leticiam / illam tantūmodo que in deo est appellamus: qua etiā Iesus gauisus est. hec uero mūdana umbra solummodo est / more somnii deuolans, Sic solidum etiam odiū uerūq; nūcupamus: quod iuste ac recte aduersus ueritatis hostes habetur. sicut beatus ille Dauid aduersus eos qui glorie diuine resistebāt ait: perfecto odio oderam illos, Dilectionem similiter perfectam nominamus: qua nō terrenis ac nulla re dignis / sed deo propter deum afficimur.

Math, 11.
Ioan. 4,
1, ad thi. 2
Psalmus, 138

Cap, XXII,

» HOc est preceptū meum: ut diligatis inuicem sicut dilexi uos, maiorē
» hac dilectione nemo habet: q̄ ut animā suam ponat quis pro amicis
» suis. ¶ Apertius modo āte oculos ponit superioris loci sensum quē diximus: iubens talem inter se dilectionem habere / qualem ipse re atq; opere consummauit, que mensuram non habet cum suprema cumulataq; sit, Maiorem enim hac inqt nemo habere potest. nulla enim maior est. per hec omnia discipulis precipit: adeo non esse fugienda pro salute hominū certamina & dolores / ut ipsa quoq; / mors carnis abiiciēda non sit: ad hanc enim usq; charitas peruenit, Ita his uerbis tum ad eximiam fortitudinē / tum ad mirabilē charitatē hortat: talesq; facere studet ut nec mortis quidē periculo Christū deserere uelint, Talē se Paulus nobis ostendit: dicens. Mihi enim & uiuere Christus est & mori lucrū, Et rursus, charitas enim Christi urget nos: estimantes hoc quoniam si unus pro omnibus mortuus est / ergo omnes mortui sunt, Et ad hec, quis nos separabit a charitate Christi: tribulatio / an angustia / an fames / an nuditas / an periculū / an gladius? Audis qđ nihil affirmat se posse a dilectione Christi seiungere. qđ si oues & agnos Christi pascere nihil aliud est q̄ ipsū diligere: patet quia omnis persecutio / omneq; periculum pro predicatione ueritatis subeundū est. Et ut summatim atq; breuiter dicam: absq; formidine iubet Christus discipulis euangeliū orbi predicare. quod etiam Esaie quodā uoce similiter iussit: super excelsum dicens montem ascēde qui euangelizas sion, exalta in fortitudine uocem tuam: qui euangelizas Hierusalem. quod posse facere: iugi oratione petiisse ipsos uidemus, dicebant enim orantes: & nunc domine respice in minas eorū &

Ad phi. 1.
2. ad cori. 5
Ad ro. 8.
Esaie. 40
Actus. 4.

da ſeruis tuis cum omni fiducia loqui uerbū tuū. Multi enim certe ſunt qui euangelium Chriſti predicātibus impie aduerſantur: qui etſi quaſi fluctus inſurgāt/ nihilo tamen minus ueris Chriſti diſcipulis incumbendū eſt / quouſq; charitatis opus perficiant. Charitatis inq̄ talis; qualē erga nos ſaluator oſtēdit / qui ſummo cum gaudio cruci affigi non erubuit / ut peccatoribus ſalutē afferret. Nam ſi noluiſſet pro nobis pati: mortui adhuc eſſemus / ceci ac ſtulti / omni bono indigentes / diaboli / peccati / uoluptatiſq; ſerui / ſine aliqua ſpe in profūdo impietatis iacentes, nunc autem cum animam ſuam ex dilectione ſaluator pro nobis poſuerit: & miſericordie ſue magnitudinē aperuit / & nos beatos effecit / nullo penitus bono indigentes, Ita hic ſenſus diuinis diſcipulorū capitibus cōuenit, Si uero hec uerba ad oēs tranſeunt / ut omnibus ſic dici credamus / hoc eſt preceptū meū ut diligatis inuicem ſicut dilexi uos: ingens certe cunctis adhibenda cura & ſtudiū
Ad ro, 13. eſt, Nam ſi preceptorū Chriſti conſummationē dilectio fratrū operatur: quō nō erit huic uirtūti ſummopere incumbendū / que ceterarum omniū origo & caput eſt? Hec enim fratrum dilectio alterum immediate locum poſt dei dilectionem
Math. 22. obtinet. Nēpe in illo uniuerſa erga deū pietas breuiter concluditur: diliges proximum tuum ſicut teipſum. Cap, XXIII,

» VOs amici mei eſtis: ſi feceritis que ego precipio uobis. iam nō dicam
» uos ſeruos / quia ſeruus neſcit quid faciat dominus eius, uos autem
» dixi amicos: quia omnia quecunq; audiui a patre meo nota feci uobis. ¶ Amicitiā ſuam futuris opponit periculis: ut eius magnitudie atq; gloria nihil penitus pericula uideātur. Dulces enim admodum labores ſunt: cum merces copioſa proponitur. Quid autē maius / quid clarius q̄
Pſalmus. Chriſti amicū & eſſe & appellari? Excedit hec certe dignitas: nature hūane termi
118 nos, Oia eni ſeruiūt creatori / ut ait pſalmiſta: nec quicq̄ eſt quod iugo ſeruitutis eius nō ſubiiciatur. Quod cū ita ſit: ad ſupernaturalē gloriam ſeruantes mandata ſua dominus redigit / nō ſeruos ſed amicos appellans / & ut amicos in omnibus tractans. magna & ſplēdida iſta premia ſunt. Sed illud nō ab re dixerim. Si enim amicitia filii / qui ſerui natura ſunt ad liberam amicorū dignitatē perducit: quomodo ipſe ut creatura ſeruus erit / ut quidam ex imperitia dicunt? An aliis poterit libertatē largiri: eius ipſe natura expers? Minime, Sed ſanctis quidem apoſtolis / ceteriſq; fidelibus qui ad amicitiā ſuam aſcendunt / extrinſecus honoris gratia / libertatis accedit dignitas: ipſe uero natura liber eſt. quod enim aduentitium eſt; ab inſito & naturali diſtinguitur. libertas uero noſtra cum aduentitia ſit per gratiam habita: alia eſt certe ab eius libertate. Sed immorari in hoc loco paululū iuuat, Dicimus igitur legalem iuſticia multo antiquiorem illam eſſe que per fidem Chriſti habetur. & ad hec addimus; quia credentibus & obſequentibus Chriſto / diuinorū reuelatur myſteriorū cognitio / & conſiliū patris a filio qui probe illud nouit exponitur / incredulis autē minime. Hec authoritate ſcripture nobis cōfir-
Geneſis. manda ſunt, Scribitur ergo in geneſi: credidiſſe Habraam illum deo & com-
15 putatam ei fuiſſe fidem ad iuſticiā / amicūq; dei hac de cauſa uocatum, Quomodo
Geneſis, autē amicus dei / credēs appellat? eſt? Dictū ei fuit: exeas de terra / cognationeq;
12 tua / & ueni in terram quam ego monſtrabo tibi. Cūq; filium ſuum in figurā im-
Gene. 22. molare Chriſti iubebatur: tunc intentionē dei abditā docebatur, unde Chriſtus

ad iudeos de ipſo dicebat: Habraã pater ueſter exultauit ut uideret diem meũ/ & uidit & gauiſus eſt, Obedietia ergo & immolatione amicitiã dei cõſecutus eſt: Ioan.8,
& conſiliũ eius in nouiſſimis tẽporibus futurũ cognouit, Sed cõſidera queſo: quõ ſimulta fiunt in iis qui ad amicitiã Chriſti conſcendũt. Audiuerunt & ipſi/ exeatis de terra ueſtra, quod q̃ libenter fecerint: Paulũ audi: Non enim habemus hic ciui Ad heb.
tatem ſtabilem/ ſed futuram inquirimus; cuius artifex & cõditor eſt deus, Pere= 13
grini eni & aduene ſunt in terris: qui ciuitatis dei ciues eſſe cupiunt/ quã ſaluator Ioan.14.
monſtrauit dicens. uadam & preparabo uobis locum, Cũ autẽ uenero accipiam uos mecum: ut ubi ego ſum/ ibi & uos ſitis. Sed a cognatione quoq; ſua exire ſibi dictũ eſt. ubi hoc ſcribitur? Chriſtũ audi, Qui diligit patrẽ aut matrẽ ſuper me: Math,10.
non eſt me dignus, Nec ambiget unq̃ aliquis prepoſitũ omni cognationi carnali Chriſtũ a diſcipulis fuiſſe: & nũc quoq; preponi ab oĩbus qui diligũt eũ. & beatus quidẽ Habraã propriũ filiũ in odorẽ ſuauitatis deo adducere iubebatur: fideles Gene.22.
autẽ/ non alios ſed ſeipſos, exhibeatis enim inquit Paulus corpora ueſtra hoſtiã uiuentẽ/ ſanctã/ deo placentem/ rationabile obſequiũ ueſtrũ. Sed Chriſti quoq; Ad ro,12
myſteriũ etiã iſti cognouerũt. Non enim ignorãt futura/ ſed certiores ſunt quia laborũ premia & mercedẽ pro pietate Chriſti ſuſcipient, iuſti ergo ſunt & amici dei non aliter q̃ Habraam, Antiquior autẽ nimirum euãgelica diſciplina q̃ lega= lis eſt, Per fidem enim & amicitiam dei conſiſtit: que priſcis tẽporibus in Habraã figurata a figura modo ad ueritatẽ peruenit/ in diſcipulis primũ conſummata/
qui acquiſitionis populi origo fuerunt. Quẽ quipẽ populum: gentem ſanctam/ 1,Petri.2,
regale ſacerdotium ſcriptura ſolet appellare, Quapropter ad iudeorũ matrem id eſt ad ſinagogãm pſalmiſte uerbis dicitur: pro patribus tuis nati ſunt tibi filii. Pſalmus,
Nam etſi filii iudeorũ/ diſcipuli fuerint/ & legi Moſaice dediti: patres tamen fa= 44
cti ſunt/ ac Habrae locũ obtinuerunt/ ſpiritaliũ iudeorũ origo conſtituti/ princi peſq; totius orbis ordinati/ euangeliũ Chriſti predicantes: & ipſum Chriſtũ my= ſtice immolãtes/ ut in figura Chriſti Habraã filium ſuum. Hec dicimus non quia minorẽ gloria Habraham illum uelimus oſtendere: ſed ut que nobis in his tem= poribus per Chriſtũ diſpenſata ſunt/ in illo figuris & obumbrata fuiſſe oſtenda= mus/ utq; amicitiã dei libertati que per fidẽ eſt herere probemus. Hec nos diuin⁹
Paulus docuit qui iudeis perſuadebat antiquiorẽ eſſe fidẽ iuſticia legali. Nam cũ Ad ro,4.
de circũciſiõe uerba faceret: ideo Habrahe datã fuiſſe aſſerit/ ut ſignũ eius fidei eſſet/ quã in preputio Habraã habuit, Qđ ſi preputiũ ante lege fuit/ ſi fides cũ preputio fuit: circũciſio poſt legẽ/ gloriam fidei nõ habuit ſi Habraam deniq; in preputio credidit/ quomodo diſciplina legali iuſticia fidei nõ erit antiquior? que per amicitiam dei iuſtificat homines atq; liberat; ſicuti Habraã fuit iuſtificatus. ſic enim pater multarũ gentiũ/ non ſecundũ carnem ſed ex repromiſſione eſſe Geneſis,
cõperitur. hec apte crediderim dicta: quia dñs dixit/ nõ dico uos ſeruos ſed ami= 17
cos: quia quecunq; audiui a patre meo/ nunciaui uobis. Cap. XXIIII.

» ON uos me elegiſtis: ſed ego elegi uos/ & poſui uos ut eatis & fructũ
» afferatis/ & fructus ueſter maneat, ut quecunq; petieritis patrem
» in nomie meo det uobis, ¶ Nec duro admodũ ſermone diſcipulos oneratne imbecillitate humani animi demergãtur, nec leto nimiũ effundi permittit, morbus enim etiam hic eſt: & non eſt tenendus,

ſed mediocritatē ex utriſq; commixtam tenēs: ad cognitionē optime diſcipline inducit, Cū igitur conſolatus dolentes fuerit/& charitatis uicißitudinē neceſſariam eis oſtenderit; hortatur iterum atq; iterū ut omni cura reducere ad pietatē homines ſtudeāt, ac huius rei exemplū ſeipſum proponit dicens. Non uos me elegiſtis ſed ego elegi uos: ac ſi diceret. cum imitari me debeatis o diſcipuli: quę ipſe in uobis feci/ea in aliis faciūda uobis ſunt; ego elegi uos/nō uos me, ego me notū uobis ignorantibus feci; hūanitate clementiaq; commotus. ego uos adeo robora ui; ut procedere progrediq; ad tantā cum deo fiduciā poſſitis/ut quodcunq; petieritis in nomine meo/uobis concedatur. Quare non debetis uos qui mei diſcipuli eſtis; ſedentes expectare ut ultro ad fidē homines ueniant. ſed errantibus manus porrigenda; & audire nolentibus ſalutaris ſermo a uobis eſt predicādus/etiā ſi uos acerbiſſime perſequantur. Sic enim tandē ipſi quoq; uos imitati/ac ad meliora progreſſi; immarceſſibilē edent fructū/& quodcunq; petierint in nomine meo cōſequentur. Talē igitur (ut breuiter repetamus) dilectionē habere perſuadet; & ita diligētes ad reducēdos in fidē ceteros eſſe/quale ipſe in nobis oſtendit/ Quod aūt a Chriſto diſcipuli electi fuerint; oībus apertiſſimum eſt. Hunc huius loci ſenſum eſſe; a ſequentibus etiam perdiſcemus. Cap. XXV.

» HEc mando uobis ut diligatis inuicē. ¶ Quis unq̄ ambiget; ſupreme dilectionis eſſe/omni ſtudio atq; opera ad cognitionem ueritatis & obſequium dei errantes homines conuocare? Hoc Paulus faciebat;
2. ad cori. 5 pro Chriſto inquit legatione fungimur/tanq̄ deo exhortante per nos. obſecramus pro Chriſto; reconciliamini deo. Petrus quoq; ad
Actus, 3, iudeos dicit. Et nunc fratres ſcio quia per ignorātiā feciſtis; ſicut & principes ueſtri. penitentiam igitur agite; & baptizentur ſinguli ueſtrum in nomine domini noſtri Ihesu Chriſti. Vides quomodo doctrinā nolentibus afferūt. Sed uideamus quid ſignificet/ut eatis & fructū afferatis/& fructus ueſter maneat, Fructū igit arbitror eſſe manentē; non legalis ſed euangelice diſcipline iuſticiam, Antiquata enim illa; nichil perfecit. pro ea uero noua iam floret; & uerum ac permanen-
Ad phili. 3 tem fructum producit. Quare non iniuria Paulus legalis ſe iuſticie iacturam dicit feciſſe; ut Chriſtū lucrifaceret/id eſt ut in Chriſto fide adherens/iuſticiam & euangelicum fructum produceret/qui animam hominis cumulata pietate perficiens/perpetuus eſt, Per nullam enim aliam diſciplinam euangelica predicatio
Lucas, 21 antiquabitur/ſicut Moſaica per euangelium antiquata eſt; ſed ſaluatoris ſermo durabit in ſeculum/ut ipſe dicit, celum & terra tranſibit; uerba autem mea non tranſient, Cap. XXVI

» SI mundus uos odit; ſcitote quia me priorē uobis odio habuit, ¶ Mirabili quodam atq; diuino in conformandis firmandiſq; animis utitur artificio. Nam quemadmodū periti medici futuris nonunq̄ remediorū preparatione morbis ſe opponunt; ſic ipſe diſcipulorum/ac omnino fidelium animos non a preſentibus ſolum liberat/uerum etiam a futuris malis doctrina & mandatis ſuis preſeruat. Nam quoniā non ciuitatis aut regionis unius ſed totius orbis terrarum doctores futuri erant/ad euāgelicam uitam homines traducētes/quos ubiq; omnes quaſi euangelii legem ac regulam imitaturi erant; neceſſario nullam curam ſibi faciundā eſſe monet/ne

a mundo id eſt ab hominibus uoluptati impietatiq; deditis odio habeantur, Sed nũ dicet quiſpiã ad acquirenda odia hec oratio nos hortatur? Nequaq̃. nõ enim ſimpliciter: ſed pro ſalutari doctrina contemnendũ eſſe odium dicit, Quod aũt bene conſulentibus atq; docentibus improborũ odiũ immineat / atq; ideo corroborandi apoſtoli fuerãt facile perſpicies / ſi naturam huius rei conſiderabis. Solẽt eni qui mundanis ſordibus inherent: ut licentius uoluptates ſuas perſequantur / ad probitatem reducentes acerbius inuadere. Nam & iudei / legis littere toto animo affixi: reuocantes ad ſpiritum hoſtes ducunt, & gentes a cultu creaturarum abduci propter conſuetudinẽ iniquo animo ferunt, Que cum ita ſe habeant: futurum erat ut tam a iudeis q̃ a gentibus odio diſcipuli haberentur. Quare monendi fuerunt: ne moleſtum id putantes / aut morem unicuiq; gerere ſtudẽtes / predicandi libertatem amitterent. Monẽdi enim ſunt homines propter charitatem hortandiq; ut ad ueritatẽ conuertantur / etiã ſi hac de cauſa odio nos perſecuturi ſint. Vnde Paulus de ſeipſo dicebat. Si placere hominibus uellem; Chriſti ſeruus non eſſem. & ad Corinthios, Si enim ego uos contriſto; & quis eſt qui me letificet niſi qui cõtriſtatur ex me? Patet ergo non prodeſſe / ſed adulari auditoribus eũ: q nõ ad utilitatẽ ſed ad uoluptatẽ loqtur, Qui uero ſaluatoris doctrinã ſequitur: ſaluatori ſolũmodo gratus eſſe ſtudebit / & odio haberi a uiciosis hominibus ſpiritales diuitias nec paruas arbitrabitur. Cũ ergo inquit mundi odiũ uobis opponitur / cũ ſalutaria uerba multitudo non feret: non turbabimini ſi mũdi honores penitus contẽnetis / ſi hoc mihi ipſi (qui & dñs & magiſter ſum) accidiſſe memoria tenebitis, Quod autẽ Chriſtus odio fuerit mundo: uerbis nõ eget. Sed ipſe quoq; ait: non poteſt mundus odiſſe uos, me autẽ odit; quia ego teſtimoniũ perhibeo de ipſo quod opera eius mala ſunt, exemplũ igitur etiam in hoc ſeipſũ prebuit. Alibi quoq; ait. Beati eſtis cũ maledixerint uobis homines / & perſecuti uos fuerint & dixerint omne malũ aduerſus uos / mẽtientes propter me gaudete in illa die & exultate: quoniã merces ueſtra copioſa eſt in celis. Sic enim etiam prophetas multo ante uos perſecuti ſunt,

Ad ga, 1.

2. ad cori. 2

Ioan. 7.

Math. 5.

Cap, XXVII.

» Si de mundo eſſetis: mũdus quod ſuum eſt diligeret. Quia uero de
» mundo non eſtis / ſed ego elegi uos de mundo: propterea odit uos
» mundus. ¶ Facile / imo uero iocundum eſſe oſtendit: qđ natura ſui moleſtiſſimũ eſt, Quid enim acerbius & plerumq; dãnoſius q̃ odio haberi? ſuaue tamen id efficitur propter deũ. Et quando gratia pietatis accidit. argumento eſt nõ inbiare rebus caducis eum / qui odio habetur. Vt enim corporũ / ita morum cognatio quedam eſt: quorum ſimilitudo longe ſanguinis uincit cognationes. omne namq; animal / ſimile ſibi diligit / ut ſcribitur: & ſimili ſibi homini homo adheret. ſic ſanctus cũ ſancto: & peruerſus cum peruerſo iocunde cõuerſantur. Idcirco lõge a ſancto prophanũ diſtinguitur; & mores probi conuerſatione improba peruertuntur. alterutri enim ſuis inherentes ſtudiis: mores alterius accuſant. Quas ob res: neceſſe eſt ut ſtudioſus (qui uiuendi probitate: turpitudinẽ improborũ / collatione morum denudat) minime a uiciosis diligatur, unde non dolendum ſed gaudendũ potius nobis eſſe Chriſtus aſſerit. nam etſi detrimentũ in rebus caducis multos odium afferat: maximo tamẽ apud deum eſt emolumento, imo uero uelut qui odio habetur a mundo / extra

Eccũs, 13.

mundum eſt:ſic qui a mundo diligitur/malis mũdi ſubiicitur,Efficitur autem a Chriſto his uerbis: ut libere & abſq; odii formidine diſcipuli p̃dicatione utãtur/ cum nihil dilectioni dei preponendũ eſſe doceantur. Nõ quero placere homini-
Ad galã.1 bus,Paulus ait.ſi hominibus placerem:Chriſti ſeruus nõ eſſem.Nõ enim poſſũt qui prauitatem eligunt/deo placere.Quare qui deo ſeruire uult: ab eo mundũ offendi neceſſe eſt/maxime cum a ſordibus mũdi alios reuocare conetur, quod ſic amarum eſt uoluptuoſis:quemadmodũ morbo affectis corporib⁹/que utiliſſima remedia ſunt/acerbiſſima uidentur, Cap,XXVIII,

» MEmentote ſermonis quem ego dixi uobis. nõ eſt ſeruus maior dño
» ſuo,ſi me perſecuti ſunt: & uos perſequentur,ſi ſermonem meum
» ſeruauerũt:& ueſtrũ ſeruabũt. ¶ Cum etiam odio haberi propter deum & euangelicã predicationẽ/bonum atq; iocundũ eſſe oſtenderit:modo quod ex odio ſequitur / exemplo ſui breuiter mitigat, Paratos enim eſſe iubet ad ferẽdas perſecutiones: quibus increduli eos uexaturi erant.Predicit autẽ hec/&exemplo ſui animos roborat:ne maiora deſiderantes confundãtur.ſed quaſi neceſſario domini ueſtigia ſequentes:nihil plus appetãt. Futuras autẽ omnino perſecutiones ideo oſtendit:quia non eſſe maiorem ſeruũ dño ſuo confirmat.uidiſtis igitur inquit atq; audiſtis / quomõ me perſecuti ſũt: quomodo furioſa infreniq; oratione demoniacũ/temulentũ/ ſamaritanũ/ceteraq; huiuſmodi me uocabant & uocant.Sed nunq̃ ego uices reddidi: nec ſalubri ſermone illos alloqui deſiui, Quare nec uobis aliter in perſecutionibus faciundũ eſt:nec maior quedam conditio querenda. ita eos ſuperiores omni odio & omni
Hiremie, perſecutione reddit.Hec Hieremias exercitatus uidit, Vires enĩ mee inquit defe
20 cerunt me: in maledicentibus michi,Et Paulus ſimiliter/maledicti benedicimus
1.ad corĩ. inquit, Perſecutionẽ patimur & ſuſtinemus.blaſphemamur & obſecramus, Et
4 certe magni animi atq; probi eſt:clemẽter omnia ferre.nam qui nullã patiuntur iniuriam puſillanimes ſunt/& huius mundi glorie cupidi.humilẽ enim contumelia nõ mordet:& contemptorẽ mundane glorie uituperatio nõ offendit.Quare non iniuria/ſuper omnẽ inanem gloriam mentes apoſtolorũ euehere ſtudet: ut ueſtigia ſua ſequentes/dilectionẽ fratrũ non deſerant/& ſemper errantes reducere ſtudeant.Si me inquit perſecuti ſunt:& uos perſequentur, iuncta hec ſuperioribus ſunt.iocundas enim potius perſecutiones illis facit / recordantibus non aliter dominũ ſuum perſecutionibus exagitatũ fuiſſe. Si ergo creator omnium qui omnia nutu poſſum/non refrenaui perſequentiũ impetum inquit/ ſed permiſi ut libere unuſquiſq; uoluntatem ſuam ſequerentur: nõne quando uos perſequentur/ad imitationẽ meam ferendũ eſt: ita certe. Nam ſimilia pati debetis: ſi regnare mecũ deſideratis,Cum uero tertiũ quoddam addat: ſi ſermonẽ meũ ſeruarunt/& ueſtrũ ſeruabunt,equo animo eſſe monet: quando ſermo docentis contemnitur. Putaret enim quiſpiã amiſſum eſſe predicationis laborẽ:ſi auditoribus non perſuaſit.quod ita non eſt,Nã qui probe conſuluit/ & conſulere nõ deſinit:fecit quod potuit/& premio non carebit,Credere autem aut non credere: nõ in ipſo/ſed in audientiũ uolũtate poſitũ eſt,Non ergo in ſeminando uerbo dei deſperare debemus:ſed que nobis poſſibilia nõ ſunt/ diuine maieſtati re-
Math.25. linquẽda ſunt.quod probe figura talentorũ didicimus. Alius enim quinq;/alius

duo acceperunt: alius unū. qui mercature/cōmutationiq; dare operam renuēs: interram domini ſui pecuniā obruit. Et idcirco audiuit: nequam ſerue ac piger/ oportuit te nummularijs talentū meum cōmendare / & ego ueniens cum uſura exegiſſem. Et certe quemadmodū qui agrum colunt / terram aratro ſcindunt/ ſemina deponunt/nihil qđ ſuū eſt non faciunt/dei autē gratie relinquūt ut inde fructus ueniat: ſic predicantibus uerbū dei diligenter ſeminandū eſt. Vtrū autē fructus ſequatur nec ne/q̄uis optandū ſit: diuine tamē gratie relinquendū preſertim cum agri ſterilitas: detrimentū agricolis afferat, predicantes autem: laboris & propoſiti mercedē amiſſuri non ſint. Quare q̄uis etiam inquit ſermo ueſter contemnatur: memores tamen quia meus etiam contēnitur / nolite maiorē uos gloriā querere, Talibus apoſtolos muniuit ſaluator: quos doctores orbis cōſtituit. Que omnia beatus quoq; Paulus ad apoſtolatū a Chriſto miſſus/apprime ſeruauit, uos inquit prudentes eſtis in Chriſto: nos autem fatui propter Chriſtum. nos infirmi: uos autem fortes. nos ignobiles: uos nobiles. uſq; in hanc horā eſurimus & ſitimus & nudi ſumus. Vides quomodo gloriam mundi calcauerat propter Chriſtum, Robur etiam animi oſtendens dicit: quis nos ſeparabit a charitate Chriſti/tribulatio/an anguſtia/an fames/an nuditas/ an periculū/an gladius? Et alibi. eadem inquit dicere: nec michi moleſtum & uobis tutū. Et ad Galathas, filioli quos iterum parturio: quouſq; Chriſtus in uobis formetur, Vides cū nō admiſſus primum penitus ſermo fuerat: quomodo eadem reuoluere nequaq̄ eum pigebat / ſed omnem laborem & dolorem ferebat / quouſq; Chriſtus in eis formaretur. 1,ad corī, 4 Ad ro,8, Ad phi.3 Ad ga,4

Cap. XXIX.

»» SEd hec omnia facient uobis propter nomen meū: quia neſciūt eum »» qui miſit me. ¶ Non aliā ad perſequēdos apoſtolos q̄ nomē Chriſti futurā impijs cauſam aſſerit, hoc enim crimen & hec culpa: credentibus ab incredulis datur, Sed retributionis ſpe nō incerta / magno cuncta toleranda ſunt animo: que propter Chriſti nomē nobis inferuntur, hoc enim ſolū / uel auditu terribilia: iocunda credentibus reddit. Vnde cum a iudeis apoſtoli ceſi fuiſſent: exibant (ut ſcribitur) gaudentes/quia pro nomine Ihеſu Chriſti digni habiti ſunt contumeliā pati. Idcirco nobis quoq; ſimiliter conſulebant: nullus ueſtrum dicentes quaſi homicida / quaſi fur/quaſi malignus uexetur, ſi uero ut Chriſtianus: non cōfundatur/ſed deum hoc in nomine glorificet, Suaue igitur nimium eſt periculū quod pro Chriſto ſuſcipitur: quādo ex dilectione dei procedit, Conſiderandū autem diligenter eſt: quomodo etiam hic in unam ſe naturā cum patre conſtringens/ ignorari patrē a perſecutoribus ait. Qui enim filium uituperat: filium ignorat: & qui filiū ignorat: is profecto patrem quoq; ignorat/propter identitatē ſubſtātie. Et cōtra qui non ignorat quid pater reipſa ſit: is filium ignorare nō poteſt, ignorari ergo a perſecutoribus patrem / argumento eſt. quia in filiū delinquunt. Verum quoniam non dicit patrē meum/ſed eum qui miſit me: duplicem perſecutorum iniquitatē eſſe ſuboſtendit. Non enim ſolummodo eum ignorant ex quo eſt / nec huiꝰ tantū impietatis damnabūtur: ſed ipſam quoq; ſapientiā & bonam dei uoluntatē incuſant. Nam cum deus proprium filium ad ſuſcitandos lapſos / ad reſtituēdos corruptos/ ad uitam mundo dandā miſerit: omnibus illi uiribus/huius diſpenſationis miniſtris 1,petri.4

opponere ſe non dubitarunt. Ita mittendi uerbo: totum incarnationis myſteriū ſignificauit. Qui autem eum qui miſit ignorauit: ſimul & deū ignorauit / & mittendi id eſt incarnationis contemnit myſterium. Cap. XXX.

»  Si non uenissem & locutus fuissem eis: peccatum non haberent. nūc
» autem excusationē non habent de peccato suo. ¶ Dupliciter intelligendū hoc eſt, nam ſi ad gētes & iudeos pertinere arbitrabimur / niſi omnibus dicemus euangelica eſſet audita predicatio / uiam iuſticie atq; ſalutis unicuiq; oſtendens: ſatis firma ratio forſan ad deprecandū impiis hominibus ignorātia eſſet, Verū quoniā ad uniuerſos doctrine huius fama peruenit: que ratio ſatiſfactionis relinquitur / aut quibus rebus a placato iudice ueniā petemus / turpiter poſt ueritatis cognitionē uiuentes? Sin uero Iudeos ſolūmodo reſpicere ſermo uidebitur / qui q̄uis ſepius Chriſtū audiſſent / nihilo tamen meliores effecti ſunt: hoc modo intelligemus. Spernent ait ueſtram doctrinam: & omni modo uos cruciabūt / iniquo in uos odio inflāmati, Quippe qui nihil aliud crimini uobis dabunt: niſi q̄d me nimiū diligatis. In defenſionem uero ſue crudelitatis: Moſem & Moſis legē ulciſci clamabunt. Q̄d ſi ego non uenissem / & meliora perfectioraq; q̄ Moſaica ſint docuiſſem / ſi multis tam ſignis q̄ uerbis non oſtēdiſſem / tēpus iam eſſe ut figure tranſeāt & ueritas rutilet / ſi hoc authoritate Moſis nō firmaſſem / cui ſi credidiſſent michi quoq; credidiſſent de quo ille ſcripſit / ſi prophetarū teſtimoniis doctrinā & aduentū meū non approbaſſem: haberent ſane cauſam tam in me q̄ contra uos inſurgere, Sin uero nihil relictū eſt / ſed oīa dicta factaq; ſunt quibus moneri debeant: nulla ſibi tam manifeſti peccati relinquitur excuſatio. hūc loco huic accōmodari oportere ſenſum contenderim, Cū uero abſq; uenia ſuos perſequi & uexari ab illis dicat: merorē audientiū minuit, qui facilius iniurias nonnunq̄ perferunt: quando certiores ſūt
Ad ro. 2. non impune iniuriantes euaſuros, ideo dicitur, mihi uindicta: ego retribuā / dicit dominus Beatus quoq; Paulus a pontifice quodā ceſus: hāc habuit conſolationē.
Actus, 23 Quid enim dixit? cedet te deus mure dealbate, humane igitur imbecillitatis hec etiam cura eſt: ut credas non uitaturos ſupplicia iniuriantes. Sed humana puſilla
1. Petri. 2. nimitate preſtātior dñs: qui cum malediceretur non maledicebat / cū pateretur non cōminabatur / & ceſus non minatus quidē fuit cedenti: ſed clementer admo
Ioan. 18, dum atq; manſuete / ſi male inquit locutus ſum / teſtimoniū perhibe de malo. ſin
Pſalmus. autē bene: cur me cedis? uera igitur prophete oratio eſt, Quis in nubibus equa-
88 bitur domino: aut quis domino ſimilis erit in filiis dei? Cap. XXXI.

»  Qui me oderit: & patrē meū odit. ¶ Impietatis crimen odio habentibus eum inurit. Nō enim poſſunt in patrē non delinquere: qui filiū odiſſe cōperiuntur. & quemadmodū qui ſolis radios floccipendūt / ſolem ipſum omnino uituperāt / & qui odorē floris aſpernātur florem ipſum contēnunt: eodē modo qui unigenitū deſpicit / genitorem eius non ſuſcipit, non enim poſſibile eſt / nō eſt inquā poſſibile ſi germen uituperas illud abs te laudari ex quo germē eſt. idcirco Chriſtus iudeis dicebat: nō
Math. 7, poſſe arborē bonam prauos fructus facere / nec cōtra. Aut igitur arborem & fructum eius malū putate: aut contra. Quod eni de altero dicitur: de utroq; dicendum eſt, nam que identitate nature uniuntur: eadē laude aut uituperatiōe affi-

ciuntur, propterea inquit qui me oderit: odit & patrem meum, Ita certiores nos facit: idem se natura esse cum patre. uehementerq; terret attente audiētes: cum ostendat delinquentes in eum nec eum adorantes / in ipsam patris personā delinquere / qui nullo modo patitur filiū suum secum non adorari, hac etiā re confirmatiores fieri discipulos quis non uiderit? Sed ad hec illud quoq; etiam sublime subapparet quod modo dicam. Tanta mentis insania nōnulli tenebantur: ut putarent si saluatori resisterent / legis conditorē deum non paruo afficere gaudio, Nam Mosaicā litterā defendentes: diligi a patre opinabantur. hunc igitur illorū tumorē deprimit: orbē terrarū per apostolos docens / contemptū filii in ipsā deitatis naturam ascendere, non autē qui Christū tantummodo contemnit: deum cōtemnit: uerū etiam qui predicantes euangeliū negligit. impius ergo ille quoq; inuenitur / & delictū suum in ipsum deum ascēdit: qui discipulis Christi ueritatē predicantibus aduersatur. Non enim seipsos: sed deum uerum & dīm nostrum Iheſum Christum magna cura & studio predicant, Cap. XXXII.

» Si opera non fecissem in eis que nemo alius fecit: peccatum non ha-
» berent, nunc autem & uiderunt / & oderunt & me & patrem meū.

¶ Nullam satisfactionis rationē nullā uenia relinqui iudeis: per hec etiam demonstrat, Nihil enim pretermissum fuit / quo possent ad fide adduci, nam & uerbis monuit / & miraculis (que nullus unquā sanctorum tanta fecit) cum potestate ad fidem trahebat: illi autem tantum a diligendo eum aberant / ut etiam odio persequerentur, Quomodo igitur acerba supplicia eis non imminent? Melius sane illis esset: si neq; doctrinā eius audissent nec tam miranda signa uidissent, fortassis enim hac de causa: ueri similē quandā excusationē inuenissent, Nunc autem quid dicēt? qui nec prophetarū predicatione / nec Christi doctrina uel miraculis persuasi sūt / quodq; petius est tam filiū q̄ patrem odisse inueniuntur. Nam cum doctrinā patris per filiū eis propositam non receperint / & miraculis que nō ab alio q̄a deo fieri poterant aperte detraxerint: nonne aduersus naturā dei fecisse comperiuntur? ingratitudinis ergo magno crimine puniuntur: saluatoris predicationē spernentes / & preclara facinora que a patre per filiū gerebātur non admirantes, Adimpletus igitur sermo legis eorum est, Scribitur enim: quia oderūt me gratis. & in psalmis: iniusto me inquit odio oderunt. Quā enim causam odii habuerunt: nunq̄ dicere quispiā poterit. Quid enim odio dignum fecit? ab interitu eripuit, a diaboli tyrānide liberauit, peccati uires extinxit. a seruitute humanū genus ad adoptionē filiorū dei adduxit, spiritus sancti participes homines effecit. celum nobis in domicilium largitus est, Quomodo ergo nō dico odio non habendus / sed iugi ab hominibus oratione laudandus non est? Sed nihil horum mouere iudeos potest, gratis enim oderunt: quem admirari & amare summopere debent. Quā ingratitudinem eorū q̄is dominus preuiderit / ac per prophetas futuram predixerit: clementia tamē sua usus / omni pacto illis consuluit. Discunt igitur etiam hinc discipuli clemēter tractare iniuriantes exemplo Christi: in quo primo omne bonum est / deinde ad nos ex eo deriuatur. Cap. XXXIII. Psalmus. 34. Psalmus. 24.

» Cum autē uenerit paracletus quem ego mittā uobis a patre spiritum ueri-
» tatis qui a patre procedit, ille testimoniū perhibebit de me. & uos testimo-
» nium perhibete: quia mecum ab initio estis. ¶ Cū odio tam se q̄ patrem

ab impietate iudeorū gratis haberi dixerit: ſpiritus modo ſancti mentione facit/ ut & perſonarū trinitatem ſermo adimpleat/& ſpiritus una cū patre ac filio negligi doceatur. ita iudeorū delictū in naturā deitatis ſimpliciter aſcendit. Quid enim tibi uoluiſti o iudee quiſpiā dicet: opera uidiſti a Chriſto geri que nullus ali? fecit/ ut & ipſe dicit & res docuit, Deinde tu Moſem (qui miniſter nō author miraculorū fuit) laudibus in celum effers/ & tantorū authorem miraculorū parui pendere non erubeſcis preſertim ſcriptis Moſis prenunciatum? Spiritus igitur mentionē fecit: in dignitate patris & ſua eum collocās / & uerum eſſe oſtendens
A diligi patrē non poſſe ab eo qui filiū oderit. Quomodo autem: attende queſo di
T ligenter. Nam cū ſpiritū ueritatis id eſt ſuum (ipſe enim ueritas eſt) paracletum
O appellauerit: ex patre ipſum procedere ait. Nam ſicut filii ſpiritus eſt naturaliter
N in ipſo manens/& per ipſum procedens: ſic certe patris quoq; ſpiritus eſt, Quibus autem ſpiritus cōmunis eſt: ii profecto ſubſtantialiter diſſeparari nō poſſūt. Nemo enim impiorū nos ad ea que intelligere nefas eſt: uerbis ſuis impellere conetur. Nemo inq̄ ſpiritū patris per filium ut per miniſtrū mitti ad creaturas credat. nam etiam id nonnulli dicere auſi ſunt. Credere namq; debemus quoniam ſpiritus ſic proprius filii eſt: ſicut ſane ipſius quoq; dei patris, idcirco ad ſanctificationem ſuorum diſcipulorū ab eo mitti, Si uero non erubeſcunt miniſtrū mittendi ſpiritus a patre filium dicere: nō erit incongruū ad eos dicere, fatui ac ceci non ſentitis ad quenam precipitia ruitis/ unigeniti gloriam minuentes/ & friuolas rationes per imperitiam excogitātes, Si enim ut miniſter ſpiritū a patre filius largitur: quomodo non erit neceſſe alienum a ſubſtantia filii ſpiritum confiteri? nam ſi ex patre id eſt ex ſubſtātia patris/ ſpiritus ſecundū uos procedit / & filius ab eo alienus eſt / quia miniſter: ſuperior natura filio ſpiritus uidebitur, Quid
Ioan.16, igitur reſpondebimus/ cum filius clare dicat: ille me clarificabit quia de meo accipiet & annūciabit uobis? Preterea ſi miniſterio filii/ patris & nō filii ſpiritus mittitur: cū ſpiritus natura ſanctus ſit/ non ſecundū naturam ſed participatione ut nos filius ſanctus erit, Dicunt enī ex imperitia impii/ alienū eſſe a patris ſubſtātia filium: ex qua ſpiritus procedit qui per eum prebetur. Poſſibile igitur erit / ſi proprius filius ſpiritus non eſt / ſed forinſecus etiam ipſe ſicut creatura ſanctificatur: hanc eum ſanctificationē amittere, Quod enim exterius acquiritur/ quō abeſſe non poterit? Sed quis hanc peruerſitatē dogmatū nō effugiet? Nos ergo quibus ueritas & eccleſie dogmata ſequenda ſunt: omnibus his contemptis/ ſanctorum patrū ſequamur fidem/& ſpiritum ſanctum proprium filii non extrinſecus aduenientem/ neq; aduētitium in ipſo/ ſicut in his qui ſanctitatis ſuſceptibiles ſunt & ex nihilo producti/ ſed conſubſtantialē ei (ſicut certe ipſi etiā patri) cōfiteamur, Hoc enim modo non in multorū fabulas deorum ueritas eccleſiaſtici dogmatis excidet: ſed in unam rationē deitatis trinitas conſtringetur. Identitatem ergo ſubſtantie filii ac patris oſtendens: cū ueritatis ſpiritū dixerit/ a patre illum procedere aſſeruit/ ita Chriſti hoſtem dei eſſe hoſtem comprobauit. Qui enim in filium inſultat: illum non uenerātur unde filius eſt. Quando igitur uenerit paracletus ait ſpiritus ueritatis/ id eſt meus/ qui ex patre procedit: ille teſtimoniū perhibebit de me. Quomodo autem perhibebit? magna in uobis & per uos miracula faciens: diuine mee poteſtatis atq; uirtutis teſtis erit grauiſſimus.

ſpiritus enim meus eſt:qui operabitur in uobis.ſed ſicut meus eſt:ſic & dei patris
Neceſſe aũt eſt intelligere: omnes etiam qui in perſona Chriſti(in quo habitauit
corporaliter plenitudo deitatis:ſecundũ Paulum) miracula per ſpiritum ad pro Ad,co.2.
bationem fidei fecerunt/ nõ minus iniuriis cõtemptu predicationis affici,ſed ad
teſtificationem ſpiritus ait: uos quoq; qui mecũ ſemper fuiſtis & ſigna oculis ue=
ſtris uidiſtis/teſtimonium perhibete, Cap,XXXIIII,

» HEc locutus ſum uobis:ut non ſcandalizemini. ¶Iudeorum ſuper= cap 16
» biam diſcipulis ſaluator exponens: pleraq; ſiluit. Poterat eni aper=
te ad tantã illos impietatem uẽturos dicere: ut auribus penitus ob=
ſtructis/nec q̃uis duplici teſtimonio diuino ſcilicet atq; humano ue
ritas cõprobetur/uelint attẽdere,Sed etſi lex clamet / in uoce duo= Deutero.
rum aut trium teſtium ſtare oportere:reſilient tamen/atq; deridebunt.Sed hec 19
particularius dicere omiſit: ne in deſperationem diſcipuli caderent / & tam ſe q̃
paracletum contemptum irt audientes/nec minus patrem ſimul ac filium / q̃uis
multa mirabiliter per ſpiritũ agant: fruſtra ſe laboraturos putarent / & ſilentiũ
predicationi preponerent,Particularioribus igitur ſilentio traditis: ad ea oratio
nem conuertit/ que animos eorũ poterant roborare,Nam quod nõ expectatũ/
preter opinionem ſubito irruit:magnos etiam plerumq; animos turbat, Quod
autem preuidimus:q̃uis grauius inferatur/leuius tamen propter premeditatio=
nem uidetur. Sed illud puto etiã ſignificari occultius, Si enim inquit uobis teſti=
bus/tot tantaq; mirabilia feci/ſi paraclet9 quoq; in uobis ſimilia faciet/ nec tamẽ
iudei ad meliora reducentur: nolite conturbari ſi oratione ueſtra cõuertere illos
non poteritis.Sed memento ubiq; ſermonis mei: non eſſe diſcipulum ſuper ma=
giſtrum/ſed nec ſuum domino ſuo maiorem. Cap,XXXV

» ABſq; ſynagogis faciẽt uos. ſed uenit hora ut omnis q interficit uos:
» arbitretur obſequium ſe preſtare deo. ¶Summum periculorũ om
nium predixit:non ut formidine ad ignauiam diſcipulorum redu=
ceret animos (alienum enim hoc eſt ab eo:qui ad liberã predicatio=
nem audientes hortabatur) ſed ut maximus mortis pauor (quoniã
preſciretur)contẽptus / fortiores ad ſubeũda pericula redderet. nam qui maius
contemnunt: ii quomodo minora timebunt? Vt ergo ad ferẽda omnia paratio=
res ſint/nec preſentem corporis interitum timeant: minoribus pretermiſſis/ad
tantam crudelitatem iudeos deuenturos prenunciat / ut gratos ſe deo cede illo=
rum fieri arbitrentur. Quod autem etiam a ſinagoga diligentes Chriſtũ eucie= Ioan,12.
bantur:euangeliſta docuit/ dicens multos ex principibus credidiſſe in Chriſtũ/
ſed phariſeorum metu confeſſos non fuiſſe/ne a ſynagoga pellerentur. Et rur= Ioan.9,
ſus.iam enim ſanxerunt ſcribe ac phariſei ait:ut ſi quis ipſum Chriſtum eſſe cõ=
fiteretur/a ſynagoga detruderetur,Sed non hec inquit aduerſus uos ſolummo
do facient:uerum etiam ad tantum atrocitatis prorumpent / ut ſacrificiu uim in
cede ueſtra poſitam putent,quod duobus Stephano dico atq; Paulo uerũ fuiſſe
ſatis erit oſtendere. Stephanum enim lapidibus quaſi quippiam deo gratũ per= Actus.7.
agerent: temerario feruore interfecerunt. Paulum autem frendentes dentibus
perſequebantur: adeo ut nonnulli iurauerint non prius comedere atq; bibere/ Actus,23
quam eum interimerent, ſic enim in actibus legimus. Vtilis ergo hec predictio

fuit: formidinem malorum extenuans / & ad fortitudinem diſcipulos roborans Magnitudo enim timoris periculorum: cum preſciamus / mirum quendã in modum imminuitur. Cap. XXXVI.

» ET hec facient uobis: quia non nouerũt patrem neq; me, ¶ Iudeorũ zelũ
Ad ro. 10 non fuiſſe per cognitionẽ (ut etiam Paulus dicebat) oſtendit. nimiũ enim a recta uia errarunt: licet putarent Moſaice littere defenſione / legis largitorem deũ letari, idcirco enim in predicatores euãgelii acerbe inſurgebant. Sed neſciebant patrem nimium offendi: quãdo negligitur filius. imo uero quid pater ſit / & quid filius qui ab eo natus eſt: penitus ignorabant. Vnde Moſem quidẽ qui
Ioan, 12. legis miniſter fuit / ad aſtra laudibus extollebant: dñm uero noſtrũ Ihesum Chriſtum (qui patris ineffabile conſiliũ interpretabatur: qui nihil a ſe facere / ſed a pa-
Math, 3, tre mandatũ accepiſſe quid dicat & quid loquatur affirmabat, turpiſſima morte occidere non dubitarunt. nec miracula patris / aut ſenſibilem uoce / qua deſuper teſtificabatur dilectũ ſibi filium illum eſſe / ueriti ullo modo fuerũt. Quare non eſt ambiguum: ſi quis dei uerbũ predicantes inuadit / eum in magna ignorãtia ſancte ac conſubſtantialis trinitatis conuerſari. Nullus enim naturam rerum attẽtius examinans: unq̃ negabit cuncta per filiũ / qui conſubſtantialis patri eſt / ex uolũtate p̃ris & dici & geri. & ut cõglorificatio una eſt utriſq; ita negligi alter non poteſt altero non cõtempto. Sed apoſtolorũ quoq; uexatio in eum aſcendit:
1, regũ, 8. qui illos in apoſtolatus apicem euexit. Sic enim etiam ad Samuelem de filiis Iſrael dictum eſſe didicimus: non te inquit / ſed me contempſerũt. Periculoſum igitur nimium eſt / conuenientem honorem ſanctis non attribuere e; cum eorum contemptus / in illum tranſeat a quo miſſi ſunt. Cap. XXXVII.

» SEd hec locutus ſum uobis: ut cum uenerit hora / eorum reminiſca-
» ni / quia ego dixi uobis. ¶ Nõ illa hac ait cauſa dixi / ut uigor ueſtre mentis eneruaretur / & anteq̃ pericula ueniãt fomidetis: ſed primũ ut recordati hec a me uobis p̃dicta fuiſſe / magis admiremini / & in ipſo tempore periculorũ certior ab euentu rerum ſtabiliorq; in me fides efficiatur. Quõ enim deus natura non eſt; qui futura ut preſentia nouit? Deinde ut uentura pericula premeditatione molliantur / & mens diutina magis cogitatione formetur (acerba enim ualde / repentina uideri ſolent: unde pſalmiPſalmus, 118 ſta quoq; dicebat / paratus ſum & non ſum turbatus) reminiſci ergo iubet predicta ſibi oia fuiſſe. ut etiam hinc uerum eſſe deum firmiter credant: ac facile poſſe a periculis per eum liberari non dubitent. Cap. XXXVIII.

» MEc autem uobis ab initio non dixi: quia uobiſcũ eram. & nunc uado
» ad eũ qui miſit me, & nemo ex uobis interrogat me: quo uadis? ſed
» quia hec locutus ſum uobis: triſticia impleuit cor ueſtrum. ¶ Alia quadã ratione perutili: animos nunc diſcipulorũ cõfirmat. Nam cũ longo tẽpore cum illo uixiſſent & omnipotentiã eius in multis perſpexiſſent: dubitare non poterãt oia ſe pericula uirtute illius ſuperaturos. Verũ qm̃ preter ſpem modo magnos ſibi futuros audierũt dolores: ne turbati cogitẽt ſecũ & dicant / fefellit ergo nos ſpes noſtra. qui ad bona fuiſſe uocati credidimus: & nunc calamitates ac erumne imminere predicuntur. neceſſario cauſam affert. quare iſta ſibi ab initio non expoſuerit, Hec non dixi ait; quia uobiſcum eram,

ſufficiebat quippe preſentia eius ab omni tentatione ipſos eripere, uerū quoniā nunc ad patrem uadit: oportune omnia illis explicauit, Antea uero ſilentii tempus erat: cum nichil opus eſſet ut hec cognoſcerēt. Quō igitur diceret quiſpiam pollicitus eſt / cum eis ſe futurum uſq; ad conſummationem ſeculi: nunc autem predictione futurorum ideo illos munire ait / quia ſecum futurus nō eſt? Nullus ambigit / cum ad celos aſcēderit q̄is uirtute ſpiritus ſemper adfuerit: preſentia tamen carnis ipſum affuiſſe. que res magno merore corda diſcipulorum afficiebat, nec eum interrogant qua de cauſa ita faciet: intelligentes ſic illum iam determinaſſe. Veniam igitur illis / quamuis non oportune tacerent: ultro concedit, interrogantes enim potuiſſent cauſam latius diſcere: qua ex re plurimum utilitatis conſequerentur. Math. 28.

Cap. XXXIX.

» SEd ego ueritatem dico uobis: expedit uobis ut ego uadam, Si enim
» non abiero: paracletus non ueniet ad uos. ſi autem abiero: mittam
» eum ad uos. ¶ Magno uos dolore inquit moueri ſentio: qa ego abire omnino conſtitui. Nec id iniuria: preſertim cū magnas uobis futuras tentationes audieritis, Verum quoniā iocundis utilitas prepo nenda eſt: ueritatem uobis aperiam, expedit uobis ut ego uadā. Sed turbari ſimpliciorum quiſpiā poterit. Nam ſi melius erat Chriſtum abire: preſentia ſua nō nichil obfuiſſe uidetur, cur ergo tanto inquiet tempore preſens fuit? Nos autem etſi omnia huiuſmodi cognitioni ſaluatoris merito relinquimus: uideri tamē aliquid dici cōcedimus. Si quis tamen diligentius conſiderat: nullo modo turbabitur / recordatus tempus cuiq; rei commodum eſſe / & omnia eſſe bona in tempore ſuo, Aderat igitur dominus in hoc mundo corporaliter tempore oportuno, Et rurſus: quādo ut ille nouit oportebat / ad patrem corpore rediit, nec omnino negamus nō expediiſſe ſemper diſcipulis preſentiam Chriſti. nec quia preſentia ſua utilis fuerat. receſſus maximum commodum erat contemnēdum, utrumq; enim in tempore ſuo utiliſſime adhibebatur, Sed age ad utilitatem legentium: breuiter incarnationis unigeniti cauſam / & receſſus ſui ad patrem grādem utilitatem perſtringamus. Homo igitur factus eſt: ut ab interitu quem priſca maledictio intulerat / nos liberaret. & quoniam nulla diuine nature ad peccandum inclinatio eſt: omnes nos per ipſam carnem aſſumpſit, in ipſo enim omnes ſumus ea ratione qua homo eſt, Aſſumpſit igitur nos: ut terrena hec umbra id eſt carnis / paſſiones & peccati legē que in mēbra hominū irruperat, extingueret & ad hec / ut naturā noſtrā ſanctificaret: & dux ad pietatē & optime diſcipline uiuēdi humano generi fieret, & hec quidem homo factus effecit, Sed non ſolum uoluit ab interitu & peccato nos liberare: uerum etiam ad ipſos celos reducere ac ſummi boni participes facere / in angelorum conſortio numeratos, & quemadmodū per reſurrectionem ſuam mortem deſtruxit: ſic coram ipſo patre collocaret. que recte intelligens Paulus dicit. non enim in ſancta manu facta Chriſtus introiuit / nec in exemplaria uerorū / ſed in ipſum celum: ut appareat uultui dei pro nobis. Audis quia cum ſit ſemper cum patre propter identitatem ſubſtantie: non pro ſeipſo ſed pro nobis patri apparet. ita cum ipſe ſit primitie generis noſtri / quādo in celum cum carne aſcendit: coram patre (ut modo dixi) nos conſtituit, Et ſicut quamuis ſecundum naturam uita ſit: mortuus tamen propter nos fuit.

terrena hec umbra carnis: aſſūpta a chriſto.

Ad heb. 9

ita etſi patrem ſemper ipſe uideat ab eoq; uideatur : nunc tamen / id eſt poſteaq̃ homo factus eſt / apparuiſſe illi non propter ſe ſed propter nos ut homo dicitur. Quaſi ergo deficere hoc diſpenſationi uidebatur: ut in ipſos etiã celos aſcenderemus in Chriſto primo ut in primitiis. Precurſor eni ille aſcẽdit: ut Paulus dicit,

Ad heb. 6 & ſic inquantũ homo: pontifex & intercedens pro nobis / & paracletus & propiciatio pro peccatis noſtris, inquantum uero deus ac dominus natura / cum patre ſimul ſedet. que tamen gloria etiam ad nos tranſit ſecundũ Paulũ, qui de patre

Ad ephe. 2 ſcribit: quia & correſuſcitauit & conſedere fecit nos in celeſtibus in Chriſto. Cũ omnia ergo que in terris ut ab homine faciunda fuerunt perfecerit: reſtabat iam ut ad patrem aſcenderet, Idcirco ait: expedit uobis ut ego uadã. nam niſi abiero: paracletus nõ ueniet ad uos, Opus enim erat participes nos nature ſue fieri: & in nouam inauditãq; uitã trãſformari . quod aliter q̃ participatiõe ſpiritus ſancti / fieri non poterat. Commodiſſima uero aduẽtus ſpiritus oportunitas: poſt Chriſti ad celos reditum fuit. Oportebat autẽ ſpiritũ uenire : ut illum habentes libere

Ad gala, 4 clamemus / abba pater. & ad uirtutem redacti: tam aduerſus diabolum q̃ aduerſus perſecutiones hominum fortes efficeremur , Quod autẽ preſentia ſpiritus ad nouam uitam omnes in quibus habitat tranſformãtur: non eſt difficile a ſcri-

1, regum. 10 pturis oſtendere. Dicit enim Samuel ad Saulem. Et inſiliet in te ſpiritus domini: & cõuertẽris in aliũ uirũ, Et Paulus : nos uero inquit omnes reuelata facie gloriã

2, ad cori. 3 dñi ſpeculãtes: in eandem imaginẽ tranſformamur a claritate in claritatẽ / tanq̃ a domini ſpiritu ; Vides quia ad aliã ſicuti uult ſpiritus imaginẽ nos / ut domini / reformat, nempe qui facile a terrenis ad celeſtia noſtros trãſponit animos: quod in diſcipulis factũ fuiſſe inuenietemus. per ſpiritũ ſane ad eam fortitudinẽ ab humana ignauia reducti ſunt: ut nec ulla pericula timerent / & Chriſto inſeparabiliter inhererent, Expediebat igitur uere diſcipulis ut ſaluator dicit: in celos ipſum abire, Tempus enim iam aduentus ſpiritus erat. Cap. XL.

»  T cum uenerit ille: arguet mundum de peccato / & de iuſticia / & de
» iudicio. de peccato quidẽ : qa nõ crediderũt in me. de iuſticia uero:
» quia ad patrem uado / & iam non uidebitis me. de iudicio autẽ quia
» princeps huius mundi iam iudicatus eſt. ¶ Cum tempus eſſe oſtenderit reditus ſui ad patrẽ / & aduẽtus ſancti ſpiritus / atq; hoc pacto ingentem diſcipulorum meſticiam mitigaſſet: ea modo breuiter enumerat / que per aduentum paracleti efficientur. Nam cum ille uenerit: arguet mundũ inquit de peccato / & de iuſticia / & de iudicio. Que ſingula q̃q̃ ab ipſo abſolutiſſime explicentur: tamen quia non omnes aſſequi facile poſſent / que breuiter dicuntur / latius exponamus, primum igitur de peccato inquit mundus a ſpiritu arguetur Nam cum in diligentibus Chriſtum ut in hominibus dignis atq; fidelibus habitare uerit: tunc / tunc inq̃ infideles & uoluptatibus inuolutos homines ipſa re arguet condemnabitq; / ut peccati reos / & in turpitudine ſua morituros. Nam ut deus nullo pacto perſonas accipiet : ſed in hominib9 dignis tantũmodo habitabit / qui ſincera fide filiũ dei accipientes / creatorẽ omniũ confeſſi ſunt. Quod igitur iu-

Ioan. 8. deis ſaluator dicebat / niſi credatis / in peccato ueſtro morieminí: hoc uerũ eſſe re ipſa paracletus oſtendet. Secundo inquit mũdus de iuſticia arguetur: quia uado ad patrẽ / & iam non uidebitis me. Credentes enim in Chriſtũ ut iure iuſtificatos

defendet:quia ut deū uerū ſuſceperunt quē non uiderunt / crediderūtq; ipſum cum patre in celis cōſeſſum habere. Quod aūt qui ſic in Chriſtū credunt / beati ſint:ipſe ſaluator his uerbis ad Thomā diſcipulū oſtēdit, Quia uidiſti me credidi ſtiait; beati qui nō uiderūt & crediderūt, iure igitur iuſtificātur qui ita credūt a qua iuſtificatione mūdus excidit / in turpitudine ſua perfixus. Hec nō ad iudeos tantū:ſed generaliter ad oēs incredulos & peccatores dicūtur. Mundi enī uocabulū tum oēs homines ſignificat:tum uoluptati ac turpitudini deditos denotare ſolet, Generaliter igitur ad oēs hec duplex de peccato ac de iuſticia redargutio pertinet. Non enim iudeos ſolū ad ſalutē (etſi primū) ſed totum humanū genus poſtea uocauit. ita nō in partē orbis ſed in uniuerſam terrā fidei bonū effuſum eſt, Tertia redargutio:iuſta condēnatio huius mūdi principis eſt. Quō autem: modo narrabo, teſtimoniū enim perhibebit ſpūs glorie Chriſti, cūq; demōſtrauerit ipſū rerū omniū dīm eſſe:magni erroris crimine mundū arguet / qui uerū & natura deū omiſit / & diabolū in creaturis adorauit / qui iam cōdemnatus cecidit, quod paſſus non eſſet:ſi uere deus fuiſſet, nunc autē intantū abeſt / ne cultū ſuū poſſit defendere:ut ſub pedibus etiā fideliū iaceat / qui eum tētantē & repugnantē calcāt, Quādo igitur impuri demones uirtute ſpūs ſancti per orationē credentiū fugantur:quō non dicemus ſathanā iam condemnatū eſſe? Condēnatus enim eſt:quia non poteſt iam ſancto ſpiritu ad iuſticiā & ſanctificationē per fidē Chriſti ſignatos ſuperare / ita oēs uires eius fideliū pedibus premūtur. Ieonē inquit atq; draconē calcabitis. Cū igitur in animis ſanctorū per fidem ſpūs habitauerit:tūc mūdus peccati ab eo reus oſtēdetur, expers ideo gratie ſue: qa ſaluatorē non recepit. Sed arguetur a ſpū mundus iterū: quia nō iure / peccati crimie credētes accuſat:qui q̄uis Chriſtū non uiderint / iuſtificantur tamē filiū honorātes, Tale quid arbitror / illis Paulū uerbis intellexiſſe: quis accuſabit aduerſus electos dei? deus qui iuſtificat. quis eſt qui condēnet? obſtruxit enī iniquitas os ſuū: ut pſalmiſta canit. nec accuſare poteſt eos:q fidei iuſticia gloriātur, Redarguet autē mūdū etiam ut ſeductū / & in condēnato ac omni gloria priuato ſpem habētem. utilipendi enim certe debent a credētibus in deū uerū:qui creaturis inheret. Principē autē huius ſeculi / nō quia ita uere ſit / aut quia natura dominandi dignitatem habeat appellauit: ſed quia per deceptionē atq; rapinā / hāc gloriā habuit. & nūc in errātibus propter turpē eorū uitam dominatur, Nā errore uincti effugere a captiuitate nequeūt:licet in poteſtate ſua ſitū ſit / per fidē Chriſti ad uerū deū uenire / ac diaboli uincula rūpere. Adulterinū igitur principatus nomē diabolo eſt:nō natura ſed errantium prauitate perdurans,

Ioan,20. Pſalmus, 90 Ad ro,8. Pſalmus, 106

Cap,XLI,

» Dhuc multa habeo uobis dicere:ſed nō poteſtis portare modo, Cū autē uenerit ille ſpiritus ueritatis:docebit uos omnē ueritatē. nō enī loquetur a ſemetipſo:ſed quecunq; audiet loquetur / & que uēturа ſunt annunciabit uobis, ¶ Cupientes futurorū habere cognitionē iam uidens / non reprehendit:ſed congruo tempore a paracleto id eos habituros pollicetur. fortaſſis autem quia imbecillos ad ſuſcipienda maiora ſine ſpiritu cognoſcebat. nondū enim (inquit euangeliſta) ſpiritus ſanctus uenerat:quia Chriſtus nondū fuit clarificatus. quia inq̄ imbecillos ad altiora uidebat: hec dicit. Multa uero dicenda ſibi reſtare profunda / & ultra q̄ humanus animus

Ioan,7,

ferre poſſit:affirmat, Que ſilētio inquit trado:quia nondū a ſpiritu meo reformati eſtis,Nā quando ab illo in alios utros euadetis/quando legales figuras illius patrocinio aſpernabimini / quando ſpiritalis cultus pulchritudine illius opeumbris anteponetis:tunc/tunc inq̄ myſterii de me uim omnē cognoſcetis, Hec arbi
Math,9. tror per hunc locū intelligi oportere.que ſimilitudine quadā alibi etiam ſaluator ſignificauit dicens:nemo cōmittit commiſſurā panni rudis in ueſtimentū uetus, neq; mittūt uinū nouū in ueteres utres:alioquin rumpūtur utres/& uinū effunditur,ſed uinū nouū in utres nouos mittendū. Qui enim nondū noua uiuendi norma/nouaq; doctrina per ſpiritū reformati ſunt: iis predicatio euāgelii recēs & myſteriū trinitatis ſublime tradendū non eſt.iure igitur renouationi per ſpiritum future:altioꝝ rerū interpretatio reſeruatur.Qđ autē ante reſurrectionē ſaluatoris & ante ſpiritus aduentū/ iudaice diſcipuli uiuebant:facillimū eſt pro-
Math.16 bare Beatus enim Petrus diſcipulorū omniū princeps narrāti que paſſurus erat ſaluatori:reſiſtebat clamās/propicius tibi eſto dñe/ne fiat tibi hoc.Nec q̄uis pro-
Actus,10 phete aperte omnia predixerint:intelligere illa potuit.In actibus etiam ſcribitur quia cum fameſcēs guſtare aliquid uellet; quatuor demiſſum initiis uelut linteū ſubmiſſi de celo uidit/in quo uniuerſa terreſtria/aeria &aquatica uidebātur animalia eſſe,cūq; audiſſet uocē magnam dicentē/ immolato Petre atq; comedito; non dubitauit reſpōdere/nequaq dne nunq̄ enim comedi omne cōmune aut impurū,iure igitur illi fuerat increpatu his uerbis; qđ deus purificauit/ tu cōmune
Math,15, ne dixeris,Et certe oportebat eum recordari uerborū dñi dicetis/non inquinari hominē ab eo quod in os ingreditur. uides quia reformari lumine ſpiritus ad melioremeos habitū oportebat.Idcirco quādo per gratiā meliores facti fuerāt: libere dicentes audimus. Nos uero Chriſti mente habemus:ſaluatoris mentē nullam
1,ad cori. 7 rem aliam q ſpiritū ſanctum appellantes / qui que ſcire opus erat aperte reuelabat.quando uenier inquit ille ſpiritus ueritatis. uide q̄ exquiſite ſingula conſcribuntur.Cū enim predixerit paracletū ad eos uenturū:ſpiritū ueritatis eum no-
Ioan,14. minauit(ipſe aute eſt ueritas)ut diſcipuli ſcirent non alienam ſe uirtutē miſſurū Idcirco alio quodā modo ſeipſum eis pollicetur:ueritatis ſpiritū id eſt ſuū miſſurus Nō eni eſt alien⁹ a ſubſtātia filii ſpūs;ſed ex ea naturaliter procedit/natura uno ide/in perſona uero propria ſubſiſtens. hic ergo ueritatis ſpiritus ad omnē uos ueritatē deducet,Nouit enim exacte ueritatē cuius ſpiritus eſt;& eam nō ex
1.ad cori, parte/ſed integre reuelabit. Nā etſi ex parte in hac uita cognoſcim⁹/ut ait Pau-
13 lus;nō manca tamē ſed integra ueritas in hac parua cognitione nobis refulſit.Vt
1.Ad cori igitur nullus ſcit q̄ hominis ſunt niſi hominis ſpūs qui eſt in eo; ſic neq; q̄ dei ſūt/
2 niſi ſpiritus qui eſt in eo.Cū autem uenerit ait:nō loquetur a ſeipſo quicq̄ / id eſt nō aliam q̄ ego docui diſciplinā ſequetur/nec alias leges feret, ſed cū quaſi mens mea ſit:ea que mea ſunt reuelabit,hec a ſaluatore dicuntur:non ut miniſtri locū habere ſpiritus uideatur/ut imperite a nōnullis predicatur/ſed ut eiuſdē eſſe cū
A filio ſubſtātie cōfirmetur, propterea premiſit. quia etiā uentura annūciabit uo-
T bis:ac ſi diceret/id ſignū uobis ſit ex mea illū ſubſtantia eſſe/& mentē eſſe quaſi
O meā/quia futura ut ego uobis predicet, Quod facere minime poſſet;niſi in me
N eſſet.& cum per me procedat;eiuſdem mecum ſubſtantie ſit,

¶ Decimi libri commentariorum Cirilli in Ioannem finis.

Cap.XVI,

¶ Commentariorum Cyrilli in Ioannem liber undecimus, Cap.I.

» ILle me clarificabit:qa de meo accipiet &ānūciabit uobis ¶ Quia myſterīū Chriſti reuelaturus dignis ſpūs erat / ut ſcirent quis natura Chriſtus eſt / & quanta ſit uirtus eius atq; poteſtas: idcirco ait / qa ille me clarificabit. ita parua de ipſo terreſtriaq; ſecūdum iudeos opinari nos non patitur, Illi enim hominem nudū parum prophetis maiorē / aut etiā minorē putabant. uaria enim multaq; iudeorū principes de ipſo dicebāt. Modo quidē / quis tu es clamantes: Habraam & prophete mortui ſūt / & tu dicere audes / ſi quis ſermonē meū ſeruabit is mor- Ioan.8.
tem non uidebit? quē teipſum facis? Modo humilitatē generis eius exprobrātes: nonne hic eſt dicebant Ioſeph filius / cuius nos & patrē & matrem cognouimus? Ioan.6.
cur ergo dicit: quia de celo deſcendi? Perſpicis iudaicarū ratiocinationū miſeriā. Sic igitur multis propter carnem domini affectis: quanta ſit gloria mea / ſpiritus inquit meus docebit. nec rationibus ſolūmodo ueris perſuadebit: ſed demōſtratione rerum animos eorum firmabit / quia deus ſim / & fructus ſubſtantie dei patris, Que igitur demonſtratio eſt qua Chriſtū clarificabit? cognitionem exquiſitam totius myſterii in mente hominū faciens: clarificationē atq; gloriam illi acquirit, facile namq; diuina natura cū uniuerſa in oculis eius nuda apertaq; ſint: abſq; uerbis docere poteſt quos uult. Clarificatur igitur a paracleto id eſt a pro- Ad heb.
prio ſpiritu filii. Clarificatur autem: qui cum ſpiritus eius oia ſcire / poſſeq; per- 4
ſpiciatur: quō neſcire ipſe quicq̄ / aut min⁹ poſſe credetur? & ſi de ipſo accipit ſpiritus qui omnia poteſt: quomodo ipſe non erit omnipotēs? Minime autē alicuius rei ſpiritus indiget naturaliter / ut accipere illi quod non habeat opus ſit, hoc enī credere impium eſt. Verū quoniā conſubſtantialis filio eſt / proceditq; per eum / omnē eius habens uirtutem: ideo ait / quia de meo accipiet, Subſiſtere namq; per A
ſe / ſpiritum credimus: & id eſſe uere quod dicitur. uerum cum inſit in ſubſtātia dei & ex ea procedat: omnia que dei ſunt / in ſeipſo naturaliter habet. Non enim
participatione / aut habitudine / nec ut alius a ſubſtantia dei: ſed quemadmodū T
floris odor qualitatem eius naturalem olfactui offert / ita de deo & de ſpiritu ſancto intelliges / ſublimius uim exempli accipiens, nichil igitur detrahitur ſpiritui: cum accipere a filio credatur. Nam cum per filium naturaliter procedat ut pro- O
prius eius: cum omnibus que abſolute habet accipere dicit que ipſius ſunt, hec ſi non ita ſignificantibus uerbis dicta ſunt: cōturbari non decet / imbecillitatis humane memores / que diuina hec dicere ut oportet non poteſt, Annūciabit ergo N
inquit uobis de meo accipiens: id eſt non aliud q̄ ego uelim exponet, Cumq; ſpiritus meus ſit: ea dicet que mea ſunt. Cap.II,

» OMnia quecunq; habet pater / mea ſunt: propterea dixi quia de meo
» accipiet / & annunciabit uobis. ¶ Charactērē rurſus exactum atq; ſincerum hypoſtaſeos patris: his ſe uerbis filius oſtēdit. intelligere namq; facit: quia cum ſit fructus ſubſtantie patris / omnia que eius ſunt ſecundū naturam attrahit / ita ut propria ſua merito & ſint & appellētur. Cū enim nihil a patre penitus filius differat preterq̄ qđ pater nō eſt / cūq; in utroq; eade ſubſtantia eode modo perfulgeat: quō non erunt cōmunia / imo uero eadem in utriſq; ut quecunq; in patre ſunt / eadē etiam in filio ſint. &

quecunq; in filio / in patre quoq; ſimiliter. Ideo (ut ego puto) exquiſitiſſima eſt uſus oratione, non enim dixit quia quecunq; pater habet / & ego habeo: ne imago quedã exterior ad primitiuũ formata / quemadmodũ homines qui ad imaginem dei facti ſumus / eſſe uideatur, ſed mea ſunt ait: identitatẽ ſubſtantie ultimam in proprietatibus incõmutabilibus in utriſq; oſtendens, Quod alibi etiam
Ioan. 17, ad patrẽ apertiſſime dicit. Omnia enim mea / tua ſunt inquit: & tua mea, in quibus enim nulla differentia eſt / ſed ſubſtãtie idẽtitas maxima quomodo illis eadẽ omnia natura nõ erunt? habet ergo deus pater ex ſeſe & in ſeſe propriũ ſpiritũ / quo in ſanctis habitat: per quẽ myſteria reuelare ſolet / non per miniſtrum (nihil enim tale recordari oportet) ſed ut per eum qui in ſe ſubſtantialiter ſit / & ex ſe inſeparabiliter procedat. ac ideo ut propria interpretatur ea / que ſũt eius in quo eſt, nõ enim aliter creaturis pater inhabitat q̃ per filiũ in ſpiritu, Sed hic ſpiritus / unigeniti etiam proprius eſt. conſubſtantialis enim patri filius eſt. Quoniã ergo inquit deus pater in ſpiritu proprio ſanctis reuelatur / & per eum quecunq; uult operatur / & hic ipſe ſpiritus mihi etiam naturaliter ineſt; hac de cauſa dixi quia de meo accipiet. Nullus uero turbetur accipiẽdi uerbo: ſed recordetur nos quidẽ ut homines ea de deo loqui / que nõ ut uerba ſonant ſed ſublimius intelliguntur Accipere namq; dicimus ſpiritum ex patre & filio que illorũ ſunt; non quia non habuerit aliquando / & tunc ſolũ habuerit quando accepit (ſemper enim ſapiens & omnipotens ſpiritus eſt: imo uero reipſa / ſapientia & uirtus nõ participatione ſed naturaliter) ſed quẽadmodũ aromatũ odor ex ipſis in olfactũ prodit uirtutem illorũ naturaliter ac ſemper habens. tale quid / imo uero etiam ſuper hoc de deo & de ſpiritu ſancto intelliges, Quaſi enĩ odor ſubſtãtie dei eſt uiuens / atq; actiuus: a deo ad creaturas q̃ dei ſunt tranſportãs / ac participationẽ eius immittens. Nã ſi aromatũ odor propriã uirtutem eorũ ueſtibus relinquit / & tranſmittit quodã ad ſe ipſum modo ea in quibus adheſit: quõ ſpiritus ſanctus qui ex deo naturaliter eſt / participes diuine nature eos non efficiet in quibus habitabit? fructus ergo & character hypoſtaſeos patris / filius cum ſit: diuina que illius ſunt ſecundum naturam attrahit. ideo ait / quecunq; habet pater: mea ſunt, propterea dixi uobis; quia de meo accipiet & annunciabit uobis, ſpiritus uidelicet ſanctus qui per eum & in eo eſt: per quẽ in ſanctis ut & pater habitat. non enim aliud preter eum ſpiritus eius eſt: licet in propria perſona ſubſiſtat. ſpirit? enim ſanctus / & non filius eſt,

Cap, III,

16 MOdicum & iam nõ uidebitis me: & iterum modicũ & uidebitis me / quia uado ad patrẽ. ¶ Cum per ſpiritũ ſuum que opus erant reuelaturũ ſe dixerit: paſſionis ſue occultius mẽtionem fecit, Poſt enim illam in celum aſcendens; ſpiritũ immiſit. non enim cõuerſari cum apoſtolis carne poterat: cum ad patrẽ aſcenderit, Enigmatica uero utitur oratiõe: ne diſcipulorũ merorem augeat / multa propter eius abſentiã & grauiſſima pericula timentiũ, Quamobrẽ etiam aptiſſime reſurrectionis cõſolationem adiecit dicens, modicũ & iam non uidebitis me: & iterum modicũ & uidebitis me, Mors enim in tanuis iam erat / propter quã diſcipuli uidere ipſum nõ poterant: quouſq; inferis ſpoliatis & umbrarũ portis perfractis templũ ſuum ſuſcitaſſet, Tunc enim rurſus ad diſcipulos redit: & eſſe cum eis ſemper pollicitus

est, Nam etsi abest corpore / patri pro nobis apparens ac a dextris eius sedēs: habitat tamen in sanctis per spiritū. neq; patitur (ut dixit) illos orphanos esse. Paruo igitur admodum iam interiecto ad passionem tempore: modicum inquit & non uidebitis me. debebat enim morte parumper occultari. & rursus modicum & uidebitis me, triduus enim reuixit: cum etiam spiritibus predicasset. Sic enim plena misericordia ostenditur: si non solum uiuis in hoc mundo / uerum etiam morte oppressis & in tenebrosis recessibus abyssi sedentibus dimissionem predicauerit, Animaduertendum autem est: quia de passione modicum & nō uidebitis me dixit. & de resurrectione rursus: & iterum modicū & uidebitis me. Cum uero quia uado ad patrem subiecerit: tacuit quod sequebatur. non enim q̄to tempore ibi manebit / aut quando rursus descendet / significauit. Quamobrem? nō est nostrum cognoscere tempora uel momenta: que pater (ut ipse alibi dixit) in sua posuit potestate, Cap, IIII, Ioan. 15. Actus, 1.

» Dixerunt ergo ex discipulis eius adinuicē: quid est hoc quod dicit nobis / modicu & non uidebitis me / & iterum modicū & uidebitis me? & quia uado ad patrem? quid est hoc quod dicit modicū? nescimus quid loquitur. ¶ Nō intelligentes discipuli inter se colloquūtur q̄d illud modicū sit dubitantes. preuenit tamen Christus interrogationem eorū oportunissime: ostendens corda se hominū ut deū cognoscere. Quid enim latere potest eum: cui omnia nuda sunt? qui ad quendam sanctorū dicit, Quis est iste qui me consilium celat? cūq; uerba in corde contineat: celare me arbitratur, ita undiq; ad fidem eos corroborat. Cap, V, Iob. 42,

» Cognouit autem Ihesus quia uolebant eum interrogare: & dixit eis, de hoc queritis inter uos quia dixi: modicū & nō uidebitis me. Amē amen dico uobis quia plorabitis & flebitis uos: mundus autē gaudebit. uos autē cōtristabimini: sed tristicia uestra uertetur in gaudiū, ¶ Curiosius querere uolētibus preueniens: exposuit uerborū suorum sensum. queq; illis imminebant: ut p̄meditatione molliora fierent / apertius dixit, Quando ergo dixit uos a Iudeis me captū / cesum / & crucifixum uidebitis tunc plorabitis flebitisq; amare / mundus autē id est mundi uoluptatibus inhiantes gaudebunt, Significat autem hic sordidā iudeorū multitudinē & scribarum phariseorūq; impias cateruas: q̄ aduersus caput suū crucifixū deridētes / modo dicebāt, si filius dei es / descende de cruce nunc: & credemus modo, qui destruis templū dei & in tribus diebus restituis: salua teipsum, Sic ergo mūdo faciēte atq; dicēte / inquit: magna uos mesticia exagitabimini / sed non longo hic meror tempore perdurabit. ad gaudiū enim cōuertetur tristicia uestra. Nam cum triduus resurrexero omnem uestram abstergā lachrymā / & ad gaudium sempiternum reducam. uiuit enim semper Christus: & mors per eum destructa est, contraria uero mūdus omnia patietur: perpetuos cruciatus subiturus. Nam sicut Christo secundum carnem mortuo: merore sancti / mūdus autem leticia est affectus. sic consequēter destructa morte suscitatoq; saluatore: meror sanctorū in gaudiū / & leticia mundi in tristiciam conuertetur. Cap. VI. Math, 27

» MVlier cum parit triſticiam habet/quia uenit hora eius.cum autē pe-
» perit puerū;iam nō meminit p~eſſure / propter gaudiū quia natus
» eſt homo in mundo. Et uos igitur nunc quidē triſticiā habetis,iterū
» autem uidebo uos.& gaudebit cor ueſtrū / & gaudiū ueſtrū nemo
» tollet a uobis. ¶ Conſolationis uim uaria oratione ante oculos po-
nit/ perſpicuaq; ſimilitudine ad ferendos illos hortatur dolores: quorum exitus
ingens & perpetuū erit gaudium. Fructus igitur acerbe inquit amareq; preſſu-
re/puer eſt;ſed ſi dolorē partus mulier fugeret ac ideo nuptias recuſaret/ nunq;
eo animū gaudio afficeretur quod procreatione oritur filio~,Similiter ait uobis
quoq; accidet.gaudebitis enim/cū mirabilē mundo atq; incorruptibilē natū cō-
ſpexeritis puerū;& hoc gaudiū nullus unq; a uobis auferet,Semel enim mortuus
Ad ro,6. (ut ait Paulus)non amplius moritur.Stabile igitur & perpetuū gaudium eſt.nec
id inuria,Nam ſi Chriſti mors meſticiam credentibus attulit:quis gaudiū tollet
noſtrū/cum ſciamus uiuere illum ſemper / & ſpiritalia nobis bona largiri? Sed a
ſanctis quidē gaudiū auferri non poteſt. ablatum autem abiis ſtatim poſt reſur
rectionē fuit;qui crucifixerunt eum.Nā qui morte illius gaudebant;illis neceſſa-
rio per reſurrectionem meror infertur. Cap.VII.

» ET in illo die me nō interrogabitis quicq̄,Amen amē dico uobis uſq;
» modo non petiſtis quicq̄ in nomine meo:petite & accipietis/ut gau
» dium ueſtrū ſit plenum. ¶ Virtutē ex alto accepturos/ac doctrina
ſpiritus prudentiores futuros diſcipulos dicit: adeo ut omnia etiam
abſente ipſo intelligant. non enim quia lumine ſuo nō indigebūt /
nō interrogaturos dicit: ſed quia ſpiritū eius in cordibus ſuis habētes/omni per-
ſecta ſcientia pleni erunt,perfectā autem ſcientiā dicimus: rectā atq; integram/
1,ad cori. per quam recte de ſancta trinitate opinamur.Nam etſi per ſpeculū in enigmate
13 ac ex parte cognoſcamus:ueris tamen eccleſie dogmatibus inherētes/&ſenſum
ſcripture ſincere ſequentes/perfectam ſcientiā habemus, quam conſequi nemo
poteſt:niſi fulgore ſpiritus ſancti.Preterea ad petendū cū fiducia impellens eos:
amen amen affirmans dixit impetrabitis a patre/ quicquid in nomine meo petie
Nd ephe. ritis.In nomine autē meo addidit:ut mediatorē ſe &collargitorē oſtēdat.Nullus
2 enim accedit ad patrē niſi per filiū: per quē adductionē habemus ad patrē in ſpi
Ioan. 10. ritu / ut ſcriptū eſt, ideo ſe portam & uiam appellat. quia inquit nemo uenit ad
patrem niſi per me,Nam inquantū filius & deus eſt:una cū patre nobis bona lar
Ioan, 14. gitur,quod oſtendēs Paulus dicebat.gratia uobis & pax a deo patre/& domino
Ihesu Chriſto.inquantū uero mediator eſt & pōtifex & paracletus: noſtras pre-
Ad ro,1 ces ad patrē adducit,ipſe enim nobis libertatē atq; fiduciam ad patrem largitur
Orandū igitur eſt in nomie ſaluatoris ſi exaudiri a patre uolumus: ut accipiētes
que petierimus/ſpiritali gratia repleti & prudētiores per ſpiritū facti / aduerſus
ſordidas poſſimus uoluptates militare. & ita amore uirtutis indies ardētiores &
fortiores ad opera ſanctificationis facti/retributionis ſpe gaudeam⁹:& meſticia
conſcietie criminū depulſa/gaudio Chriſti mentes noſtras repleamus,Hic oran
di modus priſcis omnino fuit ignotus, conſtituitur autē modo a Chriſto: quādo
emendationis tēpora effulſerunt/& omne nobis bonum per ipſum abſolute cō-
ceſſum eſt,Nā ſicut nichil a lege conſummatū fuit/ſicut iuſticia eius fuit imper-

fecta:ſic & orandi modus mancus in ea inueniebatur, Cap. VIII,

» HEc in prouerbiis locutus ſum uobis.uenit hora cum iã non in pro=
» uerbiis loquar uobis:ſed palã de patre annũciabo uobis ¶ Prouer=
bium modo occultiorem & obumbratũ ſermonem appellauit: qui cũ obſcuritate tegatur / non facile ab audientibus capitur. tali enim dicendi modo / prouerbiorũ pacto ad uos dixi:uenit hora & tem=pus in quo palam uobis de gloria patris loquar / & cognitionẽ ſupra mentem hu=manam largiar. Quod autẽ tempus hoc ſit:ipſe quidẽ aperte non dixit. nos aũt putamus aut illud forſan ſignificari in quo ſpiritũ ſuum accepimus: aut futurũ illum diem poſt / quando huius mundi figura tranſibit / quãdo gloriã dei aperte conſpiciemus / & ſcientiã eius abſolute habebimus. quãdo prophetia omnis euacuabitur: & omnis ceſſabit cognitio / ut ait Paulus / omnis ea ſcilicet quam nũc ex parte & in ſpeculo uidemus. Euacuatur enim quod eſt ex parte: cũ perfectio ue=nerit. Quomodo inquies? dicam rurſus. Nam quemadmodũ in nocte ſerena / nofa ſtellarum ſplendor & pulchritudo apparet / ſole autem oriente particularis ſtel=larũ ſplendor euacuatur: eodem arbitror modo cognitio iſta preſens / tempo=re illo delinet / cum perfecta cognoſcendi lux nobis infuſa fuerit. Tunc igitur li=bere capacibus nobis de patre ſuo Chriſtus nunciabit, Nam modo per exempla nõnunq; atq; ſimilitudines quaſi per umbras: propter imbecillitatem mentis no=ſtre docemur. Tunc autem non ita / ſed nuda ut ita dicam facie ac mente nullo modo impedita: nature deitatis patris pulchritudinem intelligemus / gloriã uni=genitti eius conſpicientes uidebimus eni ipſum ſicuti eſt: ut Ioannes ait. Nũc enim gloriam eius propter naturam humanã / & imbecillitatem noſtram: intégre aſpi cere nequimus, tempore autem illo in propria patris gloria apparebit. Cũ enim deus ſit ſecundum naturam / atq; ideo patri conſubſtãtialis: in equali dignitate atq; gloria fulgere conſpicietur, Cap. IX,

» IN illo die in nomine meo petetis. & non dico uobis quia ego rogabo
» patrem de uobis, ipſe enim pater amat uos: quia me amaſtis / & cre=
» didiſtis quia a deo exiui, ¶ Petere aliquid per orationẽ a patre nul=lo modo permittit: niſi in nomie ſuo, patrẽq; facillime daturũ polli=cetur non ſolum meditatione ſui / ſed ultro ad hoc preparatũ quaſi debitum redderet iis qui Chriſtũ peramant, Nec ullus putet propter tantam pa tris beniuolentiã: nõ indigere nos Chriſto, omnia enim per ipſum ex patre in ſpi ritu ſunt. paracletus enim eſt non ſolũ pro peccatis noſtris: ſed etiam pro uniuer ſo mundo, ita oſtẽdit gratiſſimũ eſſe patri: ut ipſe honoretur / atq; amet. Quod cum nõ intellexerint iudei: nõ dubitarunt omni eum modo uexare, quia credẽ=tium animos a ruditate legali in euãgelicã ſpiritalitatẽ traducebat, iniquas enim in ipſum linguas mouentes: dicebant, ſi a deo eſſet hic homo: non utiq; ſolueret ſabbatũ. Facilime igitur patris beniuolentiã habituros affirmat: abſq; ãbiguita=te credentes a deo patre ipſum exiuiſſe. qui benedictione inquit ſpiritali mentes eorũ illuminabit: qui rectã de me habent opinionẽ. exiuiſſe aũt a deo nichil aliud eſt: niſi natũ eſſe / etfulſiſſeq; ex ſubſtantia patris / eo proceſſu quo eſt & in pro=pria intelligitur ſubſiſtẽtia. quis non omnino diſſeparetur a patre, in filio enim pater: & in patre filius ſecundũ naturã eſt. Aut exiuiſſe a patre dicit: id eſt homo

1. ad corĩ. 13

1. Ioan. 3.

1. Ioan. 2.

Ioan. 9.

factus ſum/& ad ueſtrã naturam deſcendi. Quaſi enim locus omniũ rerũ/ſua natura eſt: a qua exire uidentur/ cum aliud quid quod non habeant aſſumant,
Ad heb. 13 Nec dicimus ipſum quia homo factus eſt: a natura deitatis mutatũ fuiſſe, idem enim eſt in ſecula. Sed quoniã q̃is naturã ſuam ſemper ſeruauerit atq; ſeruet/ aſſumpſit tamen in ſe quod non erat: propterea exiuiſſe a patre dicitur. Sed alio quodã etiam pacto exiuiſſe a patre intelligi poteſt. Nam cum phariſeorũ imperitia putaret non a deo miſſum/ſed a ſeipſo ad ſoluendã legẽ ueniſſe/atq; ita legi uoluntatẽ dei patris ſe propugnare/& ipſum ut deo inimicum pellere: a deo exiuiſſe affirmat. quod qui crediderit & amauerint eum: hac de cauſa (ut paulo ãte
Eſaie. 1, dicebamus) uiciſſim a patre amãtur. Quod ſi deo amici ſunt/quia a patre miſſũ crediderunt: dei aduerſarii ac inimici neceſſario ſunt/ qui hoc non crediderunt Et ſi amantes filium pater exaudit: eorum qui non amant/orationes nequaq̃ ſuſcipiet, Quod Eſaias iudeis predixit. cũ extenderitis manus ueſtras: auertã oculos meos a uobis. & cum multiplicaueritis orationẽ: non exaudiam, manus enim ueſtre ſanguine plene ſunt. Cap. X.

» » Exiui a patre: & ueni in mũdum. iterum relinquo mũdum: & uado » ad patrem. ¶ His firmiter non pſeudo prophetã eſſe/ nec aliam q̃ pater uellet doctrinã tradere (ut iudei putabant) demõſtratur, Nã ſi uere Chriſtus non eſſet o iudei/quiſpiam diceret: ſi preter uoluntatem patris euangelicam predicaret doctrinã/ mandata legis non ſufficere ad perfectã pietatem oſtendens. ſi ſabbatũ patre nolente ſolueret/ſi in
Luce, 11. demoniorũ principe eiceret demonia ut uos dicebatis: quomodo poſtea in ipſos celos aſcendit? quomodo pater ad conſeſſum ſuũ libenter rebellem accepit? An forte clam aſcẽdit? Magna multitudo aderat quibus ab angelo dictũ eſt: uiri ga-
Actus, 1. lilei cur ſtatis reſpicientes in celum? Hic Iheſus qui aſſumptus eſt a uobis in celũ: ſic ueniet quemadmodũ uidiſtis eum euntẽ in celũ Quid dicitis o Iudei: non re-
Deute. 19 cipitis angeli teſtimonium? cũq; lex ueſtra iubeat in ore duorũ aut triũ teſtium omne uerbũ ſtare: uos tante multitudinis eorũ qui uiderũt/ teſtimoniũ repudiatis? Quõ ergo pſeudo propheta erat: qui cũ ſumma poteſtate in celos ferebatur? aut potius quõ negare poteritis non eſſe ipſum ex deo patre/quẽ lex & prophete predixerunt? Veniſſe aũt in hunc mundũ ait & nunc ex mundo ad patrẽ redire: qui nec a patre aberat homo factus/ nec cũ ad celos cum carne redierit/a terris abſit. Deus enim uerus eſt: ineffabili uirtute omnia replens, Cap. XI.

» » Dicunt ei diſcipuli eius, ecce nunc palam loqueris: & prouerbiũ nullũ » dicis. nunc ſcimus quia ſcis omnia: & non eſt opus tibi/ut quis te in- » terroget. in hoc credimus: quia a deo exiſti. ¶ Admirantur demonſtrationis uires perſpicuas. Aperte namq; ac breuis facta oratio eſt. quare letantur. quia penitus intellexerunt: nec prouerbii/id eſt obſcuritatis quicq̃ impedimẽto ſibi fuit. illud etiam addunt, Quoniã enim inquiũt preueniſti modo anteq̃ interrogauerimus: propterea credimus quia ex deo exi-
2. parali, 6 uiſti, Corda enim hominũ noſcere: ſolius dei eſſe rectiſſime creditur, Quoniam igitur omnia noſti: quomodo perſpicuum non eſt/ ex deo qui omnia ſcit te proceſiſſe? Fidem ergo diſcipulorum hoc quoq; auxit ſigno, Dicunt autem nunc/ non quod credere ceperint: quãdo hec audientes omnia ſcire dominũ perſpexe-

runt, ſed quia tunc ampliores fidei radices iacere ceperunt, Cap. XII.

» RESpondit eis Iheſus. modo creditis ecce uenit hora & iam uenit: ut
» diſpergamini unuſquiſq; in propria / & me ſolum relinquatis: & nõ
» ſum ſolus: quia pater mecum eſt, ¶ Breuiter etiam nunc ſaluator nondum tempus firmitatis fidei adeſſe oſtẽdit, quod futurũ erat: quando uirtutẽ ex alto aduenıente ſpiritu ſancto acceperũt. Tunc enim / tunc inuictis uiribus tam aduerſus iudeos q̃ aduerſus gentes: pro ueritate fulſerunt / deo clamantes q̃ hominibus obſequi potius oportere / nec poſſe ullo Actus. 5. modo ſe que uiderunt & audiuerunt nõ predicare. Nondũ igitur perfecta fide firmatos: ex futura modo formidine ipſorũ oſtendit, & hac etiã predictione nõ Actus. 4. parum illis affert utilitatis: cũ ſe oſtẽdat nihil futurorũ ut deum ignoraſſe. Non enim longe abeſt inquit tempus / imo iam adeſt: quãdo me ſolo derelicto / unuſquiſq; propria petetis / id eſt ingeniti metu perculſi / & amore magiſtri poſthabito: ſaluti ſue unuſquiſq; conſulet. Quod autẽ proditore cum cohorte ueniẽte / formidine uicti fugerũt / Chriſto ſolo relicto: perſpicuũ eſt. Solum autẽ dicimus: quia diſcipuli ut ſolebant eum non ſequebantur, Nam ſolus nõ erat; qui deus & ex deo / & in deo naturaliter eſt, humano autẽ more / id ſibi dictũ eſt: ut nos moneat quando tẽtatio aut perſecutio ad glorioſa pro pietate uocat certamina / nõ oportere cadere animo / etiã ſi nulla ſocietate amicorum conſolamur, Nam q̃is omnes fuge ſe dederint: credere tamen oportet deum ſemper nobis adeſſe / qui ſolus amicos ſuos poteſt ſaluare, Non enim ſumus ſoli: etiã ſi non cernamus oculis defenſorem ac protectorẽ noſtrum undiq; nos munientẽ / ut pſalmiſta canit. domine ut ſcuto bone uolũtatis tue coronaſti nos, Hec dicim⁹ ut maiore animo Pſalmus, etiam a noſtris propter ignauiam eorum relicti: certamina pro pietate ſuſcipere 5 non dubitemus, Cap. XIII.

» HEc locutus ſum uobis: ut in me pacem habeatis, in mundo preſſurã
» habebitis: ſed cõfidite / ego uici mundũ. ¶ Quecunq; ſuperius dicta latius ſunt: breuiter modo reperiuntur. his enim paucis uerbis ſuperiorũ uirtus concepta: utilitate Chriſti diſcipulis aperit, Diſſerui enim inquit multa uobiſcum: ut in me pacem habeatis / utq; ſciatis preſſuram uos in mundo non paruam propter me habituros. Sed nõ ſuperabit mundus: nam a me uictus eſt. Verum ut liquidius hec intelligantur: age dicamus quid ſit pacem habere in Chriſto, Mundus quidem / id eſt caducarũ rerum cupidi / paci ſue nonnunq̃ conſulũt; ſed non in Chriſto, Nã qui uoluptate corporis defluunt / alter alteri iocundiſſimi ſunt: ut uerbi cauſa fur furi / & latro latroni Eccũs. 13. amiciſſim⁹ eſt. Diligit enim unuſquiſq; ſibi ſimilẽ: ut dicitur. ſed in omnibus his: ſanctiſſimum pacis nomen cauponationi ſubiicitur. Sancti autem non ita faciũt Nam in eis uinculum pacis nõ eſt peccatũ: ſed fides / ſpes / charitas / ius pietatis in deũ, & hoc eſt in Chriſto pacem habere: q̃ omniũ bonorũ origo & radix eſt. que ſecum quaſi ſororẽ Charitatem (que in alterutros eſt) adducit: quam diuine legis implectionẽ Paulus appellauit, Non enim eſt dubiũ quin ſi uiciſſim charitas in ho Ad ro. 13. minibus recte ineſt: antea in deũ habeatur, nam qui fratrem diligit: ipſum certe (ut Ioannes ait) diligit deum. Sed aliud quoddam ex hoc loco intelligi poteſt. in 1. Ioannis mundo inquit preſſuram habebitis; ſed confidite / ego uici mundũ. omni enim 4

peccato/& omni mundana uexatione ſuperior factus eſt Chriſtus.Cũq; ipſe uicerit:etiam illis qui propter eum tentantur/inſignẽ largitur victoriã illud,quoq; poterit quiſpiam dicere; quemadmodũ interitum & mortem Chriſtꝰ ſuperauit cum propter nos mortuus ſurrexerit/ſic & nos uirtute illius e morte reſurrecturos/peccatũ quoq; uicturos, quoniã in illo primo victũ fuit; & ab eo ad nos tanq; ad genus ſuũ(homo enim uere factus eſt)hoc bonũ tranſfunditur.Ita confidere oportet:a nobis quoq; mundũ poſſe uinci/cum a Chriſto ut ab homie victus ſit/qui uia generi humano ad hoc factus eſt, nam qui olim uincebamur:modo propter Chriſtũ uincimus.Nec mirum,ſi enim ut deus uiciſſet: nihil ad nos,cũ autẽ ut homo id fecerit: nos quoq; in ipſo id facimus. alter enim Adam nobis de celo apparuit,Vt igitur terreſtris imaginem induti / ad eius ſimlitudinẽ peccati iugo ſubiecti ſumus:ita ſi celeſtis quoq; imaginem induemur/tyrannidem peccati & omnem preſſuram mundi contemnemus. Cap.XIIII.

℣ 17/ » HEc locutus eſt Iheſus:& ſubleuatis oculis in celum dixit, pater uenit » hora:clarifica filiũ tuũ / ut & filius tuus clarificet te, ¶ Cum quaſi uiaticũ ad ſalutẽ/ueritatem dogmatis apoſtolis ſuis Chriſtus tradiderit/& fortiores ad tentationes reddiderit:continuo ab hac collocutione/in orandi habitum ſe conuertit. Nec ullum tẽpus inter ſermonem ad diſcipulos & deũ patrẽ interuenire paſſus eſt, precipue uiuendi diſcipline regulã: ſe nobis in hoc etiã conſtituens.Opus enim eſt non ignorare:ſi quis pie ac ſancte uiuere uelit/aut ad fratres utiliter loqui oportere/aut in orãdi opere ſermonis uſum adhibere / ne inanis uerboſitas locũ habere uideatur.Hoc enĩ modo lingue honeſtas ſeruabitur,uana enim oratio: uituperatiõe nõ caret.& a multiloquio (quidã ſapiens dixit)peccatũ non oriri non poteſt, Sapiens autẽ eſt qui labiis parcit. Illud uero etiam ad hec mirabile/nobiſq; utiliſſimũ.Orãdi enim initiũ a clarificatione ſua & patris facit:deinde noſtrã etiam coniunxit.Cur ita? orandi quoddam officium nobis tradit. Nam quemadmodũ bene agere non ad noſtram ſed ad dei gloriã debemus(luceat enim inquit lux ueſtra coram hominibus:ut uideant bona opera ueſtra & glorificent patrem ueſtrum qui in celis eſt) ſic cum orandi tempus adſit / gloria primo dei petenda eſt.hoc enim pacto orare nos docuit. dicere nãq; iuſſit. Pater noſter qui es in celis:ſanctificetur nomen tuum. adueniat regnum tuum. fiat uolutas tua ſicut in celo & in terra. Panem noſtrũ quotidianũ da nobis hodie.hoc ipſum opere quoq; nunc inſtituit.oportebat certe ut nobis dux ad omne bonũ ipſe fieret. Sed conſideremus diligentius: quid ad patrẽ dicat/& minuta obſeruatiõe uerborũ/ueritatem dogmatũ inſpiciamus.Pater inquit uenit hora:clarifica filiũ tuum/ut & filius tuus clarificet te, Putabit forſitan aliquis/clarificationis ac glorie illũ indigere:a quo hec dicuntur Sed ſi unigeniti oblitus dignitatis non ſit:facile inanes has cogitationes ex aio eiiciet.Stultũ enĩ putabit/egenũ glorie illũ dicere:qui glorie dns eſt/&ſic a ſcriptura uocitatur.Vnde alibi a patre illam gloriã petere legitur: quam apud te inquit habebam anteq; mundus eſſet,Sic perſpicuũ fit:qđ nemo niſi mente captus egenum glorie / & glorie deo congruentis unigenitũ ſit dicturus, Verum quoniam cu eſſet in forma equalitateq; dei patris/ non rapinã arbitratus eſt ſe eſſe equalẽ deo/ſed exinaniuit ſe ipſum humano aſſumpto corpuſculo / & paruitatem no-

Prouer. 10

Iacobi, 3,

Math. 5.

Math, 6.

1.ad corĩ. 2

Ioan,17.

ſtram abſolute indut? / oportuno iam tempore preſente quo incarnationis my- Ad phi, 2
ſterio conſummato & humano genere ad uitam & cognitionē dei uocato: ad pri
ſtinam gloriā rediret, ut omnino harum rerum patrē quoq; authore oſtēderet:
ſic eum alloquitur. tempus iam eſſe demonſtrans: ut ad nature ſue dignitatem
cum carne aſcendat. Aſcendat autē non alterius miniſterio: ſed ut ſapientia dei
patris & uirtus Sic enim & non aliter: ſumma cum poteſtate deitatis opera per=
agit. omnia enim a patre ſunt: ſed non abſq; filio. Quomō enim quicq̄ deus pa= 1, ad cori.
ter operabitur: non cooperante naturali ſapiētia ſua / atq; uirtute? Omnia enim 1
per ipſum facta ſunt inquit: & ſine ipſo factum eſt nihil, Quoniam ergo identi= Ioan, 1,
tatis ſubſtātie ratio / omnia ex patre per filium in ſpiritu eſſe perſuadet: propte=
rea morte & diaboli tyrannidē depoſiturus / quia uniuerſus terrarū orbis ſpiri=
tus doctrina illuminatus / ſecundū naturā & uerum deum eſſe Chriſtū erat co=
gnituras: idcirco ait / pater clarifica filiū tuū / ut & filius tuus te clarificet. Nec mē
tis quiſq; non expers dicet clarificari a patre filium uelle: quaſi hominē ex homi=
ne accipere reddereq; uiciſſim (ſtultū enim omnino eſt talia opinari de deo) ſed
clarificationem a patre petit / & ſimile patri redditurū pollicetur / ut equalitas &
identitas nature appareat. Nam ſicut inhonorari pater uidetur / niſi talem ge=
nuiſſe filiū credatur qualis ipſe eſt: ſic gloria ei eſt / ſimilem ſibi omnino filiū pro=
duxiſſe. Glorificatur igitur pater in gloria filii: quia ut modo dicebamus / dū in=
telligitur a quo patre natus eſt / tam patri q̄ filio gloria redditur. Gloria igitur a
patre qui tale genuit / ad filiū: & a filio qui patri ſimilis eſt / ad patrem omnino re
dundat. Si quis autem humilius propter aſſumptū hominem id quoq; a ſaluato=
re dici opinatur: recte quidē dicet. non tamē ita exquiſite uim theorematis huius
exponet. Nam ſi Chriſtus ſolum clarificari a patre peteret / humanitati hoc attri
bueremus: uerum quoniam uiciſſim clarificaturum ſe quoq; pollicetur / neceſſe
eſt ita locum interpretari ut dictum eſt. Cap, XV,

» Sicut dediſti ei poteſtatem omnis carnis: ut omne quod dediſti ei det
» eis uitam eternā, ¶ Latius ad noſtram utilitatē his uerbis clarifica=
tionis aperit modū: quo a deo patre filius & a filio pater glorificabi=
tur, Nō enim erat opus patri cuncta ſcienti petitionis huc modum
ſubaperire ſed quoniā pontifex inquantū homo eſt / q̄uis deus etiā
natura ſit / tamen ut pontifex pro nobis patrem alloquitur, ut credamus eum &
nūc paracletū ac propiciatione eſſe pro peccatis noſtris / luxta Ioannem, Ita nos 1, Ioan. 2.
credere paulus etiam perſuadet dicens. non habemus pontificem qui non poſſit
compati infirmitatibus noſtris / tentatū per omnia pro ſimilitudine abſq; pecca= Ad heb,
to, Quoniā igitur ut homo pōtifex eſt / & ſimul immaculata etiam hoſtia: ſeip= 4
ſum redemptionē pro uita hominū quaſi humani generis primitias deo patri ob
tulit / ut in omnibus primus ſit / iuxta diuinū Paulū. Offert autem etiā genus no= Ad coloſ.
ſtrum rebelle / ſanguine ſuo reconſiliatū / & ad nouam uitam ſpiritu ſancto re= 1
formatū. Verum quoniā (ut ſepius dictū eſt) omnia ex patre per filium in ſpiritu
efficiuntur: q̄uis cū patre ſimul ſpiritalia dona largiatur (quibus eni uult: ſumma
cum poteſtate ſpiritū diſtribuit) ut mediator tamen & pontifex bona pro nobis
petit. Sed hec quidē ſic ſe habeāt. Conſideremus autē rurſus quid iſta petitio ſibi
uelit: pater inquit clarifica filiū tuū / ut & filius tuus clarificet te Quomodo aute

id fiet? uolo inquit ut quēadmodū poteſtatē mihi omnis carnis dediſti; ſic omne quod mihi dediſti habeat uitam eternā Clarificat quide filiū ſuū pater / uniuerſo terrarū orbe illi ſubiecto:ſed filius quoq; patrem clarificauit / partim qm̄ iam creditur filius ex ſubſtantia patris natus eſſe / partim uero qm̄ omnipotētia filii cognita / huius uirtutis gloria in patrē etiam tranſit, Sicut igitur & glorificaſti & glorificatus es modo quo diximus: ſic uolo inquit ut nihil eorū que mihi data ſūt perdatur, nam hinc etiam gloria a patre ad filiu & a filio ad patrē redundabit. Congruū enim eſt quicquid uerbo dei ſubiectū eſt; cum ſemel ſaluatū ſit / ut in perpetuis bonis permaneat / ut nō poſſit ab interitu amplius ſuperari. Verū qm̄ uniuerſe carnis poteſtatē datam ſibi dicit; non grauabimur ne ſimpliciores turbentur (q̄uis nulla oratione aſſequi hec poſſimus) pauca tamen & breuiter ſuper hoc dicere. Humane igitur id menſure humilitatiſq; figure conuenire non dubitamus. Si enim nos puderet ſerui naturā illum aſſumpſiſſe confiteri / & quoniam
Pſalmus. ſeruus ſa tus ſit / regem ſuper Sion montē ſanctū eius conſtitutū eſſe: non conſe
2 quenter diceremus quicq a patre illum recipere. Sed cum ſpōte obſecutus patri / homo factus ſit: qui omnia poſſidet ut deus omnia recipit ut homo. cui regnare: aduentitiū eſt id eſt nō naturale, creature namq; recte dicitur: quid habes quod
1. ad corī. non receperis, Creatura etiam uere Chriſtus eſt inquantū homo: q̄uis increatus
4 ſecundu naturā deitatis / in qua omnia bona uere ac naturaliter eſſe intelliguntur / unde ad nos per gratiam effunduntur. Quando igitur ut homo / princeps noſter conſtitutus ois carnis poteſtatē accepiſſe dicit: non turbabitur qui diſpēſationem incarnationis tenaci memoria tenet, Q̄d ſi etiam ſublimius hec intelligere ac de Chriſto ut deo placet, in mente tibi ueniat illius / qđ dominꝰ ad iudeos
Ioan. 6. dixit. Amen amen dico uobis: nullus poteſt ad me uenire / niſi pater qui me miſit traxerit eum, Nam quos pater uiuificare uult: eos uiuificare ſue uirtutis id eſt filio adducit per quem corroborat ſapientioreſq; facit, quoſcūq; etiam ſub iugo ſui principatus facere uult. nō aliter id facit q̄ per uiuam omnipotentemq; ſui uirtutem / per quam omnibus dominatur / id eſt per filium ſuum, Et homines quidem
Prouer. 8 a deo accipiunt: ut alios poſſint dominari. Per eum enim reges regnant: & terre tyranni dominantur / ut ſcribitur. Deus uero: rebelle genus / non per aliam ſed per propriā uirtutē ad ſe reducit. Animaduertendū aute eſt; nō de iudeis ſolū / ſed de omni humano genere / omnis carnis dixiſſe, Cap. XVI.

» HEc autem eſt uita eterna ut cognoſcant te ſolum deum uerum / &
» quem miſiſti Iheſum Chriſtū, ¶ Radicem atq; originē eterne uite: fidem & uere pietatis uirtutē eſſe affirmat, uerā aute pietatem illā eſſe aſſerimus cui alieni / falſiq; cultus crimē inuri nō poteſt, Multi
Pſalmus. enim creaturā pretermiſſo creatore coluerūt: nec ueriti ſunt ligno
95 dicere pater meus es tu / & lapidi tu genuiſti me. eo enim imperitie prohdolor / multi imo fere omnes delapſi ſunt: ut ſenſu experti materie ineffabilem deitatis gloriam attribuerint. Quas ob res patre a falſis & ſolo nomine diis diſtingueris: ſolum uerumq; deum appellat. Vtiliſſime autē cum ſolū patrem / deum uerum appellauerit ſue quoq; glorie meminit dicens & quem miſiſti Iheſum Chriſtum. Non enim aliter recte pater cognoſcitur: q̄ ſi filius quoq; una cognoſcatur. Cum igitur ſolu deum uerū / patrem appellauerit: ab hac gloria ſeipſum non ſepara-

uit,in patre enim eſt &ex patre. Quare uerus & ſecūdum naturam deus:& ſolus in ſolo eſt.nullus enim deus uerus eſt preter trinitatem: cum dii gentium demonia ſint,cū creatura omnis ſeruituti ſubiiciatur;quam neſcio quomodo multi ad improbum delapſi ſenſum adorant. Multi ergo ſunt in hoc mūdo falſo ab hominibus dii appellati:ſed unus ſolus uerus deus eſt pater/&q in ipſo &ex ipſo ſecundum naturam eſt / diſtincte ſimul atq; coniuncte coniunctione naturali. Diſtincte quidem:quia in propria ſubſiſtentia eſſe intelligitur.filius enim eſt:& non pater.coniuncte uero; quia ſimul eſt pater & filius.propterea enī pater eſt; quia filium edidit. Hec ergo eſt inquit uita eterna ut cognoſcāt te ſolum uerum deum/&quem miſiſti Ieſum Chriſtū. ¶Sed ſi dei cognitio uita eterna eſt:quomodo dicet quiſpiam alia quadā re indigebimus? Quod ſi nulla re alia indigeamus; quomodo fides abſq; operibus mortua eſſe perhibetur? Fides autem quid aliud eſt q̄ uera de deo cognitio? Per fidem enim cognitio fit, teſtatur id Eſaias dicens,Si enim non credetis:non intelligetis. Quod autem nuda perſpiciendi cognitio/inutilis ſit;ſanctorum uirorum uoces confirmant. Dicit enim quidam diſcipulorum domini, tu credis quia unus deus eſt & probe facis / demonia etiā & credunt & horreſcunt, quid igitur ad hec dicemus? aut quomodo uerus hic ſermo domini erit? ¶Sed uerus eſt abſq; ulla penitus heſitatiōe. Cognitio enī uita eſt:quia totam myſterii uirtutem parturit/ & myſtice benedictionis affert participationem / per quam uiuifico uerbo coniungimur, Ea enim de cauſa (ut puto) comparticipes Chriſti ac(ut ita dicā)concorpores/aut concorporales gentes ſcribit Paulus:quia ſanctiſſime carnis eius &ſanguinis participes facte ſūt.ſic & mēbra Chriſti:membra noſtra dicuntur, Cognitio igitur uita eſt / ſpiritalem nobis benedictionem adducens:per quam ſpiritus in cordibus noſtris habitat/ in adoptionem filiorum dei & ueram pietatem per euangelicam uitam & incorruptibilitatem reformans, Cum igitur origo & quaſi pronuba dictorum omniū bonorum/cognitio dei ueri eſſe inueniatur: recte a domino noſtro Ihesu Chriſto uita eterna eſt appellata/quaſi mater & radix uirtute naturaq; ſua uitam eternā pariens. Sed conſidera diligenter:quomodo ſolius dei ueri cognitio efficiatur.non enim abſq; cognitiōe filii. quare nec abſq; cognitione ſpiritus ſancti, hec enī dei unitas;in trinitate intelligitur atq; creditur ſecundum ſcripturas. Sed iudei quidem preceptis Moſis ad uerum deum reducebātur. dominum enim inquit deū tuum adorabis:& ipſi ſoli ſeruies. Sed quamq̄ ſolum & uerū deum colerēt: nondum tamen perfectam eius habebant cognitionē,ad quam modo ſaluatoris doctrina conuocantur: diſcentes non modo unum eſſe uerum deum creatorem/ uerum etiam quia pariter &filius creator eſt.in quo ut in charactere atq; imagine incommutabili;primitiuum id eſt pater inſpicitur. Neceſſario ergo non ſufficere ad eternam uitam ſolūmodo ſcire ait quia unus ſolus uer? deus eſt:ſed quia & pater eſt,cuius autē pater eſt expoſuit; eius uidelicet qui propter nos caro factus eſt/qui ad ſaluandū humanū genus a patre ad nos miſſus eſt. Cap.XVII.

» Ego te clarificaui ſuper terram / opus conſummaui quod dediſti michi ut
» faciam, & nunc clarifica me tu pater apud temetipſum / claritate quam
» habui priuſquam mundus fieret apud te. ¶Complicata ſunt humana

Pſalmus. 95

Iacobi.2.

Eſaie.7.

Iacobi.2.

Ad ephe. 3

Deutero. 6

diuinis: & compoſita quodam modo ex utriſq; oratio eſt. Nam nec ad poteſtatē & gloriam deitatis puram dicentis perſonam extollit / nec in menſuram nature humane omnino deprimit: ſed inter utrumq; gradiens unum ex utriſq; compo nit, Non enim ſolum deum ſe uerum eſſe / ſed etiam hominem uerum propter nos factum / ut ſanguine ſuo genus humanum redimeret: diligenter nos docet, Age igitur duplici hac uia ut ab homine ſcilicet atq; deo dicta hec eſſe conſidere mus, & primum quaſi ab homine dicantur: uideamus, Origo nobis & exemplū diuine diſcipline Chriſtus conſtitutus: quomodo recte uiuendū ſit / opere ſimul ac uerbo docuit. Idcirco diligentius & facta & dicta eius euangeliſte conſcripſe runt, Docet igitur nos iſtis uerbis / quia cum unuſquiſq; noſtrum datum ſibi di uinitus miniſterium conſummauerit / perfeceritq; que ſibi a deo commiſſa ſunt: tunc / tunc inq̄ operibus ſuis deum glorificat. non quia gloriam affert nō habenti (plena enim glorie deitas) ſed quia operibus ſuis alios ad glorificandum addu-
Math, 5. xit, luceat enim lux ueſtra corā hominibus: ut uideant bona opera ueſtra: & glo-
rificent patrem ueſtrū qui in celis eſt. uiriliter enim ac probe propter deum facie-
Math. 5. tes: noſtrorū operum gloriā non nobis ſed deo acquirimus, Nam quemadmodū
Eſaie, 52. cū ſordide turpiterq; uiuamus / iure plectimur / quia nomē eius (ut ait propheta) in gentibus propter nos blaſphematur: eodem certe modo glorificatur a nobis / quando recte uiuentes precepta eius ſeruamus. Opere igitur noſtro conſumma to / ad libertatē filiorū dei perducti: a glorificato deo gloriā repetere audebimus,
1, Regū, 2 uiuo enim ego dicit dominus: quia clarificantes me clarificabo, & ſpernam: qui-
cunq; me ſpernit. Vt ergo nobis oſtēdat Chriſtus / congrue tūc gloriā futuri ſe-
culi nos petituros / quando miniſteriū noſtrum abſq; culpa conſummauerimus: glorificatū eſſe patrem a ſe ait, quia opus quod ſibi dederat: in terra conſumma uerit. petitq; ipſe glorificari rurſus a patre / non aduētitia quadā gloria ut nobis petendum eſt: ſed propria ſua & naturali. Animaduerte aūt quomodo utriuſq; rei per ſe ipſum nature noſtre fiduciā donauit, In ipſo enim primo & per ipſum factū eſt: ut & que nobis diuinitus cōmiſſa ſūt miniſteria poſſimus peragere / & nō uereamur debitū recte agentibus honorē libere petere. Nā olim propter im-
perium peccati: nec probe quicq̄ efficere poteramus / & libere a deo aliquid pete-
re propter rebellionem nature factam in Adam / nequaq̄ audebamus. ad quam nos libertatem deus reducens / per prophetam conſolatur: non timeas ait quia
Hieremie confuſus es / neq; confundaris quia opprobrium paſſus es, ita ut in aliis bonis om-
46 nibus: ſic in hoc quoq; / origo ianua / & uia domin⁹ / propriam gloriam quam uel ante creationem rerum omnium habuit / modo ut homo reperit ſeculis antiquio rem: quaſi debitam ſibi gloriam ad imitationem Chriſti petendam quiſpiam pu tet, Optime namq; dicuntur: que unicuiq; conueniunt. quare creatura creaturis congrua loquatur: & hominis menſuram non tranſeat. Chriſtus autem cum deus & homo ſit: quoniam deo congruentia loquitur / non ut imitemur ſed ut credamus ita loquitur. Hec quidem dicta ſint humilitati Chriſti conuenientia: di gnitatem uero deitatis ſue reſpicientes / ſic intelligemus, Clarificatum igitur pa-
trem a ſe dicit / opere conſummato quod ab eo pater accipit: nō ut a miniſtro ne creatura uideatur / ſed ut a uirtute ac ſapientia genitoris / per quam noſtra ſalus et tradita conſummata eſt. Sic ſane pſalmiſta quoq; uirtutem exponēs myſterii

dicit:mãda deus uirtuti tue/confirma deus hoc quod operatus es in nobis. Nam ut liquido demonſtraret uirtutem patris filium eſſe/nec aliud identitate ſubſtãtie atq; nature:cum prius dixiſſet/manda deus uirtuti tue/& perſonarum dualitatem oſtendiſſet mandãtis &cui mandatur/ilico in unitate naturali cõiungit/ineffabili nature totum rei exitum attribuens/cũ dicat:confirma deus hoc quod operatus es in nobis: Datur igitur a patre ſalutis noſtre opus filio. quomodo autem mandat uirtuti ſue deus? Conſiderandum quidem altius eſt / & dicendum non ut res poſtulat:ſed ut que ſuper mentem humanã ſunt / ab hominibus poſſunt explicari. Intelligatur ergo in fingendis ſtatuis peritiſſimus quidam adeſſe opifex: qui ſtatuam aut ab integro fundere uelit / aut mancam & contritam refingere. Quo pacto igitur id faciet? non aliter uidelicet q̃ ſuarum robore manuum / & artificii ſui ſapientia. Que quamuis alia preter ipſum eſſe uideantur: non ſunt tamen alia preter eum uirtus & ſapientia ſua / cum in ratione artificis hec quoq; contineantur. Tale quid ſane de deo intelligendũ eſt:licet non in omnibus ad unguem ſimilitudinem ac exemplorum uis ad deum referenda ſit, uniuerſa enim deus excellit. Similiter ſolis & ignis ſimilitudine: hoc ipſum conſpicimus. Nam ſol quoq; profuſo a ſe lumini mandare quaſi uidetur / ut uniuerſum orbẽ illuſtret: & calefaciendi uirtutẽ ſuis radiis tradit/ut ipſi ſuſceptibilibus eam immittant. Ignis quoq; nature ſue proprietati eodem modo cõmittit: ut que ſibi conueniũt faciat. nec tamẽ idcirco aut radii & lux ſolaris/aut perures proprietas ignis/miniſtri loco adhiberi dicẽtur: cũ utrũq; naturaliter opus ſuũ efficiat. Nã etſi uideãtur nõ ipſa id facere:nõ tamẽ alia ipſa ſunt natura q̃ illa q̃ ex eis fũt. hoc modo de patre ac de filio intelligere debemus: quãdo a patre quicq̃ filio dari dicitur. Clarificatus eſt igitur in terra pater a ſapientia & uirtute ſua / id eſt a Chriſto/dato opere cõſummato: quo abſoluto oportune iam priſcã ſemper gloriam repetit. Sed quod nunc opus dices conſummauit:quo a ſe pater glorificatus eſt? homo factus eſt uolente patre: ut ad ueram pietatem / & ad uitam perpetuam lapſum ad inferos hominum genus reſtitueret. Hoc tam poteſtate Chriſti factũ eſt. mortẽ deſtruxit. diaboli tyrannidẽ euertit. peccati uires extinxit. ineffabile charitate erga nos habuit. peccata noſtra dimiſit. errãtes illuminauit. & ad uerũ deum reduxit. que uniuerſa uirtute Chriſti cõſummata: faciunt ut ab omnibus pater glorificetur. Omnes enĩ qui in terris ſunt:ſapientiã & uirtutẽ & miſericordiã dei hoc pacto intellexerũt. Effulſerũt enĩ hec in Chriſto ut in imagine patris ac charactere. & arbor a fructu cognita eſt: ut ſcribitur. Quibus probe cõſummatis / ad ſuã gloriã Chriſtus redit:quã tamẽ ut homo quaſi nõ habẽs petiit. cũcta enim homo a deo habet. Nam etſi ut deus ex deo / glorie patris expers nunq̃ fuit:homo tamẽ factus ac inhonoratiſſimo hominis aſſumpto corpuſculo/ tanq uere non habẽs ut homo gloriam petit. hoc intellexit Paulus dicẽs. hoc ſentite in uobis fratres qđ & in Chriſto Ieſu:qui cum in forma dei eſſet / non rapinam arbitratus eſt ſe eſſe equalem deo. ſed ſeipſum exinaniuit formam ſerui accipiẽs/ & habitu inuentus ut homo. humiliauit ſe ipſum factus obediens uſq; ad mortem mortem autem crucis. propter quod & deus exaltauit illum: & donauit illi nomen/quod eſt ſuper omne nomen. ut in nomine Ieſu Chriſti omne genu flectatur: celeſtium/ terreſtrium & infernorum. & omnis lingua confiteatur quia

Math. 12.

Ad philſ. 2

dominus noſter Ihesus Chriſtus in gloria eſt dei patris, Sublimem enim filiū ſuū & deum uerum ac dominum / non minus ut hominem exaltaſſe ſcribitur. homo enim propter nature humilitatē : exaltationis naturaliter indiget . Gloriā igitur ſuam quam ſemper habet ut deus: ut homo petiit . Nec quia glorie unq̄ proprie expers fuit : hec ab eo dicuntur (nunq̄ enim dei uerbum ac deus uerus: dignitate caruit ſua) ſed quia in gloriam que ſibi ſemper adeſt ut deo / proprium templū reducere uolebat. Imo uero ipſe cum propria carne / propter quam nonnihil dedecoris in hac accidiſſe uita uidebatur: in celos & in gloriam ſuam redit. Quare ne alienam & incōſuetam petere uideretur: ante creationem mundi apud patrē ipſum ſibi affuiſſe illam teſtatur. qua nunq̄ ut deus caruit: qui cum patre ſemper regnat / qui cum patre ſemper glorificatur / qui cū patre ſemper adoratur deus / & ex deo / & in deo / & cū deo, quod hic ipſe docet ut euangeliſta: dicens. In prin
Ioan.1, cipio erat uerbum: & uerbum erat apud deum / & deus erat uerbum. hoc erat in principio apud deum,

Cap, XVIII.

» MAniſeſtaui nomen tuum hominibus: quos dediſti mihi de mundo,
» tui erant: & mihi eos dediſti, & ſermonē tuum ſeruauerunt, & nūc
» cognouerunt: quia omnia que dediſti mihi / abs te ſunt. quia uerba
» que dediſti michi: dedi eis, & ipſi acceperunt & cognouerunt uere:
» quia a te exiui, & crediderunt: quia tu me miſiſti. ¶ Dixi iam in ſu-
perioribus / utroq; modo id eſt & quaſi deum & quaſi hominē Chriſtum eſſe locutum. que dicendi figura: nihilominus hic quoq; ſeruata eſt. Nam ut deus natura & ut character patris: manifeſtaſſe nomen eius hominibus ait, nomen autem
Prouer. pro gloria poſuit : quod trita cōſuetudine comprobatum eſt, Nam & Solomon /
22 bonum inquit nomen potius q̄ diuitie ſunt eligende : id eſt exiſtimatio nominis
Eſaie, 56. atq; gloria q̄ diuitiarū ſuperbia melior eſt . Et deus ipſe apud Eſaiam, non dicat inquit eunuchus: quia lignum aridum ego ſim, Hec dicit dominus ad eunuchos, qui cuſtodiunt ſabbata mea / & elegerint que ego uolui / & tenuerint fedus meū: dabo eis in domo mea / & in muris meis locū / & nomē melius ſuper filios & filias / nomen ſempiternum dabo eis, Nemo enim nudi nominis retributionem probis eunuchis / q̄i corporis cupiditates ſuperarūt & diuinam ſecuti ſunt legem / promitti opinabitur, ſed nomen pro gloria poſitū eſt, Cum igitur nomen dei patris manifeſtaſſe afferat: clariſſimā in orbe terrarum gloriam ſuam feciſſe cōfirmat Cuius rei argumentū ſeipſum prebuit, Glorificatur enī pater in filio / ut in imagine ſue forme atq; figura: in quibus primitiuorum pulchritudo ſemper elucet. Nam cū unigenitus ſapientia & uita ſubſtātialiter / creatorq; omniū / ac interitu & morte ſuperior / ſanctus / immaculatus / bonus deniq; eſſe nō dubitetur : eodē ſe modo naturaliter habere qui eum genuit creditur. ita in gloria imaginis ſue: pater effulſit, Nam etſi apud priſcos talis eſſe diceretur: non ſic tamen illis ut nobis res apertiſſime patuit. Hic ſenſus non alienus mihi uidetur / ſed alia quoq; ſemita gradiendū, manifeſtauit enim patris nomē filius: nō ſolū quia certiores nos fecit de perfectionibus dei q̄ uel apud priſcos predicabantur / uerū etiā quia uere patrē eſſe deum / nec falſo ita nomine appellari nobis aperuit. Genuit enim non in tempore creatorem ſeculorū filium / conſubſtātialē ſibi ac coeternum, Nomē autem patris magis ei conuenit q̄ nomen dei, hoc enim dignitatis : illud ſubſtan-

tialis ſignificatiuū eſt proprietatis Deum enim ſi dixeris:rerum omniū dominū oſtendiſti,patrem uero ſi appellaueris:proprietatē tetigiſti,Manifeſtauit igitur Chriſtus:quia pater filiū genuit, Quare patris nomen uerius ipſe quoq; unigenitus deo attribuens:non dicebat/ego & deus/ ſed ego & pater unum ſumus,& Ioan,6.
alibi de ſeipſo.hunc enim pater ſignauit deus,gētes etiam omnes non in dei ſed
in patris & filii & ſpiritus ſancti nomine baptizandas iuſſit, Sic & Moſes ille non Math,28.
uni perſone creationē attribuit de homine ſcribēs:& dixit deus/faciamus hominem ad imaginē & ſimilitudinē noſtrā, Quibus uerbis perſonarū ſignificatur Geneſis.1
trinitas,per filiū enim in ſpiritu omnia ex patre producta ſūt.Sed hec aſſequi liquido antiquiores nō poterāt:cū nō patris perſona/nec filii aperte introduceretur.Dns aūt noſter Iheſus Chriſtus: patrē proprie ſuū deum eſſe affirmabat/ſe autem uerū nature patris filium,Manifeſtauit igitur nomen patris hominibus: cū non ſolū hoc fecerit/ut abſolutius perfectiones dei ſciamus/uerū etiam ut patrem eſſe deū non ignoremus/& cuius ſit pater nō dubitemus/& ſpiritū ſanctū deum eſſe fateamur.Nam qui ſolūmodo nouit deum eſſe creatorē omnium:iudaice menſurā prudentie nō excedit. Nam ſicut lex ad perfectam pietatis uirtutem nichil effecit: ſic dei quoq; cognitionē imperfectā reliquit/a falſis ſolūmodo diis ad adorandū unum deū inducens.Non erūt tibi inquit dei alieni preter me, dominū deum tuū adorabis:&illi ſoli ſeruies Dns autem noſter Iheſus Chriſtus: Deutero
mādatis Moſaicis meliora hec noſtra addidit/& cognitionē pietatis perfecit.Sed 6
hec quidē ut deus ex deo ad patrē ſuū locutus eſt: quibus continuo ſubiungit ea q̄ hominē magis decent,Quos mihi dediſti de mūdo/inquit: tui erāt.& mihi eos dediſti.Non enim quia aliquid ſit patris qđ filii non ſit/iſta dicūtur, rex enī ante
ſecula eſt:ut pſalmiſta canit &regnum patris ſecum commune eſt.Propterea & Pſalmus.
euangeliſta ut ſubiecta ſibi una cum patre uniuerſa oſtēderet: in propria inquit 73
uenit/& ſui eum non receperunt.propria enim appellat etiam eos: qui regni ſui Ioan.1.
iugum non receperunt,Multi enim erant creaturis potius q̄ deo uero inherētes. qui etſi creatorem ignorarent: proprii tamen dei erant inquātum creator & dominus omnium eſt.Que cum ita ſe habeant/& dei eſſent proprii etiam qui diabolo ſeruiebāt:filio nunc dati ſunt,Quonā ergo pacto Emanuel ſuper eos rex a Pſalmus.
deo patre conſtitutus eſt: nō quia modo ſuper eos regnare ceperit: cum ſemper 2
dominetur ac regnet ut deus.ſed quia homo factus eſt/pro uita omnium crucifixus:ſibi omnes redemit/& per ſeipſum patri obtulit. ita qui ſemper regnat cū patre ut deus:ut homo/rex ordinat⁹ eſt,homini enim/cum alius regnū quoq; datur.Non enim ſicut animal rationale mentis & diſcipline capax/naturaliter homo eſt:ita & rex ſecundum naturam eſt,illa enim ſecundū ſubſtantie rationem inſunt:hoc exterius & aduentitium eſt/& adeſt & abeſt/ nullam ſubiecto inquātum eſt homo iniuriam afferens.Qui ergo regnat ſuper omnes ſemper cum patre/inquantum deus natura eſt:regnum modo ut homo accipit. idcirco ait:quia omnia que dediſti mihi/abs te ſunt,omnia enim proprie dei ſunt:dantur autem creaturis que ab eo ſūt.ita dominari ſuper omnia/uniuerſaq; poſſidere/ diuine nature cōgruit:quēadmodū creaturis/accipere,Verba inquit que dediſti michi: dedi eis, & ipſi acceperūt. & cognouerūt uere:quia a te exiui.& crediderūt quia tu me miſiſti.Verba dei patris:propter identitatē ſubſtantie ſuas uoces appellat.

& quia deus uerbum eſt: uoluntatem patris ita enunciat / ſicut noſtrum ſecreta cordis noſtri interpretatur, ideo quidam etiam propheta dixit: nomen ſuũ ma-
Eſaie.,9. gni cõſilii angelus eſſe, Sublime namq; ac ſupernaturale conſiliũ genitoris: deus uerbum exponit. uerbis quidem & uocum prolatione: quando ut homo in terris conuerſabatur. ſpiritali autem lumine: poſtq̃ in celos aſcendit. ſanctis enim reue-
2.ad coti. lare myſteria ſcribitur. ut ait Paulus. ſi experimentum queritis Chriſti loquen-
13 tis in me. Teſtificatur igitur qđ diligentes eum acceperũt & ſeruauerunt ſermonem / quẽ pater illi dedit, Teſtificatur etiam cognouiſſe ipſos a patre ſe exiuiſſe / & a patre miſſum eſſe. unde dicebant aliqui. hic homo ſi eſſet a deo: non utiq; ſol-
Ioan.9, ueret ſabbatũ. & rurſus, nos Moſis diſcipuli ſumus. nos nouimus quia Moſi locutus eſt deus, hũc autem neſcimus unde ſit. Vides neſcire ipſos clamare unde ſit: id eſt a quo miſſus ſit. Quod autem ineffabilem quoq; ipſius generationem ex-
Ioan.5. patre non ſuſceperunt / ſed quaſi pedes in lapide offendentes reſiliebant / euangeliſta declarat dicens: idcirco cedem eius a iudeis queſitam fuiſſe / quia non ſo-
Ioan.10. lum ſoluebat ſabbatum / ſed etiam deum ſuum patrem dicebat eſſe. Ipſi quoq; iudei dixiſſe comperiũtur: de bono opere non lapidamus te ſed de blaſphemia. quia cum ſis homo: deum teipſum facis. Ita alii quidam uerba eius ſeruarunt: credideruntq; ex patre ipſum effulſiſſe. hoc enim (ut arbitror) exiuiſſe ſignificat. cre-
Pſalmus. diderunt etiam ad nos miſſum eſſe: ut mandatum domini annunciaret / ſicut in
39 pſalmo ſcribitur, alii uero utrũq; iſtorum negarũt. Merito igitur diligẽtes eum & credentes in eum deo patri commendat: ut quod dixit / re ipſa uel in hac uita
Math,10. preſtitiſſe cernatur, Quid porro illud eſt? quicunq; confitebitur me coram hominibus: confitebor & ego ipſum coram patre meo qui in celis eſt, Qui autẽ negabit me coram hominibus: negabo & ego ipſum coram patre meo. Qđ etiam
Eſaie.44 deus pater olim per Eſaiam facturum ſe pollicetur, Sitis mihi teſtes inquit: & ego teſtis dicit dñs deus / & puer quem elegi, Saluator igitur / & ut homo & ut deus loquitur: deus enim & homo eſt. quare abſq; culpa ut res poſtulabat: modo ſublimius / modo humilius de ſeipſo loquebatur, Cap.XIX,

» GO pro eis rogo: non pro mũdo / ſed pro iis quos dediſti mihi / quia
» tui ſunt, & mea oia / tua ſunt: & tua / mea ſunt. Et clarificatus ſum
» in eis: & iam nõ ſum in mũdo. & hi in mũdo ſunt: & ego ad te uenio

Mediatorẽ ſeipſum rurſus ut hominẽ facit, dei enim eſt & hominum reconciliator: magnus uere & ſanctus põtifex noſter / qui ſuis interpellationibus genitorẽ propriũ placat / ſeipſum pro nobis offerẽs, Ipſe nãq;
Ioan,1. hoſtia & ipſe ſacerdos: ipſe mediator / ipſe agnus uerus qui tollit peccata mundi Sane figura & umbra mediationis Chriſti: mediatio priſca Moſis fuit, & põtifex ſecundũ legem: pontificẽ qui ſuper legem eſt figurauit. Moſes enim atq; Aaron inter deum & iudeorum multitudinem continue mediabantur: modo iram dei peccatis populi concitatam placantes / & ſuperiorem gratiam imbecillibus impetrantes / modo rurſus benedicentes / & ſecundũ legẽ deo ſacrificia offerẽtes / aut pro peccatis populi / aut ut gratias deo pro beneficiis agerẽt, Chriſt⁹ aũt q põtifex & mediator in ultimis ſeculis fuit: rogat quidẽ pro nobis ut homo / liberaliter aũt una cum deo patre dona dignis diſtribuit. qđ Paulus aperte docuit dicẽs: gratia uobis & pax a deo patre noſtro / & dño Iheſu Chriſto. Qui ergo ut homo rogat:

is ut deus diſtribuit, Immaculatus enim ac ſanctus pontifex cū ſit: non pro infirmitate ſua ut legis pōtifices ſolebāt / ſed pro ſalute noſtra ſeipſum obtulit ſemel / paracletus & propiciatio factus pro peccatis noſtris. ¶ Sed diſcreparę loannes a ſaluatore alicui forſan uidebitur, ſaluator enim pro mundo hic rogare abnuit loannes autem nō pro noſtris peccatis ſolum propiciationē & paracletum illum eſſe: ſed pro uniuerſo affirmat mundo, ¶ Verum beatus loannes quoniā erat iu deus / ne pro iudeis tantum paracletus eſſe dominus apud patrē uideretur / non autem etiā pro aliis gētibus que uocate / obſecute ſūt: neceſſario pro toto mūdo adiecit / id eſt pro omnibus qui per fidem uocati ad iuſticiam & ſanctificationem perueniunt. Dominus autē noſter Ihesus Chriſtus ſuos a non ſuis ſeparans: pro eis inquit tantūmodo qui uerba mea ſeruant / & iugum meum acceperunt rogo: Nam quorum mediator atq; pontifex eſt: ipſis tantummodo mediationis bonū non iniuria attribuit. quos etiam datos ſibi fatetur: & patris eſſe nō negat, cum ad patrē nullus accedere queat niſi per filium. nemo inquit ad patrem uenit niſi per me. ita & ſuo filio & ſibi ipſi pater fideles acquiſiuit. Quod certe intelligens ſacrarū litterarum ille peritiſſimus inquit: quia deus erat in Chriſto / mundū ſibi reconſilians. Recipiens enim Chriſtus ut mediator omnes qui per fidem ad eum concurrunt / & per ſe ipſum patri offerens: deo mundū reconſiliauit. Propterea Eſaias quoq; dei pacem in Chriſto eligendam conſuluit dicens. faciamus pacem cū ipſo. faciamus pacē qui uenturi ſumus. Nā ſi ab animis noſtris uoluptates que a Chriſto abalienāt pellemus / & impietate totius (ut ita dicā) uicioſitatis matrem ac nutricem aſpernabimur: amici Chriſti effecti fedus cū deo pacis percutiem⁹ / ipſi patri per filium coniuncti / & in ſpiritu clamātes / abba pater. Qui ergo Chriſto dati ſunt. patris erant / ſed a Chriſto propterea non fuerūt alieni. regnat enim cum patre ſimul, cumq; unum regnum ſanctiſſime conſubſtantialiſq; trinitatis ſit: ipſe pater per filiū in ſpiritu regnat, Ita quicquid filii eſt: glorie patris ſubiicitur, & quicquid patri ſubiicitur: in eo filius dnatur, idcirco ait / oīa mea tua ſunt: & tua mea, ubi enim ſumma idētitas nature perfulget: ibi gloria perfectionū incommutabilis eſt / nec diuiſa / ſed una & eadem, Nam cum perfectionum patris ſubſtantialiter filius heres ſit: omnia ipſe que genitoris ſunt poſſidet & patrem ſua rurſus habere omnia oſtendit, hunc credendi modum diuina nos ſcriptura edocuit, Verum quoniam glorificatum ſe in ſuis eſſe aſſeruit: idcirco magna retribuens / pro eis modo rogat, cur autem hoc faciat: exponit dicens. non ſum in mūdo / & iſti in mūdo ſunt: & ego ad te uenio. preſens enim atq; conuiues carne cum apoſtolis: manifeſta conſolatio erat illis cū oculis cerneretur, Solet enim humanus animus: non occultis ſed manifeſtis confidere. Quamuis ergo dominus cum etiā corpore abſit: cuncta que uelit poſſit efficere (Ihesus enim Chriſtus heri ac hodie: ipſe & in ſecula) preſentia tamen eius priuati apoſtoli: nō turbari nō poterant, preſertim cum magno eſtu mundi fluctus in eos influerent: & omnibus modis ueritatem predicantes deicere conaretur. Quoniam ergo inquit ego ad te uenio: cito enim tibi conregnaturus in celos aſcendā / iſti uero in terris permanent / de iſtis rogo, tui enim iam ſūt: cū mihi dati ſint. Quare merito tuorū atq; meorū curā non paruā habeo, & glorificatus ſum in eis: quia oia que dediſti mihi tua ſunt / & tua mea. Verus autem ſermo eſt, non enim quia dati Chriſto ſunt / ac

Ad. 10, 1,

1. Ioan. 2,

Ioan. 14,

2. ad corī. 5

Eſaie. 27,

Ad galā. 4

Ad heb. 13

propterea patris etiam ſunt: glorificare illum deſinunt per quem deo patri coniuncti ſunt, Nam q̄uis ad patrem per eum adducti / patris facti ſint: permanent tamen nihilominus ſui, cum uniuerſa cum deitate ſimul atq; poteſtate trinitati communia ſint. Vnus enim deus in trinitate adoratur: cui omnes ſeruitutis cōditione ſubiecti ſumus. Cap. XX.

» PAter ſancte ſerua eos in nomine tuo quos dediſti michi: ut ſint unū
» ſicut & nos. ¶ Diligenter conſidera duarū rerum in unum compli
cationem: humanitatis dico humilitatē & ſupremā deitatis gloriā,
oratio enim utrumq; cōplectitur. Nam quemadmodū etiam in ſuperioribus tetigimus: neq; ad ſublime omnino extollitur / neq; ad noſtram penitus menſurā deſcendit. Nam cū deus & homo ineffabili quodam concurſu uere ſit: ita quaſi mediū locum retinet / ut nec deitatis unq̄ terminos reliquerit / & hominis naturā contineat. Vltro enim ſeipſum pro nobis humiliauit: ut nos quoq; filii & dii non natura ut ipſe / ſed per gratiā appellemur / participatione ſpiritus ad ipſum reformati, ¶ Quādo ergo nōnihil ab eo ita dicitur / ut deitatis glorie hūana paruitas coniungi uideatur: nō turberis ſed admireris magis / quod tanta orationis uis ſit / mirabileq; artificiū / ut qui dicit: tam natura deus q̄ homo eſſe certe uideatur, Neq; id dicimus: quia uerbi natura ad humilius detracta ſit (ſumme id namq; amentie iudicamus: cum nullā deitatis natura mutationem patiatur) ſed quia exinanitionis uolūtarie modus ſemper humanitatem retinens / propter humilitatis habitū neceſſario minorem quodā modo patre uideri filiū facit / qui equalis conſubſtantialiſq; ipſi eſt / & in ipſo & ex ipſo unigenitus deus. Noli ergo mirari ſi patris gloria propter humanitatē minor uideatur: cum etiā idcirco ab angelis ſuperari Paulus eum ſcripſerit. Eum ait qui modico q̄ angeli minoratus eſt: uidemus Iheſum propter paſſionē mortis gloria & honore coronatū quem tamen angeli adorare iubentur, cum enim introducat primogenitum in orbem terre / dicit: & adorent eum omnes angeli dei, Seraphim quoq; ſcti ſeruili habitu aſſiſtere in elato ipſo ſedente ſolio prophetis uidebātur, Quātum ergo ad ineffabilē ex patre generationē: non eſt proprietas filii / nature humane aſſumptio. ea uero ratione qua homo factus eſt: proprietas ſua eſt. permanens enim quod ſemper erat & eſt & erit: ad id quod non erat propter nos ſeipſum dimiſit. Pater igitur inquit ſancte ſerua eos in noie tuo / quos dediſti michi: ut ſint unum ſicut & nos. Deitatis ineffabili uirtute ac poteſtate ſeruari diſcipulos rogat: & in perſona patris unde natus eſt / ſuam quoq; naturam ut homo glorificat. Cōſerua igitur inquit ipſos in nomine tuo quod dediſti mihi: id eſt in noie deitatis. Deitatis autē nomen datū ſibi a patre ait: non quia cum non eſſet natura deus / ad deitatis dignitatē uocatus ſit (non enim adoptatus eſt ut nos: ſed natura filius eſt) ſed quia ut ſcripture teſtantur / homo factus eſt: que ut deus naturaliter habet ſemper / ut homo in nouiſſimis accepit temporibus, Animaduerte autem diligēter quomodo uiuam ſubſiſtentemq; ſe uirtutem per quā uniuerſa producta ſunt / dei patris eſſe demonſtrauit, Cum enim dixiſſet / ſerua eos: non ſibi ſufficit / ſed conſeruandi uirtutē ſeipſum eſſe oſtendēs / ſerua eos adiecit in nomine tuo quos dediſti michi. Vides q̄ tuto undiq; ſermo munitur, ſic cum nature deitatis gubernationē noſtram attribuerit / datam ſibi eſſe deitatis gloriam

Ad heb, 2 Non ſic Paulus: ſed Pauli interpres iuxta lxx Paulus enim ex pſalmo dixit qui modico a deo minoratus eſt.

illico affirmauit:propter humanitatē ſuam datum ſibi eſſe dicens illud quod ſibi
ſemp adeſt natura / id eſt nomē quod eſt ſupra omne nomē,Quod filio adeſſe Ad phi,2
dicimus.naturaliter quidē/ut ex patre eſt:datū autem/ut homo eſt.homo enim
natura deus non eſt:Chriſtus autem natura deus eſt/ licet etiam homo eſſe intel
ligatur/propter id quod a nobis aſſumpſit. Seruari autē in beniuolentia & chari
tate diſcipulos uult:animo & ſpiritu & pacis certiſſimo uinculo ſic ad unum co=
pulatos/ ut hec uoluntaria unio / naturalis in filio & patre unitatis imago quedā
eſſe uideatur.Vt nullo uidelicet modo/nulla ut uoluptatis aut periculi frangi de=
bilitariue poſſit:ſed conſeruetur in pietatis atq; ſanctificationis unione charita=
tis uirtus intemerata, quod & factū eſſe in actibus legitur,erat enim inquit cre=
dentium cor unū & animus unus:in unitate ſcilicet ſpiritus, hoc eſt quod etiam Actus,4
Paulus ſcripſit:corpus unū & ſpiritus unus,Nam etſi multi ſimus; unum tamen
corpus in Chriſto ſumus.Omnes enim uno pane participamus; & oēs uno Chri= 1,ad cori,
ſti ſpiritu perūcti ſumus, Vt igitur in uno corpore futuros & unius ſpiritus ad 10
intemeratā pacem participes:ſeruari apoſtolos uult. Si quis autem uoluerit ideo 1,ad corī.
diſcipulos ſicut patrem & filium uniri; quoniā non ſolum ſubſtantia uerū etiam 12
uoluntate uniti ſunt/cum una eademq; penitus trinitatis uoluntas ſit/non repu
gnabimus.preſertim cum eandem uoluntatem totius eccleſie id eſt uerorū om=
nium chriſtianorum eſſe uideamus:licet conſubſtātialitas non equali ratione de
nobis/& de patre ac filio dicatur. Cap.XXI,

» CVm eſſem cum eis:ego ſeruabam eos in nomine quod dediſti mihi,
» & cuſtodiui eos.&nemo ex eis periit niſi filiꝰ perditionis: ut ſcriptu
» ra impleatur.nunc autem ad te uenio. ¶ Paulatim clarior ſaluato=
ris redditur ſermo:& quaſi ab umbra ad ſolis radios/aut a fluctibꝰ
in ſtatione reducitur . Putabant enim diſcipuli abſentiam Chriſti/
ut hominis dico(deus enim ubiq; adeſt)multorū eis incommodorū cauſam futu
ram.cū non adeſſet:qui ab omnibus eos poſſet malis eruere.Sed oportebat(dicā
enim etiā)ſi luminaria orbis poſtea facti ſunt:nō ſolum in carnem Chriſti / uerū
etiā in deitatē reſpicere.que quis oculis non cernatur; adeſt tamen ſemper ſum=
ma cum poteſtate.nec quicq eſt quod prohibere poſſit quin oīa repleat; & quod
uelit peragat, non enim loco aut dimenſionibus circunſcriptibilis natura diuina
eſt.Quare cum deus & homo Chriſtus uere ſit:oportuit eos intellexiſſe/ineffa=
bili deitatis poteſtate una cum eis ſemper futurū / etiam ſi carne abeſſet,idcirco
enim ipſe quoq; in ſuperioribus dicebat:pater ſancte ſerua eos in noie tuo quod
dediſti mihi, aperte ſignificans deitatis ratione nō carnis preſentia eos poſſe ſer
uari.Quippe ipſa etiam caro nō a ſe ſancta fuit: ſed coniunctiōe uerbi ad uerbi
uirtutem quodam modo reformata/ſalutis atq; ſanctificationis participantibus
cauſa eſt.Non ergo carni ut caro eſt operationis diuine uirtutē: ſed nature uer=
bi attribuimus,hoc enim & non aliud ſignificat/ in patris nomine illos fuiſſe ſer=
uatos.gloria enim dei certe ſeruati ſūt. Deſolationis ergo formidinē pellēs:idem
per eadem uerba ſepius reuoluit / ſalutē illis non corporali carnis preſentia/ ſed
deitatis poteſtate futurā oſtendens,Sed animaduerte queſo quanta in oratione
ad noſtrā edificationē uis recondita ſit. Nam cū petierit ut a deo patre ſeruetur:
ipſe id ſe feciſſe affirmat/equalis ſe uirtutis cū patre/imo uero ſubſiſtentē patris

uirtutem demõſtrans. Nam qui eadem facere poteſt que deus faciat uerus: quomodo & idẽ natura & equalis poteſtate nõ erit? & qui ut deus in nomine dei eos ſeruauit / deitatiſq; gloriã ab operibus conſecutus eſt: quomodo alterius q̃ pater erit nature? aut quomodo deus uerus non demonſtrabitur? Nulla enim res: que propria opera dei ſunt facere poteſt / niſi ſubſtantialiter deus ſit. Retinet autem rurſus ſpeculationis duplicitatẽ oratio, Nã quod ſeruare poteſt quos uelit: longe a natura creaturarũ abeſt. qđ autem nomini patris id attribuit: ut homo locutus eſt. Ita ut homo quide: longe ab hac re quodã modo ſe conſtituit, ut uero deus & uirtus omnipotẽs patris / uirtus non operatione producta ſed ineffabiliter ex natura patris prodiens & eam manifeſtans: ſibi ipſi contribuit. Si uero rurſus deitatis nomen ſibi datũ fuiſſe aſſerit: nõ propter hoc ut diximus deitatis unq̃ gloria caruiſſe credetur / cũ humanitati ſue ad unguem id accõmodari uideatur. nichil enim habet a ſeipſa creatura, Cõſeruaſſe autem ita diſcipulos ait: ut nullus eorũ preter perditionis filium perierit, perditionis uero filiũ appellauit: quia prauitate perit ſua. Nõ enim diuino inexpugnabiliq; iudicio: in diaboli laqueum proditorem incidiſſe credendũ eſt, Nam ſi ſic eſſet: nullo modo culparetur / cum iudi
Math. 26 cio dei nemo reſiſtere queat. Nunc autem ita miſer factus eſt: ut melius ſecũ ageretur ſi nunq̃ nat⁹ fuiſſet, Nulli enim neceſſitate: ſed proprio iudicio fecit quod fecit, Quare merito perditionis filius nuncupatur: qui perditionem elegit, Non enim qa ſcriptũ de illo eſt quod periturus eſſet: propterea eo nequitie proceſſit / ut paucis argeteis precioſum Chriſti ſanguinẽ traderet. uerum quoniã malignitate ſua periturus omnino erat: idcirco id omnino futurum ſcriptura predixit / quam falſo quicq̃ dicere impoſſibile eſt. Deus enim ipſe per ſcripturã loquitur: qui mores & uitam omniũ nouit. uniuerſorũ enim tam preteritorũ q̃ futurorũ
Pſalmus. 138 ſcientiam ei pſalmiſta tribuit dicens, Tu intellexiſti cogitationes meas de longe: ſemitam meam & funiculum meum inueſtigaſti / & omnes uias meas preuidiſti, Quare qui nouit omnia / qui futura quaſi preſentia uidet: per ſcripturã nobis hoc etiam predixit. Non autem omnia que futura deus nouit: aut uult / aut imperat, nec predictio malum hortatur magis q̃ debortetur. Qui enim preſciuit / multo certe fa ilius cum libere fuerit poteſtatis: diaboli laqueũ uitare potuiſſet. ¶ Sed diceret fortaſſis quiſpiam, ſi propria uoluntate poteſtateq; libera ceteri / diaboli laqueũ fugerunt / ſolus autẽ Iudas incidit: quomodo illos ſeruauit Chriſtus? aut cur Iude nõ profuit hec ſaluatio ¶ Sed ſtudiũ atq; uigilia o generoſe tu / quãuis proba & laudabilis ſit: non ſufficit tamen ad perfecte operationẽ uirtutis ſed ſalutem quide uigilantes attendẽteſq; diligenter acquirimus. Non ſufficit autem id nobis: cum diuina gratia / que difficilia facilia faciat & arduã iuſticie uiam planam nobis reddat neceſſario indigeamus. Noſtra enim uis niſi diuinitus ſuſtenPſalmus. tetur: nulla penitus eſt, quod pſalmiſta confirmat clamans, Niſi dominus edifi-
126 cauerit domũ: inuanũ laborauerunt qui edificant eam. Niſi dominus cuſtodierit ciuitatẽ: fruſtra uigilat qui cuſtodit eã. Quare neceſſe eſt: ut iugiter magnoq; animo ad acquirendã ſalutem ſtudeamus. & opem dei qua protegamur: orãdo petamus. Cuius auxilio: facile diaboli uires ſuperabimus, niſi ei obſequamur / ad uoluptates alioſq; peccãdi modos prouocati: niſi quoq; nos nec tentati quidem / illi uolũtatis noſtre habenas largiamur. Nã ſi ad eius laqueu ſponte ac negligẽtia

noſtra uenimus: quē alium potius q̄ nos ipſos criminabimur? nōne hoc eſt quod Solomon ſcribit? amentia uiri uias eius deuaſtat / & deum incuſat in corde ſuo. Prouer. 8
Quod ſi proditor equaliter aliis diſcipulis ſaluatoris auxilū non habuiſſet: fru- 19
ſtra hec a nobis diceretur. Sin aūt nō minus q̄ ceteri diuina gr̄a regebat / ſed ſuo ipſius iudicio in profundum perditionis delapſus ſit: quomodo etiam non ſeruauit eum Chriſtus / qui ſuum patrocinū ei preſtitit / qui quantū ad ferendā opem illi attinuerit / ſeruaſſet hominē / niſi ultro ille in perditionem inſiliſſet? Gratia igitur in aliis effulſit / ſeruauitq; omnes qui cooperantem ei uoluntatem tradiderunt. ſic enim ſalutis noſtre modus diſpoſitus eſt. Cap. XXII.

" HEc loquor in mundo: ut habeant gaudiū meū impletū in ſemetipſis
Repetenda memorie ſunt ad huiuſcemodi loci abſolutam intelligentiam: que modo dicebamus, Nam ubiq; tam deitatis dignitatē / q̄ conuenientē homini menſuram / perſone ſue attribuit. Nō enim abiecit / neq; negat quod a nobis aſſumpſit: cū nulla re ipſe indigēs / ſed perfectus ex perfecto ſeipſum hūiliauerit, nō ut quicq̄ ſibi acquireret: ſed ut nobis beatitudinē preſtaret, Deum igitur atq; hominē uere ſeipſum eſſe oſtendens: diſcipulis hinc intelligendū reliquit / non minus ſe abſentē q̄ preſentem / ſalutem eis allaturū. & qua ratiōe cum adeſſet ut homo: ea etiam abſentē ſeruare poſſe. non enī circunſcribitur loco deus: nec a re aliqua unq̄ abeſt. ſed omnia implens & omnia penetrās: in omnibus & extra omnia eſt. Quādo igitur patrem alloquebatur cum dixerit / ſerua eos pater ſancte / ſtatim in nomīe quod dediſti mihi ſubiūxit: ut neceſſario intelligatur quoniā in eo ipſo nomine a ſe quoq; ſeruatos dicit / ab una eadēq; deitate (hoc enim eſt nomē ſupra omne nomen: quod Chriſto datum eſt a patre) illos ſeruatos fuiſſe ſubaperiens. Locutus ergo inquit Ad phi, 2
in mundo hec ſum: ut gaudiū meum impletū in diſcipulis ſit, quomodo autē rurſus dicere nō grauabimur, Nam cum preſens eſſet carne Chriſtus cum illis: uniuerſa ſe facile ſuperaturos pericula putabāt, illo uero abſente: omnia extrema ſe paſſuros abitrabātur, Hac igitur de cauſa dominus noſter Ihēſus Chriſtus / nec ſe hominē negans & deū ſe eſſe oſtendens: deitatis nomen ut homini datum ſibi affirmat, in ſe autem & per ſeipſum conſeruari credentes a patre aſſerit. Ex quibus omnibus illud ſubtilius emergit: quod etiam cū ut homo adeſſet / non hac ratione ſed deitatis uirtute ac gloria illos conſeruabat, nihil ergo mali accidere uobis poteſt ait ſi carne abfuero: cum deitatis mee poteſtas / que uos huc uſq; ſeruauit / in poſterū etiam ſeruatura ſit. Hec non ideo dicimus: quia domini corpus nō magni eſtimemus / ſed qa mirabiles hos effectus / glorie deitatis attribuēdos putamus. Nam ipſum etiam domini corpus coniunctum uirtute uerbi ſanctificatur & ad benedictionē myſticam adeo actiuum fit / ut poſſit ſanctificationē nobis ſuā immittere. Vnde ipſe quoq; ſaluator cum ad iudeos multa de carne ſua diſſereret / ac uiuificū uere panem eam appellaret: panis enim inquit quem ego dabo / caro mea eſt quā ego dabo pro mundi uita. ſtupentibus illis / & quomodo id fieri Ioan, 6.
poſſet dubitantibus: dicebat, ſpiritus eſt qui uiuificat: caro nihil prodeſt. uerba que ego locutus ſum uobis: ſpiritus ſunt & uita, Aperte namq; hic ad ſanctificādum / uiuificandūq; nihil prodeſſe carnem oſtendit: inquantū ſcilicet nature humane caro eſt. Cum igitur deitati ſeruatio attribuatur: nō debetis inquit carnis

preſentiam propter hoc deſiderare, Hec in mundo loquor: ut gaudium meum in uobis impletum ſit, Quod autem eſt impletum uere/atq; perfectũ gaudium? ut ſciamus/firmiterq; credamus non ſolum hominem illum ſicuti nos/abſq; peccato: ſed uerum etiam deum eſſe. hoc enim ſolũmodo pacto etiam carne abſens ſeruare ſuos poterit: qui perfectum habebũt gaudium/cum ſe uirtute omnipotentis protegi non dubitent. Cap. XXIII.

» EGo dedi eis ſermonẽ tuũ, & mundus eos odio habuit: quia non ſunt
» de mundo/ſicut & ego non ſum de mundo. non rogo ut tollas eos
» de mundo: ſed ut ſerues eos a malo. ¶ Opus eſſe nobis diuina oſtẽdit beniuolentia: quam eis retribuit qui propter nomẽ ſuũ odio habentur, Odit enim mũdus omnes/qui mandata dei ſeruantes/carnales mũdi uoluptates contemnunt: qui merito gratia & auxilio ſuo in bono cõſeruantur, Nam quomodo ſi propter deũ bella mundi ſubeunt/nec terrore ullo ab eius amore mouentur: nõ iure ab ipſo diligẽtur? Propterea ſaluator ait. quia ego dedi eis ſermonem tuum. & mundus eos odit: quia ex mũdo non ſunt/ſicut ego non ſum ex mundo. Libenter inquit ſermonẽ tuũ ideſt predicationẽ euangelicam o pater ſuſceperunt: que longe a mundo/terreniſq; deſideriis credẽtes amouet. quapropter & a mundo id eſt a uoluptuoſis ac ſordidis hominibus odio habentur, Non enim poſſunt eis eſſe iocundi: cum terrena omnia contemnant/& huius mundi uitam abominentur/peccata eorũ redarguẽtes/auaritiã undiq; pellentes/inanem gloriam deſpuentes/& matrẽ malorũ omniũ cupiditatem habendi exterminandã eſſe docentes/& demum ab errore atq; impietate ad uerũ deum reuocantes, quas ob res odio inquit habentur in mundo, Non enim turpi quadam de cauſa id patiuntur: ſed quoniã ſermonẽ tuum eis dedi, ac ideo extra mundũ facti ſunt me imitati. longe nãq; abeſt diſciplina Chriſti: a terrena huius mundi/& ſordida diſciplina. Propterea ueſtigia eius diligenter ſequi Paulus cõſuluit: que tũc maxime ſequimur/quando carnali deſiderio ſpreto/ſola celeſtia deſideramus. Cũ apoſtolis autem ſeipſum rurſus propter humanitatẽ ſuam collocauit: cuius ut hominis imitatione/mundo contempto ad omne genus uirtutis accingimur/ut modo dicebamus. quod & Paulus confirmans dicit: per quẽ mũdus mihi crucifixus eſt/& ego mũdo. & alibi. imitatores mei ſitis: ſicut ego Chriſti, Imitabatur autẽ Chriſtũ Paulus: nõ inquantũ eſt creator & dominus rerum omnium (impoſſibile namq; homini eſt & omnino creature: quicq̃ ex nihilo producere) ſed inquantũ mirabilẽ uiuẽdi illius diſciplinã tanq̃ exemplar (ut homini poſſibile atq; fas eſt) in ſeipſo tranſpingebat. Nobis igitur ſeipſum Chriſtus connumerauit ut homo: imo (ut uerius dicam) etiam adhoc bonum dux & princeps humano generi fuit, Non enim alius q̃ ipſe mundũ exire nos docuit. ſupra mundum ſane doctrina & uita euangelica eſt, Sed ueluti inquit mũdus me odit: eodẽ & iſtos etiam pacto. Odit autem mundus Chriſtũ: quia uerbis Chriſti repugnat. & cũ uoluptati deditus ſit. admonitionẽ eius nõ recipit. Et quia diſcipuli Chriſtũ imitantur ipſi quoq; ſimiliter odio habẽtur/quoniam ab errore ac uoluptate ad Chriſtũ reuocant, Pro Chriſto deprecamur inquit Paulus: reconciliate uos deo. Sed poſtq̃ odio haberi a mundo illos docuerit: pro eis rogat dicens. Non rogo ut tollas eos de mundo: ſed ut ſerues eos a malo. Non enim a rebus humanis nec ab

1, Ad thi. 6

Ad ephe, 5

Ad gala, 6

1, Ad cori 4

2, ad cori, 5

hac uita anteq̄ cursum ministerii sui absoluerint / anteq̄ uirtute pietatis effulse=
rint / tolli sanctos uult: sed postq̄ uirtutibus rutilarint / & multos exemplo & do=
ctrina sua reduxerint / tūc ad supernam uocat ciuitatem / & in angelorū collocat
choris. Quare sanctorū etiam quidā ad deum canebat: ne reuoces me in dimi= Psalmus,
dio dierum meorū. Non enim indemne religiosis animis est: anteq̄ precipua di= 101
sciplina uiuendi confirmētur / nature concedere. Quare lex quoq; ipsa Mosaica Exodi.21.
in loco supplicii mortē citius dari docens: sepius consulit. ne pecces / ne ante tem=
pus moriaris, Preterea si sancti festinantius hinc abirent: nō paruo / infirmiores
in fide detrimento afficerentur. imo uero nullo modo ad pietatē instituerentur
doctoribus carētes. Quod nō ignorauit Paulus. melius inquit mihi est resolui & Ad phi.1.
esse cū Christo: sed propter uos permanere in carne necessariū est. Quare sine
luminaribus ac sole remanere homines in mundo noluit: ideo inquit non rogare
se ut tollantur de mundo / sed ut conseruentur a malo / uirtute omnipotētis dei
tentationū impetū superantes. Illud etiam notandū / quod doctrinā euangelicā
que a seipso constituta est: patris esse ait, idem enim ipse cū patre identitate sub=
stantie demonstratur, Quare non iniuria iudeorū populus ipsum audiens stu= Math.7.
pebant: qđ nō ut scribe / sed cum magna potestate docebat. Illi enim ubiq; quod
lex uolebat / exponere atq; interpretari se predicabant. Dñs uero noster Ihesus
Christus umbris figurisq; pretermissis: magna cum potestate dicebat. dictū est
ueteribus / nō mechaberis: ego aūt dico / nō cōcupisces. Nā quāuis nihil addendū Math.5.
legi / nihil auferendū scripture sit: abstulit tamē & addidit Christus / a figura in
ueritatē trāsponens, Nō erat ergo legi subiectus: id est in creaturis non cōputa=
tur. Qui enim creatura & seruus naturaliter est / illi conuenit ut legi subiiciatur
Sermo igitur patris: etiam Christi proprius est. ipse namq; est patris uerbum.
Quod cum in patre & ex patre sit: dei uoluntatis est enūciatiuum, Deum autē
cum dicimus: uerum & solum deum intelligimus / qui in patre & filio & spiritu
sancto intelligitur. Cap. XXIIII.

» E mundo non sunt: sicut ego non sum de mundo, sanctifica eos in
» ueritate, uerbū tuum ueritas est. ¶ Ostēdit rursus / perspicuumq;
facit pro quibus deum patrē rogat: ut intelligatur quorum media=
tor & pontifex in scripturis appelletur. Pro fidelibus enim & diligē
tibus eū si quicq̄ ut homines cōmiserint aut si tentationibus uexen=
tur: patrem adit ut mediator / & una cum patre dona dignis collargitur. Decet
enim id ab eo fieri: quia deus secundū naturā est. Habēt igitur inquit qui sermo=
nem tuum receperūt o pater / imaginem meam in ipsis fulgentem: qua tuo filio
conformes facti / imitatione ipsius / fluctus malignitatis mundane nauigant / ab
omni turpitudine huius uite alieni. propterea conserua eos in ueritate tua. Natu
ralis enim in Christo ac supra humanā rationē puritas est. nam cū deus uerus sit:
peccato subiacere non potest. imo uero fons est uirtutis atq; sanctificationis, In
discipulis uero ceterisq; fidelibus puritas / id est ne terrenis rebus maculētur: nō
aliter inesse potest q̄ per diuinā gratiā / que peccatorū maculas abstergens san=
ctificate uite splendorē afferat / non permanet tamē nisi uigilemus. Recte nāq; 1.ad cori.
Paulus ait: qui credit stare / caueat ne cadat. Semper enim fluctibus nostra condi 10
tio agitatur. semper diaboli malignitas uel iam probatos euertere conatur. cibi

Abacuc, enim eius electi sunt:ut quidam propheta ait.Cum igitur alienam a mundo uitã discipulis attestatus sit;eis substãtialis sue puritatis conformationẽ per imitationem seruari a patre rogat/quasi dicens. si uita mundi uiuerent o pater/si terrenis uoluptatibus inuoluti diabolo seruirent:non aggrederetur ille suos qui uiuẽdi turpitudine malignitatẽ eius sequerẽtur, Sed quoniã imitatione splendorem meũ moribus eorũ immittere studet:propterea diabolus eos persequitur.quare seruari eos uolo:neq; id absq; ueritate tua.Ego aute sum secundũ naturã tua ueritas/consubstantialis/uiuẽs atq; subsistens,Aciter autẽ animaduertere oportet in omnibus(ut uno uerbo dicam)quas patri attribuit operationes/sui quoq;
Ioan.1. ipsius coniunctim mentionẽ fieri.Quare uerũ esse illud ostenditur:quia omnia per ipsum facta sunt/& sine ipso factũ est nihil. Mox enim in nomine dato sibi/nunc autem in ueritate patris seruari eos uult, quid porro hec uerborũ uarietas sibi uult? quid aliud q̃ ut operationem patris in conseruãdis sanctis/uariam esse ostendat? Nã cum in nomine patris dicat:in gloria & uirtute deitatis liberari credentes confirmat,Qđ ipse aperiens ad Petrũ dicit.Simon Simon ecce sathanas
Luce,22. expetiuit uos/ut cribraret uos sicut triticũ: ego autem rogaui pro te ut non deficiat fides tua.nam pleraq; eorũ que ad nos pertinent occulte dispensantur:cum Christus nobis prouideat/uitamq; nostrã omnipotentia sua protegat, Cũ uero in ueritate seruari sanctos roget: splendore ueritatis ad cognitionẽ ipsius ueritatis deduci fideles docet. Nemo enim absq; illuminatione spũs ueritatẽ cognoscere poterit:nec diuina dogmata hũana uirtute assequetur,Excedunt enim mentem hominis nostra mysteria:ingensq; donũ est Christũ cognoscere. Vnde Pe-
Math.16. trus ille qui uere filium dei uiui Christũ fuit confessus: ilico audiuit.Beatus es tu Simon Bariona:quia caro & sanguis non reuelauit tibi/sed pater meus qui est in celis. Reuelat enim sanctis filium suum.qui cũ ueritas sit;nõ dimittit sathanam
1.ad thi.1. ad adulterũ sensum fidelũ mentẽ impellere.cui diuersis temporib? Himeneus & Alexander adherentes:naufragio fidei/ueritatis doctrinã perdiderũt.Ingẽs igitur donũ est in rectis cogitationibus & operationibus permanere; in nomine dei & in ueritate a patre cõseruatos.Sic enim nec agẽdo delinquemus/nec imperitia lõge a ueritatis dogmatib? excidemus, quod facile fiet si extra mũdũ facti: in mũdo natos esse nõ negemus.Ex limo eni &de terra sumus:sed qualitate operũ ac fide cõformitatẽ Christi assequimur,Cõsiderandũ aute est:q̃ apte modo sanctũ appellauit patrẽ,ita enim sanctis eum gaudere monet. Sãctum autẽ est: quod a sordibus mundi lõge abest,quod similiter in Christo (sicut etiã in patre) naturaliter inest,deforis aũt in sanctos aduenit; splẽdore uite sanctificationeq; gratie ad supernaturalem imaginem gratie reformatos. Cap.XXVI.

» Sicut tu me misisti in mũdum: & ego misi eos in mundũ,& ego pro
» eis sanctifico meipsum:ut sint & ipsi sanctificati in ueritate. ¶ Sanctum modo patre nominauit/& seruari discipulos i ueritate id est
Ioan.16, in spiritu suo rogauit,ueritas enim etiam spiritus secundũ Ioannẽ
Ab heb. est,ueritatis enim id est unigeniti filii spiritus est,Mississe aũt eos in
12 mundũ ait:ad imitationẽ sue missionis,Apostolus enim id est missus/& põtifex confessionis nostre;Ihesus secundũ Paulũ factus est. Ad apostolatũ igitur discipulis cõstitutis opus esse ille ait;ut a patre sanctificentur/spiritũ sanctũ mittẽt

per filium. Nunq̃ enim uere illo ſplendoris apoſtoli peruenisſent / ut totius orbis
fierent luminaria / nec tot tantaſq; diaboli tẽtationes uicisſent: niſi participatiõe
ſpiritus animũ armasſent, per quam ad mandatũ quod naturã hominis excedit
roborati: ad intelligẽdas rectẽ ſcripturas & eccleſie dogmata perducti ſũt. Vnde Actus. 1.
ſaluator cum poſt reſurrectionẽ in toto predicare doctrinã euãgelicã orbe illos
iuſſerit: id quoq; iuſſit ne a Hieroſolymis abeant / ſed expectent repromiſſionẽ Iohel. 2.
patris / quam ab eo & prophetis audierunt. Effundã enim dicit dñs in diebus illis
de ſpiritu meo in omnẽ carnem. Ipſe autẽ ſaluator multa uobis dicebat habeo di Ioan. 16.
cere / ſed non poteſtis ferre modo. Cũ autem uenerit ille ſpiritus ueritatis: dedu- Ioan. 14.
cet uos ad omnẽ ueritatẽ. Et rurſus, ego rogabo patrem: & alium paracletũ da-
bit uobis. Spiritus enim / dei patris proprius eſt: ſed nõ minus etiam filii proprius
eſt / non ut alius atq; alius ut diuiſim in utroq;. ſed quoniam ex patre & in patre
filius eſt / cum ſit fructus ſubſtantie eius: propriũ patris ſpiritũ ſecundũ naturã
poſſidet, qui profunditur quidẽ ex patre: per filiũ autem creaturis donatur, nõ
miniſterii modo: ſed ſicut mox dixi / ex ipſa quidẽ ſubſtantia dei patris prodiẽs /
profuſus autẽ ad ſanctos per conſubſtantiale uerbũ / a quo eſt ſecundũ emiſſio-
nem ad eſſe atq; ſubſiſtere. manetq; in ipſo: & eſt ſemper coniunctim ſimul atq;
diuiſim. Subſiſtere enim filiũ dicimus: & in ſpiritu ſuo eum eſſe / & ſpiritũ rurſus
in eo cõfitemur, Q̃d autem ſpiritus patris: filii quoq; ſpiritus eſt / quodq; cum a
patre ſanctis diſtribuatur / a filio quoq; propter identitatẽ ſubſtantie cum patre
diſtribuitur / & quod omnia que pater agit: per filiũ agit / apertiſſime ipſe decla-
rauit dicens. Conducit uobis ut ego abeam. niſi enim ego abiero: paracletus non Ioan. 16
ueniet ad uos. cum uero abiero: mittã illum ad uos. Hic enim ſe miſſurum liqui-
do pollicitus eſt. & alibi, & ego inquit rogabo patre: & aliũ paracletũ dabit uobis
Q̃uoniã igitur inquit ad imitationẽ miſſionis mee in mũdum / diſcipuli mei qui Ioan. 14.
meis uerbis inherent mittũtur: ſerua eos pater ſanctẽ in ueritate / id eſt in uerbo A
tuo. in quo & per quod ſanctificans ſpiritus & eſt / & procedit. Sed que in his uer T
bis ſaluatoris intentio eſt: ſanctificationẽ in ſpiritu & per ſpiritũ ad nos ex patre O
deriuabat: & quod erat in initio quãdo a deo creati fueramus / id ipſum renouat. N
Hec autẽ dicimus: quia mediator eſt Chriſtus / & harũ rerum omniũ ut dei filius
author. Sed ne obſcuritate iſta tegantur: latius dicenda uidentur. Alimo igitur Geneſis.
terre formatũ hominẽ a deo / Moſes ſcripſit, Et quomodo animatus fuit docens, 2
inſpirauit inquit in faciem eius ſpiraculũ uite. ita non abſq; ſanctificatione ſpiri-
tus animã homini datam ſignificat: nec a diuina natura penitus deſtitutã. Nunq̃
enim ad ſupreme nature imaginẽ humilitas noſtra conſcenderet: niſi a ſpiritu /
uoluntate uidelicet patris / pulchre conformaretur. Quoniã enim imago exqui- Ad ro. 8.
ſita unigeniti ſpiritus eſt / ut ait Paulus (quos enim inquit preſciuit: hos & prede-
ſtinauit conformes imaginis filii eius) eos in quibus habitat cõformes reddit ima-
gini patris id eſt filio. ſic uniuerſa per filiũ ad patrem ex quo eſt / in ſpiritu redu-
cuntur. Renouari ergo ac reformari quodam modo ad imaginem primã partici
patione ſpiritus naturã hominis rogat: ut primã illam gratiam induti / peccatum
quod in hoc mundo regnat / ſuperare poſſimus / charitati diuine inherentes / &
uirtuti toto animo ſtudentes. ut carnis lege ſuperata: pulchritudinẽ imiſſe nobis
imaginis inuiolatã ſeruem⁹. hec eni eſt uita ſpiritalis: hec eſt chriſtiane religionis

uirtus,Sed breuiter iterū repetamus priſcū humani generis donū:id eſt quomodo ſanctificationē ſpiritus & diuine nature participationē / ut in primitiis ſuſcipientiū diſcipulorū Chriſtus ad nos reuocat,Sed quoniā uerū eſt quod trita conſuetudine dicitur:oportere agricolā primū de frugibus guſtare(oportuit enim cum ipſe propter ſimilitudinē noſtrā in multis fratribus ſit primogenitus:originem eſſe ipſum & ianuam & uiam nobis ad omne bonum propterea neceſſario ſubiunxit/& pro eis ego ſanctifico meipſum. quod tā intellectu q̄ explicatu difficile nimiū eſt.Sed qui uniuerſa illūinat & profunda de tenebris educit:hoc quoq; nobis myſteriu declarabit. Sāctif cari ſecundā legalē cōſuetudinē dicitur:quod ut ſacrum deo ab hominibus offertur.quēadmodū & omne primogenitū uuluā aperiens in filiis Iſrael,Sanctifica enim inquit omne primogenitū:id eſt tribue ac deſcribe tanq̄ ſacrū.Nō enī audiendus eſt:ſi quis dicet ſanctificationē imponere primogenitis Moſis iuſſū fuiſſe,Nulla enim creatura hoc facere poteſt:ſed ſoli deo attribuit.Vnde cū ſeniores ſāctificare deus uellet:manifeſte dixit ablaturū ſe de ſpū Moſis & daturū electis de ſenioribus, Participatiōe nāq; ſpūs ſanctificare.ſupreme tantūmodo nature opus eſt,hanc ſanctificandi ſecundū legem ſignificatione:perſpicuā Solomon facit dicens,Laqueus uiro eſt cito ſuorū aliquid ſanctificare.ſequitur enim penitentia plerūq; poſt uotū.Ita ſanctificare:offerre quicq̄ deo ſecundū legis cōſuetudinē ſignificat. Pro nobis igitur Chriſtus ſe ſanctificauit,obtulit nepe ſe ipſum deo patri ut ſanctā hoſtiā:mundū ei recōcilians/ & lapſum genus humanū in amicitia eius reſtituens. ipſe enim eſt pax noſtra ut ſcribitur,Preterea reductio generis noſtri ad deum: non aliter per ſaluatorem Chriſtū facta eſt/q̄ participatione atq; ſanctificatione/ſpiritus. Spiritus enim eſt qui nos deo coniungit: cuius participes facti / ſupreme nature participes reddimur/ipſum quoq; patrē in filio & per filiū recipientes, In hoc inquit Ioannes ſcimus quia in Chriſto manemus & ipſe in nobis:quia de ſpiritu ſuo dedit nobis,Et Paulus.quando inquit filii eſtis:miſit deus ſpiritu filii ſui in corda ueſtra clamantem abba pater,Nam ſi expertes/ſancti eſſemus ſpiritus:nunq̄ deus eſſet in nobis,ſi ſpiritū nō haberemus per que in filios dei adoptamur:nullo modo eſſemus filii dei,nunc autē participes ſupreme nature & tēpla dei ſumus.Pro noſtris enī peccatis unigenitus dei filius homo factus:ut ſacram hoſtiā in odorem ſuauitatis deo patri ſeipſum obtulit,ut cū e medio ablatum ſit/quod a deo nos ſeparat id eſt peccatū:nihil nobis impedimento ſit quin ſi uoluerimus deo adhereamus/ac participatione ipſius per ſpiritū ſanctū fruamur/reformātes nos ad iuſticiam/ad ſanctificationē & ad imaginē primam.Nā ſi peccatū a deo diſſeparat:iuſticia certe coniūget/ac nullo quodā modo intermedio deo nos aſſiſtere faciet. iuſtificati autē ſumus per fide in Chriſtū qui pro peccatis noſtris traditus eſt/ut ſcribitur:& reſurrexit ut nos iuſtificaret. Tota enim in eo ut in primitiis ad nouā uitā natura hominis reparata:ad priſtinā conditione & ſanctificatione cōſcendit, Sāctifica igitur eos in ueritate tua/id eſt in me pater ait,uerbū enim tuū id eſt ego: ueritas eſt.Sāctificauit aūt ſeipſū pro nobis.id eſt obtulit/cū pro uniuerſis unus mortuus ſit ut oīes ad nouā uitā reformaret/ut ſancti ſint in ueritate id eſt in Chriſto,Sed iam hoc loco ita expoſito: nō eſt inutile tā nobis q̄ ſtudioſis aliū etiā ſenſum & aliā uiam ingredi. Pro nobis igitur ſāctificare ſeipſum dicit:ut & nos

2,ad ti,2. Ad roma 8

Exodi. 34

Exodi,13

Nūeri.11,

Prouer. 20

Ad ephe. 5

Ad ephe. 2

1.Ioan.4.

Ad ga.4

Ad ro.5,

Ad ro,4,

ſanctificati ſimus in ueritate, Sed quō ſanctificatur: qui naturaliter ſanctus eſt? Age rurſus dogmatibus eccleſie inherentes / ac rectā fidei regulā non pretereuntes (quantū in nobis ſitū eſt) ſpeculemur. Cū deus natura unigenitus ſit: exinaniuit ſeipſum factus homo ex muliere. Naturā enim noſtrā abſolutiſſime abſq; peccato / ineffabiliter ſponte ſibi coniūxit, ut eam in ſe primo & per ſeipſum ad priſtinā pulchritudinē reſtitueret / utq; celeſtis ipſe homo & Adā ſecundus / primus oim in noua uita incorruptiōe uidelicet in iuſticia & ſanctificatiōe ſpiritali cōſtitutus / cūcta per ſe ipſum bona generi nr̄o imittat. Ita q̄uis ſcd̄m naturā ipſe uita ſit: mortuus tamē eſt ut in nobis noſtra morte deſtructa / ad ſuā nos uitā reformaret. Cūq; ipſe ſit iuſticia dei patris: peccatū propter nos fact⁹ eſt. ipſe nāq; (ut ait propheta) peccata noſtra tulit / & reputatus cū iniquis: cirographo qđ aduerſus nos fecimus p̄ cruce ſuā laniato / nos iuſtificauit. Cū igitur ſanctus natura ſit ut deus / cūq; ipſe ſanctificationē ſpiritus creaturis immittat / efficiatq; ut creatura & ſit & duret in ſancto ſpiritu: propter nos ſanctificatur / non ab alio id acquirens / ſed ipſe ſue carni ſanctificationē immittes. Ita ſpiritū ſibi ipſi ut deus prebet: & ut homo accipit. quod non propter ſeipſum: ſed propter nos fecit, ut ex ipſo & in ipſo primo recepta ſanctificationis gratia: ad totum genus tranſiret Nam quemadmodū preuaricatiōe primi hominis / ut in primitus generis noſtri morti addicti ſumus in ipſo primo audiētes / terra es & ad terrā reuerteris: eodē & arbitror modo per obedientiā & iuſtitiā Chriſti inquantū legi ſeipſum ſubiecit / q̄uis legis author eſſet benedictio ac uiuificatio que per ſpiritū eſt / ad totam noſtrā penetrauit natura. Nā qđ per peccatū corruptū eſt: idipſū ſpūs ad incorruptionē reformat, & ad nouā uitam reſtituit: qđ interitū ex negligētia paſſum eſt. Quō igitur qu ſpiā dicet fortaſſis / participatiōe ſāctificatus fuit / cū ſanctus ſecundū naturā ſit? quō qui celeſtibus atq; terreſtribus ſpiritū ſuū largitur: ſibi quoq; largiri dicitur? Difficilia hec ſunt & omnino inſolubilia: ſi dei uerbum per ſeipſum ſanctificata carne nudū / conſideres, ſin uero ineffabilem unionem eius cū natura nr̄a memorie habebis: oīs confeſtī ex animo tuo longe abibit turbatio Nam cū credas deum ſimul & hominē eſſe filiū: que hominē decent / ea etiā ſi ad unā eandemq; perſonā unigeniti cōfluant / abſurda tamē non uidebūtur. Nōne alienū penitus queſo a uiuificante uerbo mortē putabimus: paſſus tamen id carne creditur / que mortis ſuſceptibilis eſt, & ipſum dicimus fuiſſe mortuū qm̄ ut homo mortuus fuit, Progrediaris igitur eade uia in ſanctificandi rationem. An forte putas: ſecundū naturā / etiā ſi ſāctificationē diuinitus nō accepiſſet / corp⁹ dn̄i ſanctū fuiſſe? Et quonā modo id fieri poteſt: aut q̄ differentia eſſet inter carnē terreſtre & ſubſtantiā q̄ ſcd̄m naturā ſanctificatiua eſt? Qđ ſi uerū eſt / ſicuti certe eſt nullī qđ ex nihilo productū eſt ſanctificationis fructū p̄ naturā habere ſed hāc gratiā ab eo acquirere q̄ natura ſctūs eſt: quō nō erit abſurdū nō indiguiſſe ſā ̄tificatiōe dei carne dn̄i putare? Qm̄ ergo caro Chriſti nō natura ſctā: ſāctificata in C riſto eſt a uerbo dei qđ habitat i ea / quodq; templū ſuū p̄ ſpiritū ſuum ſan ̄tificauit & ad ſanctificatione ſue nature traduxit propterea de celo ad eum ſpūs ſanctus in ſp cie colūbe deſcēdit ut Ioānes teſtatus eſt: ut diſcamus in primu Chriſtu ſpiritū ut in homine ſanctificationis ſuſceptibilem / ad noſtre renouatione nature deſcendiſſe, Nec dicimus tunc ſecundu carne ſanctificatū

Eſaie. 53.

Ad coloſ. 3

Ioan. 1.

fuiſſe Chriſtū: quādo baptiſta in ſpecie colūbe deſcedentē ſpiritū uidit. ſanctus
Luce.1, enim etiā in utero matris fuit, Vnde ad uirginē quoq; dictū eſt, ſpūs ſanctus ſu-
perueniet in te/& uirtus altiſſimi obūbrabit tibi. ſed in ſignū/ baptiſte hoc datū
fuit. Arbitramur aūt carnē dñi per ſpiritū fuiſſe ſanctificatam ſimilitudine alia-
rum creaturarū/proprio templo a filio dei peruncto: ſicut pſalmiſta quoq; uni-
Pſalmus, geniti perſonā cū humanitate conſiderans clamat, propterea unxit te deus deus
44 tuus oleo leticie pre conſortibus tuis. Nā cum filius ſuum templū perūgat: pater
qui omnia per filiū facit/ id quoq; peragere dicitur. ad quē omnia que filius agit
referuntur: radix enim & fons filii eſt, Non eſt igitur mirū/ q̄uis natura ſanctus
ſit: ſanctificatū tamen eſſe profiteri. cū ſcriptura (q̄uis natura deus ſit) deū tamē
Ioan.20. eius nūcupet patrē: que oīa hūane nature tribuētes/nō errabimus, Nā quēadmo
dū ut homo mortuus eſt cū ſit natura deus/ quēadmodū ſubiugo fuit cū ſit dñs
omniū/ quēadmodū patrē deum appellat ſuum cū ipſe ſit deus: ſic propter nos
ſeipſum ſanctificat/ut ab eo ad nos ſanctificatione redundante/ipſo ſanctifice-
Ioan.16. mur in ueritate/id eſt in ſpiritu ſancto, nam & ſpiritus ueritas eſt/iuxta Ioannē.
Non eſt enī aliud a filio ſpiritus ratione ſubſtātie: qui & in eo eſt & per eum pro-
cedit, Miſſum aūt ſe in mundū dicit a quo nunq̄ abfuit. erat enī in mūdo inquit:
A & mūdus eum nō cognouit. nō aliud per miſſionē intelligens: q̄ qđ homo factus/
T ſpirituq; peruncto/prophetici ſimilitudine miniſterii: magni fuit cōſilii angelus
O Ad imitationē autē ſuam ordinatos/ miſſoſq; a ſe diſcipulos euangelicam & ce-
N leſtem doctrinā mundo predicaturos indigere ait neceſſario: ut in ueritate ſan-
ctificentur/ut poſſint ſui miniſterii curſum abſoluere. Cap.XXVI.

» NOn pro his tantū rogo/ſed etiā pro eis qui crediturí ſunt per uerbū
» eorū in me: ut omnes unū ſint: ſicut tu pater in me & ego in te. ut &
» ipſi in nobis unū ſint: ut mūdus credat quia tu me miſiſti. ¶ Initiū
reparandorū in nouā uitā/ & primus homo celeſtis/ Chriſtus fuit.
1.ad cori, ſecūdus enim Adam dñs eſt de celo/ut Paulus ait. idcirco dicebat.
15 nemo aſcendit in celū niſi qui de celo deſcendit filius hominis. initio autē & origi-
Ioan.3, ni multo propinquiores: qui primo electi/ſequendi Chriſtum dignitate decorati
ſunt, qui gloriam eius oculis uiderūt: qui ei ſemper inherentes cōuenienteſq; ſa-
lutis precepta in animis ſuis congeſſerunt, merito igitur poſt caput omniū pre-
cioſiſſima ipſi corporis mēbra effecti ſūt, Ad quos benedictionē ſpiritus a patre
petiit per ſeipſum dādam: ut in ſuperioribus dictū eſt. Verū ne quis ex leuitate
aut ex malicia putaret ad diſcipulos ſolūmodo Chriſti ſpiritū a dño petitū/ nihil
uero de nobis q̄ poſt illos ſumus/a pōtifice mediatore q; animarū noſtrarū dictū
eſſe: neceſſario ſubiecit non de illis ſolūmodo ſe rogare/ ſed de credentibus etiā
in eum per predicationē illorū, Abſurdū enim eſſet certe atq; incongruū/ ſi cū
unius primi hominis peccato uniuerſum genus condemnatū eſt: nō ſimiliter per
iuſticiam Chriſti uniuerſa iuſtificaretur natura, Nam quemadmodū terreſtris
A de imago/peccato & ſordib⁹/infirmitate/uoluptateq; carnis/ interitu deniq;
atq; morte cognoſcitur: ſic celeſtis A de imago/uita incorruptibilitate/& ſancti-
ficatione ceteriſq; huiuſmodi perſpicitur. Nō erat autem poſſibile ad pulchritu-
dinem nos priſtinā reduci cū ſemel reformati fuerimus: niſi deo coniūgeremur.
ſic enī a b initio fueramus decorati, Coniūgi uero deo nemo aliter q̄ ſancti ſpūs/

Cap.XVII.

participatione poteſt / propriã nobis ſanctificationẽ immittẽtis / & ad uitam ſuã interitui ſubiectã naturã hominũ reformãtis, imago eni ſincera patris / filius eſt. naturalis aũt ſimilitudo filii / ſpũs & creditur & eſt. idcirco cũ in ſe animã hominis reformet: diuinã in ea imaginẽ imprimit, Dñs igitur noſter Iheſus Chriſtus / nõ de duodeci ſolũ diſcipulis / ſed de oibus qui crediturí diuerſis temporibus per doctrinã euangelicã in eum fuerant / rogat: & petitionẽ hanc ſuam perſpicuã nobis eſſe uoluit / ut ex hoc diſcamus per quã iuſticie ſemitã ad ſeruanda precepta eundũ ſit. Quis igitur eſt iſte petitionis modus? ut inquit unũ ſint: ſicut tu pater in me & ego in te / ut & ipſi unũ in nobis ſint, Charitatis ergo pacis & concordie uinculũ petit, quod ad tantam ſpiritalem credentes unionem perducat: ut naturalis conſubſtantialiſq; in patre filio atq; ſpiritu unionis ſimilitudinem imitetur. Nec tamen huius charitatis uirtus atq; connexus efficere unq̃ poterit: ut incommutabiliter in identitate ſubſtantie ita uniamur / ut modum unitatis diuine aſſecuti uideamur. Illa enim cũ naturalis & uera ſit: in ſubſtantie ratione inſpicitur, hec uero: unitatis habitũ imitatur, Quomodo enim ueritati primitiue per imitationẽ nos adequabimur? Nõ eni idẽ eſt ueritas & ueritatis imitatio: ſed q̃uis proportione atq; ſimilitudine equalitatem habere uideantur / diſtant tamen ingentibus differentiis, Quãdo igitur ad euertendã naturalem trinitatis identitatẽ / hunc locũ in mediũ hereticus affert / quẽadmodũ dicens nos non identitate abſoluta corporũ / nec an marũ alterius in alterã cõfuſione unum ſumus: ſed affectu charitatis / animarũq; ad ſeruanda mãdata dei cõſenſu / ſic & unum filius cũ patre eſt: repellamus ut imperitũ & impiũ, Quare ſic? quia que ſupra nos ſunt: ea conditionẽ noſtram ſequi & corporali neceſſitati ſubiici impoſſibile eſt. Nam ſi nulla inter nos & deum differẽtia eſſet: tunc recte illud diceretur, ſin uero infinitum caduca hec natura hominum a deo diſtat: nõ eſt poſſibile quaſi exactam regulam que noſtra ſunt ad deum tranſferre. nec decet que prima ſunt: poſteriorum conditione honorari / nec poſterioribus uirtutem primorũ ad unguem attribuere. Verum ne longiores eſſe uideamur: illud neceſſario dicamus, Cum Chriſtus per ſubſtantialem quam cum patre habet unitatẽ / quam ad imaginem concordie conſenſuſq; animorum in ſe gerit: modo ſimili uoluit nos quoq; inter nos conſubſtantialis uirtute trinitatis (q̃tum noſtre nature licet) uniri / ut duorũ populorũ ad unum perfectũ in Chriſto populũ concurſu atq; conuentu / unum totius eccleſie corpus intelligatur. ipſe namq; pax noſtra eſt / ut ait Paulus: qui fecit utraq; unũ. & mediũ parietem macerie ſoluens inimicitias in carne ſua: legẽ / mandatorũ ſuorum decretis euacuans, ut duos conuertat in ſemetipſo / in unũ nouum hominẽ faciens pacem: ut reconſiliet ambos in uno corpore deo / per crucem interficiens inimicitias in ſemetipſo. quod iam conſummatũ eſt, credentes enim in Chriſtũ: unum animũ conſenſu pietatis & credendi obedientia poſſidẽt Hec quidem aliena eſſe non arbitror: uerũ quoniam propoſiti textus uis / ſublimiora dicere cogit / ſaluator quoq; imitat dicens, ſicut tu pater in me & ego in te: ut & ipſi in nobis unum ſint, conſiderandum eſt: ſi ad unitatem conſenſus & uoluntatis / naturalem etiam inuenire poſſumus / per quam nos inter nos / & omnes deo colligemur, fortaſſis enim etiã corporali unione contungimur: licet adeo diſſeparati ſimus / ut unuſquiſq; ſeorſum & ſubſiſtat & circũſcribatur, Nam ſi

Ad ephe. 2

Petrus & Paulus unũ unitate in Chriſto ſint: Petrus tamen / Paulus non eſt. Age igitur cum trinitas unum natura ſit: cõſideremus quomodo etiam nos ipſi inter nos corporaliter / & cum deo ſpiritaliter unum ſumus. Ex dei patris ſubſtantia unigenitus prodiens / & totum in ſua natura genitorẽ poſſidens: caro factus ſecundũ ſcripturã eſt / ſeq; ipſum nature noſtre ineffabiliter cõiunxit atq; unuit. Qui enim natura deus eſt: uere homo factus eſt / non theophorus / id eſt deum in ſe per gratiam habens / ut myſterii uim ignorantes contendũt. ſed uerus deus ſimul & homo eſt, Sic que inter ſe plurimum ſecũdum naturam diſtant: in uno ſeipſo coniunxit / & nature diuine participes nos effecit. Cõmunicatio enim ſpiritus & (ut ita dicam) manſio / primũ in Chriſto fuit: & ab eo in nos penetrauit, cum homo factus: ipſe tẽplum ſuum proprio ſpiritu perunxit atq; ſanctificauit, Origo igitur & uia qua ſpiritu ſancto participamus / & deo uniti ſumus: Chriſti myſterũ eſt. omnes enim in illo ſanctificamur. Vt igitur inter nos & deũ ſingulos uniret: q̃uis corpore ſimul & anima diſtemus / modum tamen adinuenit / cõſilio patris & ſapientie ſue congruentem, ſuo enim corpore credentes / per communionem myſticam benedicens: & ſecum & inter nos unum nos corpus efficit Quis enim eos qui unius ſancti corporis unione in uno Chriſto uniti ſunt: ab hac naturali unione alienos putabit? Nã ſi omnes unũ panem manducamus; unum omnes corpus efficimur. diuidi enim atq; ſeiungi Chriſtus non patitur, Ideirco
Ad ephe. 5 etiã eccleſia corpus Chriſti facta eſt: & nos ſinguli mẽbra Chriſti ſecundũ Paulũ Vni enim Chriſto per corpus ſuũ coniuncti: quoniam in nobis illum qui eſt indiuiſibilis accepimus / ipſi potius q̃ nobis membra noſtra accommodantur. Quod autem eccleſia corpus a ſingulis hominibus tanq̃ membris compoſitũ / ſaluator
Ad ephe, 4 uero caput ſit; Paulus oſtendit dicens. Vt iam non ſimus paruuli fluctuãtes / nec circũferamur omni uento doctrine / in nequitia hominũ / in aſtutia ad circunuẽtionem erroris: ueritatẽ autem ſequẽtes in charitate creſcamus in illo per omnia qui eſt caput Chriſtus / ex quo totum corpus compactũ & connexum per omnẽ iuncturam ſubminiſtrationis ſecundũ operationem in menſuram unius cuiuſq; membri: augmentum corporis facit in edificationẽ ſui in charitate. Quã autem corporalis hec unio ad Chriſtum participatiõe carnis eius acquiritur: ipſe rurſus
Ad ephe. 3 Paulus de myſterio pietatis diſſerẽs teſtatur, Quod aliis inquit generationibus non eſt agnitũ filiis hominũ: ſicut nunc reuelatũ eſt ſanctis apoſtolis eius & prophetis in ſpiritu / eſſe gentes coheredes & cõcorpores / & compartícipes promiſſionis in Chriſto. Si autem omnes inter nos in Chriſto unum ſumus corpus / nec inter nos ſolum / uerum etiam cum eo qui per carnem ſuam ad nos trãſiuit: quomodo uniuerſi & inter nos & in Chriſto unũ nõ erimus? Chriſtus enim eſt huius unionis uinculum: qui deus ſimul & homo eſt, Sed de unione corporali ſatis: de ſpiritali autem eandem uiam ſequentes / dicimus: quia ſpiritu ſancto recepto & inter nos quodã modo & cum deo unimur. Nã q̃uis unicuiq; noſtrũ patris & ſuũ Chriſtus ſpiritũ diſtribuit: indiuiſibilis tamen ſpiritus eſt / & diſtributus ſingulis ſpiritus in ſe ipſo unit. & oẽs quibus diſtributio facta eſt: unũ in ſe ipſo efficit. Et ſicut uirtus ſãctiſſime Chriſti carnis unũ corpus facit participãtes: eodẽ arbitror pacto in quibus indiuiſibilis dei ſpirit⁹ habitauit / eos oẽs ad unitatem ſpiritalem conducit, ideo rurſum Paulus nobis ſcripſit, Supportantes inuicem in charitate:

ſoliciti ſeruare unitatem ſpiritus/in uiculo pacis, unum corpus & unus ſpiritus, Ad ephe. 4.
ſicut & uocati eſtis in una ſpe uocationis ueſtre. unus dominus/una fides/unum baptiſma/unus deus & pater omniũ qui ſuper omnes & per oñia & in omnibus nobis. Cũ enim unus in nobis habitat ſpiritus: unus uerus & pater omniũ per filium ſuũ in nobis habitat / adinuicẽ & ſecũ ſui participes ſpiritus uniens, Quod autẽ ſpiritui ſancto ſic uniamur: etiam hac ratione modo quodã percipitur, Nã ſi animalem uitam contẽpſimus/& legi nos ſpirituali ſubiecimus / noſtri dominũ in omnibus ſpiritũ facientes: perſpicuũ eſt ad aliam quaſi naturam nos trãſformari/cũ uiuendi animalitatis noſtre modũ fugientes/conformationẽ habitantis in nobis ſpiritus mirabilẽ ſuſceperimus / non ſolũ homines uerũ etiam dei filii ceſteſq; homines participatione diuine nature unũ effecti, Ergo in patre filio & ſpiritu oẽs ſumus unũ. unum autẽ dico habitudine atq; affectu: ut incipiẽtes dicebamus. unum pietatis cõſenſu unum ſancte Chriſti carnis communione, unũ unius ſancti ſpiritus participatione,

Cap. XXVII.

» EGo claritatẽ quam tu dediſti mihi: dedi eis/ ut ſint unum ſicut & » nos unũ ſumus. ego in eis & tu in me: ut ſint conſummati in unum. » & cognoſcat mundus quia tu me miſiſti: & dilexiſti eos ſicut & me » dilexiſti. Naturalem atq; conſubſtantialẽ cum patre unigenitus unionẽ habet: ex quo natus eſt uere/ & in quo eſt. unũ enim eſt cũ patre identitate ſubſtantie: q̃uis in propria ſubſiſtentia ſit. Verũ quoniã propter noſtrã ſalutẽ a ſua dignitate ac claritate quaſi exiuit (hoc enim ſignificat: exinaniuit ſeipſum) ideo accepit rurſus cũ carne claritatẽ ac gloriã / quam ſemper ut deus habet. Quoniam ergo templũ quod a uirgine accepit: q̃uis cõſubſtantiale deo patri nõ ſit/unitũ tamen ita cum uerbo eſt/ut ſua perſona cum eo ſit (unus enim Chriſtus: & unus filius eſt/etiam homo factus (idcirco unitatem cũ deo acceptiſſe dicitur: cum templũ ſuum quod a ſe deus non eſt/ unum cum deo uerbo factũ ſit, Et ut breuius dicam & clarius: quod templo ſuo datũ eſt/ſibi datũ eſſe unigenitus ait/datũ ſcilicet a patre per ipſum in ſpiritu. non enim aliã habet uiã modus unitatis cũ deo, Intelligitur enim in Chriſto unitate ineffabili caro ſancti ficata/abſq; ulla confuſione ad unitatem uerbi aſcendere: & per uerbum ad unitatem patris/habitudine quadam ſcilicet & non naturaliter, Hanc igitur inquit claritatẽ & gloriam pater quam mihi dediſti/que eſt ut tecũ unum ſim/dedi eis: ut ſint unũ ſicuti nos unũ ſumus. Vniuntur enim inter ſe fideles illis modis: quos iam expoſuimus. uniuntur autẽ etiam deo. & modũ ipſe ſaluator aperuit dicẽs, ego in ipſis & tu in me: ut in unum ſint cõſummati. Corporaliter enim filius per benedictionẽ myſticã nobis ut homo unitur: ſpiritaliter autem ut deus ſui ſpiritus gratia/noſtrũ ad nouam uitam & diuine nature participationẽ ſpiritum redintegrans. Nexus igitur unionis noſtre ad deũ patrẽ/Chriſtus eſt: nobis quidẽ ut homo/deo aũt patri ut deus/naturaliter unitus. Nõ erat enĩ poſſibile/corruptioni ſubiectã hominis naturã ad immortalitatẽ conſcẽdere: niſi natura immortalis atq; incõmutabilis ad eam deſcendiſſet/ ac cõmunione participationeq; ſui a mortalitatis noſtre terminis ad ſuum bonũ reformatos eleuaret. Conſummati ergo ſumus/ reductiq; ad unionẽ dei patris mediatione ſaluatoris id eſt Chriſti, filium enim dei natura patri unitum/corporaliter ſubſtãtialiterq; (ut dictũ eſt)

accipientes:clarificamur/glorificamurq;/ſupreme facti nature participes.Accipi autē nos ad dei patris unionē Chriſtus uult:ut tum hanc gloriā nature noſtre per ſe ipſum prebeat/tum huius gratie ui eos redarguat qui eum ex deo eſſe negant,Quādo igitur inquit per me tibi pater coniungentur; tunc mūdus cognoſcet quia tu me miſiſti / & quia eos etiam quos tibi per me coniunxiſti / ſicuti me ipſum amauiſti, Nam qui Chriſtū ut hominē claritate atq; gloria deitatis donauit/nobiſq; poteſtatē fecit ut gratia hoc acquirere poſſim⁹; quomodo equali nos mēſura charitatis non amat? Nemo autē propter hoc mentis cōpos turbabitur, perſpicuū enim eſt:nullo pacto ſeruientē naturā cum dño ſuo poſſe contēdere/ nec equali menſura creaturā & filiū deus ſuum amabit.uerūtamen filius dei qui ante ſecula a patre amatur:amari cepit ut homo/quod non ſibi ſed nobis acquiſiuit.Quemadmodū ergo reſurrectionis ac glorie ſue conformes erimus/& primum in Chriſto renouati ſumus:ſic & amoris(ut ita dicā)conformitatē in Chriſto accepimus,mirari ergo debemus diuine nature benignitatem: que creature que ſibi propria ſunt communicare dignetur. Cap.XXVII,

» PAter quos dediſti michi:uolo ut ubi ego ſum & illi ſint mecū, ut uideant claritatē meam:quam dediſti mihi/ quia dilexiſti me ante cōſtitutionem mundi, ¶Cum pro diſcipulis imo uero pro uniuerſis rauerit/charitatēq; patris / unionē ac ſanctificatione petierit:iſta ſubiunxit.ut nō alios ſecum futuros gloriamq; ſuam uiſuros q̄ eos oſtendat:qui per ipſum patri conūcti/eo amore diligūtur/quo ipſe quoq; amari precipitur,Diligimur enim ut filii:ad ſimilitudinē filii naturalis.Nam etſi non equali menſura:tamen exquiſita imitatio rei / ueritati quodam modo exequari uidetur.uolo igitur inquit ut qui per illuminationem fidei mihi abs te dati ſunt: mecū ſint & gloriā meam uideāt, Que autē oratio q̄ ſuaue ſit eſſe cum Chriſto explicabit? ineffabilia certe ſunt; nec oculus unq̄ uidit / nec auris audiuit/ nec in cor hominis aſcendit/que deus preparauit diligentibus ſe. Quid enim maius q̄ eſſe cū Chriſto? melius eſt reſolui & eſſe cū eo: ut Paulus ait, Quibus ille uerbis etiā huic uite/dignitate amicorū dei p̄poſuit:q̄ eſt(ut alibi teſtatur)eſſe cū Chriſto,Reſurgēt enī mortui ait:& nos ſimul cū illis rapiemur in nubibus obuiā dño in aera/& ſic ſemper cum dno erimus.Saluator etiā alibi/ uado inquit:& preparabo uobis locū,& iterū uenīā:& accipiam uos mecu.ut ubi ſum:& uos ſitis.Aut enim minus curioſe ſuperiores his uerbis māſiones ſignificari dicemus: aut locū eundem cum Chriſto nobis dari propterea putabimus / quia magna ſit honoris ſimilitudo.Conformes enim erimus glorie ſue:cōregnabimuſq; ſecum ſ-cundū ſcripturas,unaq; recūbemus cū eo in regno celorū:modo quē ipſe ſcit.Sed pluribus hoc cōprobare non eſt opus:perſpicuū enim eſt,quare illud cōſideremus;ut gloriā inquit uideant meā,Non prophani/nō peccatores nō qui diuina mādata contēnūt:ſed ſoli ſancti gloriā Chriſti uidebūt,Tollatur inquit impius ne uideat gloriam domini.& beati mundo corde: quia ipſi deum uidebunt. Qui uero alii mūdi corde ſūt:niſi qui deo per filium in ſpiritu cōiuncti/omnes uoluptates carnis ſpreuerunt/& hanc uitam quaſi negantes/ſecundū uoluntatem ſpiritus ſoli Chriſto itegre uixerūt? Talis erat Paulus qui ex nimia puritate cordis dicere nō dubitauit,Chriſto ſe crucifixum/nec iam ſe uiuere ſed Chriſtū in eo,Aliū etiam

1,ad cori. 2 Ad phi,1. 1,ad theſ. 4 Ioan,14, 2,ad thi,2 Eſaie,26. Math.5, Ad ga.2.

quendam ſanctorũ canentem audio. cor mundum crea in me deus:& ſpiritum
rectũ innoua in uiſceribus meis. redde mihi leticiam ſalutaris tui:& ſpiritu prin Pſalmus.
cipali confirma me.ne proiicias me a facie tua:& ſpiritum ſanctum tuũ ne auſe- 50
ras a me. Leticiam enim ſalutaris/ ſpiritũ appellat: qui gaudiũ eternũ largitur,
cuius pricipatu ac ductu mundanas perturbationes ſuperamus: qui ueri ſaluta-
risid eſt Chriſti ſpiritus eſt,Ita multis modis ſpiritum appellauit,cũq; cor mun-
dum dixiſſet:ſpiritũ rectũ ilico nominauit.Peruerſo enim corde obliquoq; ſũt:
qui nondũ deo coniuncti ſunt / nec participationẽ benedictionis Chriſti per ſpi-
ritum habuerũt.Precipuã ergo ſuis dare gratiam uoluit:ut ſecum ſint/ut gloriã
eius uideant,Ante autem conſtitutionẽ mundi/diligi ſe ait:uirtutẽ huius myſte
rii antiquiſſimã oſtendens.Preſciuit enim deus modũ ſalutis noſtre:que media-
tione Chriſti cõſummata eſt,cuius cognitio nõ ab initio data hominibus eſt: ſed
lex primo per figuras/illam tenuiter obũbrabat, Gratia uero ſaluatoris in tem-
pore oportuno diuinitus reſeruata eſt.Huius rei cognitio: & iudaicum ſuperci-
lium qui legi ſemper inherẽt maxime deprimit(nulla enim cura de figuris faciũ-
da eſt:cum ueritatis radii fulgeãt)& eos euertit:qui uirtutem noſtri myſterii re-
centi patris conſilio excogitatam arbitrantur:Quẽ errorem Petrus quoq; oſtẽ- 1,Petri,1.
dit:dicens de Chriſto quia preſcitus quidẽ fuerat ante conſtitutionẽ mundi ma-
nifeſtatus autem in ultimis ſeculi temporibus, Datam autem ſibi gloriã a patre
dicit/diſcipulos quoq; datos & imperiũ ſibi:non ut deo ſed ut homini/ qui nichil
horum habet natura/intelligendum eſt. Cap.XXIX.

» DAter iuſte mundus te non cognouit:ego autem te cognoui:& hi co
» gnouerũt:quia tu me miſiſti, ¶Cum pater:ſanctus/ immutabilis/
creator/multiſq; aliis poſſit a Chriſto appellari nominibus: non eſt
abre conſiderare/cur iuſtum precipue ac ſolũmodo hic nominaue
rit.inutile nãq; arbitror:hec in diuina ſcriptura paruipẽdere.Quã-
do igitur ſicut mediator pro nobis ut uoluntate patris ſanctificaremur interce-
debat:pater dicebat ſancte/conſerua eos in ueritate, ueritatẽ non aliã intelligẽs
q̃ ſpiritum ſuum:per quem ad ſimilitudinem ſuam ineffabili uirtute animas no-
ſtras reformat.per quẽ nos inuicto robore firmans: ad curſum uirtutis omni la-
bore contempto inuitat.per quem diaboli artes &uoluptatẽ mundanã ſuperare
nos facit,Qui enim ſignati ſemel ſpiritu ſunt/qui arrabonẽ gratie in animo ac-
ceperũt:uirtutẽ ex alto induti/fortiſſimi ſunt.Vt igitur hec bona acquirere/ adi
piſciq; poſſemus:ſanctificationẽ a patre nobis petebat.Nũc autẽ illud(ut ego pu
to)ſignificare uoluit.dixit iam/& ego clarificationẽ quã mihi dediſti dedi eis: ut
ſint unũ ſicut nos,unũ ſumus.& dilexiſti eos:ſicut me dilexiſti, & quos mihi de-
diſti:uolo ut ubi ego ſum/& ipſi ſint mecum. Et poſt hec omnia iuſtũ patrem ap
pellauit:ualde ut ego arbitror conſequenter.Voluntate nãq; patris factus homo
filius eſt:ut natura hominũ per ſpiritum ſanctificata & deo coniuncta/ in ſupe-
rioribus habitet manſionibus,Creatus enim homo eſt ab initio non ad malũ ſed
ad bonum,Ad improbitatem autem / diaboli artificio depulſus: nõ iniuria a iu-
ſto patre releuatur/& a peccatis deterſus ad primam imaginem reparatur.Iure
autem etiam qui uiolare imaginem dei auſus eſt id eſt diabolus:plectitur,Quod
enim ſupplicii genus illi non cõuenit:qui aduerſus deũ tot/ tãtaq; aggreſſus eſt?

Pater igitur iuſte inquit: iuſtus tu es atq; bonus/& iudicia tua recta ſunt/qui me
Pſalmus. uere filium tuũ ad renouationẽ hominũ miſiſti, mundus uero talẽ te eſſe non co
118 gnouit. Nam ſi cognouiſſet/ ſi tam benignũ iudicium tuum intellexiſſet: cucurriſſet ad ſaluantẽ & ultro te adoraſſet. Hec ad patrem dicebat: quaſi gratias pro nobis agens/quoniã per iuſticiã ſuam ſalutem cupiditate lapſis attulit/ & diabolum condẽnauit. Et mundus quide/id eſt qui euangelice predicationi aduerſan-
2. ad cori. tur: non cognouerunt patrẽ eſſe iuſtũ. Excecauit enim (ut Paulus ait) deus ſeculi
4 huius/infidelium mentes: ut non fulgeat illuminatio euãgelii glorie Chriſti, Diſcipuli uero ſui hoc ipſum probe cognouerunt, Magnas ſane eis attribuit laudes qui caduca omnia contẽpſerunt/ut iuſtũ patrem cognoſcerẽt, quo cognito: filiũ quoq; certe cognouerunt, Si ergo mundus ignoraſſe patrem accuſatur/diſcipuli autẽ non ignoraſſe dicũtur: non eſt ambiguũ illos ex mundo nõ fuiſſe. Chriſti
Ad ga. 6 enim fuerunt: qui ex mundo non eſt. Vnde Paulus quoq; ſcribit. Per quem mihi mundus crucifixus eſt: & ego mundo. Extra mundũ aute fuiſſe diſcipulos aſſerimus: non loco/qui ut luminaria in mundo ſplendent/ uerba uite predicãtes ſed quia in terris celeſtem uitam uiuebant/& carnis cupiditate ſuperata/imo autem
Pſalmus, omni protecto uicio ad ſublimẽ atq; diuinam uirtutẽ progreſſi ſũt, ut in pſalmis
46 legitur, qm̃ dii fortes terre uehemẽter eleuati ſũt, Fortes enim propter deũ/terrenis oibus ſpretis / ad ſuperiora nimiũ animo eleuati ſunt. hoc enim ſignificat: uehementer eleuati ſunt. Mũdus igitur inquit iuſtũ te patrẽ ignorauit: ego autẽ noſcens (conſiliũ enim & ſapientia tua ſum) a naturali mea deitatis gloria meipſum exinaniui/& paupertatẽ humanam aſſumpſi, ut ſecundũ uoluntate tuam: lapſum a coniunctione noſtra genus humanũ ſeruarẽ, quod quidẽ mũdus ignorauit, diſcipuli autẽ mei cognouerunt/uereq; intellexerunt quia tu me miſiſti: id eſt quia tua uoluntate ueni ſalutem periclitantibus afferre, Cap. XXX.

» ET notum feci eis nomen tuũ: & notũ faciam, ut dilectio qua dilexiſti
» me: in ipſis ſit/& ego in ipſis, ¶ Tam a ſe q̃ a diſcipulis cognitũ eſſe patrem oſtendit. ac ne aliquis putet eodem modo ipſum & diſcipulos patrẽ cognouiſſe: quanta ſit differentia/ uerbis ſuis aperte patefecit. Nam ipſe quidẽ reuelat ac docet: diſcipuli uero docẽtur. Verbum enim & conſiliũ & ſapientia patris cum ſit: profunda genitoris naturaliter nouit. ſicut & mens humana: ea que in ipſa ſunt ignorare non poteſt. Diſcipuli uero nõ a ſe/ſed per ſpiritũ filii illuminati: patrem intelligere potuerũt, Aptiſſime igitur dixit: quia feci & faciã nomen tuum ipſis notũ. Sed animaduerte oro: quomodo una eademq; patris ac filii operatiõe deus cognoſcitur, Reuelat patrẽ
Math. 16. filius: ſed non minus pater etiam filiũ reuelat, Beatus es inquit es tu Simon Bariona: quia nec caro nec ſanguis ſed pater meus celeſtis tibi reuelauit, Reuelauit autẽ illud quod Petrus tunc cõfitebatur: quia ipſe ſit Chriſtus filius dei uiui, nũc uero ipſe de ſe aſſerit: quia nomẽ patris notũ diſcipulis fecerit, Nunq̃ enim ceſſauit myſterii ſui uirtutẽ unigenitus reuelare: ſed tunc quidẽ diſcipulis/nunc autẽ unicuiq; illuminationẽ ſpiritus inſerens / ad cognitionẽ que uires humane mẽtis excedit/diligentes eum deducit. Cur aute & tunc diſcipulis & poſtea ceteris notum & fecit & faciet nomen patris: ut inquit dilectio qua me dilexiſti: in ipſis ſit/& ego in eis. Qui enim ſincere deum patrẽ nouerũt/& Chriſti myſterii exqui-

ſite perceperunt:ad ſimilitudinē filii / a patre diliguntur / abſolute uidelicet atq; perfecte,ſic enim filius a patre diligitur,Propterea ipſe Chriſtus per ſanctū ſpiritum in illis habitat coniūctione ſpiritali:per ſeipſum / deo illos patri coniungēs / qui ſincere patrem & uerbum eius cognouerūt,Manifeſtauit autē nobis nomen patris:cum filiū ſe eſſe docuerit:qui enim patrē cognouit:is filium ignorare non poteſt,quod recurrere ſimiliter neceſſarium eſt.Quod ſi ita eſt / nec alter abſq; altero intelligitur:quomodo(ut quidam impie dicunt)creatura filius erit? filium enim ſi quis nominat:patrē ilico animo uoluit.creaturā autē ſi nominat: ad creatorem mentem reduxit.Quare cum filius patrem deum appellet:non creaturā ſed genimen uere ſe nouit, Nec debemus turbari: ſi filiationis nomen de nobis quoq; dicitur.natura eni ille filiꝰ eſt:nos uero adoptiōe per gratiā honorati unde nō filios ſolū / ſed deos plerūq; hoīes a ſcriptura nūcupari uidemus.Cap.XXXI. Pſalmus, 81

Nec cum dixit Iheſus: egreſſus eſt cū diſcipulis ſuis trans torrentem Cedrō,ubi erat ortus:in quem introiuit ipſe / & diſcipuli eius. ¶ Cū diſcipulos doctrina ſua illuminauerit / & ad uirtutē rectamq; uiuēdi diſciplinā inſtituerit / ac deniq; ſpiritalē eis gratiam pollicitus fuerit / & benedictionē patris affuturā illis affirmauerit: libēter egreſſus eſt / paſſionis tempus non fugiens nec mortē pro omnibus reformidans.Cur enim timeret: qui paſſione ſua impaſſibilitatē omnibus redimebat? qui propter hoc uenit: ut orbē terrarū ſuo ſanguine patri acquireret? Sed alias quidē ſepius irruētibus in eum iudeis;ut deus facile ſe ab inſania illoꝝ liberabat / cū oportunū paſſionis tēpus nondum adeſſet.Nūc uero qm̄ iam oportunitas aderat: e domo ubi cū diſcipulis predicta myſteria explicauit egreſſus / illo uadit ubi cū diſcipulis cōuerſari ſolebat.quod facit:ut facilius a proditore poſſit inueniri.Hortus aūt erat: paradiſi locū deſignās,ad priſtinū enim omnia recurrere oportebat.Et ut in paradiſo malorū initium factum eſt:ſic in horto Chriſti paſſio incipit:per quā a malis liberati:in priſtinum habitum reſtituti ſumus. Cap.XXXII. Ioan.8,

Sciebat autē & Iudas qui tradebat eum / locū:quia frequenter Ieſus conuenerat illuc cum diſcipulis ſuis. Iudas autem cum cepiſſet cohortem & a pōtificibus & phariſeis miniſtros:uenit illuc cum laternis & facibus & armis. ¶ Neceſſario nulla multitudine / nulla turba que defendere poſſet / ſed diſcipulis tantū ſequentibus in hortū fuiſſe ingreſſum ſcripſit:ut ignauia & formido proditoris latere non poſſet,Magna quedam res / conſcientie certe ſtimulus eſt, qui quādo perperam aliquid agimus / etiam nullo preſente ingēti nos metu exagitat, Tale quid paſſus proditor ut arbitror:& cohortē armis munitam / & Iudeorū miniſtros ſecum adduxit / ut quaſi latrocinio proditū caperet, Nō enim ignorabat nō poſſe illū capi nolentē, ſed magnitudīe ac impietate facinoris excogitati:q̄ſi temulētus atq; inſanus quo rueret non ſentiebat. itaq; putauit ex inſania diuinam uirtutem illius poſſe magna fortaſſis manu ſuperari, Nec mireris: ſi tā ridiculoſe miſer mouebatur.Nā cum animi ſui gubernacula & liberam uoluntatis ſue poteſtatē diabolo penitus tradiderit:ab illo iam regebatur.Caſum autem ſuum recte quiſpiam mirabitur: & perpetuo lachrymarū fonte dignum putabit. Nam qui modo in eadem mēſa cum Chriſto cenabat / qui ſanctum eius panem cum aliis comedebat / qui ad pie-

tatem exhortãtem Christũ audiebat, qui der iq; illud percepit / unus ueſtrũ me
Ioan.13. tradet, ab ipſa menſa exiliens curſu / ad mercede abiit Iudeorũ non pietatis uer-
borum recordatus / totius ſpei future obl tus nullam date apoſtolis a Christo di
gnitatis curã gerens / ac (ut uno uer bo d cam) omnibus bonis tam paruũ & uile
preponẽs argen ũ / rete ac laqueus diabol cus Christo / & Iudeoru impietatis exi-
mius pr inceps factus eſt, Verum deriderí digni; qui laternis & facibus aduerſus
Christum proficiſcebãtur, timebant forſ n ne ut in tenebr s fieri ſolet / aut in fo-
Eſaie,28, ueas caderẽt / aut pedes lapidibus offenderet, nec u debãt ſe in lapidẽ illidere / de
quo a deo patre dicitur, ecce ponã in Sion lap dẽ offenſionis / & petrã ſcãdali. Et
paruã foueã formidãtes: in profundũ aby ſſ d lapſi ſũt. & illius noctis tenebras
facibus depelletes; de noctis perpetue tenebr s minime curant, Non eni poſſunt
qui naturali lumini id eſt Christo inſidiati ſũt: niſi eternas tenebras habitare, ubi
ſue impietatis amaris nim um ſupplicijs torquebuntur. Cap.XXXIII.

» IHeſus itaq, ſcien s omnia que uetura erant ſuper eum: proceſſit &
» dixit ad eos, qu em queritis? reſponderũt ei, Iheſum Nazarenum,
» dicit eis Ieſus, ego ſum. ſtabat autem & Iudas qui tradebat eum cũ
» pſis, Vt ergo dixit eis ego ſum: abierunt retrorſum & ceciderunt
» in terra. ¶ Nocte proditor miniſtris Iudeorũ & cohorte munitus /
accedit, Putabat enim multitudine fretus (ut diximus) uel inuitum poſſe illũ ca-
pere, Inuenit autẽ in loco illũ ſolito; quo quaſi ad diuerſoriũ nox illum deduxit,
Sed Christus ut eum temere cogitaſſe argueret: ſponte preuenit / & obuiã factus
nec ſe ignoraſſe que fiebant oſtedit / & potuiſſe facile preſcius effugere demon-
ſtrat / niſi ultro ad paſſionem progrederetur. Non eni n inuitus in periculũ inci-
dit: ne ſapientes gentiũ rideant / leuitati ſue ſcand lu crucem facientes / ne Iudei
elato ſupercilio uires ſe Christi credant ſuperaſſe. Interrogat uero que querunt;
non quia ignoraret / ſed ut eos argueret / qui nec cognoſcere quidem poterãt ip-
ſum / & n sd ceret non potuiſſe capi / niſi ultro ſe querentibus offerret. Cõſide-
randu et am eſt quia cum Christus dixiſſet quem queritis: non inſilierũt in illũ /
ſed quaſi non uidentes / Iheſum inquiunt Nazarenum, Sed non cognouſſe mi-
lites Christum nec miniſtros Iudeorum / quiſp am dicet, quomodo autem pote-
rant miniſtri ſacerdotum Christum (qui quotidie in templo docebat) nõ cogno-
ſcere? Verum ne quis iſta cogitaret; neceſſar io euãgeliſta proditorem quoq; cũ
militibus & miniſtris ſtetiſſe narrat, Quõ igit ille Christũ non nouit? an qa nox
erat? ſed hoc quoq; mirabilis euãgelii ſcriptor preuidit; cũ facibus eni & laternis
fuiſſe illos expoſuit. Poteſtas ergo diuina Christi innituit: qui q̃uis ſe querẽtibus
offerret / minime tamen cognoſcebatur, uerũ ut aperte non poſſe ab illis cogno
ſci nolente oſtenderet; ego ſum ait. Deinde ut etiam nihil poſſe aduerſus uirtu-
tem ſuã magnas militũ caterua s monſtraret: hoc miti ſermone in terrã illos pro-
ſtrauit. Hinc e ipſa diſcimu s, nihil uel ad unũ uerbũ dei / & illud iocũdiſſime di-
Pſalmus, ctum / creaturã efficere poſſe quõ igitur minas ferret? ut in pſalmis dicitur. Tu
75 terrib lis es; & quis reſiſtet tibi ab ira tua? Signũ autem futuri gentis iudaice ca-
Threni.1 ſus: is miniſtrorũ caſus eſt. Vnde Hieremias quoq; Iudeos deflens dicit, Cecidit
(om is Iſrael: non eſt qui excitabit eam. Imago autem caſus ille fuit omnium qui
Christo aduerſantur; quibus omnino terribilis caſus imminet. Cap.XXXIIII.

» ITerum ergo eos interrogauit: quē queritis? Illi aūt dixerūt Iheſum
» nazarenū. Reſpōdit eis Iheſus. dixi uobis quia ego ſum. Si ergo me
» queritis: ſinite hos abire. ut impleretur ſermo quē dixit; qa quos de-
» diſti mihi non perdidi ex eis quemq̄. ¶ Iterum diſpenſans interro-
gauit: ut magnitudinē cecitatis eorū in medium proferret. impieta
tis namq; crimine mente capti; non cognoſcebant; quem alloquerentur, Ita rerū
ipſarū periculo uera eſſe Chriſti uerba uidemus: quibus ait, ego ſum paſtor bo- Ioan.10.
nus. paſtor bonus animā ſuam ponit pro ouibus. Salutē enim apoſtolorū prote-
git: ultro ſe offerēs, Nam quaſi ignaue crimine accuſans: dixi uobis inquit / quia
ego ſum. ita ſeipſo tradito iuſſit ut illos abire ſinerent. Vnū enim mori oportuit /
ſufficientē pro uita omniū redemptionē: ut & mortuorū & uiuorum imperium
acciperet. nequis illud ridiculū / uerū eſſe putaret; apoſtolorū mortem ad deſtru
ctionem interitus aliquid contuliſſe. Cū liberatis enim ab interitu: etiam apoſtoli
iure connumerantur. unius enim nobiſcū illos fuiſſe nature conſtat; in quos im-
perium mors ſuū exercuit, Solus ergo qui ex uiuo patre eſt; pro uita omniū car-
nem tradidit ſuam. que poſt morte coniuncti ſecū uerbi uitam ſecuta: uitā nobis
dedit / qua mortis laqueos poſſimus ſuperare, Primitie namq; dormientiū dns / 1.ad corī.
& primogenitus ex mortuis eſt, facilē ad immortalitate curſum hominibus / per 15
reſurrectionē ſuam efficiens. Semouit igitur a periculo illo d ſcipulos: non igno- Ad coloſ.
rans ad ſe ſolum / certamen illud & opus ſalutis noſtre pertinere, regnātis enim 1
& nō ſeruientis nature opus eſt, Iuſſit autē ſinere diſcipulos abire: ut impleretur
inquit ſermo quē dixit / qa quos dediſti mihi nō perdidi ex eis quemq̄, qđ etiā de
poſterioribus intelligitur, Nā qđ in paucis factu eſt: quō in pluribus negligetur? Ioan.17.
& qui tam paucorū in tali tempore curam habuit: quō innumerabiles / fideles nō
proteget? Putandū igitur eſt imaginem omniū illos tenuiſſe. qđ ſi diligentes ſe a
periculo liberat: quanta / qualiſq; in illos ira futura ſit qui eum occiderunt / per-
ſpicere licet, quō enim non oderit quod malū eſt? quō porro qui operantur que
ille oderit / eterna poterunt euitare ſupplicia? Cap. XXXV.

» SImon ergo Petrus habens gl. diū eduxit eum: & percuſſit pōtificis
» ſeruū / & abſcidit eius auriculā dexteram, erat autem nomen ſeruo
» Malchus, ¶ Quid coegit quiſpiā dixerit / euāgeliſtam harum rerū
facere mentionē: & gladio Petrū feruētius / ne crudelius dicam / in-
ſurrexiſſe in hoſtē reprehenſumq; a Chriſto fuiſſe / diligenter cō-
ſcribere? ſuperuacanea hec eſſe forte putas: ſed non ita eſt. Magnā enim hec res
nobis affert utilitatē: unde diſcim⁹ quonā uſq; pietatis emulatio progredi queat
Docemur igitur; ſi nolumus in ſimili certamine deum offendere / qđ nō ferrum
accipiēdum / non lapides proiiciendi / non fuſtes in aduerſarios Chriſti erigendi
ſint, Non enim carnalia ſunt arma noſtra: ut ait Paulus, Sed cum effugere peri- 2.ad corī.
cula nō poſſumus: māſuete uel cruciātes alloquemur. Multo enī melius eſt iuſto 10
iudici rationē iniuriarū reddedam relinquere: q̄ p etatis cauſa / ſanguinis noſtri
petere ultionem, Licet etiam alioquin abſurdiſſimū ſit perſequentiū morte ho-
norare illum uelle: qui ut morte ſolueret mortē libenter ſubiit, propterea Chri-
ſtus in hoc ſequēdus erat neceſſario, Nam ſi ui multitudin s nuitus ad necē tra-
heretur: omni modo fortaſſis debuiſſent illum diſcipuli defendere. uerum cum

potuiſſet ut deus uerus/omnes una ſola perdere uoluntate:qui uel unico & miti uerbo illos proſtrauit(ceciderunt enim in terram inquit) nō op rtuit certe ferro illos aggredi/quos ipſe cū facile poſſet nō perdebat. Tale quid etiam alio loco ab
Luce.9, euangeliſtis narratur. In caſtellū quoddam ſamaritanoꝝ/in finibus ſitū Iudee/ Chriſtus diuerſit. Cumq; ab hominibus illis repelleretur/molcſte ferentes diſcipuli dixerunt:domine uis dicamus/ut ignis de celo deſcendat/& perdat eos? ad
Math.11, quos ſaluator:ſinite ipſos,Non enim uenit ut poteſtate ſua in impios utatur:ſed ut clemētie atq; miſericordie ſupreme nobis exempla daret. propterea dicebat,
Exodi,21 diſcite a me:quia mitis ſum & humilis corde,Sed intentio Petri qui gladium aduerſus hoſtes accepit:a mandato legali non fuit aliena,pedem enim pro pede/& manū pro manu/& uulnus pro uulnere abſq; culpa referre iubebat,Quid autē aliud facere uolebant/qui cū armis in Chriſtū irruebant:q̄ illa,ad que depellen-
Math.26 da uel uite pericula erant ſubeūda? Quod autē fuſtibus atq; gladiis armati erāt; ipſe ſaluator manifeſtauit dicens ut ad latronem capiendū cu gladiis & fuſtibus etxiſtis.quotidie ſedebam in templo docens:& nō tenuiſtis me.non fuit ergo cōtra legem Petrus commotus. Chriſtus autem qui uenit ut ſupra legem nos duceret:motum huiuſcemodi q̄uis ſecundū legem fuerit/repreſſit/ quaſi longe a perfecta uirtute cōſtitutū.Sed unde nam dices Petrus gladiū habuit? quia ſecundū legem gladio ſe defendere licebat:idcirco gladiū quoq; ferre licebat. Quomodo enim ferro leſus:ferro te ulciſci poſſis/niſi ferrū tecum habeas? Preterea cum ad hortos & loca cōdenſa noćte concubia diuerteret; credendū eſt illos prouidiſſe/ ne a feris beſtiis lederentur/que uarie in Iudea reperiuntur.Sed nonne ad pellendas feras Chriſti uirtus ſufficiebat? ita prorſus inu.niemus tamē q̄uis ad omnia
Ioan.6, Chriſtus ſufficeret:hominum diſcipulos rr ore uixiſſe. Poterat ſane uel ex lapidibus panes facere Chriſtus: poterat ex nichilo argentū creare,& tamen & panes
Ioan.12. querebāt:& loculos ad deponendū oblatū argentū habebāt. nauem quoq; cum diſcipulis Chriſtus conſcēdit:cū abſq; nauigio trancere diſcipulos potuiſſet,Fruſtra igitur hec opponūt:cū hominū more uixiſſe diſcipulos nō ignorem?. Dexte
ra uero auris amputatur:ut dextero / proboq; auditu carere iudeos ſignificare-
2.ad Ti,3 tur,noluerunt enim Chriſtū audire.ſic auditu ſiniſtro cōprobato: cogitationes ſuas ſecuti ſunt/errantes & in errorē alios trahentes/ut ſcribitur, Cap,XXXVI

»  Ixit Iheſus Petro,mitte gladiū in uaginā. calicem quem dedit mihi
» pater:non uis ut bibam illum? ¶ Euāgelice diſcipline hic locus mādatū:precepti non a Moſe/ſed a Chriſto hominibus dati uirtutem parturit. Tantū enim abeſt:ne gladio uti cōſulat Chriſti doctrina/ ut ſi quis ſemel maxillam ceſus alterā petatur:altera quoq; uertenda ſit/ſi humani prauitatē animi ſuperare deſideret, Multu igitur inquit a man ſuetudine tuus Petre animus abeſt.Nā cum bibere hunc mihi calicem propoſitū ſit que pater conſtituit/id eſt ſponte ſubire mortem decreuerim; quō hec aliena non ſunt? Simile huic illud eſt,dicenti enim Chriſto / ecce aſcendimus in Hieroſolymā/& filius homin s tradetur in manus peccatorū/& crucifigent/occidētq; ipſum/& tertia die reſurget/hec inq̄ ut in fide diſcipulos ſtabiliret Chriſto dicenti Petrus utilitate paſſionis ignorans & dedecori futurū putās / propitius inquit tibi eſto domine/ne fiat tibi hoc.quid igitur tunc Chriſtus? uade retro ſathana:

ſcandalum mihi es,quia nõ ſapis ea que dei ſunt:ſed ea que hominũ, is enim que deo placent ſapit;qui mundanã gloriam penitus contemnit. nec ſi prodeſſe proximo poteſt: exiſtimationis multi facit iacturam. Charitas enim non querit que ſua ſunt Qui uero humana ſolũmodo reſpicit: is magnũ quid huius mundi glo 1.ad corĩ, riam putat, is ſua tantũmodo curat:& proximũ negligit, Quemadmodũ ig tur 13
tunc ſcandalũ Chriſti/qui ſcandalũ pati non poteſt dictus eſt/feruentiq; amore cõmotus:euertere conabatur q̃tum in ipſo fuit predeſtinatam pro uita omnium paſſionem. ſic modo ex ardore utilitatem paſſionis ignorans: gladio utitur Reprehenditur igitur:nec ſolum mitte gladium in uaginã ſuam audit/ uerũ etiam Math. 26
ut alibi dicitur/quia quicunq; gladium ceperint:in gladio peribunt. Sed quod diximus:breuiter repetamus. cum non inuitus nec iudaica ui ſuperante/ ſed ultro ſe Chriſtus querentibus offerret:quam ob rem iudeorũ erant inſidie repellende? A patre autem hunc ſibi calicem datũ eſſe inquit:cum ab impietate iudeorũ excogitatus ſit, qa nihil facere potuiſſent:niſi propter nos pater permiſiſſet, Vnde uel ad Pilatũ magnifice dicentem reſpõdit: nullam in me haberes poteſtate niſi deſuper tibi datũ eſſet, Poteſtatem enim datam Pilato dicit:quia conſilio patris nullo modo in paſſione reluctatus eſt, Cap. XXXVII.

» COhors ergo & tribunus & miniſtri iudeorum comprehenderunt
» Iheſum:& ligauerũt eum/& adduxerũt eum ad Annam primum.
» erat enim ſocer Cayphe:qui erat pontifex anni illius, ¶Omni nũc Ioan. 19,
impedimento depulſo/Petro quieſcete nemine defendente Chriſtoq; ipſo cũ poſſet effugere/ultro ſe offerente:inflati nimium milites/uincula rerum omniũ domino immittunt. qui ad noſtram naturam deſcedit:ut a peccatorũ & diaboli uinculis nos eriperet. Ducunt autẽ primo ad Annã & Cayphe ſocerũ. unde ſubintelligere datur artificem inſidiarum ipſum fuiſſe/ pactãq; proditori mercedẽ promiſiſſe, ipſi ergo uinctus primo Chriſtus traditur Sapien. 2.
Tunc re ipſa uerũ eſſe demonſtrabatur:quod per prophetã iudei dicebant. circumueniamus iuſtũ:inutilis eſt nobis. non quia talis ipſe fuerit: ſed quia peccatoribus & uoluptuoſis ſupra legale iuſticiam docens ac liquido que deo placebant aperiens inutilis atq; moleſtus illis erat. quam docendi uiã; lex certe non tenuit. Quippe non aperte ſed per umbras & enigmata/que parũ intellecta parũ utilitatis tunc afferebãt:diſciplina legalis nos docet. Qu madmodũ igitur nullam utilitate cecis ſplendor ſolaris affert/ & ſuaues cibi amari febricitãtibus uidetur: ſic iudeis dns quis ſalutis author eſſet/moleſtus tamen uidebat, quia egritudine impediti:ſaluatorem ferre non poterant, Cap. XXXVIII.

» MIſerunt autem eum ligatum ad Caypham pontificem. erat autem
» Cayphas qui conſilium dedit iudeis; quia expedit unum hominem
» mori pro populo, ſequebatur autem Iheſum Petrus & alius diſcipu
» lus. ¶Authoritate atq; conſilio impietatis in Chriſtũ prefuit. Cayphas, & paulo poſt quaſi fructũ ſui conſilii uinctũ Iheſum ſuſcipiet Verum ceteris iam diſcipulis ingenti perculſis formidine ac diſſipatis: Petrus qui feruentior erat/ſequitur & alius cum eo diſcipulus, Ioãnes aute hic erat:qui hoc nobis diuinitus conſcripſit euangeliũ. qui longe ab animo oſtentatione omnem exterminãs: nomen ſuũ occuluit. Et certe que forti ac magno animo geſta ſunt:

non lingua noſtra ſed aliorũ predicari debent. Turpiſſ mũ enim eſt: non aliorũ
Prouer, uoce/ ſed ore noſtro laudari. unde in prouerbiis dicit. Laudet te proxim⁹ tuus:
27 & non os tuum. alienus: & non labia tua. Cap. XXXIX.

» Diſcipulus autem ille erat notus pontifici: & introiuit cũ Ieſu in atriũ
» pontificis ¶ Nõ abſq; cauſa/ minutiſſima etiã nobis hec cõſcripſit. nã
qm̃ geſta in atrio pontificis narraturus eſt: neceſſario ea premiſit/
quibus non ab alio doctus/ ſed ipſe uidiſſe que ſcribit cõprobatur,
introiuit enim cũ Ihesu in atriũ: qm̃ pontifici notus erat, Cap. XL.

» Petrus autem ſtabat ad hoſtium foris. exiuit ergo diſcipul⁹ alius qui
» erat notus pontifici: & dixit hoſtiarie & introduxit Petrũ, ¶ Non
remanſiſſet extra Petrus: niſi hoſtiarie obſeruatio nõ tutum ignotis
faceret introitum. nec depulit mulierculam licet facile potuiſſet:
quia importunitatis crimini ſubiici nolebat, Extra igitur ſtabat me
ſtus: quouſq; Joannes dolere ipſum etiam propter hoc non ignorans/ intromittendi eius gratiam ab hoſtiaria impetrauit, Cap. XLI.

» Dixit ergo Petro ancilla hoſtiaria. Nũquid & tu ex diſcipulis es homi
» nis iſtius? dixit ille: nõ ſum. ¶ Predixit iam dñs Petro ter anteq̃ gallus cãtet negaturũ: infirmiorẽ quodãmodo factũ in fide. nunc uero
euãgeliſta: ubi & quõ id accidit narrat. Muliercula certe ianitrix; cũ
de diſcipulis iniuria capti hominis illius eſſet/ interrogauit. Depulit
hoc Petrus tanq̃ crimen non paruũ: non timore magis ne captus eſſet/ nec quia
nullã ueritatis curã haberet/ q̃ forta ſſis quia pati oia uolebat/ dũmodo Chriſtũ
uideret, Ex amore igitur decidit: & pietatis cauſa negaſſe uidet̃/ nõ recte quidẽ
nec exquiſita ratione probate. ſed que tamen adeſſe cum Chriſto/ & uidere illũ
faciebat: qđ maxime Petrus optabat, Cap. XLII.

» Stabant autẽ ſerui & miniſtri ad prunas: quia frigus erat/ & calefa-
» ciebant ſe. erat autẽ cum eis & Petrus ſtans & calefaciens ſe. ¶ Cũ
introiſſet Petrus/ ne meſto uultu condolere capto uideretur/ ac ita
expulſus uidere nõ poſſet que uellet: cũ miniſtris ſe miſcuit/ & que
illi faciebãt: alto corde premens dolorẽ/ facere ſimulat, Non enĩ eſt
ueriſimile in tanta meſticia Petrũ frigoris remediũ queſiuiſſe: qui multo maiores
ita Chriſto uincto uoluptates reiiceret. Quaſi uero nihil ad merorẽ ipſum impelleret: nocumenta frigoris igni cum miniſtris repellit. ut cum unus de domeſticis
põtificis eſſe uideretur: a nemine interrogaretur quis eſſet/ atq; ita negandi rurſus crimen euitaret, ſed mentiri ſaluator non poterat. Quod enim ut deus preuidit: id futurum diſcipulo nunciauit, Cap. XLIII.

» Pontifex ergo interrogauit Ihesum de diſcipulis ſuis: & de doctrina
» eius. ¶ Iuriſperitus & doctor/ cui diuinitus mandatur iuſtum iudicium iudicare: q̃ſi latrone per uim (quantũ in ipſo erat) Chriſto uim
to qm̃ crimina inferre nõ poterat/ de diſcipulis & de doctrina interrogat. Interrogat aũt utrũ legi Moſaice cõueniat: an aliena ſit a
lege doctrina ipſius. & quiſnã animus diſcipulorũ eius ſit: utrum maiorũ mores
ſequi/ an nouã cultus & cerimoniarũ ingredi uiã. id autẽ ſumma cũ malicia facie
bat. Putabat enim quicq̃ aduerſus legem Moſis Chriſtum dicturum: quod nihil

aliud apud illos erat q̄ deo ipſi repugnare. Quaſi enī homini nudo / Chriſto attē
debant: & legis dīm / preuaricatione legis damnare ſtudebant, obliti dicti illius Prouer.
impius eſt qui regi dicit / preter legem facis. Cap. XLIIII. 16

» REſpondit ei Iheſus, ego palam locutus ſum mūdo, ego ſemper do=
» cui in ſynagoga / & in templo quo omnes iudei conuenīt; & in oc=
» culto locutus ſum nihil. ¶ Fruſtra inquit laborat: qui rem omnibus
notam quaſi abditā ſcrutatur. Quomodo enim celabitur: q̄d om=
nibus palam eſt? Puto autē hec ita a Chriſto dicta fuiſſe: ut compo=
ſitas malicioſe falſas reiceret cauſas Sed illud quoq; occultius his uerbis ſubeſſē=
di arbitror. Ego inquit palā locutus ſum mundo: id eſt que per Moſem uobis ſcri
pta ſunt / non aperte quecunq; placēt deo ſed umbris atq; figuris & per enigma
ta ſignificant. & ruditate cōtecta littere: que neceſſaria cognitu ſunt / aperte nō
exponūt. ego uero palā locutus ſum mūdo, Pietatis enī uiam nō enigmatice ſed
dilucide mundo predicaui, Mundo autem inquit: quoniā etſi nondū / tem=
pore tamen oportuno in orbem euangelii ſonus exiuit, ego inquit. ſemper in ſynago
ga docui, operepreciū eſt uidere quid molitur, ad memoriam nolentibus redu=
cere ſtudet: quod Eſaias ex perſona Chriſti predixit. nō in occulto locutus ſum: Eſaie, 45
nec in loco terre tenebroſo. & rurſus. tota die inquit expādi manus meas ad po= Eſaie. 65.
pulum incredulum / & contradicentem. Non enim eſt aliud: nō in obſcuro loco /
nec in occulto ipſum locutum fuiſſe / q̄ q̄d palā & in ſynagoga & ubi multi affue=
runt loquebatur. Commode autem in memoriā prophetie reducit: ut diſcerent Ad 10, 15
impie ſe facere / quem uenturum ſperabāt poſtq̄ uenit: tanq̄ ſceleſtum uincire.
Iudeis enim promiſſus fuit ſecundum Paulum, Cap, XLV.

» OVid me interrogas? interroga eos qui audierunt quid locutus ſum
» ipſis. ecce hi ſciunt quid dixerim ego. ¶ Increpat iuriſperitis: quaſi
» legem qua plurimū gloriabantur ignorantibus, Fruſtra enim que=
» rebāt crimina: poſtq̄ igarūt. cur ergo inquit interrogas: cur ad de=
fenſionē prouocas captū / priuſq̄ accuſatum? & aliter, qui iam de=
decoraſtis me quantum in uobis eſt inquit: ſi uere dicam / mentiri me clamabitis.
Alios ergo de me interrogate: nec eſt difficile teſtes inuenire. iſti enim me audie=
runt Nec ut quiſpiam forſan putabit: quia corda hominū ut deus nouit / aliquos
forte preſentes qui eum audiuerunt ſuboſtendit. ſed aperte aliquos de miniſtris
monſtrauit: qui ut audiuerunt / & admirati fuerunt, quomodo aut quando: di=
cam breuiter / & liquidius hic locus pateat. Predicāte dño / ut alibi euāgeliſta ille
narrauit: iudeorū principes diſrūpebantur / miſeruntq; miniſtros ut eū caperēt, Ioan. 7.
qui doctrinā Chriſti admirati: attente audiebāt. & poſt predicationē Chriſti redie
rūt ad pōtifices & phariſeos: & dixerūt illi / quare non adduxiſtis eum? Reſpon=
derūt miniſtri, nunq̄ ſic homo locutus eſt, & tunc phariſei: etiam ne uos decepti
eſtis? Hoc ſciēs ſaluator interroga inquit eos: qui audierūt. ecce iſti ſciūt: que ego
dixerim, ipſos enim tunc aſtantes monſtrauit: qui & pulchritudinē doctrine ſue
fuerant admirati / & iudeorū impietatis erant miniſtri, Cap, XLVI,

» HEc autē cū dixiſſet unus miniſtrorū aſſiſtens dedit alapam Iheſu dicens. Eſaie. 50.
» Sic reſpondes pontifici? ¶ Predictū etiā hoc prophetica uoce de Chriſto
eſt. corpus dedi percutientibus: & genas meas uellentibus. quod modo in
iudaice condemnationē ſuperbie & de decoris noſtri euerſionē exitum habuit.

Dedecorati enī peccato fuimus.quā notā : iniuſtū Chriſti deterſit dedecus. ipſe enim peccata nr̄a tollit:& pro nobis laborat. Nā quemadmodū mors ſua mortē noſtrā deſtruxit : ſimiliter arbitror preuaricatiōis noſtre dedecus alapa Chriſto inflicta deletū fuiſſe. unus enī pro oībus laborabat:& unus pro oībus inhonorabatur. Sed uniuerſam ipſe creaturā perhorruiſſe puto;ſi ſenſū huius rei habuerit. dñs enim glorie impia manu hominis cedebatur. Nō autem eſt abre querere cuius rei gratia : tam impudenter ille impius miniſter Iheſum cedit. cū neq; ipſe aſperū quiddā reſponderit. nec pontifex tale quid imperauerit. Miniſtrorū eſſe cōſuetudinem fortaſſis quiſpiam dixerit:cogere quos adduxerunt principibus modeſtius loqui / & ſi quid rudius dixerint : & uerbis & uerberibus deprimere. Sed nullo modo mitiſſime reſponſioni Iheſu hec cōuenire poſſunt, Cauſam igitur impudentie ſuperioribus congruentē putamus fuiſſe. Offenderūt miniſtrorum aliqui iudeorū principes (ut iam diximus) qui capere Chriſtū iuſſi / ſic eum
Ioan.7. admirati ſunt:ut laudātes dicerēt / nunq̄ locutus homo ſic eſt, quo reſponſo;qſi rabie concitati / etiā ne uos decepti eſtis? phariſei dixerunt. Nūquid ex principibus aliquis credidit in eum aut ex phariſeis? ſed turba hec que nō nouit legē / maledicti ſunt, Quoniā igitur reſponſio ſaluatoris ad memoriā huius rei principes reducebat (teſtes enim miniſtros citauit dicens: ecce iſti ſciunt que dixerim ego) idcirco ne de animo ſuo / benuolentiaq; principes ſuſpicarentur: qui alias quia Chriſtū admirabatur / fuit reprehenſus / alapa Chriſtu cedit. Solent enim miniſtri: non ferre quicq̄ aduerſus ſe principibus referri. Cap. XLVII.

» Reſpondit ei Iheſus, ſi male locutus ſum: teſtimoniū perhibe de ma-
» lo ſi aūt bene: quid me cedis? ¶ Magno iniurie crimine arguit miniſtrū. nam ſi etiam ignobiliſſimus quicā iudicium ſubiret: cedere tamen eum nō oportebat / qui neq; uerbo neq; re aliqua ad hoc incitarit. Nā ſi male locutus ſum inquit: oſtende in quo erraui. ſin uero id facere nō potes: cur ita furioſe moueris? Sed tritus huius loci ſenſus hic eſt. ego aūt arbitror aliud quiddā: hec uerba reſpicere, Arguitur enim forſan miniſter maxime iniuriari: non ſolūmodo quia inflixit alapam uerum etiā quia cuius doctrinam admiratus eſt / eum modo nulla de cauſa cedit, Nā ſi alias nō probaſſes doctrinam meam inquit / ſi mirabilis ſcripture interpres tibi uiſus non eſſem / ſi nō exclamaſſes / nunq̄ locutus homo ſic eſt: forſan ignorātie tue uenia dari poſ-
Ioan.7. ſet. Verum quoniam audiſti / quoniam uerba mea laudaſti / que nunc etiam admirareris ſi tibi conſtares: quā ſatiſfactionē alapa cedens inuenies? Sed animaduerte queſo ſummam ſaluatoris clementiā / tanq̄ in tabula modo ab euangeliſta conſcriptam. Ceditur enim ut ſeruus : qui nutu ſolūmodo perdere iudeos oēs potuiſſet / nec ultionē facit ullam, Nō enim ira / nec meſticia nec dolore uincitur, placare autē meliorēq; facere principem ſtudet: cū cedi oportere negat eum qui nihil male locutus eſt. Ita māſuetudinis ſue nec quidē in rebus que ceteris terrorem afferūt obliuiſcitur: ſed ratione optima / iudeorū ſuperbie miniſtrum a tali
Pſalmus. temeritate cauere inducit. & q̄ mala pro nobis habuit ut ſcribitur: bona pro ma-
37 lis reddidit, Sed ille quidem dominus omnium & deus uerus clemēter tulit. Nos
Pſalmus, autē m'ſeri terra & lim? / qui herbarū uiriditati a ſcriptura collati ſumus (homo
102 enim ſicut fenum: dies eius tanq̄ flos agri / ſic efflorebit) ſi quis de proximis lapſu lingue minimū quicq̄ cōtra nos dixerit / more draconum in eum inſurgimus, &

mille uerbis pro uno uituperantes: ſatiari non poſſumus, non quia ut homo lapſus eſt/nec propter communem infirmitatem hominū iram deprimimus: ſed ad ultionem irruentes/principem & conſummatorē fidei noſtre Iheſum non reſpicimus, Nec recordamur ſcriptum eſſe/modo: quia eorum uie ad mortem qui memores iniurie ſunt/modo: relinque proximo tuo nocenti te/& tūc deprecāti tibi peccata ſoluentur. Exemplum igitur clementie atq; manſuetudinis Chriſtū teneamus: qui hac de cauſa nobis dicit/non eſt diſcipulus ſupra magiſtrum/nec ſeruus ſupra dominum ſuum. Eccūs, 10 Eccūs, 28 Math, 18.

¶ Vndecimi libri commentariorum Cyrilli in Ioannem/finis.

¶ Commentariorū Cyrilli in Ioannem liber duodecimus. Cap, I.

» Miſit igitur eum Annas ligatū ad Caipham pontificem, Erat autē
» Simō Petrus ſtans & calefaciens ſe. Dixerūt ergo ei. nūquid & tu
» ex diſcipulis eius es? negauit ille & dixit, nō ſum. dixit unus ex ſer
» uis pontificis: cognatus eius cuius abſcidit Petrus auriculā, nōne
» ego te uidi in orto cum illo? Iterū ergo Petrus negauit: & ſtatim
» gallus cantauit. ¶ Quaſi currentē equū narrandi progreſſum euangeliſta utiliter reuocat. & ad priora rurſus orationē reducit. Quare ſicq; negationē Petri tertio factā exponere uoluit, Repetit ergo breuiter: & miſſum ab Anna Iheſum ad Caiphā iterū dicit/Petrūq; interrogatū exponit/tum a miniſtris qui calefaciebant ſe/tum a quodā generis miniſtri illius cuius aurem ipſe amputauit, Ita tertio negaſſe Petrū & gallum cātaſſe meminit: nullū ſaluatoris uerbū ceciđſſe oſtendens qui ad unguem infirmitatem diſcipuli & cognouit & predixit, Que omnia diligenter explicauit/ne quis aduerſariorū Chriſti nobis inſultaret/quomodo & ubi negaſſe Petrum inquirens. Re autem ſic ſtudioſe ab euāgeliſta narrata nemo hec fortaſſis dicet/ſed aduerſus Petrū inſurget/formidinis crimine ipſum accuſans. Nondum enim inquiet periculū uidit: & ter ex leuitate negauit. Quibus ut friuolis longe proiectis/ſtudioſis dicendum eſſe arbitror: illa etiā de cauſa minutim hec eſſe conſcripta/ut legentes intelligant/quales ante Chriſti reſurrectionē & aduentū ſpūs apoſtoli fuerunt/& quales poſtea q̄ uirtutē ex alto acceperūt effecti ſunt. inuictos enim animo & uere diuinos homines illos fuiſſe conſtat. Antea uero q̄ imperiū mortis a ſaluatore deſtructum eſſet: terribilis erat illis moriēdi formido. Nā cum ſpiritū adhuc nō haberēt/nec ſuperna gratia eſſent roborati: hūana puſillanimitate detenti/metu patiendi ut homines frangebantur. Et quemadmodū ferrum q̄uis per ſe durū ſit lapidibus tamen facile retūditur niſi liquore quodā firmetur: ſic animus hominis etiam ſi uirtutis amore cūcta pericula ſpreturū ſe iactet/aſperitate tame certaminū uincitur/niſi ſancti ſpiritus gratia ſit corroboratus. Imbecilliores igitur antea ut homines apoſtoli fuerant: ſed ſpiritus gratia infirmitatem poſtea humanā ſuperarunt/ad inuictū animū robore ſpiritus conformati. Infirmitas ergo diſcipulorū ad gloriam dei conſcripta eſt: qui paruitatem noſtre nature ad inexpugnabile turris erigit robur, Erit autem quod uni ſanctorum accidit: maxime nobis cōſolationi, hinc enim diſcimus nulla nos deſperatione affici debere: fragilitatem humana conſiderantes, ſed confidere potius oportere/credentes robur ab illo nos

habituros:qui diligentibus ſe neruos ad uirtutem & uires largitur. Cap,II,

» ADducunt ergo Iheſum a Caipha in pretoriũ.erat autẽ mane.& ipſi
» non introierunt in pretoriũ:ut non contaminarentur ſed ut man=
» ducarent paſcha, ¶Cum iuſtum iudicare iudiciũ / & innocentem
Exodi,23 ac iuſtum non interimere lex iubeat:inuiti quia nullam culpã inue=
niant miſeri erubeſcũt. Nullã igitur cauſã inuenientes quia paſcha
iam celebraturi erant:ne cede hominis ipſi macularentur / ad alium adducũt / nõ
putantes per dementiam cordis / ſcelus ſi per alium interficerent / ad ipſos redũ=
dare.Ridiculoſiſſimũ etiam illud eſt:innocentem quaſi ſceleſtum accuſantes / &
in capita ſua tante impietatis crimen effundentes / pretorii ianuam tanq̃ macu=
lam fugiunt / & hominibus impuris miſceri non patiuntur.lapidibus puto & ho=
minum corporibus inquinari animã crediderunt; iniuria uero interficere homi=
nem nihil mali putarunt.Sed illud multo ridiculoſius eſt: qđ ut agnum comede=
Math.23. rent(qui nihil aliud q̃ Chriſti myſterium figurabat)cauent ne inquinentur:in ip
ſam autem ueritate inſaniunt.iure igitur:modo dealbata ſepulchra / & exterius
uili quodam artificio decorata / intus autem ſordibus plena Chriſtus appellabat;
modo excolantes culicem / camelũ autem glutientes, Nam cum exacte minima
quererent:peccatorum maxima non uidebant,& calicem atq; parapſidem exte
Hiere.4, rius lauabant:de interioribus nihil omnino curantes.Ideo Hieremias liquido di=
cebat:laua cor tuũ a malignitate Hieruſalẽ ut ſalueris,ipſi uero mentis impieta=
tem nihil eſſe arbitrantur:& Chriſto ad Pilatũ adducto loca & incircunciſorum
corpora quaſi ſcelus effugiunt,& dummodo manibus non interficiant / nullam
ſe contracturos culpam ſi Pilati ad hoc miniſterio utantur / ex dementia putant
Eſaie,3. Quã eorũ fatuitatem prophete non ignorarunt, ue inquit Eſaias iniquo: mala
Ezechi.9. ei accidẽt,& Ezechiel,ſicuti feciſti:erit tibi retributio tua, retribuet tibi in caput
Pſalmus, tuum.& pſalmiſta,Redde retributionẽ eorum eis,Nam quemadmodũ ipſi ſal=
93 uatorem omniũ Romanis tradiderunt: ſic paulo poſt romanis traditi perierunt
Luce.23, Graue nãq; adeo bellũ aduerſus ipſos exarſit:ut in calamitates inauditas impul=
ſi / mortuos ſe optarẽt antea fuiſſe q̃ in pericula illa incidiſſent, quod ſaluator fu
turũ predixit, Quãdo inquit ab exercitibus obſeſſam Hieruſalẽ uidebitis: tunc
dicetis montibus cooperite nos / & collibus cadite in nos, Cap,III.

» EXiuit ergo Pilatus ad eos foras & dixit: quam accuſationem affer=
» tis aduerſus hominem hunc. ¶Extra pretorium remanſerunt / ne
lapidum & parietũ tactu inquinarentur. Pilatus autem exit foras /
traditi ſibi hominis crimina ſcrutaturus, Sic uir alienigena Moſaicẽ
legi non ſubiectus & incircunciſus / cauſas querit diligẽter: iniuſtũ
putans / homine uexare innocentẽ.illi autem parũ de mandatis dei curantes: cũ
Ezechiel, nihil dicere poſſent / ut latronẽ tamen adduxerunt. Nõ iniuria igitur ad ſynago
16 gam ſuã dicitur:iuſtificata eſt Sodoma ex te, Et ipſe Chriſtus hanc inſaniam ſuã
incuſans:nec iuxta iuſtificationes aut gentiũ fecerunt mihi.Nam gentes quidem
lapidibus & lignis(que ut deos per errorem adorãt) maculatis & illotis manibus
non ſacrificant:ſed nec hominem niſi in ſcelere deprehenſum occidi patiuntur,
illi autem q̃is deo uero agnum ſacrificaturi eſſent: innocentis tamen ſanguine
animas ſuas inquinare per nequitiam ſtudent, Cap,IIII,

» RESponderunt & dixerũt ei, ſi non eſſet hic malefactor: non tibi tra
» didiſſemus eum. ¶ Cauſam quidem nullam habẽt: impietatis autẽ
turpitudinẽ celant / dicentes nullo modo ſe Iheſum niſi malefactor
eſſet tradidiſſe. Ita cauillationibus iuſticiam & mãdata legis ſerua-
re ſimulant: & credi uolunt ſecundum legem uiuere / qui falſo legis
authorem accuſant. malefactoremq; appellant eum: qui ad deſtructionem ma-
lorum in mundum uenit, Vere igitur per Oſeam / de ipſis ſaluator predixit. ue Oſee, 7.
ipſis quia reſiluerunt a me: miſeri ſunt quia impie fecerunt in me. ego redemi eos
ipſi uero aduerſus me falſa locuti ſunt. Cap, V.

» DIcit ergo eis Pilatus. accipite eum uos: & ſecundum legem ueſtram
» iudicate eum. ¶ Nõ eſt fas mihi Pilatus ait / nullo accuſatum crimi-
ne hominem ſecundũ leges punire: ipſi ergo eum ſecũdum legem
ueſtram iudicate / ſi etiam innocentes lex ueſtra condemnat. Ridi-
culoſa hec res imo uero largis digna lachrymis fuit, gentilium legi-
bus quoniam nihil culpe dabatur / dns iuſtificabatur. iudei autem qui diuina lege
iactabant: mori oportere illum clamant, Cap, VI,

» DIxerũt ergo ei iudei, nobis nõ licet iterficere quemq̃, ut ſermo Ieſu
» impleretur quẽ dixit: ſignificãs qua morte eſſet moriturus. ¶ Veta
» ri aiunt ab impia cede: paſcha celebraturi, nam aliter miniſterium
Pilati nõ queſiſſent. Velox enim ſemper animus iudeorũ ad omne
malum eſt. Petũt ergo a Pilato ut iudaicam crudelitatem imitatus:
ſue in preſentia inſanie ſeruiat. Hoc autem etiam predixiſſe Chriſtum euange-
liſta aſſerit. diſcipulis enim modũ mortis ſue prenunciauit dicens, ecce aſcendi-
mus in Hieroſolymã & filius hominis tradetur in manus peccatorum / & crucifi-
gent eum & occident eum / & tertia die reſurget, Huius predictionis neceſſario Math. 20
meminit euangeliſta: ne quis putet inuitum ui ad mortem tractum illum fuiſſe / Ad heb.
cui omnia nuda atq; aperta ſunt, Cap, VII, 4

» INtroiuit ergo iterũ in pretoriũ Pilatus: & uocauit Ieſum & dixit ei,
» Tu es rex iudeorũ? ¶ Cũ nihil crimini dare poſſẽt iudei / & Pilatus
urgeret / cauſam petens cur eũ adduxerũt: aduerſus Ceſarẽ Ieſum Luce, 23,
feciſſe aiũt / principatũ iudee abillo in ſe rapere ſtudente / & regni
gloriã in ſe tranſferentẽ. Malicioſe nimiũ id calũniati ſunt: nõ igno
rantes Pilatum etiam inuitũ citius facturũ quod uellent / ut ipſe tutius uiueret ac
preſideret. Facile nãq; ſemper Iudei tumultuantes / & rebellionibus gaudentes:
acriores quodã modo miſſos a Ceſare ad prefecturã Iudee iudices in ſe faciebãt.
qui ut tutius prouinciã tenerent facile ad puniendos eos mouebãtur / qui nouã-
darum rerũ ſuſpitione accuſabantur, hoc igitur inferunt crimen Chriſto: qđ re-
gnare Iudeis tẽtaret, Quare nõ iniuria ex regno eius repulſi: & gẽtes ad hoc ipſũ
uocate ſunt. pete nãq; inquit a me: & dabo tibi gẽtes, Vniuerſus enim orbis terra Pſalmus,
rum: pro gente iudeorũ Chriſto traditus eſt. Nam ut Paulus ait. delictũ illorum: 2
diuitie mudi. & diminutio eorũ: diuitie gentiũ, Quod igitur Pilatus a Iudeis au Ad ro, 11.
diuit: id aperte Chriſto dicit, & reſpondere breuiter iubet: ſi uere rex ipſe iudeo-
rum ſit, Mouetur enim nõ iniuria / ſtudetq; ueritate addiſcere: ut poſſit traditũ
a Romanis ſibi principatum conſeruare, Cap, VIII.

» RESpondit ei Ihesus, a temetipso hoc dicis:an alii tibi dixerũt de me? ¶Cũ nemo Christus inquit hoc me crimine unq̃ in iudicium adduxerit:unde hic sermo ad te peruenit? Sed non est dubiũ quin malicia iudeorũ hec finxerit: nõ es enim tu & iudex simul & accusator, hec aũt dixit/suboſtẽdens Pilato nihil ei occultũ esse:ut diuina eius natura intellecta/minister iudeorum esse nõ pateretur.q̃uis simul etiam docet/ iniurioſe penas a se petiturum propter falsos iudeoꝝ clamores:cum tali crimine condemnari iure non possit. Cap.IX.

» RESpondit Pilatus,nũquid ego iudeus sum? gens tua & põtifices tradide-
» runt te michi:quid feciſti? ¶Rem totam Pilatus nũc aperit: & iudeos in medium adduxit. Nescio enim tua ego dixi: cum iudeus non sim,iudei autem inter quos natus/&enutritus es:morturũ te adduxerunt/te ipsum ergo accusa,Hoc enim occultius significat dicens.quid feciſti? Magno hec studio:q̃uis minutiora uideantur/euangelista conscripsit.& qđ Pilatus interrogans diceret: quid feciſti? Hinc enim maxime discimus,nihil nõ dico uerũ / sed ne fictũ quidẽ uerisimiliter excogitari in Christum potuisse / sed impie atq; iniquissime mortis sententiam aduersus eum prolatam fuisse, Cap.X.

» RESpondit Ihesus regnum meum non est de hoc mundo,si ex mun/
» do esset regnum meum: ministri mei utiq; decertarent ut non tra-
» derer iudeis.nunc autem regnũ meum non est hinc. ¶Liberauit a formidine Pilatum:qui dignitatem Cesaris in Iudea seruare debebat.Credidit enim forsan more hominũ/rebellionem a Christo cogitatam fuisse secundũ iudeorũ nugas,hoc enim ipsum etiam significabant:cũ dicerent/non tradidissemus eum tibi nisi esset malefactor.rebellionẽ enim/malum appellabant.ita se beniuolos esse Romanis fingentes: ut rebellionis nomen audire non paterentur,Quas ob res diligenter datã esse a se operam:ut qui rebellare meditatus est/penas merito luat.Christus autem Pilato respõdens/regẽ se esse non negat:mentiri enim non poterat. sed regno Cesaris non esse hostem ostendit:quia principatus suus mundanus nõ est/sed celi/terre/ceterarumq; rerum omnium.Vnde autem suspitionis falsitas ostenditur? quia milites non conscripserit/satellitibus usus non sit/ arma nec ad defensionẽ quidem suam preparauerit,nulli enim pro salute sua decertarunt. Ita clamoribus iudeorum depulsis:temere in Christũ inferri pilatus manifestatur,nulla enim re suspitionem regni confirmante/iudeorum uolũtati/anime sue tradit habenas: & tante impietatis culpam una cum iudeis subire uoluit.Verũ cum non esse de hoc mundo regnum suum saluator dixerit: non solum a falsa illa suspitiõe Pilatum remouet/ sed precipuum etiam quid de se ipso intelligere cogit. Cap.XI.

» DIxit itaq; ei Pilatus.ergo rex es tu. ¶Veritatẽ ipsam q̃si crimen aduersus Christũ Pilatus intulit.Nã cũ audisset regnũ eius nõ esse hinc:rebellionis quidẽ formidie liberatur/confessionẽ autẽ regni q̃uis nõ mũdani / culpe ac crimini tribuit.Quasi ergo cogẽs:cõfiteris inquit ergo quod rex es tu,Ca,XII

» RESpondit Ihesus,tu dicis quia rex sum ego,Ego in hoc natus sum/&ad
» hoc ueni in mundũ: ut testimoniũ perhibeam ueritati.omnis qui est ex
» ueritate: audit uocem meam.dixit ei Pilatus, quid est ueritas? ¶Non

negat regni sui gloriam qui rex uer⁹ est: etiam si esse negetur, Sed ueritatis uim rursum ostendit: que coegit Pilatum / regem ipsum dixisse. Tu enim dixisti ait: quia rex sum ego. natum autem se & uenisse in hunc mundũ / id est hominẽ factum asserit: ut testimoniũ ueritati perhiberet / id est ut falsitatem a mundo expelleret / & dyaboli tyrãnide destructa / ueritatem id est deum regnare faceret, qui rerum omniũ natura rex est: non deforis sed substantialiter hoc ipsum possidens. Verũ ut ostenderet duricie sua factum esse: ne recte ueritatem intelligat / illud subiecit, omnis qui est ex ueritate: uocem meam audit, facile namq; qui ueritatem amant: atq; iocunde ipsam audiunt, qui uere tales non sunt: nec audire quidem patiũtur. unde Esaias dicebat / nisi credideritis: non intelligetis. Quod Pilatus uerum esse ostedens: quid est ueritas interrogauit. Nam quemadmodũ qui uisu penitus carẽt: nec si aurum quidem / aut fulgentissimũ lapidem offeres / spledore rerum mouebis / quippe qui nec solari luce mouẽtur, sic animo ceci pulchritudinem ueritatis cernere nequeunt: que tamen diuini splendoris radios in mentem sapientum immittit, Esaie, 7.

Cap. XIII,

ET cum hoc dixisset: iterũ exiuit ad iudeos & dixit eis, ego nullã inuenio causam in eo. est autem consuetudo uobis: ut unum dimittam uobis in pascha, Vultis ergo dimittã uobis regem iudeorum? ¶ In condemnationẽ impietatis / crudelitatisq; iudeorũ / Pilatus qui non diuinam legem sed hominum mãdata sequebatur: iusti & equi defensionem suscepit. Cõtendit eni cũ nullã in eo causam inueniat, condemnandũ non esse, & q̃uis boni & equi ratione facile persuadere putaret: tamẽ ne repugnare quisq̃ eorum posset / uiam optimam & colorem pulcherrimũ excogitauit. Cõsuetudo inquit est uobis ut unus de uictis / pasche tepore dimittatur: uultis ergo uobis regem iudeorum dimittam? Regem autem nominans Ihesum / rabiem iudeorum risu mitigare conatur / & simul prudenter ostendit falso ipsum hoc crimine accusari. Nunq̃ enim Romanus prefectus: cupiditate tyrannidis aduersus Romanos accusatũ si quicq̃ signi daretur / dimitteret, Sed hec de loci huius expositione sufficiant. Consideranti autem mihi unde consuetudo hec originẽ habuit ut latronem aut homicidam a morte synagoga eriperet: primũ a seipsis (ut & alia pleraq; diuina mandata) id quoq; inuentum uidebatur. deinde diligetius querenti iuxta finem libro numerorum de cede inuolũtaria: quod modo dicam occurrit. Q̃d si fortuitu & absq; odio & inimicitiis iacto lapide / aut aliquo alio nõ ex insidiis nec uolens occidere / hominem quis percusserit / & mortuus fuerit / & hec audiẽte populo fuerint comprobata: iudicabit inter percussorem & propinquum sanguinis synagoga / & liberabit innocentem de manu ultoris / & reducet ad urbem ad quam confugerat. Cum igitur hoc mandatum ita conscriptum sit: ne uiderentur omnino diuina precepta negligere / conueniens multitudo iudeorum unum de uinctis petebant. Totius certe synagoge opus id esse lex mandabat. quod modo nisi a prefecto peterent: facere iure non poterant / qui Romanis subiecti ab illis regebantur, unde Ihesum quoq; ad Pilatum duxerunt dicentes: nobis non licet interficere quemq̃, ita quod diuina lege licebat; Romanorũ legibus non licebat. Nũeri, 35

Cap, XIIII,

Cap XIIII

» CLamauerunt rurſus omnes dicentes:non hunc ſed barrabam,erat autē
» Barrabas latro, ¶Iniqui rurſus iudei redarguuntur.uoluntatem enim
ſuam ſequentes:diuina mandata contemnunt,Nam cum lex de homici
da qui non ſponte cedē fecerit/fieri hoc iuſſerit: famoſum ipſi latronē poſtulāt:
Actus.3, qđ autē truculentus & homicida Barrabas fuerit:Petrus declarat dicens.uos aūt
ſanctū & iuſtū negaſtis/& petiſtis uirum homicidam donari uobis. Ita eum qui
ab equalitate patris ad paupertatē noſtrā deſcēdit/ut nos a uero homicida id eſt
diabolo liberaret:iudeorū ſacerdotes & ſcribe poſtpoſuerunt/& infamē latronē
Ioan.7, poſtularūt,Et quaſi nunq̄ illud audiſſent/iuſtum iudiciū iudicate:homicidā iu-
ſtificantes abſoluunt,& ipſum ſimul omnes condēnant dicentes: non hunc ſed
Barrabā,Sed iudei huius impietatis iuſto cruciabuntur ſupplicio.Ego uero diui-
nam admirari ſatis ſcripturam nequeo:que uel huius inſani clamoris ex perſona
Hiere.12, Chriſti/ſic per Hieremiā meminit.reliqui domū meā: dimiſi hereditatē meam,
dedi dilectā animā meam in manus inimicorū eius. facta eſt mihi hereditas mea
quaſi leo in ſilua:dedit contra me uocem ſuam,Sed prius quid in ſiluis leo faciat:
explicandū eſt,fertur igitur leo cum animal aliquod capere uelit: mirabilem ſo-
lere rugitum edere/eoq; que propinqua ſunt animalia perterrita cadūt. ita ſolo
leonis clamore ſuperantur ac capiuntur, Vnde propheta. leo inquit eructauit:&
Oſee.11, quis non timebit? Quaſi ergo leo in ſilua:aduerſus ſaluatorem ſynagoga facta
eſt.Nam q̄is nullo ille terrore perculſus ſit(expers enim formidinis deus eſt)cla
moribus tamē ſuis Chriſtū ſynagoga interfecit.Pilatus enim dimittere uolebat:
& modum ipſe cogitauit. Sed qui ſecundum diuinam legem ſe doctos iactabāt:
crudeliores prophanis inueniuntur.,

Cap.XV.

» TVnc ergo apprehendit Pilatus Ihesum & flagellauit, & milites ple-
» ctentes coronam de ſpinis/impoſuerunt capiti eius: & ueſte purpu
» rea circundederūt eum/& ueniebāt ad eum & dicebāt, aue rex iu-
» deorū,& dabant ei alapas. ¶Flagellauit iniuſte & deriſioni militū
Pilatus Ihesum tradidit: qui corona de ſpinis & ueſte purpurea &
alapis illū dedecorauit, Putauit enim placari hoc modo poſſe populos iudeorū:
ſi qui nullam habebat cauſam/hec nō merito pati oculis cerneretur,Flagellatus
aūt iniuria fuit:ut a uulneribus que iure peccatis noſtris perpeſſi ſumus nos libe-
raret.alapis ceſus & illuſus eſt:ut illuſori ſathane nos illudere poſſimus/& preua
ricationis peccatum fugiamus.Omnia enim propter nos & pro nobis Chriſt? ſu-
ſcepit: que repulſiuas uires habuerunt.quibus ea repulſa ſunt:que nobis merito
preuaricationis crimine acciderunt. Et quemadmodum mors Chriſti qui morti
non ſubiiciebatur/ad deſtruendam omnium mortem ſuffecit:ſic intelligere ac
credere oportet flagella ac dedecora dñm pertuliſſe/ut a talibus nos eriperet.ip
Eſaie.53. ſius enim liuore nos ſanati ſumus:ut ſcribitur. Oēs enim errauimus/unuſquiſq;
in uiā ſuā declinauit:& dñs poſuit in eo iniquitatem oim noſtrū.attritus eſt pro-
Eſaie.50, pter ſcelera noſtra:ut Eſaias dicit dorſum autē ſuū dedit in flagella/& maxillas
ſuas in alapas,Sed milites ſicut pſeudo tyrāno cuidā/more ſuo Chriſto illudūt.
ideo corona de ſpinis iponitur: qm̄ mūdani corona ſignū regni eſt/ueſtis quoq;
purpurea.ſimiliter huius deluſionis cauſa liquido exprimitur: accedentes enim
dicebant/aue rex iudeorum,Audiui autem aliquos quibus ualde placebat: per

coronam de ſpinis / multitudinē ſculptilia colentium ſignificari / que per fidem in diadema Chriſti ſuſcepta eſt, Spine namq; dicunt ſteriles / quoniam nullum pietatis fructum producebant: gentes fuerunt / igni ſolummodo nutrimetum / quemadmodum & agrorum ſteriles ſpine. Per purpuream autem ueſtem: regnum totius mūdi / quod per fidem Chriſtus accepturus erat / ſignificatū fuiſſe uolunt. Suſcipienda uero cuncta ſunt / que cum a recta uia non excedant: nonnihil utilitatis afferunt. Non eſt ergo eliciendū hoc theorema: cum rebus aptiſſime accommodatum ſit. Cap. XVI.

» EXIIT iterum Pilatus foras: & dixit eis, ecce adduco uobis eum foras: ut cognoſcatis quia in eo nullam cauſam inuenio. ¶ Non uerecetur Pilatus peccatū ſuū fateri (iniuria enī flagellatū a ſe Ihesum predicat) & foras eū ducere: ut ita eſſe ipſi quoq; cognoſcant, Expiere miſerabili hoc uiſu animos illorū putauit, & quaſi accuſare illos uidetur: qđ cupide cedē hominis ita manifeſte petāt / & clamoribus ſuis nolentē ad hoc pellere nitātur. Verū igitur in Chriſto inuenitur: quod dixerat / qa uenit princeps mūdi huius / & in me non inueniet quicq̄. Animaduerte namq; quō huc atq; illuc oibus reuolutis: nihil diabolus delicti poteſt inuenire / quo inuēto / iure Chriſtū quoq; poſſet detinere, Quare quemadmodū totam naturā hominis in Adā uno ſuperatā / peccato ſubiecit: ſic modo ab ipſa per unū ſuperatus eſt. Natura enī homo & deus erat: qui peccatū non nouit. Sicut igitur condēnatio per primū Adam in oēs penetrauit, ſic iuſtificati Chriſti benedictio / per unū ad omnes extenſa eſt, Teſtatur id Paulus dicens Sicut enim per unius delictum in omnes homines in condemnationē, ſic & per unius iuſticiam in oēs homines in iuſtificationem uite. Egrotauimus ergo per primum Adam / inobedientie maledictioniſq; morbo: locupletati autē ſumus per ſecundū / per obedientiā & benedictionem. Author enī legis ut deus: mādata legis ſeruauit ut homo. Vnde ad nos dicit, qui me diligit mandata mea ſeruat / ſicut ego mādata patris mei ſeruaui / & maneo in dilectione eius. hic enim ut deus & author legis: mandata ſua ſeruare iubet, ut autem homo: mandata ſui patris ſeruaſſe confirmat, Cap. XVII.

Ioan. 14.

Ad ro. 5.

Ioan. 15.

» EXIIIT ergo Ihesus portans ſpineam coronam & purpureū ueſtimētum. & dicit eis, ecce homo. Cū ergo uidiſſent eum pontifices & miniſtri: clamabāt dicentes, crucifige crucifige eum. ¶ Mōſtrauit intque flagellatū & a militibus indigne illuſum rerū omniū dominū: miſerabiliq; hac ira eorū ſedari poſſe putauit. Illi uero adeo ab omni humanitate fuerunt alieni: ut immanitate ferarū excederet / feruentiuſq; clamarent crudeliſſimo ipſum genere mortis occidendum. Quid enim amarius aut crudelius cruce? Hoc ſumme impietatis dedecus a principibus iudeorū ſolis euangeliſta traxiſſe originē oſtendit. Quando enim uiderunt ipſum pontifices & miniſtri clamarunt, crucifige crucifige eum. Nam cu multitudo aliquo modo his facts ſuberubeſceret / recordati forſan miraculorum illius: ipſi primum exclamant & uulgus incendunt, Vere igitur de ipſis propheta predixit: quia paſtores ſtulte egerunt, dominum enim non queſierunt, propterea non intellexit uniuerſus grex, & diſſipati ſunt. Nā quoniā grex id eſt multitudo non modo ad cognoſcendum Chriſtum a principibus nō fuit deducta / imo etiam ad cedem eius

Hiere. 10

inflāmata:propterea lapſa in baratrum periit.Sed ſi cetera etiam diligentius cō=
ſideres:originem impietatis cāpitibus principum impones. Ipſi hoc primi cogita
uerunt, ipſi pecunia ſacra proditorē conduxerūt.ipſi cohortē atq; miniſtros ad
capiendū ligandūq; Chriſtū miſerunt.ipſi ad Pilatū adduxerunt.ipſi deniq; fla
gellatū modo uidentes/inflāmantur magis inuidia & exclamāt: crucifige cruci=
fige eum:Volebāt enim dñm uinee occidere:putantes hereditatē eius tuto ſe de=
Math, 22 tēturos/& honoribus ſummis gauiſuros.ſed qui habitat in celis ait pſalmiſta:irri
Pſalmus, debit eos / & dñs ſubſannabit eos,nichil enim ex ſententia ipſorū ſecutū eſt:ſed
2 contrarium q̄ ipſi optabant natura rerum exitum habuit. Cap XVIII.

» EXit eis Pilatus. accipite eum uos & crucifigite : ego enim non inue=
» nio in eo cauſam. ¶ Stupet Pilatus quomodo iudeorum populus &
maxime principes ita truculēti ſunt : ut cum nulla in Chriſtū cauſa
inueniatur / tam turpi morte occidere ipſum ſtudeāt, Hac de cauſa
quaſi contemptus indignatur ac dicit miniſtrū me impie cedis ſolū
inueniſtis? ego preter Romanoꝝ leges innocentē occidam? ego clamoribus uiis
territus ad hoc me facinus detrudam? Nā ſi hoc ſcelus uos non putatis / ſi malū
eſſe nō arbitramini:uos ipſi qui legis diuine ſcientiā habere iactatis / crucifigite,
cede hāc patrate,impietatis huius crimen in capita ueſtra uertite. ſit iudaica ſo=
lum iſta temeritas.Si lex eſt apud uos q̄ ſummo inſōtes ſupplicio cruciet : uos ſoli
hoc facite,ego id nō conſentiā,Hec/taliaq;:breuis ſermo ipſius parturire uidet.
Sed mirabitur quiſpiā rurſus iudeorū maximā impudetiam : qui nec alienigene
Malachie quidē uiri iuſticia erubeſcunt / nec recordantur legis dicentis / quia ſacerdotis la=
2 bia iudicium ſeruabunt / & legem querent ex ore eius, Cap,XIX,

» REſponderunt iudei.nos legem habemus / & ſecundū legem noſtrā
» debet mori:quia filiū dei ſeipſum fecit. ¶ Quoniā de innouatione
erum accuſatio hec:nullū uel fictum quidē ueriſimiliter argumen
um habuit / facileq; paucis demū uerbis refutata euanuit,Non enī
ex hoc mundo eſt regnū meū dicebat, nam ſi ex hoc mundo eſſet:
miniſtri mei utiq; certarēt / ne iudeis traderer.quod Pilatus ita probauit:ut apte
predicaret nullā ſe in illo cauſam inuenire,aliud quid ueteratores & callidi homi
nes coacti:excogitarunt.legē enim ſe habere aiunt: que morte ſaluatorē condē=
Leui.24. nat.Que igitur lex eſt? Scribitur in Leuitico: qa iudeorū aliqui rixam mouerūt
in caſtris / quorum alter diuini nominis recordatus benedixit:id eſt maledixit &
blaſphemauit.qui hoc ligue crimine mori iuſſus eſt, Homo enī deus ait / qui deo
maledicet:peccatū habebit,nomen autem dñi nominans moriatur / lapidibuſq;
ab uniuerſa ſynagoga obruatur / ſiue aduena ſiue indigena ſit,Sed ambiget ali=
quis forſan:quid lex uelit,Nam morte quidem dignū qui blaſphemauerit in do=
minum nemo negauerit: ſed curnā etiam ſi falſos quis deos ignominioſe appella
uerit / peccatū habebit? non enim de uero deo neq; cum articulo : ſed ſimpliciter
ſcribitur,ſi quis deo maledixerit:peccatū habebit.Nos autē ad hoc dicimus:tuto
legiſlatorē locutū fuiſſe. Nam ſi quis deo q̄ſ falſo maledicat:gradū feciſſe uide
Exodi.22 tur / unde ad uerū deum blaſphemandū facilius aſcendat, ideo alibi etiā dicitur:
deos non maledices,Dei enim nomen etiam ſi falſo quibuſdam imponantur:ho
norandū tamen putauit.nec creaturas colere idcirco iuſſit:ſed deitatis nomē ue

nerari, Cum igitur lex ſit blaſphemantē mori: huius criminis reū eſſe dominū aiūt/quia ſeipſum filium dei fecit, Vbi autē id a domino dictū eſt? In piſcina que ouilis dicebatur/die ſabbati a diutino morbo mirabiliter hominē liberauit. Cūq; iudei turbarentur magis quoniā in ſabbato/q̄ Chriſti poteſtatem mirarentur: pater meus uſq; modo(ait) operat̄/& ego operor. Perſequebantur igitur inquit euangeliſta iudei Chriſtū: quia non ſolum ſabbatum ſoluebat/ſed deū etiam patrem eſſe ſuum dicebat/deo ſeipſum equalem faciens. Chriſtus autem ad hec dicebat: ſcriptū eſt in lege uestra/ego dixi dii eſtis: & filii excelſi omnes. Si uero illos deos dixit ad quos ſermo dei factus eſt/& ſolui ſcriptura nō poteſt: quem pater ſanctificauit & miſit in mundū/uos dicitis qa blaſphemas quia dixi filius dei ſum. Veritati ergo dicte: ueritatis crimen inferunt, Ego uero aduerſus eos uoce prophetica utar, quomodo dicitis quia ſapientes nos ſumus/& lex domini nobiſcū eſt? Nonne oportebat diligenter antea ſcrutari: quis/& unde Chriſtus ſit? & ſi quidem mētitus fuit: penas ab eo non iniuria petere. ſin autē uere dixit: adorare ipſum? Cur igitur inquiſitione omni contempta/& ſacrarū litterarū teſtimoniis ſpretis: ſolūmodo contradicitis/& ueritatē crimini datis? Oportebat ſane quādo Pilato dixiſtis quia filium dei ſe ipſum fecit: tunc opera quoq; ipſius in medium afferre, Oportebat: quadriduo iam mortuū uoce ſola in uitā reſtitutū narrare, Oportebat unigenitū uidue filium non relinquere. Oportebat ſynagoge principis puellam nequaq̄ omittere, Oportebat modum miraculorū etiam non preterire. in altero quidē/adoleſcēs tibi dico ſurge: in altera uero/puella ſurge. Oportebat preterea docere: quia cecis uiſum/leproſis mundiciem ſolo nutu donabat. Hec/ceteraq; huiuſmodi quibus uere deus mōſtrari poterat: malicioſe pretereuntes/cauillationibus ſolummodo utuntur. Viro gentili qui diuinam ſcripturā ignorabat/qui Ieſum hominem eſſe uidebat: clamantes dicunt. filium dei ſeipſum fecit. Nam certe ſcriptura: dei uerbum in natura hominis aliquando uenturum aperte predixit, Ecce inquit uirgo in utero habebit & pariet filium: & uocabunt nomen eius Emanuel/quod interpetatur nobiſcum deus. qui porro ex muliere nat⁹ eſt: quid aliud erit q̄ homo natura? Sed cum homo natura ſit: deus etiā uere eſt,

Ioan.5, Pſalmus 81 Ioan.10, Hiere.8, Ioan.11, Luce.7. Math.9, Eſaie.7.

Cap.XX,

» CVm ergo audiſſet Pilatus hunc ſermonē: magis timuit. & ingreſſus
» eſt in pretoriū iterum: & dixit ad Iheſum. quis es tu? Iheſus autem
» nullum reſpōſum dedit ei. ¶ In contrariū preter ſpem iudeorum malicia uertitur, illi enim crimen amplificabant: in deum ac dominum omnium peccaſſe Chriſtū aſſerētes, Pilatus autem magnitudine rei ad formidinem impellitur: & diligentius querit q̄ prius/unde & quis ſit Credidit enim ut mihi uidetur: poſſe deū eſſe Chriſtū/licet homo uideretur, nō tamē id ut decet/neq; a ſcriptura: ſed errore gentili inductus credidit. Semideos enim & deorū filios gentiliū fabule multos confingunt, Romani uero imperatoribus etiā ſuis: dei nomen donabāt/& aras eis conſtituebant. Curioſius ergo q̄rit Pilatus q̄ antea: unde/& quis Chriſtus eſſet, ipſe autē nihil ei reſpondit: ſuorum non oblitus uerborū, dixit enim ad eum: ois qui eſt ex ueritate/audit uocē meā, Pilatus uero ſculptiliū ac falſitatis cultor: quomodo ſaluatoris uocem/qui ſe ueritatem & filium ueritatis dicebat/intelligere potuiſſet? aut quomodo ueritatis

Ioan.18.

ſaltem nomen ſuſciperet ac honoraret:qui cum illud audiſſet ſtatim reſpuit dicens/quid eſt ueritas? nec mirum,erroris enim tenebris penitus obrutus: ueritatis radios aſpicere nequibat, Cap,XXI,

» DIcit ergo ei Pilatus,michi nō loqueris? neſcis quia poteſtatem habeo
» crucifigere te:&poteſtatē habeo dimittere te. ¶ Ex ſuperbia tacere ipſum Pilatus putauit,propterea principatus ſui poteſtatē quaſi uirgā intentat: cuius formidine impelli poſſe illum ad reſponſionē opinat? eſt,Poſſe igitur ſe ſiue punire uelit ſiue abſoluere:&poteſtatem hāc in ſe ſolo ſitam eſſe aſſerit,Quaſi ergo taciturnitate Chriſti uituperatus:indignatur atq; inſanit/ſilentii ratione nequaq̄ intelligēs.Merito hic quod
Eſaie.53. Eſaias predixit memorabor. Sicut ouis inquit ad occiſionē adductus eſt: & ſicut agnus coram tondente ſe/obmutuit.ſic non aperuit os ſuum. in humilitate eius
Pſalmus. iudicium eius ſublatū eſt.pſalmiſta etiam in perſona Chriſti,Ori meo inquit cuſtodiam poſui: obſurdui & humiliatus ſum / & ſilui a bonis,Quod autem a bo-
30 nis dicit:pro a malis intelligendū eſt. Solet enim diuina ſcriptura quando de deo aliquid dicitur melioribus uti uerbis, Cap,XXII,

» REſpondit Iheſus.non haberes poteſtatem aduerſum me ullam:niſi
» tibi datū eſſet deſuper,propterea qui tradidit me tibi:maius peccaum habet. ¶ Quis aut unde ſit id eſt ex quo patre nat? ſit/aperte
Math.7. nō dicit.Nō enim oportet canibus(ut ipſe ait) ſancta committere/nec margaritas porcis proponere. Quoniam uero principatus ſui Pilatus poteſtatē oſtendebat / ac in ſe ſolo & punire & abſoluere ſitum eſſe iactabat,cōmodiſſime huic orationi uires &poteſtatē ſuā opponit/flatumq; Pilati uel aduerſus dei gloriam tumentē deprimit / & futuris fidelibus conſulit.non enim
Apoca.19 paruū detrimetum fidei eſt: ſi quis putet inuitū Chriſtū ui tractū ad paſſionem fuiſſe,Quō enim qui natura deus/& rex omniū a ſcriptura predicatur:cogi ab aliquo poteſt? hūc igitur errorē radicitus euellit dicens: niſi tibi eſſet datū deſup Deſuper aūt dicit: quia ipſe unigenitus ſeipſum obtulit conſenſu pr̄is / ut incarnationis impleretur myſteriū,datū ergo inquit eſt deſuper: id eſt cōceſſit/conſenſitq; pater una cū filio,Non enim ratione ſolū quia deus cogi nō poteſt: uerū
Ioan.8, etiam periculo patuit ſepius uoluiſſe iudeos Chriſtū aggredi/& nō potuiſſe,uo-
Luce.4, luerūt/inquit alibi euāgeliſta hic/ipſum capere: ipſe uero tranſiens per medium eorū ibat,Sic aūt dixit:id eſt non formidoloſus/ nec ut fugientes ſolent occulte/ſed libero gradu ambulās ut ſolebat,ſic oculos eorū uirtute ſua tunc effugit:q̄n paſſionis nondū aderat tēpus. Suo igitur nutu & uolūtate patris datā eſſe poteſtatem Pilato ait:ut quicq̄ aduerſus eum agere poſſet Maius autē peccatū illi qui tradidit q̄ Pilato inerat.ille enim origo & uia impietatis fuit: Pilatus autē ex formidine miniſtrū iudeorū ſe prebuit.Quis igitur tradidit/aut quē maius premit delictum? proditore credo diſcipulū. deinde pontifices & ſacerdotes. & poſtremo ipſum iudeorū populum.cui cum maius peccatū atteſtatus ſit: oſtēdit extra impietatis peccatum Pilatum minime fuiſſe. CapXXIII.

ET exinde querebat Pilatus dimittere eum, Iudei aūt clamabant dicētes, ſi hunc dimittis non es amicus ceſaris. ¶ Pertimuit Pilatus cum filiū dei Chriſtū ſe facere audiſſet:ac ideo ab omni calumnia liberare ipſum ſtu-

debat. Id calliditas iudeorū cum intellexiſſet;ad primam uertūtur calumniam / quod regnū in ſe appetat /& Romanos iugū longe a iudeis eicere conetur,Sed perſpice queſo;q̄ uerſute huc & illuc malicia eorum uertitur. Nam cū hoc ipſum prius crimini darent;quia repulſi fuerāt / ſtatim ſecundū legem mori debere dixerunt quia filium dei ſe fecit / ut pietate in deum / ad uerſus ſaluatorē / Pilatum cogerent,Sed quia nihil hoc ſibi profuit;ad primum rurſus refugiunt / & regnū Iudee ipſum optare aduerſus ceſarem conclamant. Quare niſi punire uelit : nō eſſe amicū ceſaris contendunt,qm̄ uiuere patiatur eum : qui ceſari contradicit / id eſt qui regiū nomen / aduerſus ceſarem uſurpat . Et certe non celeſtem cuius maxime Chriſtus dñs eſt : ſed terreſtrem principatū ceſar tenebat / qui etiam a Chriſto dependet,per ipſum enim reges regnāt: & tyranni dominantur / ut ſcribitur. Nugantur igitur: & fruſtra ſaluatoris glorie detrahūt, quibus Eſaias iure Prouer.8
increpat dicens. uos autem accedite huc filii iniqui / ſemen adulteri & fornicarie: ſuper quē dilataſtis os & eieciſtis linguam ? Nūquid nō eſtis uos filii perditionis / Eſaie.57.
ſemē iniquum? Nō enim in aliquē ſimpliciter hominē;ſed ipſum qui rerū omniū principatum cum patre tenet / falſa calumnia impudenter utebantur.unde perditionis filii & iniquum ſemen effecti ſunt, Cap,XXIIII.

» Dllatus ergo cum audiſſet hunc ſermonē : adduxit foras Iheſum /& » ſedit pro tribunali in loco qui dicitur Licoſtratos / hebraice autem » Gabatha.erat autem paraſceue paſche hora quaſi ſexta;& dicit iu» deis.ecce rex ueſter , ¶ Totam hanc impietatē iudeis maxime tri= oui modo uidemus, uictus enim etiam inuitus clamoribus illorum ceſſit Pilatus;adeo ut nec ius ueritus ſit / nec ualde curauerit quia incōſtanter nimium faceret,Nā qui ſepius publice dixerit nichil in eo inuenire: ad uoluntatem modo illorū defertur / impietatis ſue ipſe teſtis effectus. Solitū igitur aſcendit tribunal;ut truculentā in Ieſum ſententiam proferat. Dies uero ac hora neceſſario ſcribitur : & propter reſurrectionē & tridui temporis ſub terrā ſpaciū.ut ſermo domini iudeis dictus exitū habuiſſe intelligatur.Sicut enim inquit Ionas in uētre Math.12.
ceti tres dies fuit & tres noctes : ſic & filius hominis in corde terre tres dies erit & tres noctes,Ab ipſo autem tribunali mōſtrat Iheſum dicēs;ecce rex ueſter,quid igitur hoc eſt? Aut alludit populo / cui inſontem ſanguinem ſitiēti gratificatur: aut forſan opprobrio petit. quia tot tātiſq; malis eum afficere ſtudet : quem ipſi iudeorum regem appellant. Cap,XXV,

» Lli autem clamabant : tolle tolle crucifige eum dicit eis Pilatus.regē » ueſtrū crucifigam? ¶ Clamant nō minus q̄ antea;nullo modo a crudelitate ad manſuetudinē declinati nec propter illuſiones nec propter flagella,Imo uero truculētiores facti / crucifigi iterum atq; iterum illum hortantur. qui mortuos excitauit, qui tante fuit eſtimationis;ut rex & filius dei iam putaretur , Vnde ipſe quoq; iudex tam impiū eorū clamorem redarguens / atq; opprobrio tribuens;regem inquit ueſtrū / id eſt hominē tante apud uos opinionis crucifigam? Quid enim et exequari poteſt? imo uero quid in eo minus filio dei atq; rege inuenitur? Cap.XXVI.

» Reſponderunt pontifices : non habemus regem niſi ceſarem, ¶ Reſilit Deute.32
aperte ab amicitia dei populus iudeorū : & reliquit (ut Moſes dicit) deū Hiere.3.
qui ipſum genuit / & domini auxiliatoris eius recordatus non eſt. Ani=

maduerte nãq; quomodo facies fornicarie facta eſt ipſi/ut ſcribitur, impudẽter
Hiere,3. enim omnia egit,dñm ſuum negauit.quo crimine Hieremie uoce deus ipſum ac
Hiere.2. cuſat dicens.ite in inſulas Chetim & mittite in Cedar:& diſcite / ſi gentes muta-
Hiere,2, bunt deos eorũ/qui nec dii quidem ſunt, populus autem meus mutauit gloriam
eius.Et rurſus.obſtupuit & exhorruit celũ in hoc ualde/dicit dominus.quia duo
praua fecit populus meus.dereliquerunt me fontem aque uiue: & effoderũt ſibi
ciſternas diſſipatas/que continere non ualent aquas. Omnes enĩ ubiq; gentes er
rorem ſuũ uehementer amplexe:quos deos putarũt ita colunt /ut non facile cul-
tum aliorũ deorũ ſuſcipiant, Iſrael uero:calce regnũ dei percuſſit / & ad princi-
patum ceſaris tranſfugit, Quare non iniuria manibus ceſaris traditus:intollera
biles belli calamitates incidit . Sed animaduerte rurſus queſo exquiſitam euan-
geliſte diligẽtiam . Non enim populus ſed principes populi reſponderũt inquit/
undiq; oſtendens ad precipitia ſubditos a pontificibus quos ſequebantur depul-
ſos,Non ergo ſolũ ſuas/uerum etiam aliorum animas/tante impietatis duces ac
Oſee.5, principes perdiderunt.Ita enim & propheta ipſos accuſat clamans.quia laqueus
facti eſtis ſpeculationi:& ſicut rete expãſum ſuper Thabor, Speculationẽ namq;
in his appellat ſubditam multitudinẽ:cuius curam principes habere debent.ſpe-
culatores enim ideo apud ſacras litteras / preſidẽtes populis dicuntur. Laqueus
igitur & rete ſpeculationi/id eſt populo põtifices facti ſunt : cũ ipſi primi clama-
uerint / & aliis re ipſa dicere perſuaſerint.non habemus regem niſi ceſarem, Et
audet hoc erũnoſi & miſeri homines dicere: cũ deus pater prophetica uoce / ſal-
zacha. 9, uatoris aduentũ predixerit,gaude clamãs filia Sion/ualde iubila filia Hieruſalẽ:
ecce rex tuus uenıet tibi iuſtus &ſaluator/ipſe mitis/aſcendẽs ſuper aſinã & ſup
Math. 21, pullũ filiũ aſine , Ipſi autẽ q̃q̃ aſine pullo inſidentẽ Iheſum publice in Hieroſoly-
ma cũ infantibus diuinis honorarũt laudibus/benedictus clamantes qui uenit in
nomine dni:reſiliunt tamen nunc/principatũ Romanorũ amplexi/& iugum re
gni dei reiicietes.hoc enim plane ſignificãt dicentes: nõ habemus regẽ niſi ceſarẽ
Sed tunc a populo &a ſimplicioribus ut deus, Chriſtus laudabatur:nunc uero cõ
ſilio & clamore pontificum regnum dei excutiunt. Cap.XXVII,

» VNc ergo tradidit eis illũ:ut crucifigeretur. ¶ Iudeorũ clamoribus
victus:ſententiã eorũ Pilatus turpiter ſequitur / iubetq; illum cruci
figi in quo nihil cauſe potuit inuenire.Sed iudeis tota hec temeritas
aſcribẽda eſt.ipſi enĩ origo &caput impietatis huius fuerunt: a qua
tamen Pilatũ non abſoluimus.cauſa enim una cum illis & ipſe fuit,
Nam cũ poſſet furorẽ iudeorũ reprimere/non modo id non fecit:ſed Chriſtum
etiam eis tradidit.nec id ſimpliciter:ſed ut crucifigatur. Cap.XXVIII,

» VSceperunt aute Iheſum & duxerunt.& baiulans ſibi crucem:exi-
» uit in eum qui dicitur Caluarie locum/hebraice aute Golgatha:ubi
» eum crucifixerunt & cũ eo alios duos hinc &hinc/medium autem
» Iheſum, ¶ Ducũt iam ut moriatur fontem & largitorẽ uite: quod
diuina uirtute/mirabiliq; artificio pro nobis fiebat / cũ ad inſpera-
tum exitum paſſio proruperit,laqueus enim facta eſt imperio mortis: & renoua
tionis ad incorruptibilitate & ad nouam uitã origo. Lignũ igitur ubi crucifixus
Ad gala, eſt in humeris portans:exit condemnatus iam capitali ſentẽtia / nulla penitus de
3 cauſa/& id propter nos, Tulit enim in ſe que peccatoribus iure ſecundum legem

imminent:factus pro nobis maledictio / ut ſcribitur. Maledictus enim ait omnis qui de ligno pendet. Maledicti aũt omnes nos ſumus:qui peccato ſubiecti legem diutinã cõtemnimus. Multa ſane omnes delinquimus / facileq; natura labitur. Et cũ rurſus in lege ſcribatur, Maledictus qui non permanet in omnibus ſcriptis in libro legis huius:ut faciat ea,noſtra certe non aliorum hec eſt maledictio. Nam ſi preuaricatiõ a lege / delictũ eſt / & nos facile labimur legem negligentes: hac maledictione iure premimur, Maledictus igitur ille propter nos: qui peccatũ nõ nouit / ſed ut a maledictiõe omni nos liberet crucifigit. Idq; paſſus ſuffecit ut deus / pro oĩbus / morteq; carnis ſue uniuerſos redemit, Crucẽ igitur portat Chriſtus: non ſibi ſed nobis tranſgreſſoribus per legem debitã. Nam quemadmodũ non propter ſeipſum ſed propter nos in mortuis reputat? eſt / ut deſtructa morte ad eternam nos uitã reduceret:ſic & debitam nobis crucẽ in ſeipſo ſuſcepit / ut condẽnatio legis in ſeipſo condẽnata euaneſcat, ut omnis iniquitas os ſuũ obſtruat: cum qui peccatũ non fecit / pro peccatis omnium condẽnatus ſit, Hoc ſingulari / preclariſſimoq; Chriſti facinore:ad fortitudinẽ roburq; animi / quo pati omnia pro pietate uelimus / mirũ in modũ exhortamur. Nullo enim alio pacto ut arbitror / deo penitus coniuncti ſumma bona conſequemur:niſi amorẽ dei terreſtri huic uite preponentes / parati ſimus pro ueritate mori ſi oportunitas aderit. Ois enim inquit qui non accipit crucẽ ſuam & ſequitur me: nõ eſt me dignus. Quod nihil aliud ſignificat (ut ego arbitror) q̃ mundo propter deum renũciare / & huic corporali uite bona que per fidem ſperamus anteponere. Sed dominus quidem noſter Iheſus Chriſtus debitam nobis baiulans crucẽ:& hoc propter nos / nõ erũbeſcit:nos aute calamitoſi / quorũ mater hec terra eſt / qui ex nichilo ad eſſe producti ſumus. non audemus labores uel paruos pro pietate ſuſcipere. ſed ſi forte pro Chriſto quicq̃ nobis acciderit: erubeſcimus, Ita inanem huius mundi gloriã ſequentes:in ſuperbiam (que uiciorum omnũ mater eſt) incidimus. O temeritatem maximam. dñm enim ſerui / & magiſtrum indigni diſcipuli ſuperare ſtudemus. Sic & Petrus quondã intolerabile crucis putans paſſionem / nec myſterii uires adhuc intelligẽs / ex amore dicebat:propitius eſto tibi dñe / ne fiat tibi hoc. ad quem Chriſtus. Vade retro ſathana. ſcandalum mihi es:quia nõ ſapis ea que dei / ſed ea que hominũ. unde non paruam utilitatem nos colligere poſſumus. Diſcimus enim quando tempus ad certamina uocat: ne ſi etiam qui chariſſimi nobis ſunt prohibeant / turpe forſan putantes / mentẽ ullo modo illis adhibeamus, Nõ enim a ſathana differt:qui ſcandala ponit / & quibuſcunq; modis poteſt / a recta ſententia homines ſeducit. quod etiam Chriſtus illis uerbis oſtendere uidetur, Si oculus inquit dexter tuus ſcandalizat te: erue eum & proiice abs te. Quod enĩ a felicitate noſtra nos ſemouet: etiam ſi amicitie lege nobis coniungitur / etiam ſi natura ipſa & ſanguinis propinquitate copulatur / non noſtrum ſed alienum & hoſtile putandũ eſt. Inter duos autem latrones crucifixus eſt ex malicia iudeorum: qui ut turpiſſimã mortẽ eius oſtenderet / iuſtũ cum iniquis condemnarũt. qui quidem duo latrones: duos populos qui poſtea Chriſto coniuncti ſunt / iudaicum dico atq; gentilem / ſignificaſſe mihi uidetur. Condemnati autem iure ut latrones fuerunt, quia & iudei legem tranſgredientes:preuaricationis crimine rei erant. & gentes nõ creatorẽ:ſed creaturas colebant, q̃uis & alioquin qui adherẽt

Deute. 21
Deutero 27
Pſalmus. 87
Pſalmus. 106
2. ad cori 5
Math. 10.
Eccũs. 10
Math. 16
Math. 5

Chriſto;una cum eo crucifiguntur,Ad nouam enim & euangelicã uitam reformati;prime conuerſationis ſue morte ſuſtinent, Vnde Paulus de Chriſto quidẽ
Ad gala. 5 dicit,qui autem ſunt Chriſti;carnẽ ſuam crucifixerũt cum uitiis &concupiſcentiis. De oĩbus uero in perſona ſua,ego enim per legem legi mortuus ſum;ut deo
Ad gala. 2 uiuã,Chriſto cõfixus ſum cruci,uiuo aũt iam;nõ ego/uiuit uero in me Chriſtus Et rurſus,Si ergo mortui eſtis cũ Chriſto ab elementis huius mundi; quid adhuc
ad coloſ. 2 tanq̃ uiuentes mundo decernitis? Mũdane namq; cõuerſationis mors;euãgelice uite origo/ac fundametum eſt. Duorũ igitur crux latronũ ut ab euentu didicimus;duorũ populorũ cõiunctionẽ cum Chriſto ſignificabat,qui una cum Chriſto quodam modo mortui erant;carnali uoluptate ſpreta / & mundana uita ſepulta/ut cum domino ſuo ſpiritaliter uiuerent, Cap,XXIX,

» » » ad coloſ. 2  Cripſit autem & titulũ Pilatus,& poſuit ſuper crucem.erat autem ſcriptũ:Ihesus Nazarenus rex iudeorũ. ¶ Hoc certe illud aduerſus nos cirographũ quod cruci affixum a domino Paulus ait;in quo de principatibus/poteſtatibuſq; ut deuictis triumphauit. Nam etſi titulum hũc non ſaluator ſed iudeorũ furoris miniſter affixerit; ſed tamẽ ipſe affixiſſe ſcribitur/qui affigi permiſit , De principatibus autem in ipſo triũphauit;quia appoſitus ſignificabat legẽtibus Chriſtũ illum fuiſſe/qui animã ſuam in redemptionẽ omniu dabat omnes enim homines;peccati iugo depreſſi, Omnes enim inquit declinauerunt/& ſimul inutiles facti ſunt,& diabolo ſeruiẽ-
Pſalmus, 13 tes turpiſſime degebamus. Habebat autẽ diabolus aduerſus naturã noſtram cirographũ/maledictionẽ legis diuine trãſgreſſoribus debitam/& priſcã dei ſententiã que aduerſus primũ hominẽ iuſtiſſime fuit prolata; in quo genus uniuerſaliter noſtrũ (quia nemo abſq; peccato eſt) condemnatũ fuit. Nã ut Adam peccauit;ſic & ceteri poſt ipſum/mandatũ dei neglexerunt. ¶ Quare de uno aduerſus omnes ſentẽtia fuit prolata. Hoc igitur aduerſus genus noſtrũ cirographũ/ titulo in cruce confixo;ſaluator deleuit. Liquido namq; hic titulus mortem in ligno ſuã ſignificauit;quam pro cõdemnatorũ uita paſſus eſt/& pro delictis penã dedit ſufficientẽ. Nam etſi unus patiebatur;ſed ut deus ſupra omnem creaturã eſt dignus/& uita oĩm multo preſtãtior. idcirco iniquitas oĩs obſtruxit os ſuũ;ut
Pſalmus. 106 pſalmiſta canit,& peccati ligua obticuit/cũ delinquẽtes accuſare nõ poſſit, iuſtificati enĩ ſumus;cũ debita nra pro nobis Chriſtus reddiderit, ſuore nãq; ſuo ſa-
Eſaie.53. nati oẽs ſumus;ut ſcribitur. Sed quẽadmodũ per lignũ caſus noſter fuerat excogitatus;ſic per lignũ a caſu renouati celeſtia bona accepimus.cũ ipſius quaſi egritudinis;initium;propter nos in ſe ipſum Chriſtus luſtrauerit, Cap,XXX.

» » » Daniel,7 Ad phi,2  Vnc ergo titulũ multi legerunt iudeorũ; quia prope ciuitatem erat locus ubi crucifixus eſt Ihesus.& erat ſcriptus hebraice/grece & latine, ¶ Diuinitus ut ego puto factũ eſt;ut trium linguarũ que precipue ſunt litteris/ſcriptus titulus fuerit. Omniũ enim gentium regnum Chriſto attributũ eſſe ſignificauit. ipſi enim inquit Daniel honor & regnũ datũ eſt;& omnes tribus & lingue ipſi ſeruient,& ut Paulus ait. omne genu flectetur/celeſtiũ/terreſtriũ & infernorũ;& oĩs lingua confitebitur quia dns noſter Ihesus Chriſtus in gloria eſt dei patris. Titulus igitur iſte per precipuas linguas omniũ linguarũ Ieſum futurũ principẽ predicabat;& impietatis

crimine iudeos arguebat. magna eorũ uoce qui legebant conclamans: quod dominum regemq; suum crucifixerint. Cap. XXXI.

» Dicebant ergo Pilato pontifices iudeorũ. noli scribere / rex iudeorũ:
» sed quia ipse dixit / rex sum iudeorũ, respõdit Pilatus. quod scripsi:
» scripsi. ¶ Nõ possunt ferre huiusmodi titulum principes Iudeorũ:
» sed acri turbati inuidia / regnũ pernegãt Christi. Nunq; enĩ inquiũt
» rex iste fuit: quem nos in regẽ nunq; suscepimus: sed ipse huiusmodi uerbis usus est. Ita ex imperitia non uidebant / ueritatis naturam mentiri non posse ueritas autem Christus est, Rex igitur iudeorum est: si sic ipse dixit / & uos o iudei affirmatis. Non uult autem Pilatus mutare titulum: quia non fuit in omnibus sibi diuinitus permissum / aduersus saluatoris gloriã furere, Stabile nãq; ac supra calumniam Christi regnum est: etiam si iudei nolint / etiam si gloriã eius confiteri non patiantur. Cap. XXXII.

» Milites ergo cum crucifixissent eum: acceperũt uestimenta eius, & fe-
» cerunt quatuor partes: unicuiq; militi partem / & tunicã. Erat autẽ
» tunica inconsutilis: desuper contexta per totũ. dixerunt ergo adin-
» uicem. nõ scindamus eam: sed sortiamur de illa cuius sit, ut scriptu-
» ra impleretur dicens. Partiti sunt uestimenta mea sibi: & in uestem
» meam miserunt sortem. & milites quidem hec fecerũt. ¶ Partiti sunt uestimẽta saluatoris inter se milites, Solent enim ex truculentia publicarũ rerum uindices, non modo non condolere damnatis / uerũ etiam atrocius iussa peragere / & calamilitatibus altorũ robur quoddã animi ostentare. uestes autẽ damnatorũ quasi hereditatis lege ad se pertinẽtes uendicant. In quatuor igitur partes ceteris diuisis: unã tunicã dilacerare usum non est, sortis ergo illã faciunt munus. Nõ enim poterat mentiri Christus: de se ipso apud psalmistã dicens. Partiti sunt uestimenta mea sibi: & in uestem meam miserunt sortem, Hec enim omnia predicta fũt: Psalmus.
ut rerum euentibus / ipsum esse qui uenturus erat crederemus. Nõ enim magna 21
solum: sed parua quoq; predicta sunt. ut ab omnibus recte ad ueritatem deducti: non erraremus. Sed non nocebit imo uero etiam proderit / nonnihil de partitione uestimentorũ sublimius dicere. In quatuor partes uestimenta diuisa sunt: tunica solũ indiuisa remansit, Quod mystice cuiusdã rei signũ fuisse dixerim, Nam quatuor orbis partes ad salute reducte: indumẽtum uerbi id est carnẽ eius impartibiliter inter se partite sunt. In singulos enim partibiliter transiens unigenitus / & animam atq; corpus eorũ per carnem suam sanctificans: impartibiliter atq; integre in omnibus est / cum unus ubiq; sit / nullo modo diuisus / sicut Paul⁹ ait, Huius mysterii uim: legis quoq; figura obumbrat, Agnum enim tempore cõ 1, ad corĩ.
gruo accipere iubebat / non per singula capita unũ: sed per singulas domos atq; 1
familias. sic diuidi quodam modo agnus uidebatur. Sed ut rursus quasi integer Exodi, 12
atq; indiuisus remaneret: una in domo comedatur inquit, non exportabitis de carnibus eius, Sic partibiliter quantũ ad singula unius familie capita: & impartibiliter quoniã in una domo atq; familia / unus in omnibus agnus inuenitebatur. Simile quid & de uestimetis intelligẽ: alia enim in quatuor partes diuisa sunt: sola tunica integra permansit, Que inconsutilis / & desuper erat contexta: ut significaret absq; conuẽtu sexuũ / uirtute sancti spiritus desuper corpus domini con-

textum atq; confectū de ſanguine uirginis fi iſſe. Hec cum nihil ueritati obſint & conducere poſſint:ſtudioſis non reiecienda ſunt. Cap.XXXIII,

» STabant autē iuxta crucē Ihesu mater eius: & ſoror matris eius Ma-
» ria Cleophe/& Maria Magdalene. ¶ Nō inutiliter huius quoq; rei euāgeliſta memīnit:ſtanteſq; iuxta crucem matrē & ceteras dixit/ largis ſcilicet lachrymis flentes.facile namq; ad lachrimaꝝ flumina genus eſt mulierū:preſertim ſi magna cauſa mouetur. Cur autem hec tenuia memorat/& mulierū mētionem facit? docere ut ego arbitror uoluit: tātam paſſionis Chriſti fuiſſe indignitatē ac magnitudinē/ut matrē etiam eius/ mors crucis & iudeorum illuſiones commouerint/&ad hec milites cum riſu atq; triumpho coram matre ad deriſionem Chriſti ueſtimenta partientes. Hic certe dolor a Simeone prenūciatus fuit. Ecce inquit hic poſitus eſt in ruinam & reſurrectionem multorum in Iſrael:& in ſignum cui cōtradicetur.& tuam ipſius animam pertranſibit gladius:ut reuelētur ex multis cordibus cogitationes.Gladiū enim acutum:doloris magnitudinem appellauit.ex multis autem cordibus reuelate cogitationes ſunt: cum etiam diſcipuli eius ſcādalum propter paſſionē paſſi fuiſſe uideantur. Luce.2. Cap.XXXIIII,

» CVm uidiſſet ergo Ihesus matrem & diſcipulum aſtantem quem di-
» ligebat.dicit matri ſue,mulier ecce filius tuus.deinde dicit diſcipu-
» lo.ecce mater tua,& ex illa hora accepit eā diſcipul⁹ in ſuā. ¶ Prouidit matri: quaſi parum de magnitudine doloris curaret. Nā etſi acriter patiebatur.erat tamen etiam impaſſibilis.Cōmendauit aūt eam diſcipulo Ioanni huic qui euangeliū hoc conſcripſit: ut officium filii in eam ſeruaret,matrē ſimiliter admonuit: ut parentis in diſcipulū authoritatē haberet.amore uidelicet atq; charitate non minus illos coniūgi uoluit: q̄ ſi nature maxima propinquitate coniuncti eſſent.Sunt autem qui dicūt carnis coniunctione Chriſtum commotum fuiſſe/ac ita locum in ipſo affectus habuiſſe contendunt; ad quam quidem opinionem non niſi mente capti delabuntur.Non enim hac ratione id factū a Chriſto eſt:ſed re ipſa honorandos eſſe parentes docere nos uoluit.Equalt enim uere ſupplicio in deum blaſphemantes/ & parentes paruipendentes puniri lex ſtatuit. Morte moriatur qui nomen domini nominauit/ id eſt in dominū blaſphemauit,& ſimiliter qui patri aut matri maledicit:morte inquit moriatur. Cum igitur ita per legē ipſe preceperit/ cūq; omnis uirtutis ipſe fons ſit:quomodo non oportebat ab ipſo & per ipſum primum nos diſcere/nec quando intolerabiles imminent erūne/negligendos eſſe parentes? Optimus enim ille certe eſt:non qui magna in tranquillitate ac copia rerum / ſed qui in tempeſtate & egeſtate/mandatorum non obliuiſcitur. Leuitici. Exodi.21 Cap.XXXV,

» IOſtea ſciens Ihesus quia iam omnia conſummata ſunt:ut conſum-
» maretur ſcriptura dicit.ſitio,Vas aūt appoſitū erat aceto plenum,
» illi autem ſpongiam plenam aceto/hyſopo circūponentes: obtule-
» runt ori eius. ¶ Cū truculēter omnia impietate iudeoꝝ eſſent peracta/ nec quicq ad ſummā crudelitatem deeſſet: tandem ſanctiſſima Chriſti naturale quid patitur.multis eni ac uarus doloribus exſiccata:ſiti torquetur,Multū enim poſſūt dolores;ad commouendā ſitim. Innatū enim calorē

exagitantes:uel quod in profunditate humidū eſt conſumunt/& igneis ardoribus dolentis uiſcera urunt, Sicut igitur ceteras paſſiones: ſic hanc etiam ſponte Chriſtus perpeſſus eſt, bibere igitur petit. Illi autem adeo longe ab omni humanitate aberant: ut pro tuuāte potu atq; tocūdo nocentem & acerbū attulerint/ & humanitatē qua moueri uidebantur in impietatē conuerterint. Nam cum petenti dabant: charitatis habitū ſuſcipere uidebātur. Sed nō eſt poſſibile mentiri ſcripturā: in qua ex perſona Chriſti dicitur, & dederūt in eſcam meā fel: & in ſiti mea potauerūt me aceto, Sed hic quide euangeliſta ſpongiam aceto plenā hyſopo illos circūpoſuiſſe ac attulliſſe ſcribit, Lucas uero aceti ſolummodo meminit Matheus autem & Marcus calamo ſpongiam circūpoſitam ſcribit fuiſſe. Nec diſcrepantiā in euangeliſtis ullam eſſe dicemus. Nam cum neceſſariū ad pietatem non eſſet: modū quoq; rerū omnium minutius conſcribere/ alius aliter ſcripſiſſe uidetur, quia cū omnia facta ſint: non omnia omnes/ ſed alius aliud conſcripſit. Beatus igitur Lucas nullā de allationis modo curam habuit, Ioannes uero a ceteris non diſcrepat: quis ita imperitis uideatur. Perſpicuū enim eſt multos impietatis fuiſſe miniſtros: milites ſimul atq; iudeos. Alii ergo calamo: alii ligno hyſſopi potum Ieſu afferebāt. Dictū eſt enim per Ezechielē a deo ad Hieruſalē, ſicut feciſti, ſic fiet tibi, retributio tua retribuetur tibi in caput tuū, Per Eſaiam uero ad Iſrael dicitur, ue iniquo, praua ſecundū opera manuū ſuarū accidet ei, Inter cetera igitur que crudeliter in Chriſtū facta ſunt: hoc quoq; iudicamus, ex quo nō parū utilitatis conſequi poſſumus. Diſcimus enim hinc non poſſe ſatiari aduerſariorū animos: in perſequēdis amicis Chriſti. Sed uſq; ad ultimū ſpiritū: magnū undiq; tetationū cōmouent eſtum. Sed hi magni labores atq; perpetui: perpetuā etiam afferunt gloriam, Nam ſicut tribulatio in hac uita non ceſſauit: ſic in futura que eterna eſt/ gloria nunq̄ terminabitur, Psalmus, 68 Luce, 23, Math. 27 Marci, 15. Ezechiel. 9 Eſaie. 3.

Cap. XXXVI,

» CVm ergo accepiſſet Ieſus acetū: dixit, conſummatū eſt, & inclinato capite tradidit ſpiritū, ¶ Conſummatū iam eſſe ſaluator dicit: quia ſeuiendi iudeorum poteſtas in ipſum per mortē ſuam terminum habuit. quid enim non excogitarūt/ aut quid ſupreme inhumanitatis relictū ſibi eſt? quis cededi/ quis contumeliādi modus nō adhibitus? Merito igitur conſummatū eſſe ait, Cūq; tēpus iam eſſet/ ut etiā ſpiritibus apud inferos predicaret (uenit enim: ut tam uiuorū q̄ mortuoꝝ dominaretur) morte pro nobis ſuſcepit: & hanc nature noſtre propriā paſſionem ſpōte ſubiit ſecundū carne/ q̄uis ut deus uita naturaliter ſit, ut ſpoliatis inferis primitie dormient ū & primogenitus (ut ſcripture dicūt) mortuorū factus: recurſum ad uitam nature noſtre largiretur. Inclinauit igitur caput. Accidit enim morientibus uigore carnis iam cōſumpto & anima que corpus retinet abeūte: inclinatio capitis. quāobre uerbis hoc modo abuſus euangeliſta eſt, Sic & tradidiſſe ſpiritū a conſuetudine noſtra ſibi dictū eſt: multi enim ſic extingui & mori dicunt, q̄uis mihi uideatur ideo non ſimpliciter mortuum eſſe/ ſed tradidiſſe ſpiritum euangeliſta dixiſſe, quia in manus dei patris animā ſuā cōmendauit/ ut ipſe dixit, Pater in manus tuas cōmendo ſpiritu meū, quod nobis magne ſpei fundametū atq; originem prebet. Credere namq; debemus cum a corporibus ſanctorum anime abierit: tanq in manus chariſſimi patris/ bonitati diuine cōmendari: nec ut quidā

1. ad cori, 15 Ad coloſ. 1 Luce. 23.

infideliũ crediderũt:in terris cõuerſari quouſq; ſepulture honorib⁹ affecte ſint. nec ut peccatorũ anime:ad immẽſi cruciatus locũ id eſt ad inferos deferri/itinere hoc nobis a Chriſto primũ preparato.ſed in manus potius patris euolare. Tradidit enim animã ſuã manibus genitoris:ut ab illa & per illam facto initio / certã huius rei ſpem habeamus/firmiter credentes in manibus dei nos poſt mortẽ fu-
Ad phi,1, turos/uitamq; multo meliorẽ ac perpetue cum Chriſto uicturos,ideo enim Paulus deſiderauit reſolui:& eſſe cum Chriſto. Cap.XXXVII.

» Oſtq̃ autem expirauit : uelũ templi ſciſſum eſt a ſummo uſq; deor-
» ſum. ℂ Velum templi / lintheamen quoddã erat de latere ad latus/
a ſuperioribus templi in medio dependens; ut ad interius tabernaculum ſolus pontifex ingredi poſſet,ad quod illotis pedibus introire nephas erat. Nõ enim licebat impreparato ſancta ſanctorũ aſpi-
Ad heb.9 cere,hanc per uelamenta diſſeparationẽ neceſſariã fuiſſe/Paulus oſtendit dicẽs Tabernaculũ enim factũ eſt primũ:quod dicitur ſancta, poſt uelamentum aũt: ſecundũ tabernaculũ / quod dicitur ſancta ſanctorũ / aureum habens turibulũ & arcam teſtamenti circumtectam ex omni parte auro,in qua urna aurea habẽs mãna / & tabule teſtamẽti / & uirga Aaron que frõduerat, Sed in primũ inquit tabernaculũ:ſacerdotes ingrediuntur/ſacrificiorũ officia conſummantes,in ſecundũ uero ſolus pontifex ſingulis annis ſemel:nec abſq; ſanguine/quem offert pro ſua & populi ignorãtia. In primis enĩ ianuis tẽpli uelum erat extenſum:intra
Ad heb.9 quod primũ tabernaculũ erat. ℚuibus figuris(ut Paulus ait)cõuenientẽ ſanctis uiam primo tabernaculo ſtante non fuiſſe manifeſtatã/ ſpiritus ſanctus ſignificabat. Nullo enim modo licebat populis:ultra primũ tabernaculũ progredi.Nõdum enim euãgelice uite modus effulſit : qui per Chriſtũ uocatis a ſpiritu ad ſanctificationẽ dat⁹ eſt. Nondũ myſteriũ Chriſti enituit:ſed mãdata littere adhuc pollebant,ideo in primo tabernaculo iudei a lege ſtatuebãtur. Exordiũ enim eſt (ut ita dicã)atq; introitus diſciplina legalis ad perfectionẽ euãgelicã,Illa in figu-
Ad ro,7. ris erat:hec ipſam ueritatẽ amplectitur.illa ſancta & exterior,lex enĩ ſancta eſt: & mandata eius iuſta & bona, hec interior & ſancta ſanctorũ, Nam cum ſancti eſſent qui lege iuſtificabãtur : ſanctiores per fidẽ Chriſti ſancto peruncti ſpiritu effecti ſũt. Iuſticia ergo fidei:multo q̃ legalis preſtãtior eſt/ & ſãctificatio copio-
Ad phi,1. ſior. ℚuas ob res libenti animo Paulus legalis iuſticie detrimentũ paſſus fuit ut Chriſtũ acquireret:nec inueniretur iuſticiã in ſe habens legalẽ/ ſed eam que per fidẽ eſt Iheſu Chriſti, q̃is nonnulli retro ceciderint: & poſt iuſticiã fidei ad mandata legis delapſi ſint/ſecundũ figuras legis uiuentes. Galathe autem iſti erant/ quibus Paulus ſcripſit:quia nihil a Chriſto iuuarẽtur ſi circunciſionem legis am-
Ad ga.5, plecterentur pertranſierunt iam uetera.euacuati eſtis inquit a Chriſto qui in lege ſanctificamini:a gratia excidiſtis.ſed ad propoſitũ reuertamur, Velum templi a ſummo uſq; deorſum ſcinditur; quia ſancta ſanctorum iam aperiuntur/& uita credentibus in Chriſtum ad interius tabernaculum preparatur. Diuinorum enim myſteriorum cognitio non amplius uelo legalis littere tegitur; nec hiſtorie figuris ac umbris / mentis noſtre acies retardatur, in ſimplicitate namq; fidei,
Ad ro,10 paucis certe uerbis egemus.prope te inquit uerbũ eſt in ore tuo & in corde tuo/ id eſt uerbũ fidei quod predicamus,quia ſi dixeris in ore tuo dominus Iheſus/&

Cap.XIX.

crediderisin corde tuo quia deus ſuſcitauit eum ex mortuis: ſaluaberis. Corde enim creditur ad iuſticiā:ore autē cōfeſſio fit ad ſalutem. Totū enim pietatis myſterium:his uerbis exprimitur. Antea igitur q̄ mortem pro uita noſtra Chriſtus ſubiiſſet:uelū extenſū omnia tegebat / cū ius mandati legalis dominaretur. Sed poſtq̄ omnia cōſummata ſunt que in Chriſtū iudei crudeliter cōmiſerūt / poſtq̄ ſpiritū ſaluator tradidit:uetus illud & latū uelū confeſtim ſciſſum omnino atq; per totum eſt. hoc enim ſignificat a ſummo uſq; deorſum. Quare ſic? quia pulcherrimis fidei nucleus ariditate litteralis teſte perfracta denudatus eſt, non enī trūca & manca / ſed perfecta fidei illuminatio eſt. ideo pſalmiſta ex perſona noui populi canebat dicens, Incerta & occulta ſapientie tue manifeſtaſti michi. Et Paulus. Gratias ago inquit deo meo ſemper pro uobis:quia in omnibus diuites facti eſtis in illo / in omni uerbo & in omni ſcientia / & in omni cognitione, Quia igitur omni cognitione ac ſapientia locupletandi iā erant fideles / ſine aliqua ueli obūbratione totū intelligentes myſteriū:idcirco templi uelū non in parte aliqua ſed totaliter ſcinditur. Oportunitas tunc maxime pulcherrima fuerat ut uelum ſcinderetur / & lex aperiretur:quando animam pro nobis ſaluator tradidit, tūc enim a gratia dei penitus Iſrael decidit / reſiliitq; longe ab ea: cum tanto furore ſaluatorem ſuum impie occiderit. Quod etiam euangeliſta diligenter notauit dicēs. Poſtq̄ autem expirauit: uelum templi ſciſſum eſt, his enim uerbis tempus ipſum ante oculos poſuit, Sed adhec: illud etiam dicere poſſumus, Solebāt iudei & māxime principes ac phariſei quando aliquid fieri uidebant aut audiebant / quod aduerſus deum authorem legis ageretur uel diceretur:ueſtem ilico ſcindere / ac lugentium habitum ſuſcipere. quod faciebant: ut moleſte ſe omnia huiuſmodi ferre oſtenderent / ac a ſimili crimine animas ſuas liberarent, Vnde Chriſti quoq; diſcipuli Barnabas dico & Paulus:cū nonnulli ex infidelibus opera eorum admirati alterū Iouem alterum Mercuriū putaſſent / ſacrificiaq; illis ut diis parārent:quoniam hec res ipſi deo iniuriam afferebat / ſcinderunt ueſtes eorum ut ſcribitur. Cum etiam ſaluator de doctrina ſua a principibus iudeorum interrogatus dixiſſet:amodo uidebitis filiū hominis ſedentē a dextris uirtutis dei / & uenientē in nubibus celi. exiliens a pōtificali Cayphas ſella:ſcidit ueſtes ſuas dicens. blaſphemauit. Hac iudeorū cōſuetudine templum dei quodāmodo uſum: cum Chriſtus expiraſſet / uelū quaſi ueſtē ſuam / ad contemnendā iudeorū impietatem ilico ſcidit. Quod diuinitus ideo dixerim eſſe factū: ut ſanctū dei templū / populi cauſam lugere intelligeretur.

Pſalmus, 50

1. ad corī, 1

Actus. 14.

Math. 26

Cap. XXXVIII.

» IVdei ergo qm̄ paraſceue erat:ut non remanerent in cruce corpora
» ſabbato (erat enim magnus ille dies ſabbati) rogauerūt Pilatum ut
» frangerentur eorū crura / & tolleretur. Nō religione id a iudeis factū eſt: ſed quia ut conſueuerant / excolabant culicē & camelum glutiebant. Maxima enī delicta temerarie ſuſcipiebant: & de minimis erant curioſi. quod in eodem patuit die, Nam Chriſtū occidere non dubitarunt: & ſabbati honorē illius in re minima conſeruare ſtudebant. Authorem legis interemerunt: & legem ſeruare fingebant. honorant magnum illius ſabbati diem: qui magne dei dominū crucifixerūt, Itaq; gratiā a Pilato impetrarūt ſibi ſolis conuenientē. Crura enim eorū fregerunt: ut magnitudine doloris / qui iam

Math. 23.

in extremis erant / citius moreretur. Cap. XXXIX.

» VEnerunt ergo milites: & primi quidem fregerunt crura / & alterius
» qui crucifixus eſt cum eo. Ad Iheſum autem cum uenissent: ut uide
» runt eum iam mortuum / non fregerunt eius crura. ſed unus mili=
» tum lancea latus eius aperuit: & continuo exiuit ſanguis & aqua, &
» qui uidit / teſtimoniū perhibet: & uerū eſt teſtimonium eius. & ille ſcit
» quia uerum dicit: ut & uos credatis. Facta ſūt enim hec: ut ſcriptura impleretur.
» os non cōminuetis ex eo, & iterum alia ſcriptura dicit, uidebunt in quem confi=
» xerunt. ¶ Iudeorum obequentes uoluntati milites / duorum latronum qui cum
Exodi. 12. Chriſto crucifixi fuerunt: ut morti citius traderent / crura fregerūt. Iheſum autē
zacha. 12. inclinatione capitis expiraſſe putantes: crura eius non frangunt. Eorum tamen
unus ſubdubitans fortaſſis an mortuus eſſet: lancea latus eius cōpungit. qui ili=
co ſanguinē ſimul atq; aquam emiſit: benedictionis myſtice ac ſancti baptiſma=
tis originem quandā atq; primitias, Chriſti enim & a Chriſto baptiſmus & bene=
dictionis quoq; myſtice uirtus: a ſancta eius profluit carne. Ab euētis autem que
tunc acciderunt: Chriſtum illum fuiſſe qui uenturus a ſcriptura dicebatur / bre=
uiter euangeliſta oſtendit, aliqua commemorans que a ſcripturis predicta: tunc
exitum habuerūt, Nam nec os eius fuit comminutum: & militum lancea tranſfi=
xus eſt. quas quidem res oculis ſe uidiſſe teſtatur. Seipſum enim non alium ueri=
tatis teſtem modo adduxit: atq; ideo inanis glorie tumorem ut rem turpiſſimā
fugiens / nomen ſuum occuluit. Cap. XL.

» IOſt hec autem rogauit Pilatū Ioſeph ab Arimathia: eo qđ eſſet diſcipulus
» Iheſu / occultus autē propter metum iudeorū / ut tolleret corpus Iheſu,
» & permiſit Pilatus. uenit ergo & tulit corpus Iheſu. ¶ Accuſatur breui
hac oratione iudeorum rurſus impietas: cum non fuiſſe abſq; periculo mōſtre
Ioan. 9, tur / doctrinam Chriſti amplecti, Probus enim hic iuuenis q̄uis Chriſtum ama=
ret / & diſciplinam eius legi anteponeret: latebat tamen / iudeorum formidans
minas / qui mortem in Chriſtum credentibus minitabātur, Sed uide: hinc quoq;
quanta crudelitas in iudeorum animis fuerit, Quippe qui nec mortuo quidem
Chriſto parentare uoluerunt: quem Chriſtū eſſe non ignorabant / cuius ſigna /
miraculaq; multa uiderūt, q̄uis liuoris ſtimulo agitati: nihil inde utilitatis fuerint
conſecuti. ad condemnationē ergo illorū / & maxime Hieroſolymitarū: Ioſeph
Arimathienſis / Iheſu corpus ſepultura honorat. Cap. XLI.

» VEnit autem & Nicodemus / qui uenerat ad Iheſum nocte primum: ferē
» mixturam mirre & aloes quaſi libras centū. ¶ Non unum ſolummodo
Ioan. 3. magno animo ad ſepeliendū ſanctiſſimū Chriſti corpus / ſed alterū etiā
Deute. 19 exponit conueniſſe: authoritate quaſi legis rem muniens. in ore namq; duorum
aut trium teſtiū: omne uerbū ſtare lex iubet, Duo igitur polynctores Ioſeph &
Nicodemus fuerunt: animo quidem credentes / ſed formidine preſſi, terreſtrem
adhuc gloriam celeſti anteferebant: & idcirco non libere neq; manifeſte / ſed oc=
cultius ac timidius Chriſtum honorabant. Cap. XLII.

» ACceperunt ergo corpus Iheſu & ligauerūt illud lintheis cum aromatibus:
» ſicut mos eſt iudeis ſepelire. Erat autē in loco ubi crucifixus eſt hortus: &
» in horto monumentum: nouum / in quo nondum quiſq̄ poſitus fuerat.

¶Reputatus quidem in mortuis ſecundū carnē propter nos eſt;qui uita natu=
raliter acuere per ſeipſum eſt,ut omnē impleret iuſticiā;que generi noſtro con=
uenit/corpuſq; ſuū morti & ſepulture ſpōte cōceſſit. Monumentū aūt in horto
erat inquit/& ipſum nouū;que res ſignificat recurſum nobis ad paradiſū morte
Chriſti eſſe preparatū,Precurſor enim ipſe pro nobis ingreſſus eſt. Monumēti Ad heb,
autē nouitas:nouū atq; inauditum de morte ad uitam reditū ſignificat.Nam & 6
ipſa mors in morte Chriſti innouata; ad ſomni conditionē mutata eſt, uiuimus
enim deo;& ipſa corpora noſtra reuictura ſunt ſecundū ſcripturas.unde mor= Eſaie.26.
tui;dormientes iam ab omnibus & maxime a Paulo appellantur. Nā olim quidē 1,ad theſ.
etiam in eos qui non peccarunt in ſimilitudine preuaricationis Ade(cuius imagi 4
nem induti/omnes maledictioni ſubiiciebātur) mors apertiſſime regnabat.Sed Ad ro,5,
poſtq; ſecūdus Adā effulſit/& morte carnis ſue humani generis uitam redemit/
& imperio interitus deſtructo ſurrexit;reformati ſumus/noue cuidā morti nōn
ſempiterne ſed ſomno ſimilime ſubiecti / ad ſimilitudinem ſcilicet Chriſti / qui
hanc nobis uiam preparauerit. Si quis autem ideo nouum dici monumentum
credit/quia nemo ante Chriſtū ibi poſitus fuerat; id non modo non renuimus/
uerū etiā ualde approbamus.nouum enim fuit monumentū/nemoq; ante Chri
ſtum poſitus:ne alius e mortuis ſurrexiſſe crederetur, Cap,XLIII,

» IBi ergo propter paraſceuē iudeorū; quia iuxta erat monumentū/poſue
» runt Iheſum, ¶Non ſolum nouū fuiſſe monumentū/& in horto ſignifi
» cauit:ſed poſitum etiam in monumento Chriſti corpus expoſuit/nec id
quidem minimū pretermittens, Neceſſe eſt enim pro cognitione myſterii;uere
Chriſtū fuiſſe mortuū confiteri,propterea etiā Paulus fidei regulā tradēs dicit, Ad ro,10
quia ſi dixeris in ore tuo dñs Iheſus/& crediderīs in corde tuo quia deus ſuſcita=
uit eum ex mortuis ſaluaberis,Corde enim creditur ad iuſticiā; ore autem con=
feſſio fit ad ſalutē. Et al bi,tradidi uobis imprimis quod accepi;qa Chriſtus mor 1,ad cori,
tuus eſt pro peccatis noſtris ſecundū ſcripturas,& quia ſepultus eſt,& quia ſur= 15
rexit tertia die ſecundū ſcripturas. Neceſſario igitur hec etiā minuta nobis euā=
geliſta explicat.quia neceſſe eſt credere mortuū & ſepultū fuiſſe;ut poſtea uere
poſſimus credere uinculis interitus ruptis/ad ſuam uitā reduſſe,Non enim erat
poſſibibile naturaliter uitā a morte detineri/ nec poterat is in quo uiuimus & mo Actus.17
uemur & ſumus noſtre nature legibus perpetuo ſeruire:ſed ut deus naturā no=
ſtram uita indigentem uiuificat, Cap,XLIIII.

» VNa autem ſabbati Maria Magdalene uenit mane cum adhuc tene= cap 20
» bre eſſent ad monumentū; & uidit lapidē ſublatū a monumēto.cu
» currit autem & uenit ad Simonem Petrū & ad aliū diſcipulū quem
» diligebat Iheſus;& dicit eis.Tulerunt dominū de monumēto; & ne
» ſcimus ubi poſuerunt eū.Exiit ergo Petrus & alius diſcipulus;& ue
» nerunt ad monumetū,currebāt autē duo ſimul;& ille alius diſcipulus precucur=
» rit citius Petro/& uenit primus ad monumentū,Et cū ſe inclinaſſet;uidit lithea=
» mina poſita/non tamen introiuit, Venit ergo Simon Petrus ſequens eum/& in=
» troiuit in monumentū;& uidit lintheamina poſita & ſudariū quod fuerat ſuper
» caput eius/non cū lintheaminibus poſitū/ ſed ſeparatim inuolutū in unum locū
» Tunc ergo introiuit & alius diſcipulus qui uenerat primus ad monumentum;

» & uidit & credidit,nõdum enim ſciebant ſcripturã : quia oporteret eum a mor-
» tuis reſurgere. ¶ Non remanſiſſet domi/nec a monumẽto abfuiſſet diligentiſſi
ma illa mulier:niſi lege ſabbati detenta fuiſſet.Quo die iam exacto & altero die
appropinquante: curriculo uenit ad monumentũ Cũq; lapidem quo tegebatur
reuolutum inſpiceret;ſuſpicatur corpus domini tranſlatum fuiſſe / iudeoſq; id
ex inuidia feciſſe.Cuius rei atrocitate perculſa;ad chariſſimos domini diſcipulos
curſu tetendit,nec propter crucẽ & paſſionẽ domini fidem amiſit:ſed etiã mor-
tuum(ut ſolebat) dominum appellat.tales in ea pietas egit radices.Petr⁹ autem
& Ioãnes qui hoc nobis euangeliũ conſcripſit(alium enim diſcipulũ:ſeipſum ap-
Deute.19 pellat)maximo curſu uelociſſime ad monumentũ deueniunt:&oculis miraculũ
cernunt/ſufficientes numero teſtes ſecundũ legem.Nam etſi Chriſtum non ui-
derint:a collectione tamen linthea minũ & inuolutione ſudarii ſeparatim poſiti/
ſurrexiſſe ipſum intellexerunt.Crediderunt igitur etiã ipſa mortis uincula iam
ab eo eſſe diſrupta:quod ſcriptura olim predixit.Veris itaq; predictionibus euẽ-
tus rerum conuenire uidentes:ſummopere firmantur in fide. Aduertendũ aũt
eſt:quia cũ hic euãgeliſta reſurrectionis tempus ſignificaret / una inquit ſabbati
Math.28 mane cũ adhuc tenebre eſſent,Matheus aũt: ueſpere ſabbati que luceſcit in pri-
ma ſabbati / ſcriptũ reliqui , nec ulla inter eos eſt diſcrepãtia , Idem enim tẽpus:
profundo ueſpere & mane profundo ſignificatur. cum utroq; dicẽdi modo:ad
mediã noctẽ perueniatur , Nam alter ab exitu/alter ab initio noctis incipiens:ad
profũdam noctem perrexit. & ſic alter ab altera extremitate noctis profectus:
ad profundam & mediam noctem deuenit. Cap,XLV.

»  Bierunt ergo iterũ diſcipuli ad ſemetipſos: Maria autem ſtabat ad
» monumentũ foris plorans, ¶ Firma iam fide reſurrectionis Ioan-
nes & Petrus roborati:domũ rurſus regrediũtur / predicaturi diſci
pulis / deliberaturiq; quid ſibi ſit faciundũ , Citius autẽ arbitror re-
uerſos fuiſſe:quoniam iudeorum iram aduerſus diſcipulos Chriſti
non ignorabant.unde nec ſibi tutum putabant ad diem uſq; circa monumentũ
immorari. Nec formidine preſſos fuiſſe dicemus: ſed periculũ ante tempus ſubi
re noluerunt/ Chriſto animos eorum ita monente,qui ad patrẽ de ipſis dicebat:
pater ſancte ſerua eos in nomine tuo quod dediſti michi.ut ſint unũ/ſicut &nos
Ioan.17 unũ ſumus,quãdo erã cum ipſis:ego ſeruabã eos in nomine quod dediſti michi/
& nemo de ipſis periit niſi perditiõis filius.Citius ergo inde recedẽtes/ad ſeipſos
reuerſi:precepta ſaluatoris ſeruabãt,qui tuſſit eis ne a Hieroſolymis abirẽt / ſed
Actus.1. expectarẽt promiſſionẽ patris : quam ab eo audierũt.quia Ioãnes quidẽ baptiza
uit aqua: uos aũt non poſt multos hos dies baptizabimini in ſpiritu ſancto,q̃ res
in die pẽtecoſtes exitũ habuit:cũ apparuiſſent ipſis diſpartite lingue tanq̃ ignis/
ſediſſetq; ſupra ſingulos eorũ· Tũc enim ex infirmitate hũana : ad maius quod-
Actus.2. dam robur reformati / iudeorũ paruipẽdebãt inſidias. Sed diſcipuli quidẽ ut di-
ximus: ad ſecretiora loca ſe receperunt , Maria uero ab omni metu libera / quia
nihil de iudeorũ ira ſuſpicabatur:circa monumẽtum uerſatur,& ut feminarum
genus ſolet : fletum fletui addidit.nec quia mortuus eſſet ſolum plorabat : uerũ
etiam quoniam alio a monumento tranſlatus uidebatur. Cap,XLVI,

Cap.XX,

» Vm ergo fleret:inclinauit ſe & proſpexit in monumentum & uidit
» duos angelos in albis ſedentes:unum ad caput &unū ad pedes/ubi poſitū fuerat corpus Iheſu,dicūt ei illi,mulier quid ploras? ¶Vide rurſus nō fruſtra illam ploraſſe: nec amoris erga Chriſtū mercede caruiſſe. Nam cū circa monumentū perſeueraret plorās: uoce angelorū ad cognoſcendū Chriſtū iuuatur. quos in albis ueſtibus uidit:ut ueſtimē torum candore/pulchritudo puritatis eorū ſignificaretur. Qui repellētes illam a fletu:dicunt, mulier quid ploras? non enim lachrymarū cauſam querunt/quā certe non ignorabant:ſed ut re ipſa patet/ne lachymetur admonent,Nā morte iam & interitu deſtructo:lachrimarū tēpus inquiunt non eſt. Cunq; dominus reſurrectione ſua humanum genus ad uitam reuocauerit: cur tibi plorandū eſt o mulier? nā rerū exitus/ad contrariū potius inuitat. Quid igitur ploras:que leta rī gaudereq; modo debes? Apparuerūt autē ſedētes alter ad caput / alter ad pedes ubi poſitū erat corpus Iheſu:ut mulieri corpus dñi tranſlatū putanti ſignificarent / neminem potuiſſe uim ſanctiſſimo illi corpori afferre / quod ab angelis defendebatur. Ambigere autem aliquis non iniuria poterit: quam ob rem diſcipulis (Petro dico atq; Ioanni) angeli non apparuerunt:mulieri autem & apparent & loquuntur? Dicimus igitur myſteriū domini ſic ipſo diſponente atq; uolente:multis diuerſiſq; modis in animis hominū certius inſediſſe / cum unicuiq; cōuenīs manifeſtationis modus ſit accōmodatus, Diſcipulos enim rerū exitus/ſcripture Chriſtiq; predicationibus conueniens:ad firmiſſimam fidem induxit, Superuacaneum igitur erat firmiter credentes: uoce angelorum doceri. mulieri autem penitus neceſſarium:que nec litteras ſciret/nec alio modo ſublime reſurrectionis myſterium percipere poſſet. Cap.XLVII.

» Olcit eis,quia tulerunt dominū meum:& neſcio ubi poſuerunt eum.
» hec cum dixiſſet:conuerſa eſt / & uidit Iheſum ſtantē/& neſciebat
» qa Iheſus eſt. ¶Tarda hec eſt ad intelligendū mulier:imo uero uniuerſum genus feminarū,nondū enim intellexit:quid uiſio illa ſignificaret/fletus autē cauſam explicat. Verū qm̄ Chriſtū ſemper dnm appellaret/& feruentē erga ipſum amorē hoc modo oſtēderet: propterea etiam ipſum uidere digna iudicata eſt, Videt igitur Ieſum:ſed non cognoſcit,aut quia diuina ſe poteſtate diuinus cognoſci non pmitteret: aut quia cū tenebre adhuc eſſent/certius diſcernere non poterat. Cap,XLVIII.

» Olcit ei Iheſus. mulier quid ploras? quē queris? illa exiſtimās quia hortolanus eſſet:dicit ei.domine ſi tu ſuſtuliſti eū dicito mihi ubi poſuiſti eum/& ego eum tollam, ¶Cum propter noctis tenebras nō cognouiſſet dnm Magdalene:ſuſpicata eſt aliquem eor̄ eſſe ad quos horti cura pertineret,Audiuit aūt ab eo: mulier quid ploras? nō qa plorādi cauſam dñs q̄reret/ ſed qa reuocare ipſā a fletu uolebat.quod &per angelos in ſuperioribus fecit.ipſe namq; in illis etiā loquebat. Quid igitur ploras o mulier? quē queris? id eſt abſterge lachrymas. habes iam quē querebas,ego tibi cauſa ſum lachrymarū: quaſi mortuus &a monumento ſublatus,Verum quoniam uiuo/& adſum:omiſſo fletu atq; meſticia gaude iam / atq; triūpha,Interrogatio igitur hec:ploratū meroremq; aufert, Oportebat certe:ut mulieres etiā

a meſticia per dominum liberarentur. Nam cū propter preuaricationem Ade/
Geneſis.3 ad uniuerſum genus in eo primo dictum ſit/ terra es & in terram reuerteris: tūc
ad mulierem etiam/in doloribus partes filios dictum eſt/ qui dolores punitionis
loco feminis impendebant. Sed dominus noſter Iheſus Chriſtus in Maria prima
feminarū lachrymas abſterſit. Prima enim hec/a dolore fletus uoce domini re-
uocata eſt: que per ipſam ad uniuerſum mulierū genus pertrāſit/ ſi Chriſti fide
Pſalmus, munite illud pſalmiſte canunt, Nonne qui oderunt te domine oderam: & ſuper
138 inimicos tuos tabeſcebam? perfecto odio oderam illos: & inimici facti ſunt mihi,
Sed dominus quidem a ploratu & dolore illam reuocabat: illa uero quaſi hortula
nus eſſet rogat/ ut ſi ab eo ſublatum forte corpus domini eſſet oſtendat ubi po-
ſuerit/ ut inde ipſa tollere poſſit, Nondum enim reſurrectionis intellecto myſte
rio/ uariis ſuſpitionibus agitatur, tardior ut mulier ad intelligenda ea: que ratio-
nem omnem excedunt. Cap. XLIX.

» DIcit ei Iheſus, Maria. conuerſa illa dicit ei. raboni. quod dicitur ma-
» giſter. ¶ Ad certiorē iam cognitionē mentem mulieris conuertit/
nomineq; appellans: tarditatis quaſi accuſat. Illa uero ſtati adaper-
tis oculis ſuis cognouit eum, & ab omni ſuſpitiōe remota: magiſtri
uocabulo ut conſueuit ipſum honorat. gaudiiq; plena ad tactū eius
feſtinat: ut benedictionem ab eo conſequatur, Cap. L,

» DIcit ei Iheſus, noli me tangere: nondum enim aſcendi ad patrē meū
¶ Reconditus huius ſermonis ſenſus eſt/ latetq; in eo nō paruum
myſterium: ſed ope domini freti in medium proferre que dicuntur
incipiamus. Accurrebat mulier dño/ & pedes eius tangere feſtina-
bat. prohibetur autē ab illo ea de cauſa/ quia nondū inquit aſcendi
ad patrem meum, Quam autem ſatiſfactionē affert hec ratio: ne a diligentibus
eum tangeretur? An quia maculari tactu hominū nolebat: ut ad patrē mundus
aſcenderet. Sed quis mentis compos hoc unq̄ cogitabit? Nulla enim re inquinari
deitas poteſt. Nam quemadmodum radii ſolares a ſorditie terrarū nullo modo
maculantur/ nec putredinis fetor uilus officere illis poteſt: ſic ſanctiſſima illa na-
tura/ nullam maculam ſuſcipit. Quid igitur ſibi uoluit dominus dicens: nondū
Math.9. enim aſcendi ad patrem meū Inter multas/ uariaſq; ſaluatoris aduētus cauſas/
illa precipua fuit: quā ipſe uoce ſua declarauit. Nō enī inquit ueni uocare iuſtos/
ſed peccatores in penitētiam. propterea ante paſſionē reſurrectionemq; ſuam:
cum probis ſimul atq; improbis conuerſabatur/ ita ut libere unuſquiſq; publica
nus etiā & peccator ad eum accedere poſſet, quod faciebat: ut omnes ſanctifica-
ret/ reuocaretq; a peccati morbo ad ueritatis cognitionē, nō enim indigent ſani
Luce,7, medico: ſed qui male ualent, Idcirco cum in domū phariſei diuertiſſet: peccatri-
cem feminā lachymis pedes eius lauantē/ & crinibus abſtergentem ſuis aſperna
Math.9. tus non eſt. nec muliere fluxu ſanguinis laborantē reppulit: imo etiam clemēter
allocutus eſt/ filia dicens fides tua ſaluam te fecit. Sic igitur ante crucem ac reſur
rectionē ſuā oībus uel peccatoribus tangendū ad benedictionē ſeipſum permit-
tebat. Diſpenſatione autem incarnationis iam conſummata: poſt reſurrectionē
ſuā non facile id unicuiq; concedit. ut eam nobis regulā traderet: quā lex quoq;
Moſaica immolatiōe agni ſignificauit/ de quo in figura Chriſti ſcribitur, Omnis

incircunciſus non comedet de eo. Incircũciſum porro appellat omnem impurũ impura uero ſecundũ naturam:ſi ad naturam dei cõfertur/natura hominu eſt. Exodi.12.
Quare oportet non incircũciſos ſed mundos homines/ſpiritaliterq; circũciſos: ſanctiſſimũ domini corpus tangere.Circunciſio enim cordis in ſpiritu fit ſecundum Paulũ:quam nullus unq̃ habet / niſi ſpiritus in eo ſãctus fide atq; baptiſmo Ad ro.2.
habitauerit.Nam q̃uis Chriſtus a mortuis reſurrexerit:nondũ tamen per ipſum ex patre ſpiritus ad homines miſſus fuit: quẽ miſit poſtq̃ ad patrẽ aſcendit. propterea dixit.Conducit uobis ut abeam,nam niſi abiero: paracletus nõ ueniet ad uos,ſin autem abiero:mittam eum ad uos.Quia ergo nondũ ſpiritum miſerat: Ioan.16.
ideo a tactu ſuo Mariã prohibebat dicens. nondũ enim aſcendi ad patrẽ meum id eſt nondũ pater per me ſpiritũ ſanctũ ad uos miſit.hinc eccleſia regulam accepit,prohibemus eni a ſacra menſa cathecuminos: q̃uis ueritatẽ iam cognouerit/ & fidem magna uoce confiteantur. quia nondũ locupletati ſpiritu ſancto ſunt: qui non habitat niſi in iis qui baptiſmate conſummati ſunt,unde cum baptiſmũ receperint:quia ſpiritus ſanctus habitare in illis creditur / a tactu & cõmunione ſalutaris Chriſti corporis non prohibentur. Idcirco & accedẽtibus ab benedictione myſticam:miniſtri myſterii magna uoce clamant/ſancta ſanctis/ſolis ſanctificatis ſpũ/tactũ & ſanctificationẽ corporis Chriſti cõgruere ſignificãtes.Ca. LI

» VAde autem ad fratres meos:&dic eis,aſcendo ad patrem meum &
» patrem ueſtrum:deum meum & deum ueſtrum ¶Non conceſſit corporis ſui tactum mulieri q̃uis cupienti:mercedem autem perſeuerãtie/lachrymarũq;ſuarum duplicem illico reddidit. Nam in ea Gene.3.
prima/uniuerſum mulierum genus(ut in ſuperioribus etiam dixiimus)a merore ac lachrymis ad letitiam reuocatur, Et quemadmodũ in paradiſo:quoniã diabolo mulier miniſtrauit / in doloribus parituram ſe filios audiuit/ ita nunc in orto a maledictione liberata plorare prohibetur,hec igitur una merces eſt.Altera/quia mittitur ad diſcipulos nuncia:ut eis hoc euangelium afferat/ qđ Chriſtus iam ſurrexerit & aſcẽdat ad patrẽ,ut ueluti prima mulier quia diabolo miniſtrauit/& ſe & mulierũ genus una perdidit:ſic & hec mulier quia Chriſto miniſtrauerit / muliebre genus a maledictione in ſe prima liberet, Largitur ergo illi dominus primũ ne ploret / neue dolori animũ ſubiciat:deinde mirabilẽ quãdam pedum pulchritudinẽ.pulcherrimi enim ſunt(ut propheta dicit)pedes euangelizantiũ bonum, Sed q̃ mirabilis hec femina fuerit:inde quoq; intelliges/ Eſaie.52.
quod prophete mentionẽ de ipſa fecerint,Scribitur enĩ de ipſa& de aliis que una cũ ea ſurrexiſſe Chriſtũ diſcipulis nunciarũt, Accedite mulieres:que a uiſione Hiere.9.
uenitis,populus enim intellectũ non habet.Nã his uerbis & mulieres ſermo propheticus hortatur:ut nuncient que uiderunt.& iudeorũ imperitiam accuſat: qa reſurrectionẽ etiam ſaluatoris derideant. Nõ diſcrepat autem Ioannes ab aliis: qđ ſolius Magdalene mentionem fecerit/cum illi alias cum iſta fuiſſe aſſeuerent Multo enim feruentior hec ceteris fuerat:precedebatq; alias/eratq; q̃ſi dux atq; princeps illarum.Non ignoramus autem:euentus rerũ principalioribus plerũq; attribui, Ad honorem igitur & gloriam Magdalene: a ſaluatore conceſſum eſt ut hec poſſet ad diſcipulos euangelium deferre quia Chriſtus ſurrexerit / & ad patrem ac deũ ſuum & diſcipulorũ aſcedat. Tu autem profundũ id quoq; my-

ſterium ſuſcipe:nec a recta diuinorū dogmatū regula reſilias. Crede igitur qđ unigenitus dei filius factus homo eſt: ut nos quoq; quantū fieri poteſt per gratiā renouati/ad diuinitatē conſcedamus.humiliauit ſeipſum: ut natura humiles ad ſuam ſublimitatē aſſumeret,Serui formā indutus eſt cū ſit natura dominus:ut nos naturaliter ſeruos ad adoptione filiorū dei & ad ſeipſum reduceret, Quoniam ergo uere homo eſt/ut nos deos & filios dei per gratiam faceret: idcirco noſtra ipſe ſuſcipit & rurſus ſua nobis concedit. Quomodo inquies hoc fecit? Dicā ut potero,primū enim nos qui ſerui natura ſum⁹ (omnis enim creatura:naturaliter creatori ſuo ſeruire creditur) & ſuos appellauit fratres: patre uero & ſuum & noſtrū cōmuniter deum uocat,deinde noſtrā ſibi propter humanitate quam aſſumpſit attribuens:deum noſtru q̄s dei ſecundū naturā ſit filius / deum tamen ſuū nuncupauit,ut quemadmodū nos ad ſupernaturale dignitatē per ipſū aſcēdimus(clamat enim in nobis per ſpiritū ſuum.abba pater) ſic & ipſe quoniā
Ad ga.4 homo factus eſt:deum noſtrū in deum ſuū habeat/licet uere ac ſecundū naturā filius ſit. Non ergo conturberis cum patrem deum nominet ſuum: ſed diligēter conſidera patrē quidem ſuū eſſe natura/deum autem noſtrū ut creatorē & dominū,Sed quod ſibi natura ineſt.nobis largitur/ut (quemadmodū diximus) cōmuniter patrē appellemus,& quod noſtrū eſt:quoniā naturam noſtram aſſumpſit/ſibi rurſus accōmodat cum deum nominet ſuum,Si quis ergo eximperitia has uoces ut diximus non ſuſcipit: is diſpenſatione propter nos factam accuſat. Cumq; gratias agere deberet: ex imprudetia benefactorē calūniabitur,Si enim humiliauit ſe propter nos:crimen quidem noſtrū eſt qui ab erroribus ſumus reuocandi.illi autē qui hoc uoluit propter nos facere:magne profecto agende gratie ſunt, Vehementer autē miror quō nonnulli exinanitionē atq; humilitatē audientes plen tudinē ſublimitatemq; ſuam non recordātur,Si enim deū non eſſe intelligūt ſi ſublime deitatis ſue nō cogitant:quō dicent quia exinaniuit ſe quia pleniſſimus ſit & humiliauit/ab altiſſima deitatis gloria ad naturam noſtrā deſcendens? Ita cū deus ſimul & homo ſit: propter alterū ſublimis / propter alterū humilis natura eſt. Nō cōturberis igitur cum dicentē audias:aſcendo ad patrem meum & patrem ueſtrum/deum meum & deū ueſtrum,Nam ut natura filius/patrem:ut autem uere homo/deum ſuum appellat. Cap.LII.

» VEnit Maria Magdalene annūcians diſcipulis:quia uidi dominum/& hec
» dixit dominus, ¶Curatur mulierū infirmitas miſericordia domini:qui
» Magdalenā reſurrectionis nunciam fecit/&uerba uite ac primitias euāgelii diſcipulis predicare miſit, Cap.LIII.

» CVm eſſet ſero die illa una ſabbatorū/& fores eſſet clauſe: ubi erant
» diſcipuli congregati propter metum iudeorū / uenit Iheſus & ſteti
» tit in medio/& dixit eis.pax uobis.hoc cum dixiſſet:oſtedit eis ma-
» nus & latus. ¶Eodem illo die quo Magdalenā allocutus eſt:diſcipu
Math.10. lis quoq; unum in locū congregatis ac foribus clauſis propter metu iudeorū:apparet. Occultabant autem ſe prudenter: quia recordabātur iuſſum ſibi eſſe a domino ut iudeorū iram declinarent.Clauſis ergo foribus:repente dominus omnipotentia ſua / natura rerum ſuperata / ingreſſus ad diſcipulos eſt', Nullus igitur querat quō clauſis ianuis corpus domini penetrauit: cum intelligat

non de homine nudo ut modo nos ſumus / ſed de oipotente filio dei hec ab euan
geliſta conſcribi, Nam cum deus uerus ſit; rerū nature non ſubiacet / qđ in cete=
ris quoq; miraculis patuit. Omnem enim mētem ac rationē excedunt: que fecit,
Qua enim ratione dices ipſum ſuper maria quaſi ſuper aridam ambulaſſe: cum Math. 14.
aquarū natura corporibus noſtris naturaliter nō ſubſternatur? Aut quemodo
mille alia ſigna uerbo ſolum effecit? Scio quia ſupra omnē rationem humanā illa
fuiſſe contendes. Cum illis igitur hoc etiam numera. nec ut quidam ex imperitia
dicunt: credas non ſurrexiſſe cum corpore ſuo dominū / ſed nudū corpore om=
nino apparuiſſe. Q đ ſi hanc operationem Chriſti percipere nequeas: cur potius
ingenii humani imbecillitatem non accuſas? cur non ſeruas ſilentio datam tibi
a creatore mēſuram? ſed probis cogitationibus excluſis; ſublime reſurrectionis
myſteriū in quo tota noſtra ſpes ſita eſt / paruipendis / atq; calūniaris. Non uenit 1. ad cori.
in mentem tibi uerborū Pauli / ſi mortui non reſurgunt: nec Chriſtus ſurrexit; ſi 15
Chriſtus porro non ſurrexit: uana fides noſtra eſt / & eſtis adhuc in peccatis ue=
ſtris, & ad hec falſum aduerſus deū teſtimoniū perhibemus; quia teſtati ſumus
qđ ſuſcitauit Chriſtū / quem non ſuſcitauit ſi mortui nō reſurgunt. Quid enim
aliud reſurgit / q̄ quod cecidit? uel quid aliud ſuſcitatur; q̄ qđ in mortem incidit?
Quomodo autem nos reſurgere ſperabimus: niſi propriū Chriſtus templū ſuſci
tauerit / ac ſe primitias dormientiū & primogenitū ex mortuis pro nobis fecerit? Ad coloſ.
aut quomodo incorruptibile hoc incorruptibilitatē induetur, ſi nunq̄ reuiuet? 1
Caue igitur ne a recta digrediaris fide. ſed potius quia foribus clauſis ingreſſus
eſt: deū eſſe natura crede / non alium q̄ illum qui ante paſſionē cum diſcipulis ut
homo conuerſabatur, Idcirco enim latus denudauit / & manus clauis perforatas 1.
oſtēdit; ut illud corpus quod cruci fuit affixum / ſurrexiſſe mōſtraret, Cur enim
hec oſtendit: ſi cum carne propria non ſurrexit? aut cur cum corpore ſuo diſci=
pulis apparuit: nec ad ea que dicuntur ab impiis diſcipulorum animos traduxit,
Nunc uero tantā curā habuit; ut ſuſcitatio carnis ſue crederetur, qđ q̄uis tempus
iam eſſet in quo ineffabili gloria corpus ſuum apparere deberet: apparuit tamē
per diſpenſationē quale prius / ne aliud corpus eſſe uideretur q̄ quod de ligno pe
pendit. Quod enim oculis hominū (gloria illius corporis ſi explicare ipſam Chri
ſtus uoluiſſet) cerni non poterat: facile intelliges / ſi tranſfigurationis ſue non es
oblitus, quando ut ſcribit Matheus facies eius rutilauit ut ſulgor / & ueſtes eius Math. 17
albe ut nix apparuerunt / que Petrus Iacobus & Ioannes uidere non ferentes in
terram ceciderunt, Ex diſpenſatione igitur dominus noſter Ihesus Chriſtus nō
in debita corporis ſui gloria ſed in prima figura cernebat: ne aliud corpus q̄ qđ
de uirgine aſſumpſit reſurrexiſſe putares / q̄ qđ crucifixū & mortuū fuit, mors
enim in ſolam carnē habebat poteſtatē. Quomodo igitur mors uicta eſt: ſi mor=
tuum Chriſti corpus non ſurrexit? Aut ibi mortis imperiū retruſum eſt: ſi id ip=
ſum quod morte cecidit non reuixit? Non enim in animo / neq; in angelo / nec in
ipſo dei uerbo / ſed in eo quod mori & corrumpi poteſt: interitus dominatur. In
eo ipſo ergo reſurrectionis quoq; uirtus intelligitur: & uis tyrannidis frangitur.
Salutat autē diſcipulos dicēs: pax uobis / ſe ipſum pacem appellans, Nam quibus
Chriſtus adeſt: ibi certe ſpū conſetuantur. quod & paulus fidelibus optat dicens: Ad phili.
pax Chriſti que exuperat omne ſenſum / cuſtodiat corda ueſtra / & intelligētias 4.

uestras, Non aliam ultra omnē mentē Christi pacem intelligens: q̄ spiritum eius, cuius qui particeps est: omni bono repletur, Cap. LIIII.

Ioan, 16. Gauisi sūt ergo discipuli uiso dño, ¶ Vera modo uerba Christi euāgelista esse ostēdit: cū magno affectos gaudio / uiso dño / discipulos dicat Meminisse nāq; oportet: cū de cruce ac resurrectione sua enigmatice ad illos diceret / sic quoq; inter alia dixisse, modicū & iam nō uidebitis me: & iterū modicū & uidebitis me / & gaudebit cor uestrū / & gaudiū uestrū nemo tollet a uobis. letabantur enī amentes iudei / pēdere de ligno Ihesum uidētes: ingenti aūt merore discipulorū cor p̄mebatur, Sed morte a uita destructa: iudeorū leticia extincta est, & meror apostolorū abiit: & gaudium floruit & floret perpetuū, Non enim iterū sed semel Christus ad destructionē peccati mortuus est, Cum igitur uiuat semper: sempiternā sperantibus in eo leticiā prebet. hanc leticiam pax illa effecit qua salutauit dicēs / pax uobis. Vnde lex quedā ecclesie tradita est. in sāctis enim congregationibus: hoc sepius adinuicem dicimus. Pacē enim & ad nos & ad deū habere: fons & origo bonorū omniū est, Quare Paulus quoq; omne bonum fidelibus optans dicit. Gratia uobis & pax a deo nosto patre / & dño Ihesu Christo Exhortans autem rursus ad pacem dei eos qui nondum crediderūt pro Christo inquit legatione fungimur / tanq̄ deo exhortante per nos / obsecramus pro Christo reconsiliamini deo. Nec minus nos ad hoc Esaias hortatur clamans, faciamus pacem: cū ipso faciamus pacem qui uenimus. decet igitur largitorē pacis hec salutatio, ipse namq; pax omniū est secundum scripturas. Cap. LV,

Ad ro. 1, 2. ad cori. 5

Esaie, 26.

Dicit ergo eis iterum. pax uobis. sicut misit me pater: & ego mitto uos ¶ Ordinauit his uerbis orbis doctores & diuinorum mysteriorum ministros: quos ut luminaria ad illustrationē non iudeorum regionis solūmodo misit / que iuxta legalis mādati mensurā a Dan usq; Bersabee patebat / ut scribitur, sed uniuersum terrarū orbem illuminare iussit, Verax igitur est Paulus dicens: non sibi aliquem honorem accipere / ni si uocatus a deo sit. Ad gloriosum enim apostolatum domin⁹ noster Iesus Christus discipulos suos uocauit: qui commotum orbem firmarunt. sustentacula eius facti. unde per psalmistam de terra & de apostolis dicit: quia ego firmaui columnas eius. Columne enim & robur ueritatis: discipuli sunt. quos ita dicit mittere sicut ipse a patre missus est: ut etiam apostolatus dignitatem ostēderet / & magnitudinem potestatis eorum aperiret / & simul monstraret quam uiam in studiis suis uitaq; sua sequi eos oporteret, Si enim ita mittuntur sicut Christus a patre missus est: quomodo non est necesse considerare ad quid pater filium miserit? sic enim non aliter eum imitari possunt, Sin autē apostolatus causam multipliciter nobis interpretans: modo dicebat / non ueni uocare iustos sed peccatores in penitentiam. modo quia non egent qui sani sunt medico / sed qui male se habent, Et ad hec. de celo descendi ait: non ut faciam uoluntatem meam / sed uoluntatem eius qui misit me. & rursus. non misit deus filium suum in mūdum ut iudicet mūdum: sed ut saluetur mundus per ipsum. que omnia paucissimis uerbis significauit: dicens sic eos mittere sicut ipse a patre missus est. ut hinc intelligant uocandos esse peccatores ad penitentiam / curādos corpore simul atq; spiritu male habentes / & in dispensatione rerū non suam sed eius qui misit uolūta-

Iosue. 15.

Ad heb, 5

Psalmus, 74

Math. 9,

Ioan. 6.

Ioan, 3,

tem faciundam/mundumq; predicationibus & doctrina fidei ſaluādum, Que omnia quanto ſtudio peregerūt: non magno labore a libro actuum apoſtolorū/ & epiſtolis Pauli perdiſces,

Cap, LVI.

» Hoc cum dixiſſet: inſufflauit & dixit eis, accipite ſpiritum ſanctum.
» quorum remiſeritis peccata: remittuntur eis. & quorum retinueri=
» tis retenta ſint. ¶ Cum ingenti apoſtolatus dignitate inſignes atq; illuſtres diſcipulos fecerit/& ſacros myſteriorum gubernatores or dinauerit: proprio eos ſpiritu quem fuflans dedit confeſtim ſancti= ficat. Vnde nobis firmiter credendum eſt: non eſſe alienum a filio ſpiritum ſan= A
ctum, Nam cum ei conſubſtantialis ſit: ex patre per ipſum procedit. Oſtēdit au= T
tem hinc neceſſario ſpiritum illis dandum eſſe: qui ad apoſtolatum mittuntur, O
cauſam etiā ſubaperit. Non enim poterunt ea facere que deo placeant/ nec pec= N
catorum effugient laqueos: niſi ſuperiorem induti uirtutem ad diuinum animi
robur firmentur, Vnde ad quendam priſcorum dicebatur: quia ſpiritus in te do 1, regū. 9.
mini inſiliet/& conuerteris in alium uirum. Mutari autem uires in ſuſtinentibus
deum: propheta quoq; Eſaias affirmat. & Paulus ſupra ceteros laboraſſe in apo= Eſaie, 29.
ſtolatu ſcribens: ſtatim ſubiecit. non autem ego/ſed gratia dei que mecum eſt,
Ad hec non intellexiſſent omnino myſteriū. Chriſti/nec alios recte docuiſſent, 1. ad cori.
niſi per ſpiritum docti/uel ea que mentem hominis excedunt perciperent, Nul= 25
lus enim poteſt (ut ait Paulus) dicere dominus Ieſus: niſi in ſpiritu ſancto, Quo= 1, ad cori.
niam ergo predicaturi erant quia dominus Ihesus/id eſt deus uere ac dominus: 12
neceſſario una cum apoſtolatus dignitate gratiam ſpiritus dante Chriſto ſuſci=
piunt/qui non miniſtri loco/ſed ex ſeipſo ſpiritum prebet. Non enim aliter ad
nos ſpiritus tranſit: q̄ ex patre per filium. Priſca uero lex ac litteralis/que umbrā
ueritatis habebat: corporalius (ut ita dicā) & rudius res ſacras fieri iubebat. Aqua Exodi, 28
enim Aaron & Ieuite inſtitutione legis primum lauabātur, deinde ariete immo=
lato/eius ſanguine dextere auricule ungebat extremum, & in extremitate polli
cis tam manus q̄ pedis dexteri nōnihil ſanguinis ponebat/myſterii Chriſti tanq̄
in tabula imaginem deſcribens, Vbi enim aqua & ſanguis quibus ſacrificamur
fuit: ibi abſq; dubio pulchritudo ueritatis obumbratur, Dominus autem noſter
Ihesus Chriſtus/ad ueritatē figuras legis tranſponens: miniſtros altaris per ſeip=
ſum perficit, ipſe namq; conſummationis aries eſt. Perficit autem ſanctificatio=
nes/uera participatione ſpiritus ſui: ad diuiniorem uirtutem & glorīā homines
reformans. Sed ambiget forſan aliquis: quando ſpiritus gratiam apoſtoli conſe=
cuti ſunt. tunc ne: quando inſufflauit dicēs/accipite ſpiritū ſanctum? an poſtea
in die penthecoſtes? quando congregatis ipſis repente de celo factus ſonitus eſt
tanq̄ aduenientis ſpiritus uehementis. & apparuerunt illis diſpartite lingue tanq̄ Actus. 2,
ignis/ſeditq; ſupra ſinculos eorum: & ceperunt loqui uariis linguis/prout ſpiri=
tus ſanctus dabat eloqui illis. Aut enim duplicem quādam gratiam datam illis
fuiſſe in diuerſitate temporum dicemus: aut tempus ipſum ignorabimus in quo
ſpiritus participes effecti apoſtoli ſunt, Verum enim eſt quod in actibus ſcribi=
tur/& Chriſtus mentiri non poteſt: expedit uobis dicens ut ego abeam. nam niſi Ioan. 16.
abiero: non ueniet paracletus ad uos, quando uero abiero: mittam eum ad uos,
Quomodo igitur quiſpiā dicet/ueritas mentiri poterat? que dixit non uenturū

paracletū niſi ad patrem abierit/id eſt niſi aſcenderit in celos. aut quomodo rurſus nunc ſpiritus diſcipulis datur:cum nondū in celum aſcenderit? Difficilis omnino locus ſolutu eſt:& facilis rurſus / cum non hominem nudum ſed deum uerum hec & feciſſe & dixiſſe cogitamus, pollicitus eſt de celo/ cum apud patrem fuerit(ſpiritum mittere:quod tēpore pentecoſtes effecit/ quando largiſſime ſpi
Iohel.2. ritum effudit ad omnes / qui fide atq; baptiſmo illum conſequi ſtudent, Tunc enim illud propheticum adimplebatur:quia effundam de ſpiritu meo ſuper omnem carnem. Sed oportebat filium quoq; ſpiritus largitorem uideri. oportebat intelligere fideles ipſum eſſe:qui uirtute ſpiritus omnia creauit / & hominem ex
Gene,2. nichilo ad eſſe produxit. Deus enim pater per proprium uerbum de limo terre ut ſcribitur:hominem formauit/anima decorauit/& ſui ſpiritus participatione muniuit.inſufflauit enim in faciem eius ſpiraculū uite. Verum quoniam in mortem ex inobedientia decidit / & priſcū decus homo amiſit: formauit ipſum rurſus deus pater/& in nouam reduxit uitam per filium/ qui morte carnis ſue mortem deſtruxit / & reditū nobis ad incorruptibilitatē largitus eſt, Vt ergo ipſum eſſe diſcamus / qui ab initio naturam noſtrā creauit / & ſpiritu ſancto ſignauit: rurſus in ipſo initio renouande nature/ſufflatione ſpiritum diſcipulis largitur, ut quemadmodum creati ab initio ſumus:ſic etiam renouemur. Et quemadmodum ad imaginem creatoris factus tunc homo eſt: ſimiliter etiam nūc participatione ſpiritus/ad imaginem creatoris renouetur. Quod autem ſaluatoris informationem in animis ſuſcipientium ſpiritus imprimat:Paulus ad eos ſcribens qui ad obſeruationes legales relapſi fuerant/ aperte oſtendit:filioli quos iterum par
Ad gala. 4 turio quouſq; Chriſtus in uobis formetur, formari autē in homine Chriſtus non poteſt aliter q̄ participatiōe ſancti ſpiritus per euāgelicam uitam, Vt ergo in primitiis renouate nature hominum ad incorruptibilitatem & gloriam & imaginē dei:ſpiritum ſuum Chriſtus in diſcipulos immittit.&ad hoc ut intelligamus:fontem & largitorē ipſum ſpiritus eſſe, hac enim de cauſa dicebat,omnia que habet
Ioan.16. pater:mea ſunt.habet autem pater ex ſeipſo & in ſeipſo ſpiritū ſuum.habet igitur etiam ſpiritum filius in ſeipſo:cum ſit patri conſubſtantialis/&ex ipſo natu-
Ioan.5, raliter natus & omnia genitoris in ſeipſo naturaliter habens, Multa uero etiam alia tempore ſuo generaliter facturus pollicitus eſt: que tamen ex parte antea fe-
Ioan,11. cit / ut credamus uere ipſum uniuerſaliter quoq; facturum. Predixit omnes ſe mortuos ſuſcitaturum.uenit enim hora inquit: quando mortui audient uocem
Luce,7, filii dei / & procedent qui bona fecerunt: in reſurrectionem uite/qui uero mala
Marci,5. egerunt:in reſurrectionem iudicii, idq; facile ſe facturū oſtendens:dicebat,ego ſum reſurrectio & uita. Verum quoniam rei magnitudo fidem excedebat: pre-
Math.13, uenit utiliter / anteq; reſurrectionis tempus Lazarum & uidue filium / & Iairi puellam ſuſcitauit. Et ad hec illud addidit:glorioſiſſimam ſanctorum reſurre-
Math.17. ctionem futuram.tunc enim inquit iuſti fulgebunt ſicut ſol in regno patris ſui. qđ ut ſimiter crederetur preuenit/ & in monte hanc gloriam diſcipulis monſtrauit. Tranſfigurauit enim ſeipſum coram Petro Iacobo atq; Ioanne: & effulſit facies eius ut fulgor/& ueſtes eius candorem niuis fuerunt aſſecute. Quemadmodum igitur hec q̄uis tempore ſuo facturus ſit:quaſi tamen arrabonem generaliter rei future/ non nihil fecit ex parte / ut generalia credantur. Eodem arbitror

modo cum ſe miſſurum ad omnes ſpiritum dixerit poſteaq̃ ad patrem aſcende
rit:primitias tamen pollicitationis / & quaſi arrabonem nobis in diſcipulis dedit.
multis / iuſtiſq; de cauſis ut iam diximus. Acceperunt igitur ſpiritum ſanctum
diſcipuli:quando inſufflauit & dixit / accipite ſpiritum ſanctum, nunq̃ enim di=
xiſſet qui mentiri neſcit:niſi dediſſet. In die uero pentecoſtes expreſſiorē opera=
tionem gratie / manifeſtationēq; habitantis in eis ſpiritus habuerunt. Apparue= Actus. 2.
runt enim in eis lingue ignee: non gratie ſed operationis potius & ſermonis ini=
tium ſignificantes, Scribitur enim:quia ceperunt loqui uariis linguis / prout ſpiri
tus ſanctus dabat eloqui illis, Audis quia loqui / non ſanctificari ceperunt:& quia
linguarum diſtributio in eis facta eſt / ſpiritu qui erat in ipſis id operante. Et ſicut
de celo uocem emiſit pater / & teſtimoniū perhibens filio dixit / hic eſt filius meus
dilectus in quo michi complacui:ipſum audite. quod ad audientium fidem factū
eſt (organica enim noſtris auribus uox incidit:diuinitus facta) ſic in apoſtolis / lin Math. 3.
guis igneis & ſono ſpiritus uehementis:gratiam eis datam manifeſtauit / & ſpiri=
tus ſancti deſcenſum in homines ſignificauit, Q d autem etiam idipſum loco ſi=
gni iudeis datū ſit / facile intelliges:ſi recordaberis ore prophetico diuinit9 fuiſſe
predictū. in loquela enim inquit alterius labii / & in lingua altera loquetur ad po= Eſaie. 28.
pulū iſtū & non credet, ut igitur credamus diſcipulos uere ſancti ſpiritus fuiſſe
participes / & gratia Chriſti coronatos / ad ueritatis expoſitionem merito ſuffice
re: idcirco apoſtolatus gloria deſuper decoratis lingue ignee apparuerunt. Satis
iam ut arbitror propoſita queſtio patet: Verum quoniā illud precipuo nobis ſtu=
dio eſt:ne ſcandalum fratribus unq̃ nonnullorum malignitate fiat / illa modo di=
camus quibus futura forſan loquacitas repelletur, Inuenietur enim paulo poſt
ſcriptum quia Thomas qui dicebatur Didymus non erat cum diſcipulis quando Ioan. 20.
uenit Ihesus. Quomodo igitur dicet quiſpiam ſi tunc aberat / quando Chriſtus
ſufflans dixit / accipite ſpiritum ſanctum: ſpiritus ipſe particeps factus eſt? Di=
cimus igitur uirtutem ſpiritus ex intentione dantis Chriſti in omnes diſcipulos
pertranſiſſe, non enim quibuſdam ſed omnibus diſcipulis dedit. Quare libera=
litate dantis:nō ſolum preſentes / ſed etiam abſentes apoſtoli ſpiritum ſanctum
acceperunt, Quod autem non uiolenta / ſed tuta ueraq; iſta ratio ſit:authorita=
te ſancte ſcripture monſtrabimus. Iuſſit deus quondam Moſi ſeptuaginta ſenio Nūeri. 11.
res iudeorum eligere. dixit autem de ſpiritu qui erat in Moſe ablaturum ſe atq;
impoſiturum in illis. Cum uero duo Heldad & Medad de lxx. ſeniorū numero Nūeri. 11.
in Synagoga remanſiſſent / ac ſpiritus omnibus illis ſeptuaginta imiſſus fuiſſet:
prophetabant quidem qui erant cum Moſe / prophetabant autem etiam illi duo
qui aberant. Ioſue uero myſterii uirtutem ignorans / ac ſecundum Datham &
Abiron facere illos putans: rogabat Moſem ut Hedad & Meldad a prophetādo
uetaret, Tunc diuinus ille uir operationem ſpiritus intelligens:reſpondit / quid
emularis pro me (quis tribuat ut omnis popul9 prophetet / & det eis dominus ſpi
ritum ſuum? Vides quomodo rationē Ioſue Moſes reiecit. Vtinam enim inquit
uniuerſo populo ſpiritus daretur. Quod tempore ſuo futurum tamen eſt:quā=
do Chriſtus ut in primitiis eorum qui ſuſcepturi ſunt / diſcipulis ſufflans dicet /
accipite ſpiritum ſanctum, Non ergo licet abfuerit Thomas:a participatione ſpi
ritus decidit / cum de numero eſſet eorum quibus dignitate apoſtolatus decora=

tis ſpiritus debebatur. Spiritu igitur ſancto diſcipulis dato quorum inquit remiſeritis peccata remittuntur eis, quorum uero retinueritis; retenta ſunt, & certe ſolius ueri dei eſt: ut poſſit a peccatis homines ſoluere. Cui enim alii preuaricatores legis liberare a peccato licet: niſi legis ipſius author? Sic enim etiam in rebus humanis fieri cõſpicimus, Quippe nemo leges regum impune reprobat: niſi reges ipſi / in quibus preuaricationis crimen locum non habet, prudenter enim di
Prouer, 16 ctum eſt: impium eſſe qui regi dixerit / inique agis. Qua igitur ratiõe diuine natu
ture dignitatem ac poteſtatem diſcipulis ſuis ſaluator largit? eſt? quia certe abſurdum non eſt peccata remitti poſſe ab illis: qui ſpiritum ſanctum in ſeipſis habeant. Nam cum ipſi remittunt / aut detinent: ſpiritus qui habitat in eis / per eos remittit & detinet, Erit autem id per eos duobus ut arbitror modis: primum baptiſmo / deinde penitentia, Nam aut credentes / & uite ſanctimonia probatos homines: ad baptiſmum inducunt / & indignos inde diligenter expellunt. aut eccleſie filiis peccantibus quidem increpant: penitentibus autem indulgent. Si
1, ad cori. 5 cut Paulus olim fornicantem apud Corinthios: in perniciem carnis tradebat / ut ſpiritus eius ſaluaretur recepit q; rurſus ne maiore ſuo mergeretur dolore.
2. ad cori. 2 Cum igitur ſpiritus Chriſti habitans in hominibus / ueri dei operationem efficiat: quomodo non erit natura deus / qui naturaliter poteſtatem diuine natu re ac dignitatem poſſidet? cum in diuinam legem / eximiam habeat authoritatem.

Cap, LVII.

» THomas autem unus ex duodecim / qui dicitur didymus: non erat
» cum eis quando uenit Iheſus, dixerũt ergo ei alii diſcipuli. uidimus
» dominum. Ille autem dixit eis, niſi uidero in manibus eius fixuram
» clauorum / & mittam digitum meum in locum clauorum / & mit
» tam manum meam in latus eius: non credam. ¶ Non facile credun
tur que rationem omnem excedunt: ſed ſolo uiſu quaſi neceſſitate quadam ap
Deute, 16 probantur. Idcirco. Thomas ſapientiſſimus ſaluatoris diſcipulus / teſtantibus de reſurrectione domini ceteris nõ credidit, nec legem ueritus fuit: que iubet in ore duorum aut trium teſtium omne uerbum ſtare. Quamuis mihi Thomas uideri ſoleat non infidelitate magis q̃ ſummo merore perturbatus fuiſſe: quia dominũ oculis ſuis non uiderit, putauit enim forſan nunq̃ ſe in hac uita uiſurum. Vitam enim eſſe naturaliter Chriſtum: ac ideo mortis imperium poſſe deſtruere non dubitabat, Nam qui ab aliis interitum depulit: quomodo a carne ſua non reppulſſet? Merore igitur quia ipſe quoq; nõ uiderit / & leticia ſingulari affectus quia ſurrexiſſe audiebat: ad infidelitatem delabitur, & uidere preſentem gliſcit acar
Ioan, 16. det: ut de pollicitatione illius certior fieret. Audiuit enim dicentem. filioli modicum & non uidebitis me / & iterum modicum & uidebitis me: & gaudebit cor ue
ſtrum. Ego autem per diſpenſationem puto permiſſum fuiſſe / Thomam ad infidelitatis crimẽ incidere: ut nos per exquiſitam fidem ipſius carnem Chriſti que de cruce pependit a patre per filium in uitam fuiſſe reuocatã credamus. Si enim
Actus, 2. dixeris in ore tuo Paulus ait: quia dominus Ieſus & crediderit in corde tuo quia deus ſuſcitauit ipſum a mortuis ſaluus eris. Non enim natura carnis / uite cauſa facta eſt, ſed operatione diuine nature peracta res fuit. Quoniam igitur omnia & ſunt & uiuunt ex patre per filium: ideo & templũ Chriſti a deo ſcribitur ſuſci-

tatum,non quia filius id facere non poterat: ſed quia omnia pater per filium facit,uirtus enim patris:filius eſt. Diſcimus ergo ex hac Thome dubitatiõe/reſurrectionis myſterium in hoc corpore noſtro peragendũ: & in Chriſto primo iam peractum fuiſſe. Non enim apparitio quedam erat falſa/nec umbra ad humanã conficta figuram:ut nonnulli dicũt,nec ſpiritale quoddam corpus/id eſt tenue acaerium/& aliud preter carnem:ut multi ſpiritale corpus intelligi contendũt, Et certe quoniam uirtus fidei noſtre & uniuerſa ſpes poſt conſubſtantialis confeſſionem trinitatis reſurrectionis myſterium reſpicit:nõ iniuria exquiſitiſſime conſcripta hec ab euangeliſta ſunt, Animaduertendum enim eſt:quia non ſimpliciter uidere dominum Thomas cupit/ſed clauorum ſigna querit & fixuras/que in carne fuerãt,ſic enim tãdem ſe crediturum aſſerit:quia Chriſtus uere reuixerit,reuixit autem ſecundum carnem,Quod enim mortuũ eſt:id reuixiſſe/& quod cecidit:id ſurrexiſſe dicitur,

Cap. LVIII.

» POſt dies octo iterum erant diſcipuli eius intus:& Thomas cũ eis, » uenit Ieſus ianuis clauſis:& ſtetit i medio/& dixit pax uobis. Deide » dicit Thome,infer digitum tuum huc/& uide manus meas:& affer » manũ tuam & mitte in latus meum/& noli eſſe incredulus ſed fidelis. ¶ Miraculoſe rurſus clauſis foribus diſcipulis apparet:& in medio domus pariter nunc Thoma preſente atq; abſente antea/conſiſtit:ut parue fidei diſcipuli mederetur,ſermoneq; utitur conſueto/pacis bonum audientibus donãs: ad diſciplinam id quoq; noſtram/ut iam diximus. Animaduerte autem quia non ſimpliciter rem enarrauit:ſed addidit diligenter/poſt dies octo & omnibus unũ in locum cõgregatis. Diem igitur octauum: dominicũ diem eſſe neceſſe eſt. Nam una ſabbatorum ceteris apparuit:id eſt die dominico. Die poſtea deinceps octauo/utriſq; cõnumeratis extremis: cõgregati rurſus diſcipuli Thoma preſente ſimili modo dñm uident. Iure igit̃ ſancte cõgregationes die octauo in eccleſiis fiũt:& foribus ſublimiore modo clauſis uiſibiliter ſimul atq; inuiſibiliter Chriſtus oĩbus apparet. inuiſibiliter quide ut deus:uiſibiliter autem in corpore. Prebet enim nobis carnem ſuam tãgendã:ut firmiter credamus quia templũ uere ſuum ſuſcitauit. Quod autem myſtice benedictionis communio/reſurrectionis Chriſti quedam cõfeſſio eſt: uerbis ipſius probatur, Fractum enim pane Math. 26
diſtribuebat dicẽs,hoc eſt corpus meum quod pro uobis tradetur in remiſſionẽ peccatorũ. hoc facite in meam cõmemorationẽ. Participatio igitur myſterii:uera quedã cõfeſſio & cõmemoratio eſt/qđ propter nos & pro nobis dñs & mortuus ſit/& reuixerit/& diuina nos benedictione propter hoc replet. Fugiamus igitur infidelitatem poſt tactũ Chriſti: & firmi atq; ſtabiles ab omni lõge ambiguitate inueniamur, ¶ Recordentur autem ſtudioſi Magdalenã quidem a tactu Chri- Ioan, 20,
ſti prohibitã,Noli enim me tangere inquit: quoniam nondũ aſcendi ad patrem. Thomã autẽ hortatur:ut & latus & clauorũ fixuras diligentius tãgendo/& manum aut digitũ immittendo perquirat. Quare ſic̃ Dictum iam in ſuperioribus ſatis arbitror. ſed non eſt ab re modo quoq; breuiter referre. Illi enim nondum gratia ſpiritus ſanctificate:tangere non licebat. Nam anteq̃ dns in celum aſcendiſſet; deſcenſus ſpiritus in omnes non fuit, Thome autem hoc licebat:quia una cum aliis ſpiritum fuit conſecutus, ad uniuerſum namq; diſcipulorũ cõſortium

liberalitate dantis uox illa tranſiuit: accipite ſpiritum ſanctū. ¶ Sed illud etiam querendum michi uidetur. palpauit Thomas latus ſaluatoris: & ictum militiaris lancee curioſius pertractauit / clauorū fixuras diligētius uidit. Quomodo igitur (quiſpiam dicet) in corpore incorruptibili ſigna interitus apparebāt? Corporee namq; corruptionis: manuū & lateris uulnera / & punctiones ferree / ſigna ſunt. Corpus autem Chriſti ad incorruptibilitatem reformatum: una cum corruptiōe id eſt interitu uniuerſa que corruptionis ſunt debuit abieciſſe. An forſan claudi in alia quoq; uita claudicabunt: aut luſci uno cum oculo reſurgent? & quomodo a corruptione penitus humanū genus liberabitur: ſi que interitum precedūt aut conſequūtur / noſtris corporibus inuſta permanebunt? Non ignoro multa ſublimiora de hac queſtione a curioſioribus ac peritis dici poſſe. Nos autem dicimus nullas corruptionis reliquias / nullum ſignum / nulla conſequentia uel antecedentia: poſt reſurrectionem in hominibus futura, Sed quod ſeminatum in infirmi-
1, ad cori, tate eſt: reſurget in uirtute / ut ait Paulus. & quod in inhonoratiōe ſeminatū eſt:
15 reſurget in gloria. Quid autem eſt in uirtute atq; in gloria reſurgere aliud: q̄ qđ omni infirmitate / omniq; corruptionis dedecore procul depulſo / ad ſincerā incorruptibilitatem genus humanum rediturum ſit. ? Verum quoniam ad certiorem id fidem Thomas flagitauit: neceſſario dominus noſter Ihеſus Chriſtus nullā infidelitati cauſam preberet / ſic & ipſi & ceteris apparet ut illis conducebat. Imo etiam cum in ipſum celum aſcenderet / cumq; uirtutibus poteſtatibuſq; ſuperioribus myſterii ſui totā ſeriem declararet: eodem habitu uere illis aparuit / ut non hominem ſolummodo factum / uerumetiam mortuum pro uita noſtra
Eſaie. 63, crederēt. Quđ autem ſic illis quoq; apparuit: Eſaias teſtatur dicens Quis eſt iſte qui uenit de Edom / tinctis ueſtibus de Boſra? Angeli eni mirantes domini aſcēſum in celos / idq; magna cū poteſtate: ita ſcribūtur dixiſſe. Sanguine aūt tinctū uidentes & myſteriū ignorantes: rogant / quare ergo rubeū eſt indumentū tuū / & ueſtimenta tua ſicut calcātium in torculari? Vina enim nuper in torculari expreſſa: colorem ſanguinis conferunt. Chriſtus uero ad eos: ut natura deus intelligatur / ego inquit iuſticiā loquor. qui aut iuſticiā loquitur id eſt docet: quomodo author legis non eſt? & qui legis author eſt: is quō deus non eſt? Figuras deinde clauorū monſtrante Chriſto: angeli rurſus rogant. Quid enim plage iſte in medio manuum tuarum. & dicet: his plagatus ſum in domo eorum qui diligebant
Zacha, 13. me. Dilecta enim domus Iſrael erat: que dominum clauis & lancea petiit. Militū enim temeritas non iniuria iudeis qui crucifigere Chriſtū uoluerunt aſcribitur. Cum igitur etiā ipſis angelis 'non ſolis uerbis contētus / paſſionis ſue ſigna oſtēderit ut reſurrexiſſe uere credatur: quid mirum eſt ſi ad corroborandā ueritatē fidei / lateris uulnus & fixuras clauorum hominibus mōſtrauerit? ac preter illud quod rerum conditio requirit: propter utilitatem noſtram paſſionis notas retinuerit? ut reſurrectionis myſterium recte intelligamus: non aliud corpus reſurrexiſſe credentes / q̄ quod cruciatum mortuum fuit, Cap. LIX.

20 REſpōdit Thomas & dixit ei, dns meus & deus meus. ¶ Paratiſſimus aūt ad confeſſionē fuit: qui paulo ante tardior uidebatur. Cum enim & clauorum fixuras / & ipſum latus dominus mōſtrauerit: animus illico Thome ab omni ambiguitate liberatus confirmatur, Sed dicet quiſpiā: quam ob rem

per tam minuta rerum ſigna mens diſcipulorũ ad fidem reducitur? nonne ſuf-
ficiebat ei ad cognoſcendum Chriſtum ſtatura corporis / & faciei lineamenta?
Ambiguum hoc certe fuiſſet, putare namq; potuerunt ſpiritum quendã imagi-
nem ſibi ſaluatoris aſſumpſiſſe. & ad hoc miraculoſus per clauſas fores ingreſſus
facile inducebat, terreſtre namq; corpus / latiorem ſecũdum ſuam naturã uiam
deſiderat. Neceſſario ergo dominus noſter Iheſus Chriſtus latus nudauit; & uul
nera liuoreſq; carnis oſtendit / ut diſcipulos confirmaret. Nam etſi ſolus illa uer-
ba dixerit Thomas / niſi miſero manum meam in latus / & digitum meũ in fixu-
ram clauorum / non credam; aliorum tamen etiam diſcipulorum animus turba-
tionis expers omnino non erat / q̃uis thome dicerent / uidimus dominum, quod
ita eſſe; Lucas nobis declarat dicens, Cum in medio eorum Chriſtus ſteti ſſet / di Luce. 24.
xiſſetq; pax uobis: pertimuiſſe illos & ſpiritũ ab eis uideri exiſtimaſſe / Chriſtũq;
illis dixiſſe, quid turbati eſtis / & cur cogitationes aſcendunt ad corda ueſtra? ui-
dete manus meas & pedes; quia ego ipſe ſum. palpate & uidete: quia ſpiritus car
nem & oſſa non habet / ſicut me uidetis habere, Et cum hec dixiſſet: oſtendit eis
manus & pedes. Adhuc autem illis non credentibus / & mirantibus pre gaudio /
dixit; habetis hic aliquid quod manducetur? at illi obtulerũt ei partem piſcis aſſi
& fauum mellis & cum manducaſſet coram eis / ſumens reliquias dedit eis. Vides
non modo Thomam / uerum etiam ceteros animo dubitaſſe: quibus etiã uulne-
ra corporis non ſuffecerunt. Vnde alio quoq; ſigno ad fidem illos inducit, quod
ſpiritui nullo modo conuenire poteſt. Comedit enim allatam ſibi partem piſcis:
que res uiuo ſolummodo corpori congruit. Nam q̃uis ab interitu liberatum cor-
pus cibo non indiget; tamẽ ut uulnera & fixuras clauorum miraculoſe retinuit /
ita etiam comedit / ut reſurrectionis fide ſtabili fundaret myſteriũ / & nobis om-
nibus prouideret, Operatur enim q̃ aliena penitus a natura ſpiritus ſunt, Quo-
modo enim nudo corpore ſpiritui cibus cõueniet? aut quomodo uulnera inerũt
ei; qui nullo modo corporeus eſt? Quare ne ſpiritus aut umbra quedam & aeriũ
corpus (quod nonnulli ſpiritale appellant) ſed illud ipſum quod cecidit ſurre-
xiſſe credatur: corpori noſtro conuenientia diligenter retinuit. Pre gaudio au-
tem magis q̃ infimitate mentis dubitaſſe Thomam diximus; quoniam & de aliis
dixiſſe Lucam non ignoramus, Adhuc autẽ illis non credentibus & mirantibus Luce. 24.
pre gaudio, Verũ cum uiſus omnem dubitationis cauſam tollat: recte Thomas
ſtatim clamauit / dominus meus & deus meus. Nam qui dominus omnium natu
ra eſt & deus; hunc deũ quoq; uerum eſſe neceſſe eſt. quod retro etiam uertitur.
Nam qui deus natura eſt: is omnibus neceſſario imperat. Cum articulo autem
dicitur utrũq;; ne quis noſtra uel angelorũ ſimilitudine / ſed ſinguläriter ipſum
dominum & ipſum deum dici exiſtimet. Multi enim & in celo & in terra dii & 2. ad cor. 8
domini ſunt; ut Paulus ait, Singulariter autem Thomas ut dei ueri filium ipſum
dominum & ipſum deum appellat, qđq; maius eſt cum hec dicere ſaluator diſci
pulum audiret: non increpat nec repellit / ſed laudat atq; complectitur / & cete-
ros ita predicare hortatur. euntes inquit docete omnes gentes, quod una cũ aliis
cum Thomas audiſſet; quid aliud poterat dicere. q̃ quod ipſe credebat? Patet igi Math. 28.
tur quia non aliter q̃ Thomas confeſſus eſt: nos quoq; confiteri dominus uult,
Natura enim dominus & deus eſt; etiam poſtq̃ hominem aſſumpſit. Illud etiam

animaduertere:quia diſcipulus qui pedes & latus palpauit / ita eum cõfeſſus eſt / ut in duos filios partitus non ſit.unum enim & eundem dominum Iheſum Chriſtum cognouit cum carne, Cap.LX,

» Dicit ei Iheſus,quia uidiſti me:credidiſti. Beati qui non uiderũt:& crediderunt, ¶ Magna prouidẽtia plenus eſt ſermo ſaluatoris / ſummãq; nobis affert utilitatem,Nã poſtq̃ ad certiorẽ orbis fidẽ perforatũ latus & fixuras clauorũ monſtrauit / poſtq̃ etiam cibũ aſſumpſit non indigens / ne ulla infidelitatis reſtaret cauſa:uerbis etiam quid credendũ ſit cõfirmauit. Non enim ignorauit futuros nõnullos:qui reſurrectionẽ mortuorum non faterentur / quiq; uidere ſe uelle dicerent / palpareq; non aliter q̃ Thomas / rectеq; ſe ita facere contẽderent / quoniam diſcipulũ ſaluatoris imitarentur. Hunc igitur lapſum depellit Chriſtus his uerbis: beatos apellans eos qui non uiderunt & crediderunt.Nec id iniuria,nulla enim dubitationis cauſa uidenti relinquitur,Q.ui aũt credit quod non uidit / ſed docentium uerbis audiuit:eximie certe eum in quem credit honorat, Beatiergo ſunt omnes qui per apoſtolorum predicationem crediderunt.illi
Luce.10. enim(ut Lucas dicit)oculis mirabilia gerentẽ Iheſum uiderunt: & ſermonis eius fuerũt miniſtri.quibus adhibere fidem neceſſe eſt: ſi uitam eternam poſſidere / & in celis regnare deſideramus., Cap.LXI.

» Multa quidem & alia ſigna fecit Iheſus in conſpectu diſcipulorũ ſuorum:que non ſunt ſcripta in libro hoc,hec autẽ ſcripta ſunt:ut credatis quia Iheſus eſt Chriſtus filius dei / & ut credentes uitam habeatis in nomine eius. ¶ Quaſi repetẽdo que ſcripſit:intentionẽ euangelii manifeſtat,ut enim credatis inquit / & credentes uitam eternã habeatis:hec mihi edita ſunt,Plura uero ſaluatoris ſigna fuiſſe dicit q̃ ab eo conſcripta ſint:que relicta ſunt,quia ſufficere iſta putauit ad perſuadendũ legentibus:quia Iheſus eſt Chriſtus filius dei.hec quidem euangeliſta, ego autem nõ ab re illud dicam . Si euangelii uirtus & miraculorũ magnitudo ad perſuadendum ſufficit / quia uirginis filius qui uoce angeli Ieſus appellatus eſt / ipſe eſt qui a ſcriptura Chriſtus appellatur / & eſt filius dei / non ut ceteri ſed ſingulariter atq; proprie / etiam poſteaq̃ nature humane coniunctus eſt : errant omnino qui dominũ ſuum negare audent.Nos enim quando naturam uerbi conſideramus:aliud ab eo natura templũ / quod a uirgine aſſumpſit / eſſe inuenimus. Quãdo uero uim cõiunctionis reſpicimus / & (q̃tum in nobis ſitũ eſt) ſuper naturale hoc myſteriũ inueſtigamus: tũc uerbũ cũ templo ſuo unũ eſſe intelligimus / nõ mutatũ quidẽ in carnẽ(non enim hoc dicimus, minime nãq; natura uerbi / mutationis ſuſcepti bilis eſt)ſed quia ſecundũ ſcripturas unus eſt Iheſus Chriſtus / unus inq̃ filius qui ex templo carnis ſue(quod itegre nature humane recipit diffinitionẽ) & ex utuo dei uerbo eſſe intelligitur, Id in nobis ipſis facile intelligi poteſt, Eſt enim unuſquiſq; noſtrũ homo unus: q̃uis ex anima & corpore conſtemus.quorũ utrumq; ab altero ratione nature differt, Cap.LXII.

» Poſtea manifeſtauit ſe iterum Iheſus ad mare Tyberiadis, manifeſtauit
» autem ſic, Erant ſimul Simon Petrus & Thomas qui dicitur Didymus &
» Nathanael qui erat a Chana Galilee & filii zebedei / & alii ex diſcipulis
» eius duo,dicit eis Simon Petrus, uado piſcari. dicunt ei,uenimus & nos tecum,

» & exierunt & uenerũt in nauim, & illa nocte nihil prendiderunt. Mane aute fi-
» cto ſtetit Iheſus in littore; non tamen cognouerũt diſcipuli quia Iheſus eſt. Dicit
» ergo eis Iheſus, pueri nunq̃ id pulmentariũ habetis? Reſponderũt ei, non. dixit
» eis, mittite in dexterã nauigii rete: & inuenietis, illi autẽ dixerunt, per totam no-
» ctem laborantes nihil ceperimus; ſed in tuo nomine mittemus, Miſerũt ergo rete;
» & iam non ualebant trahere pre multitudine piſciũ. ¶ Tertio iam dñs libere di-
ſcipulis apparet; ut fidem eoru inuicta firmitate roboret. Nã qui ſepius uiderũt:
quomodo ab omni ambiguitate remoti / ueri etiam aliis pietatis doctores nõ effi-
cientur? Exuit ergo Petrus piſcatũ / concurrunt autem etiã ceteri. Chriſto forſan Math. 4.
ita diſpenſante, qui quando ad apoſtolatum eos uocauit: uenite inquit poſt me /
& faciam uos piſcatores hominũ. quod modo ex hac re quaſi a ſigno quodã cito
futurũ ſignificauit. Nam diſcipuli quidam tota nocte laborantes nichil com-
prehendunt. ſole autem iam oriente ſtetit Iheſus in littore interrogauitq; nunquid
ceperint, quibus nichil omnino cepiſſe reſpondentibus; iuſſit in dexteram nauis
partem retia mittere, illi uero quis tota nocte fruſtra laboraſſet / q̃ ignorat et
dominum ipſum eſſe; in tuo tamen nomine reſponderũ / id faciemus. Quo fa-
cto mirabilis quedam piſcium multitudo capta eſt. hec euãgeliſta, Verum quo-
niam modo dicebamus hac re ſignificatũ a domino fuiſſe; ꝯ totam futurũ quod
illis predixit / quia piſcatores hominum erunt, age mueſtigatis ſingulis nõnullas
ſpiritalis ſpeculationis cauſas legẽtibus prebeamus, da enim inquit ſapienti cau-
ſam; & ſapientior erit. Ea igitur ex re quod tota nocte fruſtra laboraſſẽt: ſignifi Prouer. 9
cari putamus / quia predicatione priſcorum nemo perſuaſus omnino deo adhe-
ſit / aut adeo pauci ut neminem id feciſſe nõ iniuria dicere poſſimus. nulli enim:
pauciſſimi ad uniuerſum orbẽ collati uidẽtur. Quid igitur prohibuit / aut quid
faciebat: ut predicatio illorum fructum non afferret? nox erat / mẽtaleſq; (ut ita
dicam) tenebre animi oculos obfuſcabãt / & error demontacus a ueritatis cogni-
tione abducebat, nemo enim erat qui faceret bonum / nemo uſq; ad unum. ſed Pſalmus.
omnes declinauerunt / ſimul inutiles facti ſunt. Nam ipſe quoq; Iſrael quẽ Moſes 13
fuit piſcatus; umbris & figuris inſtitutus / ad perfectionem uenire non poterat,
Cultus enim dei qui per figuras erat: non fuit deo acceptus. quod facile intelligi-
tur; quia ſacrificia & ſanguinem & omne oblationis genus terreſtre ac corporeũ
reppulit dicens. Ad quid mihi cinnamomũ & incenſum a longinqua terra offer-
tis? holocauſta ueſtra non ſunt mihi grata; & ſacrificia ueſtra non delectant me. Hiere. 6.
Hec dicimus non legem accuſantes; ſed ſignificantes quia cum creator omnium
deus ad ſolam euangelice pulchritudine diſcipline reſpiceret / etiã qui per legem
umbris atq; figuris deum colebant / longe a ueritate aberãt. Chriſtus enim eſt ue 1. Ioan. 5.
ritas. Preterea qui ad legalem cultum per legem Moſis uocati fuerũt, ſpreta lege
ad hominum mandata conuerſi adeo induruerunt / ut prophetarum apud eos
doctrina nihil potuerit. Vnde ali⁹ clamabat: domine quis credidit auditui noſtro? Eſaie. 53.
alius; ue michi mater; cur me peperiſti uirum rixe atq; diſcordie in uniuerſa ter- Hiere. 15.
ra? nec mihi quiſq̃ nec ego alicui unq̃ profui. Cur igitur non ſimiles iudeos puta-
bimus eis qui legem non habebant, cum legem datam contemnerent? Nam de
gentibus quidem nullus unq̃ dubitabit, quin erroribus inuolute a diſciplina dei
procul abeſſent. Nox ergo profudeq; tenebre faciebãt; ne uere pietatis homines

lucem inſpicerent, quas ob res qui ante Chriſti aduẽtum piſcatu homines conati
ſunt:per totam noctẽ laborarunt/& nihil ceperunt. Mane autẽ facto / & depul=
ſis diaboli tenebris a uera luce Iheſu Chriſto oriente/ querenteq; a laborantibus
nũquid habeant quod ſaluatori deo ſalutem hominũ eſuriẽti / cibus fieri poſſit:
quia nihil ſe cepiſſe reſpondent/ad dexteram nauis partem / retia mittere iubẽ=
tur. demiſit enim beat⁹ Moſes retia: per mãdata ſcilicet legis. ſed in ſiniſtra quo=
dãmodo parte/ facta piſcatio eſt, Dextera enim pars: ſaluatoris doctrine attri=
buitur/que ultra omnẽ comparationẽ maior atq; glorioſior Moſaica eſt. Figuris
enim ueritas multo ſublimior:& ſeruo diꝰ ſuperior/& dãnante littera:iuſtificãs
ſpũs gratia. Dextera igitur pars:excellentiã preſtantiãq; ſignificat. Sed retibus
in dexterã partẽ iactis: magna multitudo piſciũ capta eſt, Iuſſu autẽ dñi hoc fa=
ctum eſt:quia non rapuerũt gratiã/ſed imperio Chriſti paruerunt dicẽtis, eũtes
Math. 28 docete omnes gẽtes. unde ab ipſis etiã dicitur:quia in nomine tuo rete mittemus
Nõ enim aliter q̃ in nomine ſaluatoris & uerbis atq; doctrina eius apoſtoli piſcã=
tur. Magna uero multituto piſciũ capta eſt:adeo ut diſcipuli trahere nõ poſſent.
Innumeri enim fideles ſunt: & uires apoſtolorũ tanta res omnino excedit, Chri
ſti ergo hec operatio eſt:qui multitudinem hominum ſua uirtute ad terreſtrem
hanc eccleſiam/quaſi ad retia colligit. Cap. LXIII.

» Icit ergo diſcipulus ille quem diligebat Iheſus: Petro, dominus eſt,
» Simon igitur Petrus cum audiſſet quia dominus eſt: tunica ſe ſuc=
» cinxit (erat enim nudus) & miſit ſe in mare. alii autem diſcipuli na=
» uigio uenerunt:non enim longe erant a terra:ſed quaſi cubitis ducẽ=
» tis trahentes rete piſcium. Vt ergo deſcenderunt in terram: uide=
» runt prunas poſitas & piſcem ſuperpoſitum & panem. & dicit eis Iheſus. afferte
» de piſcibus quos prendidiſtis nunc, aſcendit Simon Petrus & traxit rete in terrã
» plenum permagnis piſcibus centum quinquaginta tribus. & cum tãti eſſent: nõ
» eſt ſciſſum rete, dicit eis Iheſus. uenite / prãdete, nemo autem audebat diſcum=
» bentium interrogare eum tu quis es? ſcientes quia dominus eſt. & uenit Iheſus &
» accepit panẽ & dabat eis & piſcẽ ſimiliter. hoc iam tertio manifeſtatus eſt Iheſus
» diſcipulis ſuis:cum ſurrexiſſet a mortuis, ℂ Seipſum rurſus dilectũ appellat di=
ſcipulum:qui hoc nobis euangeliũ conſcripſit, Diligebatur autem maxime:quia
propter mentis puritatem & cordis oculorum acumen/ad intelligẽdum erat ap
tiſſimus. Vnde ſolus ſignum ſtatim intellexit:& Chriſtũ adeſſe cognouit/ac aliis
nihil dubitãs ſignificauit. firmo enim animo exclamauit:dominus eſt. Et Petrus
quidem feruens amore Chriſti ut ſolebat:exiliit/ tardius terre applicaturam na=
uim intelligens, ceteri uero nauigio ueniunt:rete trahentes. prunas autem uidẽt
poſitas/& piſcem ſuperpoſitũ:quẽ miraculoſe Chriſtus fuit piſcatus. Non enim
ab apoſtolis ſpiritalis incepit piſcatio: ſed ſaluator noſter primus manum impo=
ſuit. Locoq; primitiarum unum piſcatus eſt:nec unum ſimpliciter intelligimus /
ſed paucitatem ita ſignificari arbitramur, Poſtea uero ingentem diſcipuli multi
tudinem nutu ipſius roborati:piſcati ſunt, Trahit autem Petrus rete: per quem
labor apoſtolorũ non eſſe inanis intelligitur, attulerunt enim piſcationis autho=
ri/ id eſt illi qui mittere iuſſit rete: piſces numero centum quinquaginta tres, Si=
gnificat autem centenarius (ut mihi uidetur) numerus gentium plenitudinem.

pleniſſimus enim numerus eſt: qui decem decadibus conſtat. Quare dominus noſter quoq; Iheſus Chriſtus modo centum ſe habere oues dicebat: plenitudi- Math,18.
nem rationalium creaturarum hoc numero ſignificans / modo fertiliſſimum Math,12,
agrum centum producturum affirmabat/plenitudinem fertilitatis probate ani
me ſuboſtẽdens. Quinquagenario autem numero eos ſignificari putamus: qui
a iudeis crediderunt/credituriq; ſunt, Subduplus enim hic numerus ad centena
rium eſt: & longe abeſt a plenitudine. ternarius uero qui relinquitur / ſanctiſſi-
me trinitatis ſignificationem habere michi uidetur: ad gloriam cuius fidelium
uita deſcribitur, Coniunctim autem ſcriptus numerus eſt: quia coniunctim in-
telligitur. deus enim ſanctificationis modo in omnibus eſſe fidelibus intelligitur
Verum poſtq̃ rete iam tractum eſt: uenite ad diſcipulos/ & prãdete dominus ait
Vnde ſignificatur quia poſt multos labores quibus uocati uehementer ſudabũt;
tandem cum domino recumbent/ſpiritali cibo ſibi propoſito/qui mentem ac ra
tionem excedit humane nature. ita enim etiam in pſalmo dicitur: fructus labio-
rum tuorum comedes, Nec ipſi capiunt qđ manducent: ſed Chriſtus eis diſtri- Pſalmus,
buit. ut hinc quoq; figura intelligamus: Chriſtum etiam in futuro ſeculo gratia- 127
rum nobis largitorem futurum. Cap. LXIIII.

CVm ergo prandiſſent: dicit Simoni Petro Iheſus, Simon Ione diligis
me plus iſtis? dicit ei, etiã domine tu dicis quia amo te, dicit ei: paſce
agnos meos, dicit ei iterum. Simon Ione diligis me? ait illi etiam do-
mine tu ſcis quia amo te. dicit ei, paſce oues meas. dicit ei tertio Simõ
Ione amas me? Cõtriſtatus eſt Petrus quia dixit ei tertio, amas me?
& dicit ei. domine tu omnia noſti: tu ſcis quia amo te, dicit ei Iheſus. paſce oues
meas. ¶ Preueniebat alios Petrus, ardore namq; Chriſti precipuo feruens: & ad
faciendum & ad reſpondendum paratiſſimus erat. Vnde tarditatem modo na-
uigii uidẽs: tunica ſuccinctus in mare exiluit, & quando ſaluator diſcipulos inter-
rogauit dicens; quem me dicunt homines eſſe? cum iterum poſt reſponſionem
ab eis quereretur/uos autem quem me dicitis eſſe? ut princeps caputq; ceterorũ Math,16.
primus exclamauit. Tu es Chriſtus filius dei uiui. hic Malchi etiam aurem ampu
tauit: putans hoc modo magiſtro ſemper ſe inheſurũ. merito igitur eum Chriſt? Ioan,18.
interrogauit ſi plus ceteris eum diligeret/& id tertio, Petrus autem amare ſe fa-
tetur: & amoris ſui non alium ſed Chriſtũ ipſum in teſtem citat. In ſingulis autẽ
confeſſionibus uariatis parumper uerbis: audiuit rationalium ouium curam ſibi
eſſe habendam. Altius quiddam hec oratio certe parturit, Nam quoniam cum Ioan,18.
aliis apoſtolatus nomie Petrus ab ipſo Chriſto decoratus/ter in tempore paſſio-
nis negauit: iure nunc ab eo terna dilectionis confeſſio petitur, ut terna negatio:
equali confeſſionis numero compenſetur. ita quod uerbis commiſſum fuit: uer-
bis curatur, Petiit autem ab eo: ſi plus ceteris diligeret. Nam qui maiorem clemẽ
tiam in ſe domini fuit expertus: maiore amore affici iure debebat. Nam etſi com
muniter omnes diſcipuli magna perculſi fuerũt formidine quãdo dominus tra-
debatur: maius tamen crimen fuerat. Petri/ qui breuiſſimo in tempore ter Chri
ſtum negauit, Quoniam igitur maioris clementia ſaluatoris peccati remiſſionẽ
conſecutus eſt: iure ab eo maior repetitur dilectio. Cui enim plus remittitur: plus Luce,7.
amare debet/ut ipſe alibi dicit, hinc eccleſia regulã/ tertio interrogãdi eos acce-

pit qui ad baptiſmum accedunt: ut terna Chriſti confeſſione fidelibus cõnume-
rentur. Doctores etiam eccleſie diſcunt non aliter ſe Chriſto poſſe coniungi: niſi
omni cura & opera ſtudeant / ut rationales oues recte paſcãtur / & recte ualeant
Talis erat Paulus ille qui compatiebatur infirmis, qui gloriam & coronã apoſto-
latus ſui eos eſſe putabat: quos ad pietatem & ad uirtutem predicando reduxit.
putabat enim hũc fue in Chriſtum dilectionis fructum eſſe precipuum. Et certe
ſi Chriſtus pro nobis mortuus eſt: quomodo de ſalute noſtra ſingularem curam
nõ habebit? Et ſi peccant in Chriſtum qui peccãt in fratres ſuos / infirmam eorũ
conſcientiã agitãtes: quomodo non erunt accepti domino / qui fratrum animos
ad pietatem & ad uirtutem cõducere conantur? Terna igitur cõfeſſione Petri:
trine negationis delictum euacuatum eſt. Dixit autem / paſce agnos meos / apo-
ſtolatus ſibi renouans dignitatem: ne propter negationem que humana infirmi
tate accidit / labefactata uideretur.

Cap, LXV,

» AMen amen dico tibi. cum eſſes iunior: cingebas te & ambulabas ubi
» uolebas. cum autem ſenueris: extendes manus tuas / & alius te cin-
» get / & ducet quo tu non uis. hoc autem dixit: ſignificans qua morte
» clarificaturus deum eſſet. Et cum hoc dixiſſet: dicit ei, ſequere me.
» ¶ Commode nimium dominus noſter Ieſus Chriſtus magnitudi-
nem amoris diſcipulorum impreſentiarum oſtendit: & de pietate ipſorum teſti
monium perhibet / cum ſubaperiat quem finem uite propter apoſtolatum habe
bunt. predixit enim Petro quia eo ducetur, quo autem non uis dixit: quia nemo
ſanctorum ſponte patitur. Sed q̃uis amara mors ſit: ſubeundam omnino tamen
putauit pro ueritate morituro. quod paſſus non fuiſſet: niſi rationalium ouium
cura & ardore Chriſti nimium feruens / errantibus uiam ueritatis oſtenderet.
Nihil enim qui Petrum occiderunt criminis in ipſum inferebãt: niſi fidem & pie-
tatem in Chriſtũ. Recte autem mors Petri modo a Chriſto predicitur: ut reſpõ-
ſio Petri uera eſſe confirmetur. Dicebat enim: etiam domine tu ſcis quia amo te.
non qui pro nomine Chriſti moriturus nunciatur: is ſupremo amore ipſius affici
comprobatur? Subiecit autẽ; ſequere me, quod uerbum etſi cõmuniter intelligi
poteſt / ut tanq̃ diſcipulus doctorẽ ſequatur: ſubenigmatice tamen oſtendit ue-
ſtigia & paſſionẽ Chriſti Petro ſequendã eſſe. ut per eandem uiam opere ſimul
atq; ſermone uocatorũ animas iuuans / ad crucem uſq; proficiſcatur, quod euen
turum ait cum Petrus ſenuerit.

Cap. LXVI.

» COnuerſus autem Petrus uidit illum diſcipulũ quem diligebat Ieſus
» ſequentẽ: qui & recubuit in cena ſupra pectus / & dixit. domine quis
» eſt qui tradet te? hunc ergo cum uidiſſet Petrus: dixit Ieſu, domi-
» ne: hic aũt quid? dicit ei Ieſus, ſic eum uolo manere donec ueniam:
» quid ad te? tu me ſequere. Exiuit ergo ſermo iſte iter fratres: quod
» diſcipulus ille non moritur, & non dixit ei Ieſus quia non moritur: ſed ſic eum
» uolo manere / quid ad te? ¶ Seipſum rurſus euangeliſta ſignificat. hic enim &
dilectus domini diſcipulus fuit: & ſupra pectus eius in cena recubuit / interroga-
uitq; quis eum eſſet traditurus, hunc igitur ita domino dilectũ cum reſpexiſſet
Ioan.13. Petrus: ſtatim interrogauit quis uite illi terminus immineret. Sed quoniã curioſa
magis q̃ utilis rerum alienarũ inquiſitio eſt: reſpõdet quidem / ſed ita ut rogantis

animum abducat ad alia/nec mortis expertem futurum Ioannē ait/ſed ſic eum uolo manere donec uenio:quid ad te? id eſt auditi Petre que ad te pertinēt: cur aliena queris? cur diuine iuſticie ſecreta rimaris? Nam ſi etiā uellem minime iſtū mori:quid tu unq̄ emolumēti/aut quid cōſolationis conſequereris? Nō erit ergo prudens/curioſus:ſi quid paſſurus ſit/utrum etiam alii eadem ſubibunt an nō/ cur aliorum calamitate pericula ſua non mitigentur. Quamuis cōmuniter inſitum eſſe hominibus uideatur:ut optent ſi quid periculi ſubituri ſint/nō eſſe ſolos/ſed ceteros etiam aut uidere ſimilia pati/aut ſaltem audire perpeſſos fuiſſe/ uel omnino idem paſſuros. Cap, LXVII,

» Ic eſt diſcipulus qui teſtimoniū perhibet de his:& ſcripſit hec.& ſci-
» mus quia uerū eſt teſtimoniū eius, ¶ Neminem arbitror dubitare poſſe:quin propter precipuā uirtutē & paratū ad benefaciēdū animū/Ioānes a Chriſto diligeretur. Nō enim uanis affectib⁹ ut homines nudi/dns mouebatur. ſed rerū pondere ac uirtute diſcipulor⁹/ dilectionē impartiebatur. Hic igitur ueritatis p̄dicator hec de dño ſcripſit: teſtimoniumq; de his perhibuit.& ſcimus quia uerum eſt teſtimoniū eius. Non enim fuiſſet a ueritate dilectus:niſi lōge ab omni falſitate eſſet remotus. Cap. LXVIII

» Vnt autē & alia multa que fecit Iheſus. que ſi ſcribātur per ſingula:
» nec ipſum arbitror mundū capere poſſe libros qui eſſent ſcribendi
» ¶ Magna inquit multitudo ſignorū domini & immēſus numerus eſt, ſed hec que retulimus ſufficiunt ad pleniſſimā fidem attēte legentibus faciendam. Nec accuſandus ſum inquit: ſi omnia non cōſcripſi. nam ſi conſiderentur ſingula/nullo penitus pretermiſſo:orbis multitudinem librorū nō caperet, hyperbolice autē dicimus ſermonis huius uirtutē proferri. Non igitur omnia que dns fecit conſcripta ſunt:ſed que ſcribētes/ tam ad mores q̄ ad dogmata putarunt ſufficere. ut recta fide & operibus ac uirtute ruti lantes/ad regnū celorū peruenīamus in domino noſtro Iheſu Chriſto/quo cum & per quem deo patri gloria cum ſpiritu ſancto. Amen.

¶ Duodecimi & ultimi libri commentariorum Cyrilli ſuper Ioānem finis.

¶ Opus hoc preclarū commentariorū Cyrilli patriarche Alexandrini/in euangelium Ioānis: duodecim primum libris ab authore fuerat abſolutum. quorum primi quatuor itidem & quatuor poſtremi/hic integri uiſuntur. Quatuor uero intermedii & interſtites/temporū iniuria perierūt:nec uſpiā extare(ut ferūt)dinoſcuntur. At illor⁹ loco per Iudocū Clichtoueū Neoportuēſem/doctorē Theologū adiecti ſūt quatuor alii libri: litterā euāgelii Ioānis intermiſſā cōtinua ſerie/ cōſimiliq; ſcemate recludētes. Quinimmo & in hac ſecunda editione/permultis ſparſim(uti res ipſa efflagitabat)p eundē ſupadditis: hi quatuor adiectitii libri/ auctiores cumulatioreſq; ſunt redditi: q̄ in priore fuerāt emiſſione, ut ampliore fenore/locupletioreq; penu ac ſupellectile inſtructi: ſecundo in lucē prodirent.

¶ Excuſum eſt autē & denuo efformatū hoc opus/apud lutetiam Pariſiorum/ in officina VVolffgangi hopylii: ad inſigne ſancti Georgii/in uico ſancti Iacobi/ habitātis, Anno ab incarnatione dominica uiceſimo ſupra milleſimum & quingenteſimum: die uero decima quinta decembris.

Regiſtrum huius libri.

a b c d e f g h i k l m n o p q r ſ t u x y. y z &, A B C D E F G H I/ & ſũt ōmnes quaterni: preter ſecundum y qđ eſt folium unicum: & I qđ eſt trium foliorum.

GEORGII Hopylii Parrhiſienſis ad Lectorem carmẽ Tetrametrũ Catalecticum,

Inſignis geminos Rhoma Cathones:
Necnon doctiloquũ Mantua uatem:
Grandi qui cecinit triſtia plectro
Arma: atq; ipſa ſuos Corduba partus:
(Quos fax imperii tetra peremit)
Extollunt uariis laudibus. aſt hec
Terſum CHRISTI loqui dogma Cyrilli
Excellit. lepido & flore uenuſtum
Lectorem allicit: his additur alta
Sermonis grauitas/ ſumma tenore
Miro arcana docet. myſtica uulgo
Non promens: fidei & fabricat alme
Commentaria. quis terſius eſt nil/
Nil eſt ſanctius. aſt temporis uſus
Contriuit fluidus/ mellea partim
(Flendum) ueridici ſcripta Cyrilli,
Hinc amiſſa dolens: illa Iodocus
Mira Clichtoueus reddidit arte.
Et quos ſuſtulerat longa uetuſtas
Libros addidit. hunc inſerat aulæ
CHRISTVS ſydereæ/ poſcito lector.

Finis.